Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Antonii Broickuuy a Koningstein, viri doctissimi, & obseruantiae regularis, Nouimagen[sis] Gardiani, Eruditissimarum in quatuor Euangelia enarrationum : nunc primum ex ipso arche typo excerptarum, opus pr[a]eclarum, in duas partes diuisum.

https://hdl.handle.net/1874/402295



## Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell

**Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- **de rug van het boek**
- **de kopsnede**
- **de frontsnede**
- **de staartsnede**
- **het achterplat**

## This book is part of the Van Buchell Collection

**Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- **the spine**
- **the head edge**
- **the fore edge**
- **the bottom edge**
- **the back board**

E. fo.
45

34

34.
20.n.



Theologia

Folio nº. 45.

# ANTONII BROICKVVY A KONINGSTEIN, VIRI DOCTISsimi, & obseruantiæ regularis, Nouimagen. Gardiani, eruditissimarum in quatuor Euangelia enarrationum, nunc primum ex ipso archetypo excerptarum, Opus præclarum, in duas partes diuisum.

N. 6. A.
ffr Tymanz Horst Anno 1571
fr gis Fons

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

Coloniæ, apud honestum ciuem Petrum Quentell. Anno dñi. M. D. XXXIX. mense Augusto.

Ex dono Buchelii



# AVTORIS AD LECTOREM admonitio.

ENarrationes in Monoteſſaron Euangeliorum breues & abſolutæ, iuxta grauiſſimorum ac probatiſſimorum autorum tam priſcorum quàm neotericorum, è ſacris literis ſpiritu ſancto illuminante hauſtum intellectum, ſummo ſtudio ſic congeſtæ, vt lector puro, germano ac plano ſenſu intellectũ, & concionator in fide ac moribus ædificet populum.

Placuit autem certis rationibus in duas partiri ſectiones, tum ob Iohannis euangelium, quod magna pro parte ad paſſionem vſque ſolitarium ingreditur, tum ob cõmodiorem pro concionatoribus libri partitionem & ordinationem. Siquidem à ſacramenti feſto ad ieiunij vſque tps, vix vnum aut alterum occurrit euangelium ex Iohanne legendum in eccleſia: quare aptiſſime cum paſſionis, reſurrectionis, aſcenſionisq; hiſtorijs ordinari poteſt, quum per ieiunium, & intra paſcha pentecoſtenq; maxime legantur.

Complectitur pars prima textum euangelij incluſiue Matth. vſq; caput. XXV. Marc. XIII. Luc. XXI. Pars ſecunda Iohannis per totũ cum reliquo Matthæi, Marci, Lucæ & Iohannis, ad calcem vſque.

# ILLVSTRIS

## PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO GVILLELMO DVCI, IVliacensi, Gelriensi, Cliuensi, Montensi, Comiti Marcensi, Zutphaniensi, Rauensburgensi, ac Dño in Rauensteyn, &c.

F. Antonius Broickwy à Koningsteyn, S. D. P.

QVISQVIS PRIMITIuum Christianæ religionis statũ, illustrissime princeps, huic nostro cõferre studuerit, tanto interuallo distare perspiciet, quanto lux ab vmbra, imo à tenebris distat. Sic enim commixta confusaq; sunt passim omnia vt inter sacrũ & prophanum iustum & iniustum discernere non liceat. Siquidem fortitudo lex est iustitiæ, & quod infirmum est, inutile inuenitur. Tumultuatur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem. Ambulans recto itinere, & timens deum, despicitur ab eo qui infami graditur via. Deridetur iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum. Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant deum, cum ipse dederit omnia in manus eorum. Tacet deus conculcante impio iustiorem se. Incidimus in ea tempora, de quibus dominus conqueritur: Aduenam, inquit, calumniati sunt, pupillum & viduam contristauerunt apud te, sanctuaria mea spreuistis, & sabbata mea polluistis. Coniuratio prophetarum in medio eius sicut leo rugiens, rapiensq; prædam, animas deuorauerunt, opes & precium acceperunt, viduas eius multiplicauerunt in medio eius. Sacerdotes eius contempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea, inter sanctum & prophanũ

non habuerunt distantiam inter pollutum & mundum non intellexerunt, & à sab-
batis meis auerterunt oculos suos, & coinquinabar in medio eorum. Principes eius
in medio illius, quasi lupi rapientes prædam, ad effudendum sanguinem, ad per-
dendas animas, & auare sectanda lucra. Prophetæ autem eius, liniebant eos absque
temperamento, videntes vana, diuinantes ei mendacium, dicentes, hæc dicit
dominus, quum dominus non dixerit: Populi terræ calumniabantur calumniam,
& rapiebant violenter egenum & pauperem affligebant, aduenam opprimebant
calumnia absque iudicio. Et quæsiui de eis virum qui interponeret sepem, & staret
oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni, & effudi super
Esa.1. eos indignationem meam, in igne iræ meæ consumpsi eos. O vere infelicissima &
Threñ.5 deploranda tempora. Vere à planta pedis vsque ad verticem capitis non est sani-
tas. Hæreditas Christi versa est ad alienos. Sed vnde hæc tantorum malorum
Matth.13 colluuies. Cum dormirent, inquit dominus, homines, venit inimicus q superse-
Roma.12. minauit zizania in medio tritici, & abiit. Quare Apostolus adhortatur, dicens:
Heb.13. Qui præest in solicitudine. Et digne, nam peruigilare debet tanquam rationem
de animabus subditorum redditurus. O obstupescendũ honoris onus, de tot & tan
torum salute rationem reddere. Quemadmodum enim ex bona capitis dispositio-
ne, corporis salus dependet, sic ex præsidentium probitate & solicitudine, rei pub-
Ecci.10. licæ profectus. Nam secundum iudicem populi, sic & ministri eius, & qualis re-
Prouer.11 ctor ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Vbi autem non est gubernator populus
corruet, salus vero vbi multa consilia. Hinc Salomon, quo feliciter concreditum
sibi populum gubernare posset, supplex dominum adiit, dicens: Ego, inquit, sum
puer paruulus, ignorans egressum meum & introitum, & seruus tuus in medio po-
3.Reg.3. puli est, quem elegisti. Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt populum tuum iudica-
re possit, & discernere inter bonum & malum. Placuit sermo coram domino, & ait:
Quia postulasti verbum hoc, & non petisti tibi dies multos, nec diuicias, nec ani-
mas inicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium,
ecce feci tibi secundum sermones tuos. Et dedi tibi cor sapiens & intelligens, in-
tantum vt nullus ante te similis fuerit, nec post te surrecturus sit. Sed & hæc quæ
non postulasti dedi tibi, diuitias .s. & gloriam, vt nemo fuerit similis tui in regibus,
cunctis retro seculis. Si autem ambulaueris in vijs meis, & custodieris præcepta
Iosue.1 mea, sicut ambulauit pater tuus, longos faciam dies tuos. Sic populi sui ducem do-
minus Iosue successorem Mosi instituens, ait: Confortare & esto robustus valde,
vt custodias atque facias omnem legem quam præcepit tibi Moses seruus meus.
Ne declines ab ea ad dexteram, vel ad sinistram, vt intelligas cuncta quæ agis. Non
recedat volumen legis ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt cu-
stodias, & facias omnia quæ scripta sunt in eo, tunc diriges viam tuam, & intelliges
eam. Noli metuere, noli timere, quoniam tecum est dominus deus tuus, in omni-
bus ad quæcunque perrexeris. O vere felicem & inuictissimum ducem, qui deum
in cunctis habet directorem. Vnde sapiens orat: Da mihi sedium tuarum assistri-
cem sapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis, quoniam seruus tuus ego sum,
& filius ancillæ tuæ, homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intellectum
iudicij & legum. Mitte illam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt
mecum sit, & mecum laboret, vt sciam quid acceptum sit apud te. Scit enim illa
omnia & intelligit, & deducet me in operibus meis sobrie, & custodiet me in sua
potentia, & erunt accepta opera mea, & disponam populum tuum iuste, & ero
dignus sedium patris mei. Nec dissona decreuit inuictissimus ille Impetator, &
vere diuus Augustus Iustinianus dicens, Imperatoriam maiestatem non solum ar-
mis decoratam, sed etiam legibus oportet esse ornatam, vt vtrunque tempus,
& bellorum & pacis recte possit gubernari, & princeps Romanus victor existat,

non so

non ſolum hoſtilibus prælijs, ſed etiam per legitimos tramites, calumnianti-
um iniquitates expellat. Quorum vtranque viam cum ſummis vigilijs, ſum-
maq; prouidentia annuente deo perfecimus, victorijs à cœleſti numine præſtitis.
Non ſibi, ſed vt decuit deo victoriæ gloriam tribuit. Sic ſtrenuus populi dei pro-
pugnator Dauid, domini legem diligens, in ea meditabatur die & nocte, ac totus Pſal.118.
diuinæ nixus prouidentiæ, ait: Benedictus dominus deus meus, qui docet ma- Pſal.143
nus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Sic Goliadem illum fortiſ- 1.Regũ.17
ſimum proprijs viribus confidentem aggreſſurus, dixit: Tu venis ad me cum gla-
dio, & haſta, & clypeo, ego autem venio ad te in nomine domini exercituum, dei
Iſrael agminum, quibus exprobraſti hodie, & dabit te dominus in manu mea, &
percutiam te, & auferam caput tuum a te, & dabo cadauera Philiſtijm hodie vo-
latilibus cœli, & beſtijs terræ, vt ſciat omnis terra, quia eſt dominus deus in Iſrael,
& nouerit vniuerſa eccleſia hæc, quia non in gladio, nec in haſta ſaluat dominus.
ipſius enim eſt bellum. Vnde Sapiens: Equus paratur ad bellum, dominus au- Prouer.21
tem ſalutem tribuit. Facile autem eſt concludi multos in manu paucorum, & non 1.Mahc.3
eſt differentia in conſpectu dei cœli liberare in multis, vel in paucis, quoniam non Exod.17
in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt. Sic Moſes non Pſal.146
ferro pugnando, ſed precibus ſanctis orando Amalech deuicit. Non enim in forti
tudine equi voluntatem habebit dominus, neque in tibijs viri beneplacitum erit
ei. Beneplacitum vero eſt domino ſuper timentes eum, & in eis qui ſperant ſuper
miſericordia eius. Reſpicite, ait Sapiens, filij nationes hominum, quia nullus ſpera- Eccl.2
uit in domino, & confuſus eſt. Quis enim permanſit in mandatis eius, & derelictus Danie.2
eſt? aut quis inuocauit eum, & deſpexit illum? Ipſe enim mutat tempora & ætates,
transfert regna atque conſtituit, dat ſapientiam ſapientibus, & ſcientiam intelligen-
tibus diſciplinam. Regnum vero de gente transfertur in gẽtẽ propter iniuſtitias, &
iniurias, & contumelias, ac diuerſos dolos. Nam radices gentium ſuperbarum are-
fecit deus, & plantauit humiles ex ipſis gentibus. Sedes quoque ducum ſuperbo-
rum deſtruxit deus, & ſedere fecit mites pro eis. Sic & memoriam ſuperborum
perdidit deus, & reliquit memoriam humilium ſenſu. Hinc Saul à domino audi- 1.Reg.15
uit. Cum eſſes paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es. Pro eo er- Eccle.10
go quod abieciſti ſermonem domini, abiecit te dominus ne ſis rex. Iudex ergo ſa-
piens iudicabit populum ſuum, & principatus ſenſati ſtabilis erit. Senſati, inquit,
principatus ſtabilis erit, nec mirum, quia erga omnes ſe debite gerit. Primo er- 1.Reg.2
ga deum reuerenter. Vnde Heli dictum eſt: Quicunque honorificauerit me, glo- 1.Para.22.
rificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Hinc Dauid filium ſu-
um Solomonem ſucceſſorem regni inſtituens, ait: Det tibi dominus prudenti-
am & ſenſum, vt regere poſſis Iſrael, & cuſtodire legem domini dei tui, tunc enim
proficere poteris, ſi cuſtodieris mandata & iudicia quæ præcepit dominus. Quare Deuter.17
dominus in lege, conſtituendo regi præcepit. Poſtquàm, inquit, ſederit in ſolio re-
gni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar
à ſacerdotibus Leuitici tribus, & habebit ſecum, legetq; illud omnibus diebus vitæ
ſuæ, vt diſcat timere dominum deum ſuum, & cuſtodire verba, & cerimonias eius,
quæ in lege ſcripta ſunt. Nec eleuet cor eius in ſuperbiã ſuper fratres ſuos, neq; decli
net in partem dexteram vel ſiniſtram, vt longo tempore regnet ipſe & filij eius. Se- Prouer.20
cundo erga ſubditum clementer. Miſericodia enim & veritas cuſtodiunt regem, & 2.Reg.22
roboratur clementia thronus eius. Vnde Dauid ait: Manſuetudo mea multiplica- Ecci.32
uit me. Hinc ſapiens hortat: Rectorẽ te poſuerũt, noli extolli, eſto in illis quaſi vnus
ex ipſis, curam illorum habe, & ſic conſidera, & omni cura tua explicita recumbe, vt
læteris propter illos. Tertio erga peruerſum potenter. Nam peſtilente flagel- Prouer.19
lato ſtultus ſapientior erit, ſi autem corripueris ſapientem, intelliget ſapientiam.

Prouer. 16 Abominabiles autem regi qui agunt impie, quoniam iuſtitia firmatur ſolium eius.
Prouer.20 Nam rex qui ſedet in ſolio iuſtitiæ, diſſipat omne malum intuitu ſuo. Hinc Achab
3.Reg.20 dictum eſt. Quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro ani
Pſal.100 ma eius, & populus tuus pro populo eius. Ideo Dauid ait: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt diſperderem de ciuitate domini omnes operantes
Prouer.25 iniquitatem. Vnde Sapiens: Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum, aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iuſtitia thronus eius. Quar-
Prouer.24 to erga inimicum prudenter: Vir enim ſapiens fortis eſt, & vir doctus, robuſtus, &
Eccles.9. validus, quia cum diſpoſitione initur bellum, & erit ſalus vbi multa conſilia. Hanc ſub ſole vidi ſapientiam, & probaui maximam, ciuitas parua, & pauci viri in ea, venit contra eam rex magnus, & vallauit eam, extruxitq; munitiones per gyrũ, & perfecta eſt obſidio. Inuentusq; eſt in ea vir pauper & ſapiens, & liberauit vrbem per ſapientiam ſuam, & dicebam ego, meliorem eſſe ſapientiam fortitudine. Meliorq;
Eccl.28 eſt ſapientia, quàm arma bellica. Nam certamen feſtinatum incendit ignem, & lis feſtinans effundit ſanguinem. Quinto, erga ſeipſum decenter quantum ad victum p
Eccls 10 ſobrietatem. Beata enim terra, cuius rex nobilis eſt, & cuius principes veſcunt in tẽpore ſuo, ad reficiendum, & non ad luxuriam. Væ autem terræ, cuius rex puer eſt,
Prouer.31 & cuius principes mane comedunt. Noli ergo regibus dare vinum, quia nullum ſecretum vbi regnat ebrietas, ne forte bibant, & obliuiſcant iudicior, & mutent cauſam filior pauper. Auditum per æquitatem, ne obtrectatorum adulatiõibus ſeducatur. Princeps enim qui libenter audit verba mendacij, omnes miniſtros habet im
Prouer.29 Pſal.100 pios. Detrahentem ſecreto proximo ſuo, ait Dauid, hunc perſequebar. Et quidem
2.Reg.16 digne, quia mendacio Sibæ circumuentus, iniuſtam & impiam contra Mephibo-
Prouer.17. ſeth, dominum ipſius, dederat ſententiam. Affatum per veritatem. Non enim decent ſtultum verba compoſita, nec principem labium mentiens. In manu artificum
Ecci.9 opera laudabuntur, & princeps populi, in ſapientia ſermonis ſui. Actum per ſtre-
Ecci.4 nuitatem. Vnde ſapiens: Noli citatus eſſe in lingua tua, & inutilis, & remiſſus in ope-
Ecci.37 ribus tuis. Ante omnia opera tua verbum verax præcedat te, & ante omnem actũ
Ecci.22. conſilium ſtabile. Sicut enim loramentum ligneum colligatum fundamento ædificij non diſſoluitur, ſic & cor confirmatum in cogitatione conſilij, & cogitatus ſenſa-
ti in omni tempore, vel metu non deprauabitur. Ergo ſine conſilio nihil fac, & poſt
Ecci.32 factum non pœnitebis. Cum fatuis autem conſilium non habeas, non enim poterũt
Ecci.8 diligere, niſi quæ eis placent. Et coram extraneo ne facias conſiliũ, neſcis enim quid pariet, nec omni homini cor tuum reueles, ne forte inferat tibi gratiam falſam, & con-
Ecci.6 uicietur tibi. Multi pacifici ſint tibi, & conſiliarius vnus de mille. Ideo à conſiliario ſerua animam tuam, prius ſcito, quæ ſit illius neceſſitas, & quid ipſe in animo ſuo cogitabit, ne forte mittat ſudem in terram, & dicat tibi bona eſt via tua, & ſtet econtrario videre quid tibi eueniat. Sed cum viro ſancto aſſiduus eſto, quemcũq; cognoueris, obſeruantem timorem dei, cuius anima eſt ſecundum animam tuam. Et cor boni conſilij ſtatue tecum, non enim eſt tibi aliud plus illo, anima enim viri ſancti annũciat aliquando vera, quàm ſeptem ſpeculatores ſedẽtes in excelſo ad ſpeculandum.
Et in his omnibus deprecare altiſſimum, vt dirigat in veritate viam tuam. Ipſe enim
Prouer.8 ait: Meum eſt conſilium, & æquitas, mea eſt prudentia & fortitudo, per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt, per me principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam. Ipſe nouit decipientem, & eum qui decipitur, adducit conſi-
Iob. 12 liarios in ſtultũ finẽ, & iudices in ſtuporẽ. Diſſipat cogitatiões malignor, ne poſſint
Iob.5 implere manus eorum, quod cœperant, apprehenditq; ſapientes in aſtutia eorum &
Prouer.21. conſilia prauorum diſſipat. Non enim eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſi-
Hier.27 lium contra dominum. Ego feci, inquit, terram & homines, & iumenta quæ ſunt ſuper terram in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento, & dedi eam qui

placuit

placuit in oculis meis. Nonnunq̃ tamen propter peccata populi deus regnare facit hypocritam. Nam & interdum homo dominatur homini in malum suum. In manu enim dei potestas terræ, & execrabilis omnis iniquitas gentium, & vtilem rectorem suscitabit super illam. Sic populi sui ex Aegypto educendi, Mosen mitissimũ, cui non fuit propheta similis, quem noſſet dñs facie ad faciem, ducem instituit. Huic Iosue filius Num, vir omnibus numeris vitæ inculpatæ succeſſit, repletus spiritu sapientiæ eo quod Moses posuisset super eum manus suas. Hic sorte filiis Israel terram promissionis diuisit, sicut dñs promiserat, seruiuitq; Israel dño cunctis diebus Iosue, & seniorum q̃ longo vixerant tempore post Iosue, & qui nouerant omnia opera domini quæ fecerat in Israel. Quo mortuo & omni illa generatione, surrexerunt alij qui non nouerunt dominũ & opera quæ fecerat cum Israel, feceruntq; malum in conspectu domini, & seruierunt Baalim, & dimiserunt dominũ deum patrũ suorum. Cum enim non esset rex in Israel, vnusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat. Cito deseruerunt viam, per quam ingressi fuerunt patres eorũ, & audientes mandata domini, omnia fecere contraria, quare iratus dominus, tradidit eos in manus diripientiũ, & sic afflicti (intellectum vexatione dante auditui Esa. xxviij) clamauerunt ad dominum. Cumq; iudices suscitaret eis, flectebatur misericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vastantium. Subinde importuna populi postulatione, à domino in regem electus est Saul filius Cys, electus & bonus, nec erat vir de filiis Israel melior illo. Ab humero & sursum eminebat super omnem populum. Ab hoc propter superbiam & inobedientiam erga deum, regnũ in Dauidem & eius generationem deriuatum est, cui dominus testimonium perhibuit, d. Inueni Dauid filium Iesse, virum secundũ cor meum, q̃ facit omnes voluntates meas. In ipsum em̃ directus est spũs domini (vnctione per Samuelem domini mandato facta) à die illa, & deinceps. Vnde de omni corde suo laudauit dominum, & dilexit deum, q̃ fecit illum, & stare fecit cantores contra altare, & dedit in celebrationibus deus & ornauit tẽpora vsq; ad consummationẽ vitæ, laudare nomen sanctũ domini. Post hunc surrexit filius sensatus Salomon, q̃ imperauit in diebus pacis, cui subiecit deus omnes hostes, vt conderet domum nomini suo. Sed mulierum amore, quanq̃ gloria & diuicijs inclytus, in senectute deprauatus, maculã dedit in gloriam suã, lapis offensiõis dñi Israel factus, sacrificia idolis exhibuit, & phana ædificauit. Quã ob causam offensus dominus, regno dispartito, decẽ tribus seruo suo Hieroboam, filio Nabath tradidit. Nec ipse Hieroboam dñi legem custodiuit, sed peccare fecit Israel peccatum magnum, separans à dño. Neq; correptus per prophetas, reuersus est de via sua pessima, sed fecit de nouissimis populi sacerdotes excelsorũ. Huius impietatem cæteri reges cum populo imitati, dñi per prophetas monita deridebant, donec finaliter destructi, & de terra sua trasłati fuerunt. Sed nec Iuda custodiuit mãdata dñi dei sui, sed ambulauit in vijs Israel & erroribus. Ipse em̃ Roboam malũ fecit (a quo & decem tribus desciuerant, eo q̃ senũ relicto consilio, duro populo respondebat, iuuenũ consilio, q̃ secum nutriti fuerant, seductus) nec præparauit cor suũ, vt quæreret dñm. Sic vicissim impijs pij, scelestis probi succeſſere, q̃ collapsa restaurarunt, errantesq; ad legẽ dei, & cultũ reuocarunt, qbus dñs, quantũcunq; viribus imbecilles, & numero pauci essent, desperatis in rebus victorioſe semper adfuit ac stupende. Tandẽ succrescentibus dietim malis, quũ malitia bonitatem vinceret, & impietas pietatẽ excluderet, sub rege Manasse, q̃ Hierusalẽ sanguine prophetarũ ad os impleuit, templum & omnia sacra prophanauit, idololatriam induxit, & demum sub Zedechia q̃ cum vniuersis principibus sacerdotũ, & populo prꝫuaricatus est inique iuxta vniuersas gentium abominationes, domum dñi polluendo quam sanctificauerat sibi in Hierusalẽ, nuncios dei subsannando, dei sermones spernẽdo, prophetas illudendo, furor dñi ascendit in ppm, vt nulla esset curatio, & circũferret in Chaldæos.

Iob. 34
Eccles. 8.
Ecci. 10
Deuter. 34
Exod. 3
Deut. 34
Iosue. 1
Iosu. 28.
Iudic. 2
Iudic. 17
Iudic. 2
1. Reg. 8. 9
1. Reg. 16
Actor. 13.
1. Reg. 16.
Eccle. 47
3. Reg. 11
4. Reg. 17
3. Reg. 13
4. Reg. 17
3. Reg. 12
2. Par. 12
4. Reg. 21
2. Para. 36.

Postremo

1.Macha.3 1.Mach.12. Postremo loco populum suum de manu tyrannorum & gentium per strenuos il-
los Machabæos vindicauit, qui gentibus cęsis, templum mundarunt & sanctificaue
runt, habentes pacis tempore solacio sanctos libros, qui erant in manibus ipsorum.
Eccls.8 Omni enim negotio tempus est & opportunitas. Non ergo ocium per dei adiuto-
rium nactum voluptati, sed pietati dedicauere. Voluptas enim spiritum resoluit, &
à deo disiungit. Incrassatus, inquit, est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impingua
tus, dilatatus, dereliquit deum factorem suum, & recessit à deo salutari suo. Et domi-
Deut.32 Hiere.5. nus: Magnificati sunt & ditati, incrassati & impinguati, præterierũt sermones meos
1.Timot.4 Esa.1 pessime. Pietas autem ad omnia valet, promissionem habens vitæ quæ nunc est &
futuræ. Si volueritis & audieritis me, ait dominus, bona terræ comedetis, quod si
nolueritis & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos. Summa ita-
que dei populus vigilantia, secundũ dei legẽ in vitæ viam & iustitiæ dirigendus, ne
1.Para.17 iram dei præuaricando in se prouocet. Sic sanctus ille rex Iosaphat sacerdotes mi-
sit, qui docebant populum in Iuda, habentes librum legis domini, & circumibant
cunctas vrbes Iuda, atque erudiebant populum. Fuit itaque dominus cum eo, quia
ambulauit in vijs Dauid patris sui. Sic & per ciuitates iudices constituit, præcipiens
2.Para.19 eis: Videte, inquit, quid faciatis, nõ enim hominis exercetis iudicium sed domini, &
quodcunque iudicaueritis in vos redundabit. Sit timor domini vobiscum, &
omnia cum diligentia facite, non enim est apud dominum deum nostrum iniqui-
tas, nec personarum acceptio, nec cupido munerũ. Nec minora ob auitas in te pro-
genitorum dotes, illustrissime princeps expectamus, qui fidei constantia, ac longani-
mi patientia semper illustrissime triumpharunt, studiosissime inuigilantes, ne domi-
Psal.79 Canti.2 ni vineam aper de sylua exterminaret, aut singularis ferus depasceretur. Nouerant
enim capiendas vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. Id quidem eo facilius
præstare poteris clarissime P. quod ab infantia sacras literas imbibisti quę te instrue-
2.Timo.3. re possunt ad salutem. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docen-
dum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit ho
mo dei ad omne opus bonum instructus. Haud igitur inauspicato in mentem venit
quo tuæ celsitudini hunc meum quantulumcunq; laborem, quem in monotesseron
euangeliorum, e veterum & Neothericorum pῆs scriptis elucidandum multorum
rogatu assumpseram, fidenter dedicarem, pleniſſime agnoscens minime displicere
magnitudinis tuę pietati, quicquid in Christianæ religionis profectum
& dei gloriam in lucem venit, cui illustrissima tua celsitu-
do, cum concredito sibi populo felicissime
sit commendata Neomagῆ die
tertio Augusti.

# INDEX EVANGELICI

TEXTVS, IVXTA CVIVSQVE EVANGELISTAE ET CAPITVM & materiæ ordinem. Textu itaq; vel eius summario posito, numerus cum abcdarij litera adijcitur, certum determinans inueniendi locũ. Exempli causa, Matth.1. Liber generationis, siue de genealogia Christi.1.art.7.i. hoc est, parte prima, articulo (nam vnaquæq; partium in articulos diuiditur) septimo, litera i, vsq; ad literam.k. Sin vero litera sine numero ponatur, indicat textum ipsum, sub articulo proximo antecedenti contineri, Vt Iohã.12 Nunc iudicium est mundi.a. hoc est, sub articulo.23. partis secundæ. Itẽ Matth.28. De manifestatione domini in Galilæa.t. hoc indicat sub articulo.36. partis secundæ reperiendum. Nam primus numerus partem, secundus vero articulum determinat, ar. articulum, litera, initium textus vsq; ad proxime sequentem designat.

## MATTHAEI TEXTVS.


Cap.1. de Christi genealogia, Liber generationis.1.ar.7.i. De sponsatione Mariæ.k.
Cap.2. de aduentu Magorũ.1.ar.10.o. Fuga in Aegyptũ.1.ar.12.r. Reuersiõe ex Aegypto.s
Cap.3. de prædicatione & baptismo Iohãnis 1.ar.15.z. Baptizatione Iesu.a.
Cap.4. de ieiunio & tentatione Iesu.1.ar.16.b. Initio prędicationis ipsius.1.ar.19.f. & ar.22 k. Apostolorum vocatione.1.ar.21.h
Cap.5. de sermone domini in monte.1.ar.26. Videns Iesus turbas.o. Vos estis sal terræ.p Nisi abundauerit iustitia.q. Esto cõsentiẽs.r Diligite inimicos.s.
Cap.6. articulo priori, Attendite ne iustitiã.t. Cum oratis.u. Cum autem ieiunatis.x. Nemo potest duobus dominis seruire.z
Cap.7. articulo superiori, Nolite iudicare.b. Attendite à falsis prophetis.d. Omnis ergo qui audiuit verba mea hæc.e
Cap.8. de leproso sanato.1.ar.27.f. Seruo centurionis.1.ar.28.g. Socru Simonis.1.ar.23.l. Sequi volentibus Christum.1.ar.30.i. Maris quietatione.1.ar.31.k. Dæmoniacis & porcis submersis.1.32.l
Cap.9. de paralytico sanato.1.ar.33.m. Matthæi vocatione.1.ar.24.m. Discipulorũ Iohannis ieiunio.1.ar.34.n. Puellæ suscitatione & emorroissa.1.ar.35.o. Cæcis & dæmoniaco curatis.1.ar.36.p. Operarijs ĩ messem mittendis.1. ar.38.r.
Cap.10. de apostolorũ missione.1.ar.39.s. Ecce ego mitto vos.t. Nihil opertum quod nõ reueletur.u. Nolite arbitrari q̃ venerim.x
Cap.11. de quæstione Iohannis per discipulos 1.ar.40.z. Iohannis commẽdatione per Iesum.a. Ciuitatum exprobratione.1.ar.48.k Confiteor pater domine cæli.1.ar.52 q
Cap.12. de spicarum confricatione.1.ar.57.z Manus aridæ sanatione.1.ar.58.a. Dæmonio cæco & muto.1.ar.49.l. Signum petentibus 1.ar.51.o. Matre & fratribus Iesu.1.ar.50.n
Cap.13. de semine verbi diuini.1.ar.59.c. Bono semine & zizanijs.e. Grano sinapis.f. Thesauro abscondito, negociatore, & sagena, 1.ar.60.g. Admiratione turbæ super doctrina Christi.1.ar.37.q.
Cap.14. de Iohãnis incarceratione.1.ar.17.c Occisione.1.ar.42.c. Quinq; panibus.1.ar.45.f. Ambulatione supra mare.1.ar.46.h
Cap.15. de Iudaicarum traditionum reprehẽsione.1.ar.61.h. Muliere Cananæa.1.ar.62.i. Surdo, mutis & alijs sanatis.1.ar.63.k. Septẽ panibus.1.ar.64.l
Cap.16. de signo è cælo & fermento.1.ar.65.m Filio hominis.1.ar.67.o. Cruce baiulãda post Christum.1.ar.68.q
Cap.17. de transfiguratione domini.1.ar.69.r. Spiritu quẽ discipuli non potuerunt eijcere 1.ar.70.t. Didragmatis solutiõe.1.ar.71.u
Cap.18. de scandalo pusillorum vitando.1.ar.72.x. Perditæ ouis inuẽtione.y. Correptiõe fraterna.1.ar.73.z. Seruo nequã.1.ar.74.a
Cap.19. de reditu in Iudæam.1.ar.76.c. Diuorcio.1.ar.80.i. Paruulis oblatis.1.ar.81.k. Via vitæ.1.ar.85.n. Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te.o
Cap.20. de conductis operarijs in vineam.1. ar.84.q. Passionis prænunciatione.1.ar.92. d. Filiorum Zebedæi petitione.1. ar.95.g. Duobus cæcis illuminatis.1.ar.97.l.
Cap.21. de aselli sessione.1.ar.98.m. Eiectione vendentium.1.ar.99.p. Arefactione ficulneę 1.ar.100.q. Baptismi Iohannis origine.1.ar. 101.r. Filio voluntatem patris facienti.1.ar. 102.s. Agricolis malis vineæ collacatæ.1.ar. 104.x
Cap.22. de veste nuptiali.1.ar.105.y. Tributo Cæsari pendendo.1.ar.106.z. Resurrectione mortuorum.1.ar.107.a. Magno mandato.1. ar.108.b
Cap.23. de doctrina pharisæorũ audienda.1. ar.109.c. Væ multiplici.1.ar.110.d. Prophetarum occisione.e
Cap.24. de templi, ciuitatis & mundi cõsummatione.1.ar.112.g. Sedente eo super montem.h. Cum ergo videritis abominationem desolationis.k. Iudicij signis.1.ar.113.l. Incertitudine horæ iudicij & vigilia.1.ar.114.p
Cap 25. de decem virginibus.1.ar.115.q. Quinq; talentis.r. Iudicij forma.s.

Cap.26. de Iesu venditione,2. ar.24.c. Agni manducatione,2.ar.25.d.Sacramenti institutione,2.ar.27.f.Proditionis Iudæ & negationis Petri prænunciatione,2.ar.28.g.Passio domini,2.ar.30.a
Cap.27.de passione domini,2.ar.33.d.Sepultura domini,2.ar.36.g
Cap.28.de resurrectione domini & angelica apparitione,2.ar.37.h.Apparitione dñi mulieribus occurrẽtis,& custodũ deprauatiõe, m.Manifestatione Iesu in Galilæa,t.

## MARCI TEXTVS.

Cap.1.de p̃dicatione & baptismo Iohannis,1. ar.15.y.Iesu baptizatione.a.Ieiunio & tentatione Iesu,1.ar.16.b.Prædicationis Iesu initio.1.ar.18.d.Apostolorꝫ vocatione.1.ar.21. h.Expulsione dæmonis.1.ar.22.i.Socru Simonis.1.ar.23.l. Leproso.1.ar.27.f.
Cap.2.de paralytico sanato.1.ar.33.m. Matthæi vocatione.1.ar.24.m. Ieiunio discipulorum Iohannis,1.ar.34.n. Spicarum confricatione,1.ar.57.z
Cap.3.de manus aridę sanatiõe.1.ar.58.a.Apostolorum electione,1.ar.25.n. Dæmoniaco curato,1.ar.49.l. Matre & fratribus Iesu,1. ar.50.n
Cap.4.de semine verbi diuini,1.ar.59.c, d.Semine iacto vltrò crescente,f.Grano sinapis, f.Quietatione maris,1.ar.31.k
Cap.5.de dæmoniacis & porcis,1.ar.32.l.Puellæ suscitatione & emorroissa,1.ar.35.o
Cap.6.de admiratione turbæ super doctrina eius,1.ar.37.q.Apostolorꝫ missione,1.ar.29. f.Prædicatione apostolorꝫ.y.Herodis opinione de Iohanne & Iesu,1.ar.43.d.Iohannis incarceratione,1.ar.17.c.Occisione,1.ar. 42.c. Apostolorꝫ reditu,1.ar.44.e.Quinq; panibus,1.ar.45.f. Ambulatione supra mare,1.ar.46.h
Cap.7.de Iudaicarum superstitione traditionum,1.ar.61.h.Muliere Cananæa,1 ar.62.i. Surdo & muto curato,1.ar.63.k
Cap.8.de septẽ panibus,1.ar.64.l.Signo è cælo & fermẽto,1.ar.65.m.Cæco succedente curato,1.ar.66.n. Quis sit filius hominis opinione,1.ar.67,o.Cruce baiulãda post Christum,1.ar.68.q
Cap.9.de domini transfiguratione,1.ar.69.r. Spiritu quẽ discipuli eiicere nõ potuerũt,1. ar.70.t.de maioritate & humilitate,1.ar.72 x.Non sequenti & dæmonia eiicienti,1.ar. 75.b.Scandalo vitando,1.ar.72.x
Cap.10.de reditu in Iudæam,1.ar.76.c.Diuortio,1.ar.80.i.Paruulis oblatis,1.ar.81.k.Via vitæ,1.ar.83.n.Ecce nos reliquimus omnia, o.Passionis p̃nunciatione,1.ar.92.d. Filiorũ Zebedæi petitione,1,ar.95.g.Cæci illuminatione,1,ar,97.l
Cap.11.de sessione aselli,1.ar.98.m. Arefactione ficulneæ,1.ar.100.q. Eiectione vẽdentiũ, 1.ar.99.p.Baptismi Iohãnis origĩe,1.ar.101.r
Cap.12.de malis vineæ agricolis,1.ar. 104.x. Tributo Cæsari pendẽdo,1.ar.106.z.Resurrectione mortuorꝫ,1.ar.107.a.Mãdato magno,1. ar.108.b. Doctrina pharisæorꝫ, 1.ar. 109.c. Viduæ oblatione,1.ar.111.f
Cap.13.de templi ciuitatis & mundi cõsummatione,1.ar.112.g,i,k. Iudicij signis,1.ar.113.l. Aduentus incertitudine,m. Vigilia & oratione,1.ar.114.n
Cap.14.de Christi venditiõe,2.ar.24.r.Agni manducatione,2.ar.25.d. Sacramẽti eucharistiæ institutione,2.ar.27.f. Proditionis Iudæ & negationis Petri p̃nunciatione,2.ar. 28.g.passione dominica,2.ar.30.a
Cap.15.de passione domini,2.ar.33.d.Sepultura domini,2.ar.36.g
Cap.16.de resurrectione dñi & angelica apparitione,2.ar.36.h.Dñica ascẽsione.2.ar.38.u

## LVCAE TEXTVS.

Cap.1.de conceptus Iohãnis p̃nunciatione,1. ar.3.e.Annunciatione conceptus Christi,1. ar.4.f.Mariæ visitatione,1.ar.5.g.Iohannis natiuitate,1.ar.6.h
Cap.2.de Christi natiuitate,1.ar.8.l. Pastorũ aduentu,m.Dñi circuncisione,1.ar.9.n.Mariæ purificatiõe,1.ar.11.p. Pueri Iesu profectu,1.ar.12.r.Inuentione in templo,1.ar.13.u Iohannis habitatione in deserto,1.ar.14.x
Cap.3.de p̃dicatione & baptismo Iohannis,1. ar.15.y,&,z. Iohannis incarceratione,1.ar. 17.c.Iesu baptizatiõe,a.Genealogia Chri,a
Cap.4.de ieiunio & tentatione Christi, 1.ar. 16.b. Lectione in synagoga,1.ar.19.e. Dæmoniaco curato,1.ar.22.i.Socru Simonis,1. ar.23.l
Cap.5.de apostolorꝫ piscatione & vocatione 1.ar.20.g.Leproso sanato,1.ar.27.f.Paralytico curato,1.ar.33.m. Matthæi vocatione, 1.ar.24.m.Ieiunio discipulorꝫ,1.ar.34.n
Cap.6.de spicarꝫ confricatione,1.ar.57.z.Manu arida,1.ar.58.a,Apostolorꝫ electiõe,1.ar. 25.n,Beati pauperes,1.ar.26.a,Estote miseri cordes,b,Non est arbor bona,c
Cap.7.de seruo centurionis,1.ar.28. g, Filio viduæ suscitato,1.ar.29.h, Quæstione p discipulos Iohãnis,1.ar.40.z, Iohãnis cõmendatione,a,Peccatricis pœnitudine,1.ar.41.b
Cap.8.de verbi diuini semine,1.ar.59.b,c,Matre & fratribus Iesu,1.ar.50.n, Maris turbatione,1.ar.31.k,Dæmonibus in porcos missis 1.ar.32.l,Puellæ suscitatione & emorroissa, 1.ar.35.o.
Cap.9.de apostolorꝫ missione,1.ar.39.f, Prædicatione,y,Herodis opinione,1.ar.43.d,Apostolorꝫ reditu,1.ar.44.e, Quinq; panibus,1.

ar.45.f.Cruce baiulãda poſt Chriſtũ,1.ar.68.q.Filio hoĩs,1.ar.67.o,Tranſfiguratiõe,1 ar.69.r,Spũ quẽ diſcipuli curare non potuerunt,1.ar.70.t,Maioritate & ſcandalo vitando,1.ar.72.x,Dæmonia eĩciẽte & nõ ſequẽte,1.ar.75.b,Samaritanoꝝ obſtinatiõe,1.ar.94.f,Sequi volentibus Chriſtũ,1.ar,30.i

Cap.10.de diſcipuloꝝ miſſione,1.ar.47.i.Ciuitatũ exprobratiõe,1.ar.48.k, Diſcipulorũ reuerſione,1.ar.52.p, Cõfiteor pater,q,Dei dilectiõe & Samaritano,1.ar.53.r, &,ſ,Marthæ miniſterio,1. ar.54.t

Cap.11. de oratiõis doctrina,1.ar.55.u,Inſtantia orationis,x, Dæmonio muto, 1.ar.49.l, Beatus venter,m,Signũ petẽtibus,1.ar.51.o Nemo accendit lucernã.o, Traditionibus phariſæoꝝ,1.ar.56.y,Væ multiplici ſcribaꝝ & phariſæorum,1.ar.110.d,Prophetarũ occiſione.e

Cap.12.de fermẽto cauẽdo &morte nõtimẽda 1.ar.76.c,Auaritia & ſolicitudine inutili cauẽda,1.ar.77.d,Nolite timere puſillus grex, e,Sint lumbi veſtri,1.ar.114.o,Diſpẽſatore fideli.p,Temporꝝ cognitione,1.ar.77.f

Cap.13.de Galilæis occiſis & ficulnea,1.ar.78. g,Muliere incuruata,1.ar.79.h, Grano ſinapis & fermento,1.ar.59.f,Porta anguſta & dolo Herodis,1.ar.85.r,Hieruſalem malitia 1.ar.110.e.

Cap.14.de hydropico curato & humilitate,1. ar.86.ſ, Cœna.1.ar.87.t,&,u. Odiendis parentibus,1.ar.88.x, Bonum eſt ſal.y

Cap.15.de oue perdita & dragma,1.ar.82.l,Filio prodigo. m

Cap.16.de villico,1.ar.89.z,Auaritia vitãda.a Diuortio,1.ar.80.i,Diuite epulõe,1.ar.90.b

Cap.17.de ſcandalo vitando,1.ar.72.x, Correptione fraterna,1.ar.73.z.Fidei augmẽto,& ſeruo humili,1.ar.91.c, Leproſis curatis,1.ar. 93.e,Aduentus iudicij claritate,1.ar.112 k,In certitudine,1. ar.113.m

Cap.18.de iudice iniquo,1.ar.103.t,Publicano & phariſæo.u, Paruuloꝝ oblatiõe, 1.ar.81.k Via vitæ,1.ar.83.n,Ecce nos reliquimus omnia.o, Paſſionis prænunciatione,1. ar.92.d. Cæci illuminatione, 1.ar.96.h

Cap.19.de Zachæo,1.ar.96.i,Decẽ minis.k,Seſſiõe aſelli,1.ar.98.m,&,n,Fletu Ieſu,1.ar.99.o

Cap.20.de Iohãnis baptiſmo,1.ar,101.r, Malis agricolis,1.ar.104.x, Tributo Cæſari pendendo,1.ar.106.z, Reſurrectiõe mortuoꝝ.1 ar.107.a, Vita phariſæorum non ſectanda. 1.ar.109.c

Cap.21.de viduæ oblatiõe,1.ar.111.f, Tẽpli ciuitatis & mũdi conſummatiõe.1.ar.112.g,&,h Cũ audieritis p̃lia.i, Cũ videritis circũdari.k Erũt ſigna.1.ar.113.l, Gula vitãda.m, Populi deuotione ad verbũ Chriſti.1.ar.116.t

Cap.22. de Ieſu venditione.2.ar.24.c, Agni mãducatione.2.ar.25.d,Sacramẽti euchariſtiæ inſtitutione.2.ar.27.f,Proditionis Iudę & negationis Petri p̃nunciatione.2.ar.28.g Cõtentiõe maioritatis.h,Fidei Petri firmitate,& gladijs.i, Paſſione dñica.2.ar.30.a

Cap.23.de paſſione dominica.2.ar.33. Sepultura Chriſti.2.ar.36. g

Cap.24.de reſurrectione dñi & apparitiõe angeloꝝ.2.ar.36.h,&,i.Apparitiõe in Emaus. n. In Hieruſalẽ.o, Aſcenſione.2.ar.36.u

## IOHANNIS TEXTVS.

Cap.1.de æterna Chriſti generatione.2.ar.1.a Teſtimonio Iohannis de Chriſto.2.ar.2.b Ad ſacerdotes & leuitas.c, Ad turbas.d,Ad diſcipulos.e

Cap.2.de vini mutatiõe ex aqua.2.ar.3.f,Vendentium & ementiũ eiectione.2. ar.4.g

Cap.3.de Nicodemo.2.ar.5.h,Sic deus dilexit mũdum.i,Quæſtione ſup baptiſmo Chriſti 2.ar.6.k

Cap.4.de muliere Samaritana.2.ar.7.l, Filio reguli.2.ar.8.o

Cap.5.de probatica piſcina.2.ar.9.p, Sicut pater ſuſcitat.q, Amen a.d.qñ mortui.q

Cap.6. de quinq; panibus.1.ar.45.f, Ambulatione ſuper mare.1.ar 46.h, Prædicatiõe eu chariſtiæ.2.ar.12.u,Omne quod dat mihi.x Nemo poteſt venire.z. Caro mea vere eſt cibus.b. &c.

Cap.7.de ſcenopegia.2.ar.13.d. Iam die feſto medi.e. Miſerũt principes & phariſæi.f

Cap.8. de muliere adultera. 2. ar.14.h, Ego ſum lux.2.ar.15.i,Ego vado & quæretis me, 2.ar.16.k, Dicebat ad eos qui crediderũt.l, Quis ex vobis arguet me de peccato.m

Cap.9.de cæco nato.2.ar.17.n, Cæcitate phariſæorum.n

Cap.10. de oſtio ouilis.2.ar. 18. o, Paſtore.p. Enceniorum feſtiuitate.2.ar.19.r

Cap.11.de Lazari ſuſcitatione.2.ar.20.ſ,Dixit Martha ad Ieſum.ſ, Concilio aduerſus Ieſum.2.ar.21.t

Cap.12.de alabaſtro vnguẽti.2.ar.22.u.Seſſione aſelli.1.ar.46.h, Gentiliũ ad Ieſum deuotione.2.ar.23.x, Amẽ a.d.niſi granũ.y,Nũc aĩa mea turbata.z, Nunc iudiciũ eſt mundi.a

Cap.13.de pedũ ablutiõe,2.ar.26.e, Proditiõis Iudę &negatiõis Petri p̃nũciatiõe.2.ar.28.g

Cap.14.de ſermõe dñi poſt cœnã.2.ar.29.Nõ turbetur cor veſtrũ.k,Si diligitis me,mandata.l,Si quis diligit me.m

Cap.15.2.ar.29.Ego ſum vitis.n,Hoc eſt p̃ceptũ meũ.o,Hæc mãdo vobis.p,Cũ venerit paracletus, &.16.abſq; ſynagogis facient.q

Cap.16.Vado ad eũ.2.ar.29.r,Modicũ & iã nõ vid.ſ,Amen a.d.vo.ſi quid petieritis.t

Cap.17.Subleuatis oculis.2.ar.29.u, Cõſeruatione,ſanctificatiõe,& glorifi.diſcipuloꝝ.x

Cap.18.de paſſione dominica.2.ar.30.a

Cap.19.de paſſione.2. ar.34.e, Sepultura do-

mini.2.ar.36.g
Cap.20.de resurrectione & apparitione dñi. 2.ar.37.h,Sepulchri visitatione per Mariã.k Petrum & Iohannem.k, Iesu apparitione Mariæ.l,Discipulis.p
Cap.21.de piscatione discipulorum.2.ar.37.q Petri dilectione.r,Imitatione.s

# INDEX

EVANGELIORVM ECCLESIastica ordinatiõe,sacris in ædibus,tam dñicis q̃ quadragesimæ & diuor̃ feriis,necnon defunctor̃ memoriis p̃legendor̃,textus initium finem q̃ complectens, determinatum q̃ locum, & numero & litera ostendens.

## ¶Dominica aduentus prima.

Cum appropinquaret.(Matth.21.)in nomine domini.1.ar.98.g
Secunda.Erunt signa.(Luc.21.)verba mea nõ transibunt.1.ar.115.b
Tertia. Cum audisset Iohannes in vinculis. (Mat.11.) Viam tuam ante te.1.ar.40.a
Quarta.Miserunt Iudæi à Hierosolymis.(Iohan.1.) erat Iohãnes baptizans.2.ar.2.c
Natalis dñi,Gallicantu.Exiit edictũ.(Luc.2.) bonæ voluntatis.1.ar.8.l
Aurora. Pastores loquebantur.(Luc.2.) sicut dictum est ad illos.1.ar.8.m
Die.In principio erat verbum.(Iohan.1.) gratiæ & veritatis 2.ar.1.a
Stephani.Ecce ego mitto vos.(Matth.23.)domini.1.ar.110.e
Iohannis.Dixit Iesus Petro:Sequere me.(Iohan.21.) testimonium eius.2.ar.37.f
Innocentum.Angelus domini ap.(Matth.2.) quia non sunt.1.ar.12.r
Dñica.Erant Ioseph & Maria mirantes.(Lucæ.2.)erat in illo.1.ar.11.q
Circuncisionis.Postquã consummati (Luc.2) conciperetur.1.ar.9.n
Epiphaniæ. Cum natus esset Iesus(Matth.2) regionem suam.1.ar.10.g
Dominica.Cum factus esset Iesus (Luc.2)deũ & homines.1.ar.13.u
Octaua.Vidit Iohannes Iesum(Ioh.1.) hic est filius dei.2.ar.2. d
Dominica secunda.Nuptiæ factæ sunt(Ioh.2) discipuli eius.2. ar.3.f
Tertia. Cum descendisset Iesus(Matth.8.)ex illa hora.1.ar.27.f
Quarta.Ascendente Iesu in naui,(Matth.8.) mare obediuit ei.1.ar.31.k
Quinta.Simile est reg.cæl. &c.bonum semen (Matth.13.)in horreum meum.1.ar.59.e
Septuagesimæ.Simile est regnũ cælor̃ patrifamil.(Mat.20) pauci vero electi.1.ar.84.q
Sexagesimæ.Cum turba plurima(Lucæ.8.)in patientia.1.ar.59.c
Quinquagesimæ.Assumpsit Iesus (Luc.18.)dedit laudem deo.1.ar.96.h
Cinerum.Cum ieiunatis(Matth.6.)cor tuum erit.1.ar.26.x
Feria quinta.Cum introisset Iesus Capernaũ, Matth.8)ex illa hora.1.ar.28.g
Sexta. Audistis quia,diliges (Matth.5)reddet tibi.1.ar.26.s
Sabbato.Cum sero esset(Marc.6.)tangebant, salui fiebant.1.ar.46.h
Dñica quadragesimæ prima. Ductus est Iesus (Mat.4)ministrabant ei.1.ar.16.b
Feria secunda.Cũ venerit filius hominis(Matthæ.25)vitam æternam.1.ar.115.s
Tertia.Cum intrasset Iesus Hierosolymam, (Mat.21.)de regno dei.1.ar.99.p
Quarta.Accesserũt ad Iesum scribæ (Mat.12) & mater est.1.ar.51.o
Quinta.Dicebat Iesus ad eos qui in se credide runt(Iohan.8)verba dei audit.2.ar.16.l
Sexta.Erat dies festus Iudæor̃ (Iohan.5)qui fecit eum sanum.2.ar.9.p
Sabbato.Assumpsit Iesus Petrum, Iaco.(Matthæ.17)à mortuis resurgat.1.ar.69.r
Dñica secũda.Egressus Iesus,secessit in (Mat. 15.)filia eius ex illa hora.1.ar.62.i
Feria secũda.Ego vado,& quæretis me(Iohã. 8)facio semper.2.ar.16.k
Tertia. Super cathedram (Matth.23.)exaltabitur.1.ar.109.c
Quarta.Ascendens Iesus Hiero. (Matth.20.) redemptionem pro multis.1.ar.91.g
Quinta.Homo qui.e.diues(Luc.16.)credent, 1.ar.90.b
Sexta.Homo erat paterfa. qui plantat (Matt. 21.)eum habebant.1. ar.104.x
Sabbato.Homo quidam habuit duos(Luc.15) & inuentus est.1.ar.81.m
Dñica tertia.Erat Iesus eiiciens(Luc.11.)& custodiunt illud.1.ar.49.b
Feria secunda.Quanta audiuimus(Luc.4)per medium illor̃ ibat.1.ar.19.e
Tertia.Respiciens Iesus in discipulos,d.Simo Pet.(Mat.18.)septuagies septies.1.ar.13.z
Quarta.Accesserunt ad Iesum Hiero.(Matt. 15) coinquinant hominem.1. ar.61.h
Quinta.Surgẽs Iesus de synagoga intra.(Lucæ.4)euangelizare regnũ dei.1.ar.23.l
Sexta.Venit Iesus in ciuitatẽ Samariæ.(Iohã. 4.)saluator mundi.2.ar.7.m
Sabbato.Perrexit Iesus in montem(Iohã.8.) noli peccare.2.ar.14.h
Dñica quarta.Abiit Iesus trans mare (Iohã.6) est in mundum.1.ar.45.f
Feria secũda.Prope erat pascha (Iohã.2)quid esset in homine.2.ar.4.g
Tertia.Iam die festo mediante(Ioh.7) multi crediderunt in eum.2.ar.13.e

IIII. Præteriens Iesus vidit. (Iohan. 9.) prociDens adorauit eum. 2. art. 17. n
V. Ibat Iesus in ciuitatem. (Lucæ. 7.) visitauit plebem suam. 1. ar. 29. h
VI. Erat quidam languens. (Iohan. 11.) credide runt in eum. 2. ar. 20. f.
Sabbato. Ego sum lux. (Iohan. 8.) venerat hora eius. 2. ar. 15. i.
Passionis. Quis ex vobis arguet. (Iohãnis. 8.) de templo. 2. ar. 16. m
Feria. II. Miserunt principes & pha. (Iohã. 7) credentes in eum. 2. ar. 13. f.
III. Ambulabat Iesus in Galilæa. (Iohannis. 7) metum Iudæorum. 2. ar. 13. d
IIII. Facta sunt encenia. (Iohan. 10.) & ego in patre. 2. ar. 19. e
V. Rogabat Iesum quidam pharisæus (Luc. 7. vade in pace. 1. ar. 41. b
VI. Collegerunt pontifices &. (Iohan. 11) cum discipulis suis. 2. ar. 21. t
Sabbato. Subleuatis oculis. (Iohan. 17.) & ego in ipsis. 2. ar. 29. v
Palmarum. Cum appropinquaret. (Matth. 21) in nomine domini. 1. ar. 98. g
Feria. II. Ante sex dies paschæ (Ioh. 12) abscondit se ab eis. 2. ar. 23. x
Cœna domini. Ante diem festum. (Iohan. 13.) ita & vos faciatis. 2. ar. 26. e
Passio domini. 2. ar. 30. a.
Dominica resurrectiõis. Maria Magda. (Mat. 16.) dixit vobis. 2. ar. 23. h
Feria. II. Duo ex discipulis ibant. (Lucæ. 24) in fractione panis. 2. ar. 37. o
III. Stabat Iesus in medio. (Luc. 24) in omnes gentes. 2. ar. 37. o
IIII. Manifestauit se Iesus. (Iohan. 21) à mortuis. 2. ar. 37. q
V. Maria stabat ad monumentum. (Iohan. 20) & hæc dixit mihi. 2. ar. 37. l
VI. Vndecim discipuli. (Matth. 28) ad consummationem seculi. 2. ar. 37. t
Sab. Vna sabbati. Maria. (Iohan. 20). 2. ar. 37. k
Dominica prima post Pascha. Cum sero esset. (Iohan. 20.) nomine eius. 2. ar. 37. p
Secunda. Ego sum pastor. (Iohan. 10.) vnus pastor. 2. ar. 38. p
Tertia. Modicum &. (Iohan. 16.) tollet à vobis. 2. ar. 29. f.
Quarta. Vado ad. (Iohan. 16.) annunciabit vobis. 2. art. 29. r
Quinta. Amen amen dico vobis, si quid petie. (Iohan. 16) deo exiui. 2. ar. 29. t
Rogationum. Quis vestrum ha. (Luc. 11.) petentibus se. 2. ar. 55. v
Ascensionis. Recumbentibus vndecim. (Marc. 16.) sequentibus signis. 2. ar. 38. v
Dominica post Ascensionis. Cum venerit pa. (Iohan. 15.) dixi vobis. 2. ar. 29. q
Penthecostes. Si quis diligit. (Iohan. 14.) ficfacio. 2. art. 29. m
Feria secunda. Sic deus dilexit mundum. (Iohãnis. 3.) in deo sunt facta. 2. ar. 5. i
III. Amen amen dico vobis. Qui non intrat. (Iohan. 10.) abundantius habeant. 2. ar. 18. o
IIII. Nemo potest venire. (Iohan. 16.) promũdi vita. 2. ar. 12. z
V. Conuocatis Iesus discipulis. (Luc. 9.) curantes vbique. 1. ar. 39. f
VI. Factum est in vna dierum. (Luc. 5.) mirabilia hodie. 1. ar. 33. m
Sabbato. Surgens Iesus de syna. (Lucæ. 4.) regnum dei. 1. ar. 23. l
Trinitatis. Erat homo ex pharisæis. (Iohan. 3.) vitam æternam. 2. ar. 5. h
Sacramenti. Caro mea. (Iohannis. 6.) in æternum. 2. ar. 12. b
Dñica prima post octa. pent. Homo qdam erat diues. (Luc. 1.) credent. 1. ar. 90. b
Secunda. Homo quidam fecit. (Lucę. 14.) cœnam magnam. 1. ar. 87. v
III. Erant appropinquãtes ad Iesum (Luc. 15) pœnitentiam agente. 1. ar. 82. l
IIII. Estote misericordes (Luc. 6.) de oculo fratres. 1. ar. 26. b
V. Cum turbæ irruerent in. (Luc. 5) secutæ sunt eum. 1. ar. 20. g
VI. Amen dico vobis. Nisi abundauerit. (Mat. 5.) munus tuum. 1. ar. 26. d
VII. Cum turba multa. (Marci. 8.) & dimisit eos. 1. ar. 64. l
VIII. Attendite à falsis pro. (Matth. 7.) in regnum cælorum. 1. ar. 26. d
IX. Homo quidam erat diues (Luc. 16.) in æterna tabernacula. 1. ar. 89. z
X. Cum appropinquaret Iesus. (Luc. 19.) docens in templo. 1. ar. 99. o
XI. Dixit Iesus ad quosdam qui in se confi. (Lucę. 18.) exaltabitur. 1. ar. 103. v
XII. Exiens Iesus de finibus. (Marc. 7.) & mutos loqui. 1. ar. 63. k
XIII. Beati oculi. (Lucę. 10.) & tu fac similiter. 1. art. 53. f.
XIIII. Dum iret Iesus in Hierusalem. (Lucæ. 17.) saluum fecit. 1. ar. 95. e
XV. Nemo potest duobus. (Matth. 6.) adiȝcietur vobis. 1. ar. 26. z
XVI. Ibat Iesus in ciuitatem. (Luc. 7.) visitauit plebem suam. 1. ar. 29. h
XVII. Cum intraret Iesus do. (Luc. 14.) se humiliat, exaltabitur. 1. ar. 86. f.
XVIII. Accesserunt, mandatum mag. (Matt. 22.) amplius interrogare. 1. ar. 107. a
XIX. Ascendens Iesus in nauim. (Matth. 9.) talem hominibus. 1. ar. 33. m
XX. Simile factum est regnum cælorum homini regi. (Mat. 22.) pauci electi. 1. ar. 105. y
XXI. Erat quidam regulus. (Iohan. 4) domus eius tota. 2. art. 8. o.
XXII. Simi. rationem. (Matth. 18.) cordibus vestris. 1. art. 74. a.

XXIII. Abeuntes pharisæi con. (Mat. 22.) quæ sunt dei deo. 1. ar. 106. z
XXIIII. Loquente Iesu ad tur. Ecce princeps (Mat. 9.) vniuersam terram. 1. ar. 35. o
¶ Andreæ: Ambulans Iesus (Matth. 4.) secuti sunt eum. 1. ar. 21. h
Thomæ: Thomas vnus ex. (Iohan. 20.) & crediderunt. 2. art. 36. p
Cõuersionis Pauli: Dixit Simon Pet. Ecce nos reli. (Mat. 19.) possidebit. 1. ar. 85. o
Cathedræ Petri: Venit Iesus in par. (Mat. 16.) in cælis. 1. ar. 67. o
Philippi & Iacobi. Non tur. (Iohan. 14.) hoc faciam. 2. art. 29. k
Inuentionis Crucis sicut Trinitatis.
Iohannis Bapt. Fuit in diebus Herodis (Luc. 1.) Impletum est. Finis, plebis suę. 1. ar. 4. f.
Petri & Pauli sicut Cathedræ.
Mariæ Magdalenæ, sicut feria. 5. post dñicam
Iacobi: Accessit ad Iesum mater (passionis (Matth. 20.) patre meo. 1. ar. 95. g
Vincula Petri: Dixit Iesus Si. Petro, Simon (Iohan. 21.) esset deum. 2. ar. 37. r
Laurentij. Nisi granum (Iohan. 12.) in cælis est
Bartholomæi. Facta est contentio (2. ar. 23. y
(Luc. 22.) tribus Israel. 2. ar. 28. f
Decollatiõis Iohãnis: Misit Herodes. (Mar. 6.) in monumentum. 1. ar. 17. &. 42. c
Exaltationis Crucis. Nunc iudicium (Iohã. 12.) Lucis sitis. 2. ar. 23. a
Matthæi. Præteriens Iesus vidit. (Matt. 9.) sed peccatores. 1. ar. 24. m
Michaelis. Accesserunt discipuli ad. (Matth. 18) qui in cælis est. 1. ar. 72. x
Omnium sanctorum. Videns Iesus tur. (Mat. 5.) est in cælis. 1. ar. 26. o
Dedicationis. Ingressus Iesus peramb. (Lu. 19) quod perierat. 1. ar. 96. i.
Non est arbor bona. (Luc. 6) supra petrã. 1. 26. e.
¶ In feriis diuę virginis Marię.
Purificationis. Postquàm impleti sunt (Luc. 2.) plebis tuæ Israel. 1. ar. 11. p
Annunciationis. Missus est angelus. (Lucæ. 1.) verbum tuum. 1. ar. 4. f
Visitationis. Exurgens Maria abijt. (Lucæ. 1.) salutari meo. 1. ar. 5. g
Assumptionis. Intrauit Iesus in. (Luc. 10.) non auferetur ab ea. 1. ar. 54. t
Natiuitatis, Præsentationis, Conceptiõis Liber generatiõis Iesu Christi filij Dauid (Mat. 3) qui vocatur Christus. 1. ar. 7. i
Cõpassiõis. Stabat iuxta crucẽ (Ioh. 19) in suam
Gaudiorum, sicut Assumptionis (2. ar. 35. f
In commemoratione virginis. Extollẽs vocẽ. (Luc. 11) & custodiunt illud. 1. ar. 49. m
Placuit & generatim aliqua in cõmuni ponere quum varijs in locis, & euangelia, in diuorum memorijs varientur.
¶ In feriis apostolorum.
Misit Ies. duodecim (Mat. 10) gratis date. 1. ar. 39. f
Hoc est præceptum meum. (Iohãnis. 15.) meo
det vobis. 2. ar. 29. o
Hæc mãdo vobis (Ioh. 15.) me gratis. 2. ar. 29. p
Ego sum vitis vera (Ioh. 15) fiet vobis. 2. ar. 29. h
Ecce ego mitto vos (Mat. 10) saluus erit. 1. ar. 9. t
¶ Euangelistarum.
Designauit domi. (Lu. 10) mercede sua. 1. ar. 47
¶ Vnius martyris. (z
Si qs vult venire (Mat. 16.) regno suo. 1. ar. 68. q
Nihil opertum (Matth. 10) in cælis est. 1. ar. 39. v
Attendite à fermento. (Lucæ. 12.) angelis dei. 1. art. 76. c
¶ Mart. Pont.
Homo qui, nob. (Luc. 19.) ab eo. 1. ar. 96. k
¶ Martyrum.
Descendens Iesus de. (Luc. 6.) multa ẽ in cęlo. 1. ar. 26. a
Cum audieritis prælia (Luc. 21) animas vestras 1. art. 112. i
Nolite arbitrari qa (Mat. 10.) mercedẽ suã. 1. ar.
Væ vobis qui ædifi. (Luc. 11.) accu- (39. x.
sarent eum. 1. ar. 110. d.
Respondens Iesus, d. Confiteor (Mat. 11.) onus meum leue. 1. ar. 52. q.
Sedente Iesu super montem (Matth. 24) saluus erit. 1. art. 112. h
Videns, sicut omnium sanctorum.
¶ Confessorum Pont.
Vos estis sal. (Mat. 5.) in cęlis. 1. ar. 26. p
Homo quidam peregre. (Matth. 25.) domini tui. 1. ar. 115. r
¶ Non Pont.
Sint lumbi. (Lucæ. 12.) filius hominis venier. 1. art. 114. o
Videte, vigilate. (Matth. 13.) omnibus dico vigilate. 1. ar. 114. n.
Nemo accendit lucernam (Lucæ. 11.) illuminabit te. 1. art. 51. o.
Nolite timere pusillus grex. (Lucæ. 12.) cor tuum erit. 1. art. 77. e
Si quis venit ad me & non. (Lucæ. 14.) discipulus. 1. art. 88. x
¶ Virginum.
Simile est regnum cælorum (Matth. 25.) neque horam. 1. art. 115. q
Simile est regnum cælorum thesauro (Mat. 13.) & vetera. 1. ar. 60. g
¶ Viduæ.
Sedente Iesu contra gazophi. (Mar. 12) victum suum. art. 111. f
¶ Memorijs defunctorum.
Dixit Martha (Ioh. 11) mundũ venisti. 2. ar. 20. f
Sicut pater suscitat. (Iohan. 5.) in vitam æternam. 2. art. 9. q
Amen amen dico vobis, quia venit. (Iohan. 5.) resurrectionem vitæ. 2. art. 9. q
Omne qd dat. (Iohan. 6.) nouissimo die. ar. 12. x
¶ Tempore angustiæ.
Amen amẽ dico vobis, qa plorabitis. (Ioh. 16.) nemo tollet à vobis. 2. ar. 29. f.

# INDEX RERVM.


Accusatores nostri.1.ar.89.Z
Adolescentia.1.ar.13.v.2
Adoratio.1.ar.16.b.2,2.art.7.m.2,2.art.23.y.3,1.ar.10.a.3
Adulatio.1.ar.26.a.3
Adulterium.1.ar.17.c,2.ar.14.i
Agnus.2.ar.2.d
Amicitia.1.ar.55.x, 2.ar.29.o.2
Angelus.1.ar.72.x.3, 1.ar.5.g
Apostolus.2.ar.29.o.3
Arbor.1.ar.26.d.2,1.ar.26.e,1.ar.15.3.Z
Auaritia.1.ar.77.d, 1.ar.89.a, 2.ar.22.v.2

Baptismus multiplex.2.ar.37.t.3
Baptismus Iohannis.2.ar.2.c.3
Baptismus Christi.1.art.15.a,2.art.5.h.2 2.art.29.n
Baptismus paruulorum.2.art.38.u
Benedictio multiplex.1.ar.11.q.2
Benedictio sacerdotalis .1.art.81.k
Benedictio salis.2.art.9.p,2.art.17.n
Benedictio parentum.1.ar.29.h
Benedictio mulierum .1.ar.5.g.2
Beatitudo.2.art.29.k
Blasphemia.1.ar.49.l.3,1.ar.76.c.3

Calix.1.art.95.g.2
Cęcitas.1.ar.96.h.3,1.ar.97.l.2,2.ar.17.n.3
Cibus multiplex .1.ar.64.l
Ciborum delectus.1.ar.47.i.2, 1.ar.61.h.3
Circuncisio.1.art.9.n
Cogitatio. 1.art. 61.h.3
Confessio.1.ar.52.q, 2.ar.37.p
Confirmatio.2.ar.29.m.2,1.ar.81.k
Consilium euangelicum .1.ar.83.n.2
Consilium humanum.2.ar.21.t, 2.ar.24.c.2
Conuiuium .1.art.87.t
Correctio.1.ar.17.c,1.ar.26.b.3,1.ar.58.a.3,1.ar.73.Z,1.ar.89.Z,1.ar.94.f.2,1.ar.104.x.3, 2.ar.4
Crucis virtus.2.art.5.h.3, 2.art.23.a (g
Crucis baiulatio.1.ar.68.q,1.ar.88.x

Dedicatio.2.art.19.r
Defunctorum memoria.2.ar.9.q.3, 2.ar.12.x.3,2.ar.20.f.2
Dæmonum malitia. 1.art.22.i, 1.art.32.l, 1.ar.62 i,1.art.49.l.
Dæmonum pœna.1.art.32.l
Detractio.1.art.93.e.3
Dilectio dei.1.art.53.f.2,1.art.108.b.2, 2.art.5.i, 2.art.29. m
Dilectio proximi.1.ar.53.f.2,1.ar.108.b.2, 2.ar.28.g.3, 2.art.29.o
Dispensatio.1.art.57.Z.3
Diuitiæ.1.ar.26.x.3, 1.ar.26.Z, 1.ar.26.a.2, 1.ar.89.Z.3,1.ar.90.b, 1.ar.77.d.1.ar.76.c.3.
Diuortium.1.art.26.r
Dormitio sanctorum.2.ar.20.f.2.ar.29.k

Ecclesia.1.ar.99.p.2,2.ar. 18. p.3
Ecclesiæ firmitas.1.art.26.c.3, 1.art.67.o.3 1.ar.73.Z.3,2.ar.29.l
Ecclesiæ autoritas .1.ar.73.Z.2
Ecclesia domus Christi.1.ar.23.l
Electio dei.2.ar.12.c.3,ar.79.o.3
Electio canonica.1.ar.25.n,2.ar.18.o.2
Eleemosyna.1.ar.26.t.3,1.ar.15.Z.3,2.ar.22.v.2
Exequiæ defunctorum .2.ar.20.f.2
Euangelium.1.ar.1.a,1.ar.1.c.3, 1.ar.2.d
Eucharistię sacramẽtum.2.ar.27.f.2.ar.12.Z.2 2.ar.12.b.&.c,2.ar.26.e.2,1.ar.57.2
Excæcatio mentis.1.art.59.c.2,2.art.23.b,1.ar.52.q.2.
Excommunicatio.2.ar.29.q.2

Festiuitatum obseruatio.1.ar.13.v,2.ar.19.r
Fides vera,1.ar.91.c,1.ar.1.c.
Fidei gradus.2.ar.8.o.3, 1.ar.91.c
Filiorum institutio.1.ar.29.h, 1.ar.13.v.3, 1.ar.12 f.3,2.ar.16.l.3,1.ar.12.r.2
Filiorꝫ punitio ob peccata parentum .1.ar.110.e
Fratres dicunt.1.ar.37.q,1.ar.50.n,1.ar.109.c.3.
Fraternitas.1.art.109.c.3
Fructus bonus.2.ar.29.o.3

Gaudium.1.ar.96.i.2, 2.ar.29.n.3,&.f.3
Genealogia Christi.1.ar.7.i,1.ar.15.a.3
Generatio duplex.1.ar.110.e,2.ar.5.h.2
Gloria vana.1.art.26.t.3, 1.art.45.g,2.art.9.r.3, 2.art.13.d
Gratiæ plenitudo.1.ar.4.f.2.ar.1.a.3
Gratiæ effectus.2.ar.7.m, 2.ar.13.f.3
Gratitudo.1.ar.45.f.3, 1.ar.93.e.3
Gula.1.ar.26.a.3, 1.ar.90.b,1.ar.113.m

Haeresis.1.art.26.d, 1.ar.93.e
Hypocrisis .1.ar.26.x
Homicidium.1.ar.26.q.2
Honor parentum .1.ar.13.v.3
Humilitas .1.art.72.x, 1.art.86.3, 1.art.91. c.2, 1.art.109.c.3

Ieiunium.1.art.26.x
Induratio.1.art.52.q.2,1.art.59.c.3,2.ar.23.b
Infernalis pœna.1.ar.105.y.3
Infirmorum instructio.2.ar.8.o
Infirmitatum occasio.2.ar.9.p.3
Ingratitudo.2.ar.19.r.3
Inimicorum dilectio.1.ar.26.f.1.ar.74.a.3
Inuidia.2.ar.9.q
Iohannis laus.2. ar.37.f
Ira.1.ar.26.q.2
Iudicium diuinum duplex. 2.ar.23.a
Iudicium generale.1.art.68.q.3,1.art.74.a,1.ar.89.Z,1.ar.115.f.2.ar.9.q.3, 2.ar.21.r.3.
Iudicandorum diuersitas.1.ar.83.o.2
Iudicium temerarium.2.art.13.e.2,1.art.26.b.2 &.3, 1.ar.103.t.2
Iudicium politicum.1.ar.26.r, 1.ar.26.b.2,1.ar.76.c.3,2.ar.13.g
Iudex.1.ar.103.t.2,2. ar.13.g,2.ar.14.h.2
Iuramentum .1.ar.26.r.2
Iustus.1.ar.3.c.

Lepra.1.ar.27.f.3,1.ar.95.e
Lex varia.2.ar.2.b.2
Lex naturæ.1.ar.26.c.3
Lętitia vana.1.ar.26.a.2 Liber triplex.1.ar.7.i
Liberũ arbitrium.1.ar.110.e.2,2.ar.12.Z.2.ar.12.c.3,2.ar.29.n.2
Libertas euãgelica.1.ar.71.v.3,2.ar.16.l.
Lingua.1.ar.49.l.2.&.3,1.ar.63.k.2,1.ar.106.Z
Luctus.1.ar.29.o.2,1.ar.26.a.2
Lupus.1.ar.26.d.2,2.ar.18.o.3,2.ar.18.p
Lux duplex.2.ar.15.i Lux Christus.2.ar.1.a.2 2.ar.5.i.2,2.ar.15.i.2,2.ar.23.a.3
Lux sancti.2.ar.1.a.2

Manna.2.ar.12.Z.&.b.3
Mariæ maternitas.1.ar.49.m,1.ar.54.t
Matrimonium.2.ar.2.f
Mercenarius.1.ar.52.m.2,2.ar.18.p
Miraculoꝝ opatio.1.ar.26.a,2.ar.5.h,2.ar.8.o.
Misericordia dei.1.ar.26.b (2
Misericordia.1.ar.26.b.&.o.2
Mors triplex.1.ar.29.h,1.ar.90.b.2
Mortis ꝑparatio.1.ar.29.h,1.ar.33.m.3
Mortis deploratio.1.ar.29.h.2,2.ar.20.f.2
Mors non timenda.1.ar.39.v.2,1.ar.76.c.2
Mortuus peccator.1.ar.29.h,2.ar.20.f.3
Mũd⁹.2.ar.5.i.2,2.ar.29.l,2.ar.1.a.2,2.ar.15.d.2

NEgociatio corporalis.1.ar.99.p.2
Negociatio spũalis.1.ar.60.g.1.ar.99.p.2
Nuptiæ corporales.2.ar.3.f
Nuptiæ spũales.2.ar.3.f.3,2.ar.6.k.2

OBlatio.1.ar.10.o.3 Oculus ĩtẽtiõis.1.51.o.3
Odiũ.1.ar.26.f Opus bonũ.2.ar.22.v.2
Oro.1.ar.26.v.2,1.ar.95.g.2,2.ar.29.k.3.
Oratiõis conditio.1.art.55.x.2,1.ar.26.i.3,1.ar.100.q,1.ar.93.e,2.ar.17.n.3,2.ar.29.n.3.r,2.ar.
Orationis suffragium.1.ar.23.l.2, (7.m,2 1.ar.28.g.3,1.ar.55.x,1.ar.62.i.3
Ouis.1.ar.115.f.2.ar.18.o.&.p.3,2.ar.19.r.2.

PAtientia.2.ar.4.g
Panis multiplex.1.ar.45.f.3,2.ar.12.b.3
Parabola.1.ar.59.c,1.ar.89.Z.2,2.ar.7.m.2
Paruuli.1.ar.52.q,1.ar.72.x
Pater deus.1.ar.103.c.3
Pauptas.1.ar.26.o.2,1.ar.83.n.2,1.ar.26.a,1.ar.
Pastor Christus.2.ar.18.p (30.i
Pastor.1.ar.38.r,2.ar.18.o,2.ar.36.r
Pax.1.ar.114.p.3,1.ar.8.3.2.ar.29.g.3,2.ar.36.o
Peccatum duplex.2.ar.17.n
Peccati remissio.1.ar.33.m.2,1.ar.67.o.3
Pœna peccati,2.ar.17.n,2.ar.9.q.3,2.ar.12.x.3
Pœnitentiæ necessitas.1.ar.15.Z.3
Pœnæ grad⁹.1.ar.82.m.2,1.ar.103.o.2,1.ar.12
Pœnæ fructus.1.ar.15.Z.3,1.ar,74.a (r.2
Pœna damnatoꝝ.1.ar.90.b.2
Peregrinus.2.ar.36.n Perfecutio.1.ar.26.a.3
Piscatio.1.ar.20.g.2,2.ar.37.q.3
Porta angusta.1.ar.26.c.3,1.ar.85.r
Portæ inferi.1.ar.26.e.3,1.ar.67.o.2
Præcepta humana.1.ar.61.h.2,2.ar.16.l
Prædestinatio.1.ar.26.v.2 Prælatus.1.ar.72.x
1.ar.95.g.3,1.ar.106.Z.2,2.ar.28.h,1.ar.45.g.
Prælati negligẽtia.1.ar.31.k,1.ar.89.Z,1.ar.114
Prophetiæ donum.2.ar.21.t.2 (p.2
Prophetæ falsi.1.ar.26.d,1.ar.65.m.3,1.ar.93.e,1.ar.112.k.2,2.ar.1.a.2,2.ar.6.k.3
Quęrẽd⁹ chrs.1.ar.8.m.2,2.ar.13.f.2,1.ar.13.v.2

ECidiuatio.2.ar.9.p.3
Regenratio duplex.1.ar.83.o.2
Regnum cęlorum.1.ar.1.b.2,1.ar.26.Z.3.1.ar.113.l.3,2.ar.29.b
Regnorũ desolatio.1.ar.45.g,1.ar.49.l.2,1.ar
Resurrectio.1.ar.107.a.2,2.ar.9.q.3 (99.o.2 2.ar.20.f.2.

SAcerdos.1.ar.57.Z.2. Sapĩa.1.ar.52.q
Sanctoꝝ opitulatio.1.ar.26.a,1.ar.23.l.2
Sal.1.ar.26.p,1.ar.72.X.2,1.ar.88.y
Scãdalũ.1.ar.72.X.2 Schisma.2.ar.17.n.2
Scripturę ĩtellect⁹.2.ar.29.m2 &ar.37.n.2 &o.3
Sepultura.1.ar.29.h,1.ar.42.c.3,2.ar.36.g
Sequela Chri.1.ar.21.h,2.&.3,1.ar.30.i.2,1.ar.83.o,2.ar.23.y.3,2.ar.37.f.1.ar.68.q,1.ar.97.l.2
Seruitus duplex.1.ar.11.p.3,1.ar.16.b.2,1.ar.71.v 3,1.ar.91.c.2.2.ar.16.l,2.ar.29.o.2
Seruire deo.1.ar.82.m.2 Simonia.1.ar.99.p.2
Sitis varia.2.ar.7.m
Solicitudo.1.ar.26.Z.2.&.3,1.ar.77.d.2
Spũs sctũs.2.ar.29.l,2.ar.29.m.2,2.ar.29.q.&
Suffragium defunctorum.2.ar.9.q.3 (r,2.&.3 2.ar.12.x.3,2.ar.20.f.2
Supbia.1.ar.72.x,1.ar.103.v.3,2.ar.9.r

TEmplum domini.1.ar.111.f
Templum spirituale.2.ar.19.r
Tps multiplex.1.ar.1.a.3,2.ar.13.d.2
Tenebræ.2.ar.1.a.2,2.ar.5.i.2
Tentatio.1.ar.16.b.2.&.3,1.ar.31.k.1.ar.46.f.2,
Thesaurus.1.ar.26.x.3,1.ar.76.e.2,1.ar.60.g,1.
Testamentum.1.ar.29.h (ar.77.e.3
Timor mortis.1.ar.76.c.2
Tristitia.2.ar.29.f.2,2.ar.30.b
Tribulatio.1.art.26.o,2.art.17.n,2.art.29.n.3,2.ar.29.p.2
Turbatio duplex.2.ar.29.k

VErbum dei.1.ar.16.b.2,1.ar.17.c,1.ar.69.c.2,2.ar.16.m
Verbum ociosum.1.ar.49.b.3
Veritas triplex.1.ar.16.2
Vestium ornatus.1.ar.40.a,1.ar.90.b
Via vitæ.2.ar.2.c.2 Vidua.1.ar.9.h.3,
Vinea.1.ar.104.x.3,2.ar.29.n.2
Visio dei actiua.1.ar.24.m,1.art.45.f.2
Passiua.1.ar.52
Visitatio dei.1.ar.26.h.3
Virginitas.1.ar.115.q,1.ar.83.n.2
Voluntas dei.1.art.52.q.2,1.ar.110.e.2,2.art.12.x.2,2.art.13.e
Vnctio infirmorum.1.ar.29.y
Vnitas multiplex.2.ar.29.x.2
Votum.1.ar.83.n.3 Vsura.1.ar.26.a.3
Zelus triplex.2.ar.4.g


FINIS.

# ENARRATIONVM
## IN MATTHAEVM, MARCVM, ET LVCAM, PARS PRIMA.

### ¶De euangelij promissi exhibitione & energia, ARTICVLVS .I.

IMPLETVM EST TEMPVS, APPROPINquauit regnum dei, pœnitemini & credite euangelio, Marci.1. Sapientia diuina attingens à fine vsq; in finẽ fortiter, omnia disponens suauiter, Sap.8. in numero, mensura, & pondere, Sap.11. nihil vnquam inordinatum reliquit. Nam angelum ipsum ab ordine subiectionis deficientem, in locum hunc caliginosum deiecit & inordinatum. Esa.14. Quomodo cecidisti lucifer, qui mane oriebaris? Lucæ.10. Videbam satanam tanquam fulgur de cœlo cadentem. 2. Pet.2. Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reseruari, exemplũ eorũ qui impie acturi sunt ponens. Finaliter cũ suis deijciet in locũ horroris omnis & inordinationis, Iob.10. Matth.25. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Deus autem qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suã qua dilexit nos, quũ essemus mortui peccatis, conuiuificauit in Christo, Ephe.2. Nam inuidia diaboli, mors introiuit in orbem terrarum, Sapient.2. Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorũ, impij autem manibus & verbis accersierunt illam, Sap.1. Hinc Adamus primus noster parens, diuinæ nõ obtemperans ordinationi, e paradiso in huius mundi ergastulũ coniectus, Gene.3. in æterna finaliter trahendus tormenta seruabatur, nisi diuina benignitas per filium subuenisset. Vnde Osee.13 Perditio tua Israel, tantummodo in me auxilium tuum. Hoc est quod saluator ait, Impletum est tempus. Vbi tria infinuantur: A

Diuini promissi completio.
Regni superni exhibitio, ibi: Appropin.
Sacri euangelij susceptio, Pœnitemini.

Quantum ad primum, tria notanda. Primum, debita prænuntiatio. Nam quemadmodum euangelium per discipulos de mandato domini denuntiatum, sic per prophetas prænuntiatum. Rom̃.1. quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo. Amos.3. Non faciet dñs deus verbum, nisi reuelauerit secretũ suũ ad seruos suos prophetas. Vnde.1. Pet.1. de qua salute exquisierunt & scrutati sunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerũt, scrutantes in quod vel quale tempus, significaret in eis spũs Christi, prænuntians eas quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias. Ni si enim calamitosus ille Adamus, morti alioqui per peccatum destinatus, promissione euangelij solatus fuisset Gene.3. Ipsum (inquit deus) conteret caput tuũ, haud dubie periisset ac penitus desperasset. Sic erigitur Abraam, dũ promittitur semen, in quo benedicẽ dæ gentes Gene.22. Benedicentur in semine tuo omnes gẽtes. Gala.3. In semine tuo, qui est Christus. Sic per Mosen prophetã promisit Deut.18. Prophetã de gente tua & de fratribus tuis, sicut me suscitabit dñs deus tuus, ipsum audies. 1

Feruida expostulatio. Summo eñ studio, Christi patres flagitabant aduentũ, qui vnica omnium salus & spes & desideriũ. Hinc Iacob Gene.49. Salutare tuum expectabo domine. Quam aliam, nisi euangelicam lucẽ & veritatem expostulabat Dauid (imò ipsum Christũ, qui dicit: Ego sum lux mundi, Ioh.8. Ego sum via, veritas, & vita, Ioh.14.) dicẽs psalm̃.42. Emitte lucem tuam? Matth.4. Populus qui ambulabãt in tenebris, vidit lucem magnam. Gentes siquidem, tenebris habuerunt obscuratum intellectum, Ephe.4. Obscuratum eñ est insipiens cor eorum, Roma.1. Iudæi vero cæci & duces cæcorũ, Rom̃.2. Matth.15. sequitur, Et veritatem. Ioh.17. Sermo tuus veritas est. Ipsa (inquit) me deduxerunt. Nam sine ipsa luce, error. Esa.53. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisq; in viam suam declinauit. Matth.9. Videns Iesus turbas, misertus est eis, quia erant vexati & iacentes sicut oues non habentes pastorem. Tobiæ.4. Omni tempore benedic deum, & pete ab eo vt vias tuas dirigat. Sed quò deduxerunt & adduxerunt? In montẽ, inquit, sanctum tuum, euangelicæ eminentiæ. Esa.2. Venite, ascendamus ad montem domini & 2

ad domum dei Iacob,& docebit nos vias suas,& ambulabimus in semitis eius. Et in tabernacula tua. Hæc sola deducit & adducit in æterna tabernacula, Luc.16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cũ defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Ideo Esa.64. Vtinam dirumperes cœlos & descenderes, à facie tua montes defluerent.

5 Grata consummatio. Eccles.8. Omni negotio tempus est & opportunitas. Hoc ergo erat tempus quod Abraam videre cupiebat. Ioh.8. Abraam pater vester exultauit vt videret diem meum: vidit,& gauisus est. Luc.10 Multi reges & prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis,& non viderunt. Præierat tẽpus creationis, Gene.1. In principio creauit deus cœlum & terram. Hebræ.1. Per quem fecit & secula. Tempus retributionis erit. Eccles.12. Cuncta quæ fiunt, adducet dominus in iudicium. Mat.16. Filius hominis venturus est in gloria patris cum angelis suis,& tunc reddet vnicuiq; secundum opera sua. Recreationis & restaurationis nunc est. Iaco.1. Voluntarie eñ genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. 1. Cor.4. In Christo Iesu per euangelium ego vos genui. De hoc tempore Gala.4. At vbi venit plenitudo temporis, misit deus filiũ suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filioꝝ reciperemus. Dicitur plenum, ob plenitudinem iniquitatis & iniustitiæ. Ro.3 Omnes peccauerũt & egent gloria dei. Nam gentes deũ, etsi cognitum, nõ glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed in idololatriam lapsi, infandis criminibus immersi fuerunt. Roñ.1. Iudæi vero per præuaricationẽ legis deum inhonorauerũt, Roñ.2. Sic eñ primum Christi aduentũ abundantia occupauit vitioꝝ, quemadmodũ secundũ Ioh.3. lux venit in mundũ,& dilexerunt homines magis tenebras q̃ lucem, erant eñ eoꝝ mala opera. Mat.24. Et quoniã abundabit iniquitas, refrigescet charitas multoꝝ. Secundo ob legis suppetionem. Heb.7. Nihil ad perfectũ adduxit lex. Mat.5. Non veni soluere legẽ, sed adimplere. Euangelium eñ non solũ est promissio gratiæ, alioqui legi non præstaret, sed magis exhibitio, ostensio, reuelatio. Roñ.1. Iustitia eñ in eo reuelatur ex fide in fidẽ, quæ ante per legẽ promittebatur, varijs adumbrata figuris. Porro omniũ illarũ pignus atq; impletio est Christus, qui in hoc venit in mundũ, vt legis inopiam sua munificentia adimpleret,& vt concussas ac confusas per legem conscientias (nam lex iram operatur, Roñ.4.) erigeret, subleuaret. Roñ.10. Finis legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Luc.16. Lex & prophetæ vsq; ad Iohannẽ. Tertio, ob gratiæ Christi redundantiam. Iohan.1. Vidimus gloriam eius, gloriã quasi vnigeniti à patre, plenũ gratiæ & veritatis. de plenitudine eius omnes nos accipimus. Col.2. In ipso sunt omnes thesauri sapiẽtiæ & scientiæ absconditi: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Hinc ergo nobis hauriendũ. Ioh.7. Qui sitit, veniat ad me & bibat. Qui eñ ex tranſitoria hac biberit aqua, sitiet iterũ, Ioh.4. Quarto, ob gloriæ permanentiã. Ioh.16. Petite,& accipietis, vt gaudiũ vestrũ sit plenum. Esa.35. Lætitia sempiterna super capita eoꝝ: gaudium & exultationem obtinebunt. Matth.13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eoꝝ. Fulgebunt nedũ anima, sed & corpore. Phil.3. Saluatorẽ expectamus dñm nostrũ Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratũ corpori claritatis suæ.

B ¶Quo ad secundum, dicitur Mich.4. In die illa dicit dñs, congregabo claudicantem, & eam quã eieceram, colligam: & quam afflixeram, consolabor: & ponã claudicantem in reliquias,& eam quæ laborauerat, in gentem robustã: & regnabit dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc & vsq; in æternũ. Et tu turris gregis nebulosa filia Sion, ad te vsq; veniet,& veniet potestas prima, regnũ filiæ Sion. De hoc regno tria ponuntur.

1 Exhibitionis certitudo, Appropinquauit. Iam adest. O verbũ super mel dulce. Si prophetæ super mel dulcia, diuina fuere eloquia in promissione (Psal.118. Quàm dulcia fauci bus meis eloquia tua, super mel ori meo) quid in exhibitione? Nam patribus promissum, nunc autem exhibitũ. Iacob ait Gene.49. Non auferetur sceptrũ de Iuda,& dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentiũ. Abac.2. Quia adhuc visus procul, apparebit in finẽ,& non mentietur. Si morã fecerit, expecta illum: quia veniens veniet,& nõ tardabit. Aggei.2. Adhuc vnũ modicum est, dicit dominus,& ego commouebo cœlũ & terram, mare & aridam.& mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus. Sed audiamus Apostolũ Heb.1. Multifariã multisq; modis olim deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio, quem constituit hæredẽ vniuersoꝝ. Sed quid pater Mat.3.? Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite, Mat.17. Appropinquat, inquit. Quid? Regnũ dei. Mat.11. Regnum cœlorũ vim patitur,& violenti rapiunt illud. Sequitur ergo secũdo.

2 Acquisitionis aptitudo. Primo homini dictũ fuerat post p̃uaricatiõis culpã. Geñ.3. Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cũctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tri

ulosb

bulos germinabit tibi,& comedes herbas terræ,in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terrã de qua ſumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris. O q̃ graue iugũ ſuper filios Adæ à die exitus de ventre matris eorũ, vſq; in diem ſepulturæ in matrem omnium,Eccl̃.40.Nunc aũt ait,Appropinquauit regnũ.Quis vnquã tam erga nos dei pietatem credere potuiſſet aut ſperare? qua ex iræ filijs (Epheſ.2. Eramus natura iræ filij,ſicut & cæteri)filios fecit dei & hæredes regni.Rom̃.8.Quod ſi filij,& hæredes.Ex exulibus,ciues & domeſticos dei.Ephe.2.Non eſtis hoſpites & aduenæ,ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici dei.Ex captiuis & ſeruis,liberos.Ioh.8.Si filius vos liberauerit,vere liberi eritis.Et quod omnium maximũ,ex mortuis viuos.Ioh.5 Amen amen dico vobis,quia venit hora & nunc eſt,quando mortui audient vocem filij dei,& qui audierint,viuent.Imo Ioh.8.Si quis ſermonem meum ſeruauerit,mortẽ non videbit in æternum.Sed quis eſt qui tanta promittit? Ipſa veritas Ioh.14. Ego ſum via, veritas & vita.Sed quibus? Num iuſtis tantum? Abſit.Roma.3.Cauſati ſumus Iudæos & Græcos omnes ſub peccato eſſe,ſicut ſcriptum eſt Pſal.15.Quia non eſt iuſtus quiſquam, non eſt intelligens, non eſt requirens deum. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt.Hinc dominus Matth.9.Non veni vocare iuſtos,ſed peccatores,&.15.Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael.Luc.19.Venit filius hominis quærere & ſaluum facere quod perierat.1 Timoth.1.Fidelis ſermo & omni acceptione dignus, quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mundũ peccatores ſaluos facere,quorum ego primus ſum. Venit enim peccatores vocare ad pœnitentiam Luc.5.Tertium.

Poſſeſſionis pulchritudo.Cœlorũ,inquit, non terrenorum.Eſa.32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis,in tabernaculis fiduciæ,in requie opulenta. O vere euangelicum præconium,quale nec ipſis intimis dei amicis contigit.Abraæ dictũ erat Gene.13. Omnem terram quã conſpicis,tibi dabo & ſemini tuo.Itidem Iacob Gene.28.Terrã in qua dormis,tibi dabo & ſemini tuo,eritq; ſemen tuũ quaſi puluis terræ.Sic legem obſeruantibus terrenorũ promittitur abundantia.Leui.26.Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea cuſtodieritis,& feceritis ea,dabo vobis pluuias temporibus ſuis,& terra gignet germen ſuũ,& pomis arbores replebuntur.dabo pacem in finibus veſtris.auferã malas beſtias.& gladius non tranſibit terminos veſtros.reſpiciã vos,&creſcere vos faciã, & firmabo pactũ meũ vobiſcũ.Eſa.1.Si volueritis & audieritis me,bona terræ comedetis.Nuſquã audis regni cœlorũ fieri mentionẽ, taceo quod appropinquauerit.Nũc vero cum regni cœleſtis acceptione adijciuntur & cætera,tanquam minutiora. Mat.6.Quærite primum regnũ dei & iuſtitiam eius,& hæc omnia(quæ præmiſerat ad victum veſtitumq; ſpectantia)adijcientur vobis.Erat hic in mundo regnũ tyrannicum,non iuridicũ, ſed vſurpatum.Luc.4.Dixit autem illi diabolus: Tibi dabo poteſtatem hanc vniuerſam, & gloriam illorum,quia mihi tradita ſunt: & cui volo, do illa.Iob.41.Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.Hinc principes & rectores dicuntur tenebrarum harum. Ephe.6. Sed per Chriſtum ſubuerſum Ioh.12.Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps mundi huius ejicietur foras,&.16.Princeps mundi huius iam iudicatus eſt. Lucæ.11.Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuũ,in pace ſunt omnia: ſi aũt fortior eo ſuperueniens,vicerit eum, vniuerſa arma eius auferet in quibus fidebat, & ſpolia eius diſtribuet.Erat & per hunc inductum regnũ peccati & mortis.Rom̃.5.Regnauit mors ab Adam vſq; ad Moſen,etiam in eos qui nõ peccauerunt(actualiter ſcilicet) in ſimilitudinẽ præuaricationis Adæ,qui eſt forma futuri.&.6.An neſcitis,quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obedien dũ,ſerui eſtis eius cui obediſtis,ſiue peccati ad mortem,ſiue obeditionis ad iuſtitiã? Ioh.8 Qui facit peccatũ,ſeruus eſt peccati.Vtroq; hoc regno deſtructo ac debilitatio, Chriſtus ſuũ induxit,Rom̃.5.Vbi aũt abundauit delictum,ſuperabundauit & gratia,vt ſicut regnauit peccatũ in mortem,ita & gratia in vitam æternam,per Ieſum Chriſtum dominũ noſtrum.Roma.6.Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore,vt obediatis concupiſcentijs eius.Sed neq; exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibete vos deo tanquam ex mortuis viuentes,& membra veſtra arma iuſtitiæ deo.Ac cipitur regnum cœlorum ſiue dei(quod idem eſt,vt patet Mat.10. Marc.6.& Luc.9.Nã quod Matthæus & Marcus regnũ nominant cœlorum,id Lucas regnum dei)quandoq; pro Chriſto.Luc.17.Regnum dei intra vos eſt.Aliquando pro euangelio.Matt.13.Simile eſt regnum cœlorũ ſagenæ.Item fermento.Nonnunq̃ pro eccleſia.Matth.22. Simile eſt regnũ cœlorum homini regi,qui fecit nuptias filio ſuo.25.decem virginibus.Vltimo, pro regno ſuperno.Matth.8.Luc.13.Dico aũt vobis,q̃ multi ab oriente & occidente venient,& recumbent cũ Abraam,Iſaac & Iacob in regno cœlorũ,filij autẽ regni ejicientur in tenebras exteriores.Ibi erit fletus & ſtridor dentium.Mat.25.Venite benedicti patris

tris mei, possidete paratũ vobis regnũ à constitutione mũdi. Iam ergo instat regnũ cœlorũ, quod quũ nulli sit claudendũ, nullis tamen patebit, nisi puris & cœlestia quærẽtibus, & quicquid est terrenæ cupiditatum amputantibus. Vnde sequitur: Pœnitemini, &c.

C ¶Quo ad tertium, dicit Apostolus. 1. Cor. 15. Notum vobis facio fratres euangelium, quod p̃dicaui vobis, quod & accepistis, in quo statis, per quod & saluamini. Notãter dicit, quod accepistis, in quo statis. Si em̃ salutem quærimus, non sufficit audire euangeliũ, sed accipiendũ per fidem, & in ipso standum per operationem. Non em̃ auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Tria ergo exiguntur.

1 Primum, Iniquitatis reiectio. Credite, inquit, euangelio, sed prius resipiscendũ iussit, d. Pœnitemini. Et merito quidem: nam omnes prius carnẽ sapiunt q̃ spiritum: & ea quæ hominũ sunt, auidius amplectuntur q̃ quæ dei. Nec forsan nulla causa, quum hæc sint supra hominẽ, illa secundũ hominem. Ergo ab illis resipiscendum, & caro & ea quæ hominum sunt, reijcienda, vt credere possimus euangelio. Malitia siquidem excæcat Sapiæ. 2. Hinc. 2. Cor. 4. Quod si etiam opertum est euangelium nostrum, in his qui pereunt est opertum, in quibus deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illuminatio euangelij gloriæ Christi. Et dominus Ioh. 5. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo deo est, non quæritis? &. 7. Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina vtrũ ex deo sit. Vnde de Iudæis dicit Apostolus. 2. Cor. 3. Vsq; in hodiernũ diem velamen in lectione veteris testamẽti manet non reuelatum, quod in Christo euacuatur: sed vsq; in hodiernum diem cum legitur Moses, velamen positum est super cor eorum. cum autem conuersus fuerit ad deum, auferetur velamen. Sic & de gentibus Rom̃. 1. Qui cũ cognouissent deum, non sicut deũ glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratũ est insipiens cor eorum. Ideo Esa. 28. Quem docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulsos ab huberibus. 1. Cor. 2. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Stultitia em̃ est illi, & non potest intelligere, quoniam spiritualiter examinatur. spiritualis autem dijudicat omnia.

2 Secundum, Voluntatis subiectio. Credite, inquit. Non proponit Christus dux vitæ, & eiusdem largitor æternæ, intelligendũ euangelium, sed credendũ, cum pleraq; contineat, & hæc non pauca, quæ transcendunt intelligentiæ non modo nostræ, sed & omnis quæ deo coniuncta nõ est, captum. Esa. 7. Nisi credideritis, nõ intelligetis. 2. Cor. 10. In captiuitatẽ redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Hinc consequitur.

3 Tertium, Veritatis affectio. Ioh. 18. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mũdum, vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocẽ meã. Haud ergo parum profuerit nosse quale & quid sit euangeliũ, quæve eius energia & virtus. Ro. 1. Nõ erubesco euangeliũ. virtus em̃ dei est in salutẽ omni credenti. Nã vt incredulis & impijs res est ridicula & friuola, ita quisquis crediderit, huic virtus dei est efficax ad consequendã salutem, quam nec Iudæorũ leges, nec philosophorũ sapientia, nec opes conferre queant. 1. Cor. 1. Verbum em̃ crucis pereuntibus quidẽ stultitia est, his autem qui salui fiunt, id est nobis, dei virtus est. Audis euangelium dei esse potentiam qua salutem efficit, qua iam sibi non vnam gentẽ, sed omnes porro subdidit, potissimũ duas ex diametro pugnantes. Ephe. 2. Veniens euangelizauit pacem vobis qui longe fuistis, & pacẽ his qui prope: quoniã per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrẽ. Nullum enim excludit, modo credat, modo fide accedat. Hebræ. 11. Accedentem em̃ ad deum, credere oportet quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Sed quoniam procul est à salute, qui morbũ non agnoscit, aut vnde petendũ sit auxilium & remedium ignorat, ostendit nobis euangelium, per Christũ obtingere peccatorum remissionẽ. Ioh. 1. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Gratiæ collationem. Ioh. 1. De plenitudine eius omnes nos accipimus. Gloriæ consequutionem. Ioh. 3. Qui credit in filium, habet vitam æternam. Hinc Apostolus scribit dei iustitiam, id est, fauorem & gratiam, in ipso reuelari ex fide in fidem: hoc est, ex patribus qui sub vmbra fuere, qui in Mose in nube baptizati. 1. Cor. 10. qui in typo præcessere, in eos quibus iam vita manifestata est, qui in nouo testamẽto Christo credidere. In hoc enim consequimur dulcissimas simul ac sanctissimas benedictiones. Ephe. 1. Benedictus deus & pater dñi nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, sicut elegit nos ante mundi constitutionẽ, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Eramus casu primi hominis spoliati innocentia, qua per inobedientiã sublata, se nudos erubuerunt Gene. 3. vulnerati in natura. Nanq; rationalis per ignorantiam, concupiscibilis per malitiã, irascibilis per infirmitatem fauciata. Samaritanus autem noster, reddita innocentia, (Rom̃. 5. Sicut

per

per inobedientiã vnius hominis peccatores cõstituti sunt multi, ita per vnius obeditionẽ iusti constituentur multi. Sed non sicut delictum, ita & donum. Si em̃ vnius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundabit) vulnera nostra gratiæ suæ oleo curauit. Luc. 10. Hinc (Luc. 4.) ingressus synagogam, legit illud Esa. 61. Spiritus domini super me, ac in se completum dixit. In quo graphice depinxit euangelicæ doctrinæ energiam. ⌊Spiritus, inquit, domini super me. ⌋Esa. 11. Et requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Ioh. 1. Vidi spiritum descendentem quasi columbam de cœlo, & mansit super eum. ⌊Eo ꝙ vnxerit me, ⌋non terrena, sed cœlesti vnctione. Psal. 44. Vnxit te deus deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Act. 10. Quomodo vnxit eum deus spiritu sancto & virtute. Col. 2. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Hinc Christus, id est vnctus, dictus: de cuius plenitudine omnes nos accipimus. Iohan. 1. Audiuimus gratiam Christi, videamus eius operationem. ⌊Euangelizare misit me. ⌋Lucæ. 4. Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei, quia ideo missus sum. Sed quibus? ⌊Pauperibus, ⌋id est, humilibus. Non em̃ excludũtur diuites sub stantia, sed arrogantia. Apoca. 3. Dicis quia diues sum & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser & miserabilis, pauper, cæcus & nudus. Origenes de gẽtilibus, qui nec legẽ, nec prophetas, nec iustitiam, nec deũ possidebant, intelligit. Iudæi em̃ de lege, velut diuites gloriabantur, sed per præuaricationẽ legis deum inhonorabant. Roma. 2. Vnde & ipsi peccatores gloria dei egebãt. Rom̃. 3. Causati sumus Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse: omnes em̃ peccauerunt, & egent gloria dei. Hieronymus transtulit, mansuetis. Mat. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorũ est regnum cœlorũ. ⌊Sanare contritos corde. ⌋Quæ maior contritio, q̃ habere intellectũ obcæcatum, affectum deprauatum, effectũ infirmatum adeò, vt insultibus tentationũ propriis viribus resistere nõ possimus? Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem. hæc em̃ sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunq; vultis, illa faciatis. Quis inde non gemat? Roma. 3. Arbitramur em̃ hominem iustificari per fidem. &. 5. Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad deum per dominũ Iesum Christum. Psal. 50. Cor contritum & humiliatũ deus non despicies. ⌊Prædicare captiuis redemptionem. ⌋Tenebantur em̃ captiui diaboli laqueis ad ipsius voluntatem. 2. Timo. 2. Prouer. 5. Iniquitates suæ capient impium, & funibus peccatorũ suorum constringetur. Ioh. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. O infelicem seruitutem. Rom̃. 7. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Non em̃ quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio: iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatũ. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum. Iohan. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Erant & in limbo captiui. Zach. 9. Tu quoq; in sanguine testamenti tui, emisisti vinctos tuos de lacu in quo nõ erat aqua. Matth. 26. Hic est sanguis meus noui testamẽti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorũ. Non erat illic fluuius aquæ viuæ, splendidus tanquam crystallus, procedẽs de sede dei & agni. Apoca. 22. Ephe. 4. Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. Iohan. 12. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. ⌊Cæcis visum. ⌋Gratiæ suæ lumine illustrando. Ioh. 1. Erat lux vera quæ illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundũ. Iohan. 8. Ego sum lux mundi: qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Esa. 42 Dedi te in fœdus populi, in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorũ, & educeres de cõclusione vinctum, de domo carceris sedentes in tenebris. Luc. 1. Illuminare ijs qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Luc. 2. Lumen ad reuelationẽ gentium. Hinc Mat. 4. Venit Iesus & habitauit in ciuitate Capharnaum maritima, in finibus Zabulon & Neptalim, vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam. 9. Terra Zabulon & terra Neptalim, via maris trans Iordanẽ Galilææ gentium, Populus qui habitabat in tenebris, vidit lucem magnã: sedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Exinde cœpit Iesus prædicare & dicere: Pœnitentiam agite, appropinquabit em̃ regnum cœlorũ. ⌊Dimittere confractos in remissionem. ⌋Gene. 8. Sensus & cogitatio cordis humani prona sunt in malum ab adolescentia sua. Sap. 9 Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam: & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Roma. 8. Ipse aũt spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Phil. 2. Deus est enim qui operatur in nobis & velle & perficere, pro bona voluntate. 2. Cor. 3. Non ꝙ sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, tanq̃ ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo

est.Iohã.15.Sine me nihil potestis facere.Sic onere legis depressi Iudæi iacebãt.Acto.15. Quid tẽtatis deũ(ait Petrus)imponere iugum super ceruices discipulorũ,quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuerũt? Matt.23.Alligant onera grauia & importabilia, & ponũt ea in humeros hominũ.Sed vbi venit plenitudo temporis,misit deus filiũ suũ factum ex muliere,factũ sub lege,vt eos qui sub lege erant redimeret,vt adoptionẽ filiorũ reciperemus,Gal.4.LPrædicare annum dñi acceptũ.J 2.Cor.6.Hortamur vos,ne in vacuum gratiã dei recipiatis.Ait enim Esa.49.Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te.Ecce nunc tempus acceptabile,ecce nunc dies salutis.Vnde dñs Marc.1.Impletũ est tempus,appropinquauit regnũ cœlorum.LEt diem retributionis,J ijs qui non obediunt euangelio,qui pœnas dabunt in interitũ æternas.2.Thess.1.Idem enim tempus clementissimæ vocationis gentium,& iustissimæ retributionis Iudæorũ atq; vastationis. Mat.23.Hierusalem Hierusalẽ,quoties volui congregare filios tuos,quẽadmodum gallina congregat pullos suos sub alas,& noluisti.Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.Nec immerito.Iohan.5.Si credidissetis Mosi,credidissetis vtiq; & mihi.De me enim ille scripsit.Si autem illius literis nõ creditis,nec mihi credetis.Roma.10.Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credẽti.Omni dicit credenti:quia quemadmodũ annus modo acceptus offertur,ita post dies retributionis futurus prædicitur.Esa.63.Dies vltionis in corde meo,dies retributionis meæ venit.Ideo Apostolus Heb.2.Propterea abundantius oportet nos seruare ea quæ audiuimus,ne forte pereffluamus.Si enim qui per angelos dictus est sermo,factus est firmus,& omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionẽ,quomodo nos effugiemus,si tantã neglexerimus salutem? Beda: Impletũ est tempus illud,de quo Apostolus Galat.4.At vbi venit,vt suprà. Quàm olim est q̃ hoc clamatur,& vtinã aliquando audiatur,quoniam impleta sunt tempora:appropinquat regnũ dei:pœnitemini,& credite euãgelio:renuntiate operibus mortuis:credite in deum viuum.Quid prodest credere sine operibus bonis? Non te bonorũ operũ meritum adduxit ad fidem,sed fides incipit vt bona opera consequantur. Phil.1. Tantũ digne euangelio conuersamini.Mat.16.Quid enim prodest homini si mundũ vniuersum lucretur,animæ vero suæ detrimentum patiatur? aut quã dabit homo commutationẽ pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cũ angelis suis,& tunc reddet vnicuiq; secundum opera sua.

## ¶Præfatio Lucæ euangelistæ.

### ARTICVLVS II.

LVCAS. D

QVoniamquidem multi conati sunt ordinare narrationem,quæ in nobis completæ sunt,rerum.

Dominus deus omnia ordinatissime producta,(vidit enim cuncta quæ fecerat,& erant valde bona,Gene.1.)cum magna reuerentia disponens,Sap.12.ordinatissime & sapientissime nostrã compleuit salutem.Præmisit aduentus sui præcones,sanctos prophetas,qui omnes super dies regis Messiæ loquuti sunt, Luc.16.Lex & prophetæ vsque ad Iohannẽ,ex eo regnũ dei euangelizatur.Deinde in propria venit persona.Hebræ.1. Multifariã multisq; modis olim deus loquẽs patribus in prophetis,nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio,quẽ constituit hæredẽ vniuersorũ,per quẽ fecit & secula,nam quasi colonus & quasi viator ad manendũ declinans aduenit,Hiere.14.Propter nos egenus factus est.2.Cor.8.&Zach.9.Ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator,ipse pauper. Baruch.3.In terris visus est,& cũ hominibus cõuersatus est.Docens vias suas.Esa.2.Venite,ascendamus ad montẽ dñi,& ad domũ dei Iacob,& docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius:quia de Sion exibit lex,& verbũ dñi de Hierusalẽ.Hinc Osee.10. Tempus requirendi dñm,quum venerit:qui docebit vos iustitiam.Verũ quoniã necesse fuit ad posterorũ informationẽ,per discipulos scriptis ea quæ docuerat relinqui,ecclesia quatuor ex omnibus(quæ tunc multa fuere conscripta) spiritu sancto edocta elegit. Ambrosius:Pleraq; nostrorũ,quemadmodum veterũ Iudæorũ paribus & generibus formantur & causis,atq; exemplorũ similium pari vsu exitu q̃ conueniunt,principio q̃ rerũ & fine cõcordãt.Nam sicut multi in populo illo,diuino infusi spiritu prophetarũt,alij aũt se prophetare pollicebantur,professionẽ destituebant mendacio: erant enim pseudoprophetæ potius q̃ prophetæ:erat autem populi gratia discernere spiritus, vt cognosceret, quos referre deberet in numerum prophetarũ,quos vt bonus nummularius improbare, in quibus materia magis corrupta sorderet,q̃ veri splendor luminis resultaret:Sic & in nouo testamẽto multi euãgelia scribere conati sunt,quæ boni nũmularij nõ probauerũt.

Vnũ

Vnum autem tantum, in quatuor libris digestũ, ex oñibus arbitrati sunt eligendum. Fertur euangelium quod duodecim scripsisse dicuntur. Et Basilides euangeliũ scribere conatus est. Fertur & secundũ Thomã. Noui alibi scriptum secundum Matthiã. Sed ecclesia, quũ quatuor euangelij libros habeat, per vniuersum mundũ. Euangelistis redundat: hæresis quum multa habeat, vnum non habet. Hæc illæ. Beda: Lucas de omnibus quæ fecit Iesus, & docuit, vsque in diem qua assumptus est, Actoꝝ. 1. scripturus, primo eoꝝ, qui de eo falsa scripserunt, redarguit audaciã, dicens: Quandoquidem multi, non tãm numerositate q̃ hæresum diuersitate, qui non spiritus sancti munere donati, sed vano labore conati, magis ordinarent narrationem, q̃ historiæ texerent veritatem. Ambrosius: Conati sunt sine dei munere, quare nõ impleuerunt. Qui eñ conatus est ordinare, suo labore conatus est, nec impleuit. Sine conatu eñ sunt donationes & gratia dei, quæ vbi se infuderit rigare consueuit, vt non egeat, sed redundet scriptoris ingenium. Non conatus est Matthæus, non Marcus, &c. sed diuino spiritu hubertatem dictoꝝ, rerumq; omniũ ministrãte, sine vllo molimine cœpta compleuerunt. Sic quidã peruersi, sub nomine Apostoli epistolas scripserunt. Hinc hortatur. 2. Thessa. 2. Ne quis vos seducat, neq; terreamini, neq; per spiritũ, (propheticum) neq; per epistolam tanquã per nos missam. Ideo subscribebat manu sua. 2. Thessa. 3. Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in oñi epistola &c. Sic in veteri testamento conqueritur dñs. Hiere. 23. Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Ezech. 13. Væ prophetis insipientibus, q̃ sequunt spiritũ suum, & nihil vident. De quibus. 2. Pet. 2. Fuerunt vero & pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum qui emit eos, deũ negant, superinducentes sibi celerẽ perditionem. Et multi sequentur eoꝝ luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur, & in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur. Vode Iohã. 10. Oñes quotquot venerunt fures sunt & latrones.

⌊Quæ in nobis completæ sunt, rerum⌋ Operum, documentoꝝ, mysterioꝝ Christi. Origenes: Quia non phantastastice, vt hęretici somniabant, Christus corporalem suum exercuit aduentũ, sed quũ veritas esset, re vera negotium prosequutus est. Certa ergo fide cognouerat ea, nec in aliquo fluctuabat: didicit eñ ab ijs, qui non solũ testes ac spectatores fuerant eoꝝ quæ commemorabant, verumetiam pars aliqua rerum gestarum.

**Sicut tradiderũt nobis qui ab initio viderunt, & ministri fuerũt sermonis.**

Theoph. Res Christi nõ simpliciter & nude sunt traditæ, sed solida & vera fide, & multoꝝ argumentoꝝ certitudine. Hinc Acto. 4. Non eñ possumus, quæ audiuimus & vidimus, non loqui. 1. Iohan. 1. Quod audiuimus & vidimus, annuntiamus vobis. Ambrosius: Vidẽs quod verbum dei visum est & auditum Apostolis. Non eñ secundum corpus solum viderunt dñm, sed etiam secundum verbum. Iohan. 1. Verbum caro factũ est, & habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius, gloriã quasi vnigeniti à patre. Luc. 10. Beati oculi qui vidt quę vos videtis. Non eñ corporalibus oculis, sed spũalibus Iesus videt. Ioh. 8. Abraam pater vester exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauisus est. In operibus Iesus videtur, in operibus cernit̃ pater, Iohan. 14. Alioqui propter opera ipsa credite.

**Visum est & mihi assecuto omnia a principio diligenter ex ordine tibi scribere optime Theophile.**

Deo in me operãte. Phil. 2. Qui operat in nobis velle & perficere, vniuersoꝝ operꝝ, documẽtorumq; Christi cognitionẽ adepto, tam per illuminationem q̃ per Apostoloꝝ informationem. Beda: Non solum Lucas & Marcus auditu didicerunt quæ scriberent, sed etiã Iohannes & Matthæus multa de infantia, pueritia, & genealogia saluatoris, alijs narrantibus didicerunt. ⌊Ex ordine⌋ hoc est, ordinate vel secundũ processum rei gestæ, qđ confert ad prolixitatem vitandam, & intelligentiam clariorem habendam.

**Vt agnoscas eorum verborum de quibus eruditus es, veritatem.**

Certius plenius q̃ de Christi factis, verbis, ac mysterijs instruaris scripto, quæ olim catechumenus viua voce didicisti. Ambrosius: Theophilus, diligens deum interpretatur. Quisquis ergo amat deum, vel ab eo amari cupit, sibi putet euangelium scriptum, & tanquàm munus sibi à deo donatum accipiat, sibiq; commẽdatum pignus conseruet, frequẽter aspiciat, sæpius discutiat. Hæc ille. Sed heu sunt qui nullas literas, vel assis faciunt, nisi inde nonnihil accrescat arcæ nummariæ, de quibus Hieremiæ secundo: Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quę continere non valent aquas. Hinc Petrus Iohan. sexto: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.

¶De Conceptione Iohannis. Lucæ.I.

## ARTICVLS III.

De æterna Chri gnati one Ioh .1. Par.2. ar.1. A.

Luc.1. E

FVit in diebus Herodis regis Iudææ, sacerdos quidam nomine Zacharias.

Quoniam totum quod gerendum erat, nouum fuit, nec vllis auditum seculis, diuina sapientia rationibus arcanis omia moderante, quæ rei per se incredibili, fidem apud homines conciliarent, quis vnq̃ audiuit, virginem citra virilem operam peperisse? erat autem nostræ salutis caput, illud esse persuasum omibus Iesum esse Messiam, cuius aduentum omnia prophetarum vaticinia promiserant quem tota Mosi lex adumbrarat, à quo vno salus esset omnibus speranda: proinde diuino consilio paratus est, qui cœlestem virginis partum, & ipse mirabili modo natus præcurreret, qui nobilitate generis, qui inaudita vitæ sanctimonia, quiq̃ raris dotibus parta apud omnes authoritate, Iesu nondum noto, primam notitiam ac fidem conciliaret apud Iudæos incredulos. Iohãnes suum exorsus euangelium à diuinis, non dixit: Fuit, sed, In principio erat verbũ, Iohan.1. propter rerum diuinarum permanẽtiam. Lucas à rebus humanis exorsus. Fuit, ponit, ob earum transitum & deficientiam. Psal.101. Ipsi peribũt, tu autem permanes, & oẽs sicut vestimentum veterascent. Mentionem facit regni Herodis, tum vt narrando prophetarum formam seruet, qui dicebant: In diebus Iocham & Ezechiæ &c. & cuiuspiam facta sunt hæc, tum quia de Christo dicturus erat, ostendit iuxta Iacob vaticinium tempus adesse, Gene.49. Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est. Indicat & euangelicam gratiam à Iudæis spretam, ad gentes demigraturam. Prædixerat & spiritus sanctus sacerdotium, quod summũ & admirabile erat apud omes, sub aduentum Messiæ abrogandum, Daniel.9. Erat sub rege impio sacerdos pius necessarius, qui populũ à malitia reuocaret. Eccl.44. In tẽpore iracundiæ factus est reconciliatio. Zacharias deo notus, & hominibus famosus, vt ex nomine eius bonitas designetur, quod memor dominii dicitur. Sic autem Dauid vniuersum sacerdotum genus in duas principales familias digesserat, Eleazar & Ithamar. His subiectas familias reliquas distinxit in vigintiquatuor sortes, vt ordine singulæ per suas vices sacris operarẽtur dies octonos, abstinentes interim ab omnibus, quæ iuxta legem impurum reddebant, & vxorum congressu, ædiumq̃ suarum ingressu, sed assidue versantes in templo, quo castius ac purius tractarent rem diuinã. Porro, dum hic ordo sortibus digeritur inter. xxiiij. familias, octauus locus obtigit Abiæ, vnde Zacharias ducebat originem, & in cuius vices successerat. Beda: Redemptor noster in carne apparens, sicut rex nobis fieri dignatus est, regnum cœleste tribuendo, ita etiam pontifex factus est, semetipsum deo offerendo hostiam in odorem suauitatis, Ephesi.5. Vnde scriptum est, Psal.109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Hic summi dei sacerdos, longe legalis sacerdotij tempora prœcessit, offerens deo panem & vinum, Gene.14. Ideo redemptor noster sacerdos secundũ ordinem Melchisedech dicitur, Heb.7. quia ablatis victimis legalibus, idem sacrificij genus in mysterium sui corporis & sanguinis, in nouo testamẽto offerendũ instituit. Quis ergo congruentius translationem legalis, & substitutionem euangelici sacerdotij, quàm summi iuxta legem sacerdotis filius prophetaret? Maluit eñ, docente intus spiritu sancto, noui sacerdotis prœco, quàm successor & hæres existere veteris.

Et vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elisabeth.

Non tam generis nobilitate, quàm morum integritate venerabilis, quæ dei mei saturitas interpretatur, quia spiritu sancto repleta, Lucæ.1. Fuerat autem mater ipsius, soror Annæ matris Mariæ, sed natu minor, quæ virũ habuit Aaronitem, ex qua nata est Elisabeth, & sic cognata fuit virginis.

Erant autem ambo iusti ante deum.

Non sicut pharisæi, qui se falsa quadã iustitia venditabant, Luc.16. Vos estis qui iustificatis vos corã hominibus, deus aũt nouit corda vestra, Mat.6. Receperunt mercedẽ suã. Et.23. Sic vos à foris quidem paretis hominibus iusti, intus aũt pleni estis hypocrisi & iniquitate. Iustificari hominẽ ante deũ, quo ad æquitatẽ diuinæ iustitiæ, est impossibile. Iob 4. Nunquid homo dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir? &.9. Vere scio q̃ non iustificetur homo cõpositus deo. Sed neq̃ per oñimodã puritatẽ absq; omni macula culpæ admixta. Iaco.3. In multis offendimus omnes. Psal.142. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Sed conditionis humanæ modum, sic electi iusti sunt ante deum. Roma.4. Credidit Abraam deo, & reputatum est illi ad iustitiam.

Incedẽ-

Incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela.

Sic synceris animis seruabant omnia mandata, quo, quo ad præcepta moralia & iustificationes. (habuit em̃ primũ. i. testamentum, iustificationes suas, Hebr. 9.) vt nec hominibus darent ansam offensionis. Beda: Plerunq; durior iustitia querelam prouocat. Eccl'. 7. Noli esse iustus multum. Origenes: Potest aliquid iustũ iniuste fieri, vt quũ eleemosyna datur iactantiæ causa, quod non est sine querela. Ambrosius: Quũ mandatis cœlestibus obedimus, in eis incedimus: dum autem congrue iudicamus, iustificationes dñi tenere videmur: nulla quoq; querela est, vbi & mentis bonitas concordat, & facti. Roma. 12. Prouidentes bona non tantum coram deo, sed etiam coram oñibus hominibus. 2. Cor. 6. Nemini dantes vllam offensionem. Phil'. 2. Omnia autem facite sine murmurationibus & hęsitationibus, vt sitis sine querela, & simplices filij dei, sine reprehensione, in medio nationis prauæ atq; peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes. Procurauit nimirum hoc diuinum consilium, vt is qui Christo venienti perhibiturus esset testimonium, esset ipse numeris omnibus populo Iudæorum commendatus. Quin & illud diuina prouidentia procuratum est, vt natiuitatis nouitas, excitaret hominum animos in admirationem Iohannis, nihilq; plebeium expectarent ab eo, qui non iuxta vulgarem morem, sed cœlesti beneficio natus esset.

Et nõ erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis.

Ponit duo impedimenta vnũ naturæ, quia sterilis: alterũ ex accidenti, quia prouectæ ætatis. Quanq̃ em̃ probatissima apud oñes ipsorũ esset vita, tamen in hoc parum felix videbatur illorũ pietas, q̃ ambo consenuissent orbi. Nam apud Iudæos vt magnifica quædam res habebatur matrimonij fœcũditas, ita sterilitas cum primis erat in probro, & inter præcipua vitæ mala numerabatur. Nondum em̃ didicerant carnales Iudæi, spũalem populum esse, quem deus cœlesti generatione vellet semper in maius propagari: nondũ audierant esse beatos, qui se castrassent propter regnum cœlorũ. Ea res grauiter discrucibat animos eorũ, sed præcipue Elisabeth, quę iam probroso cognomine vulgo Sterilis vocabatur. Auxerat prolis desperationem vtriusq; senectus. Prouectæ ætatis erant ambo tã corpore quàm anima. Beda: Diuinitus factũ est, vt sterili matre, & vtroq; parente prouectioris ætatis, Iohannes nasceretur, quatenus & iam ipse ortus miraculo patefceret, virum magnæ virtutis futurum qui nasceretur.

Factum est aũt quũ sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ.

Contra eos qui sacerdotes nomine, Matth. 9. Messis multa, operarij autem pauci. Ante deum. Jper rectam intentionem.

Secundum consuetudinem sacerdotij sorte exijt.

Nam per sortes istæ vices fuerunt distributæ. 1. Paral'. 24. vnde ipsi sorte obtigit.

Vt incensum poneret, ingressus in templum domini.

Ambrosius: Solus intrat, quia illum signat, cuius sacrificium non est commune cum cæteris. Incensum quo deuotio significabatur, adoleret super altare incensi, ad consummationem sacrificij, vbi & angelus apparuit.

Et erat omnis multitudo populi foris orans hora incensi.

Nã Leui. 16. dicitur: Nullus hominũ sit in tabernaculo q̃n pontifex ingredit sanctuariũ vt roget pro se, & pro domo sua, & pro vniuerso cœtu filiorũ Israel, donec egrediatur.

Apparuit autem illi angelus domini, stans a dextris altaris incensi.

Cæterum pij pontificis votum vsq; ad deum penetrabat, angelus nimirum perferentibus, quorum illæ partes sunt, piorum preces ad cœleste numen perferre, & rursus illius munificentiam ad nos deferre. Vnde Tobię. 12. Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, ego obtuli orationem tuam dño. Sacrum pontificale officium, vnde & Caiphæ prophetiæ datũ donũ, Iohã. 11. Heb. 5. Oñis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quę sunt ad deũ, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Sed multi relinquunt officium offerendi, quia assumpserunt beneficium auferendi. Beda: Bene in templo, & iuxta altare à dextris apparuit: quia & veri sacerdotis aduentũ, & mysterium sacrificij, & cœlestis doni gaudium, quod per dexteram signatur, prædicabat. Ambrosius: Quia signum diuinæ clementię & misericordiæ pręferebat, prospera nũtiando. Sic angelus resurrectionem domini annuntiãdo, Matth. 28. Marc. 16.

Et Zacha-

Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum.

Non quod quicq̃ formidabile præ se ferret angelus, sed quod humani corporis infirmitas non sustinet cœlestiũ spirituũ maiestatem. Connaturale em̃ est homini, ad subitam spirituũ apparitionẽ immutari, nã & satanas trãsfigurat se in angelum lucis. 2. Cor. 11.

Ait autem ad illum angelus: Ne timeas Zacharia.

Non est quod expauescas, sed quod gaudeas. Vbiq; hoc indicio discernunt visiones. Nam si mens primũ turbet, & statim timor soluat, & iterꝫ quiescat, reuera diuina est visio, si autem timor atq; turbatio magis atq; magis crescat, diabolica est. Beda: Sicut humanæ defectionis est terreri, ita angelicę dignitatis, pauentem consolari.

Quoniam exaudita est deprecatio tua.

Beda: Non est putandum, q̃ pro populo oraturus, pro priuatis cœperit negotijs orare, maxime pro liberis, à quorum generatione homo senex & decrepitus tantum spem auerterat, vt nec angelo nuntianti & promittenti crederet nasci filium sibi, sed pro populi saluatione rogabat, vnde & per angelum audiuit, filium viã præparaturum & plebem perfectam.

Et vxor tua pariet tibi filium.

Ad Ioseph angelus ait, Matth. 1. Pariet filium, quia non de Ioseph, sed operatione spiritus sancti in vtero virginis conceptus dominus, hic autem addidit: Tibi, quasi d. Petisti redemptorem, accipies & redemptoris præcursorem.

& vocabis nomen eius Iohannem.

Quia ad tam eximium munus gratuito dei munere electus, vt Christum per quem gratia & veritas facta est, annuntiaret futurum, & monstraret præsentem, Iohan. 1. Beda: Singularis meriti indicium est, quoties à deo nomen imponitur, vel mutatur. Sic Abram, Abraam: Sarai, Sara, Gene. 17. Iacob, Israel, Gene. 32. Simon, Cephas & Petrus Iohã. 1.

Et erit gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt.

Beda: Quia per eum suæ regenerationis author ostenditur. Non ergo sine euangelica authoritate natiuitas præcursoris domini celebrare contingit. Nam sicut angelus dixit: Euangelizo vobis gaudiũm magnum, domino nato, Luc. 2. ita nasciturum Zachariæ filium p̃dicẽs angelus, multis gaudiũ fore dixit. Iure ergo vtriusq; natiuitas recolit, sed illius tanquàm domini, istius tanquàm præcursoris domini. Prouerb. 23. Exultat gaudio pater iusti, qui sapientem genuit filium, lætabitur in eo. Gaudeat pater tuus, & mater tua, & exultet qui te genuit. Econtra, Prouerb. 19. Dolor patris filius stultus. Et. 17. Ira patris filius stultus, & dolor matris quæ genuit eum. Hinc Eccl. 16. Ne iucunderis in filijs impijs, si multiplicent, nec oblecteris sup ipsos, si nõ est timor dei in illis. Melior ẽ em̃ vnus timẽs deũ, q̃ mille filij impij. Et vtile est magis mori sine filijs, q̃ relinquere filios impios.

Erit enim magnus coram domino.

Non solum hominum opinione, verũetiam in oculis dñi, cui nemo magnus, nisi dotibus quas ipse largit. Ambrosius: Sicut corporis, ita & aiæ numeramus ætates, nõ rõne tẽporis, sed qualitate & gradu virtutis, vt vir perfectus ille dicat, qui pueritiæ caret errore, & lubricum adolescentiæ animi maturitate transcendit: pusillus autem, q nullum adhuc virtutis habet processum. Multi magni coram hoĩbus, sed non coram deo. Iohãnes magnus virtute, sanctitate, & dignitate, quod dñs, q solus virtutem magnitudinis eius nouit, & donauit, insinuauit, dicens. Matth. 11. Inter natos mulierꝫ non surrexit maior Iohanne Baptista. Sed & angelus multipharíam eius magnitudinem exponit, d.

Vinum & siceram non bibet.

Quicquid sobrietatem adimere potest homini. Beda: Sicera, oĩs potus inebriatiuus cõfectus. Non aũt decet vino (in quo est luxuria, Ephe. 5) inebriari eum, q musto spũs sancti desiderat impleri. Vnde recte cui vini ebrietas tollit, spũs sancti gr̃a cumulatur. Sic Nazareis vinum & omnis potus inebriatiuus, per omne tẽpus separationis suæ interdicitur. Numeri. 6. Sic Samson omnibus diebus vitæ suæ consecratus domino, Iudicum. 13.

Et spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ.

Qua gratia à peccato purgabitur, & anima donis ornabitur, & ad operandum meritorie disponetur, nam filij tui mentem inter ipsos etiamnum vteri materni sinus latitantis replebit, vt gestu prophetam agat, priusquam effari liceat.

Et multos filiorum Israel conuertet ad dominum deum ipsorum.

Ostẽdet

Ostendit operationem qua spiritus sanctus ipsum in virtutum fructibus crescere fecit. Multos(non omnes. Pharisæi enim consilium dei spreuerunt. Luc.7. Vnde veritatem de baptismi ipsius authoritate Christo respondere nolebant, Matth. 22. Luc.20.) filiorum Israel nam in Iudæa tantum prædicauit, Luc.3. alienatos à deo, dum freti carnali lege, negligunt quæ legis figuræ designant, conuertet ad dominum deum ipsorum, magna libertate prædicans instare regnum dei, ad vitæ prioris pœnitentiam adhortans, baptismo præludens abolitioni peccatorum, quæ per Messiam erit futura, Acto 19. Iohannes baptizabat baptismo pœnitentiæ populum, dicens in eum qui venturus esset post ipsum vt crederent, hoc est, in Iesum.

Et ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Heliæ.

Malach.3. & Matth.11. Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Sic Helias secundum præcedet aduentum, quemadmodum Iohannes primũ. Matth.17. Helias quidem venturus est, & restituet omnia. Malac.4. Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam, antequàm veniat deus domini magnus & horribilis, & conuertet còrda patrum ad filios, & cot filiorum ad patres eorum. Et sic non miraculorum operatione, quia Iohannes nullum fecit signum, Iohan.10. sed officij simulatione. Secundo, victus austeritate. Nam vterq; eremi cultor. 3. Reg.17. Luc.1. Heliam corui pascebant, deferentes panes & carnes. 3. Reg.17. & bibit de torrente, Matth.3. Esca autem eius erat locusta & mel syluestre, & habebat vestimentum de pilis camelorꝝ, & zonam pelliceam circa lumbos suos. Luc.7. Venit Iohannes Baptista non manducans panem, neq; bibens vinum. Tertio, in veritate doctrinæ. Nam vterq; constanter vitia redarguit, Eccl.48. Surrexit Helias propheta quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat. 3. Regum.18. & 4. Regum.1. Sic Iohannes pharisæos, Matth.3. Herodem. Matth.14. Marc.6.

Vt conuertat corda patrum in filios.

Beda: Quum spiritualem sanctorꝝ patrum scientiam populis prædicando infundet, quo Iudæi Abraæ credulitatem imitantes, vere promereantur dici filij Abraæ.

& incredulos ad prudentiam iustorum.

Quo ad fidei obedientiam. Glossa. Prudentia iustorꝝ est, non de legis operibus præsumere, sed ex fide salutem credere. Roma.3. Arbitramur eñ iustificari hominem per fidẽ sine operibus legis. Et.8. Prudentia carnis, mors est: prudentia autem spũs, vita & pax.

parare domino plebem perfectam.

Prædicatione & baptizatione animos hominũ præparando, vt tradat dño aduenienti populũ non oñino rudem, sed iam agnitione peccatorꝝ suorꝝ, expectatione regni cœlestis, ac desiderio venturi Messiæ, præparatum atq; instructũ. Beda: Hæc pulcherrima plebis dñicæ perfectio est, quam & Iohannes suo tpe prędicãdo parabat, & nunc dñs ipse donando per orbem latius implet, quum nos euãgelicis verbis instituti, & imbuti mysterijs, eandem fidem ac dilectionem habere discimus, quã patres habuisse probãtur. Optimã viuendi vitam demonstrat. Quæ eñ inter homines sublimior & deo gratior esse conuersatio potest, q̃ eorꝝ qui se castigant à vitijs, qui virtutum studijs animũ subiugant, insuper etiam alios quotidiano exercitio ad authoris sui gratiã student conuertere, & crebra animarꝝ fidelium acquisitione, gaudium semper patriæ cœlestis augere?

Et dixit Zacharias ad angelum: Vnde hoc sciam? Ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis.

Signum non vt credulus petit, nam causam suam suæ incredulitatis annectit, non ad dei potentiam, sed naturæ cursum respiciens. Econtra Abraam, Roma.4 non infirmatus est fide, nec considerauit corpus suum emortuum, cum iam fere centum esset annorꝝ, nec emortuam vuluam Saræ. In repromissione etiam dei non hæsitauit, sed confortatus est fide, dans honorem deo, plenissime sciens quia quęcunq; promisit deus, potens est & facere. Ideo reputatum est illi ad iustitiam. Hinc Iohan.4. Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. 1. Corꝝ.1. Iudæi signa petunt.

Et respondens angelus, dixit ei: Ego sum Gabriel qui asto ante deum, & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare.

Licet mittãtur ad ministerium propter eos qui hæreditatem capiũt salutis, Hebr.1. semper tamen vident faciem patris qui in cœlis est. Matt.18. Daniel.7. Millia milliũ ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei. De hoc angelo Daniel.9. Adhuc loquente me in oratione mea, ecce vir Gabriel cito volans, tetigit me in tempore sacrificij vesper-

vespertini,& docuit me. Beda: Si homo talia promitteret, impune signũ flagitare liceret, sed cum angelus promittat qui mentiri non potest, iam dubitare non decet, maxime cum à summa veritate sit missus, quæ præstare potest quicquid promittit. Angelus, nomen officij, non naturæ, Psal. 103. Qui facit angelos suos spiritus. Qui nõ terribilia aut increpatoria, sed consolatoria euãgelizabat. Dat ergo signum, vt petit, sed nõ quale desiderauit.

Et ecce eris tacens,& non poteris loqui, vsque in diem quo hæc fient, pro eo quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.

Dabitur ergo, quando id postulas, quod simul erit,& in posterũ præstandi promissi, argumentum,& præsentis diffidentiæ pœna. Esa. 55. Verbum meum quod egreditur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum. Eccl's. 8. Omni negotio tempus est & opportunitas. Quia non obedierat, condemnat vt surdus sit, & quia contradixerat, vt fileat.

Et erat plebs expectans Zachariam.

Vt prodiret ex more sacerdos, reliqua peracturus apud multitudinem, Leuit. 16. Vides quõ Iudæi expectabant & permanebant donec exiret sacerdos? At nos Christiani, nisi mox vt ingressi fuerimus templum egrediamur, existimamus male nobiscum agi.

& mirabant quod tardaret ipse in templo. Egressus autem, non poterat loqui ad illos: & cognouerunt quod visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis.

Nimirum feliciter esse litatum, gratias agerent deo, qui vota suorum exaudisset.

& permansit mutus. Et factum est, vt impleti sunt dies officij eius, abijt in domum suam.

Quia tempore ministerij apud templum manere tenebatur, Leuitic. 8.

Post hos autem dies concepit Elisabeth vxor eius, & occultabat se mensibus quinq; dicens: Quia sic fecit mihi dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.

Ambrosius: Pudor est fœminis nuptiarum præmia non habere, quibus hæc sola est causa nubendi. Exodi. 25. Non erit infœcunda, nec sterilis in terra tua. Deuterono. 7. Non erit sterilis vtriusq; sexus in Israel. Ambrosius: Occultat se, quia partus sui erubescebat ætatem, ne in senectute libidini vacasse videretur. Sic erubescebat quæ dicebat, Gene. 18. Postquam consenui,& dominus meus vetulus est, voluptati operã dabo? Non eñ ignorabat quàm sit pronum ad malum suspicandum, simul & male loquendum, vulgus hominum, quod nondum nouerat hæc authore deo geri. Commendantur filij ob parentum probitatem. Tobiæ. 7. Benedictio sit tibi fili, quia optimi viri filius es. Sic hic Iohannes, ex vtroq; parente spiritu sancto, & prophetia plenis natus, dominum venturum prænuntiauit, & adesse demonstrauit.

## ¶De Annuntiatione Christi. Lucæ. I.

## ARTICVLVS IIII.

Lucæ. I F

IN mense autem sexto.

Immensam diuinæ dignationis & sapientiæ abyssum, in dominicæ annuntiationis mysterio ostendit, cum appeteret tempus illud ab æterno ordinatum, vt deus per filium suum, mundum vniuersum à mortis ac peccati tyrannide liberaret. Summum ac dignissimum descripturus mysterium incarnationis, oĩa ordinatissime & distincte prosequitur, quatenus singula audientes, ad deuotionem & gratiarum actionem accendamur. In mense sexto conceptionis præcursoris.

Missus ẽ angelus Gabriel a deo in ciuitatẽ Galilææ, cui nomẽ Nazareth.

Ad primam mulierem venit diabolus non missus, Geñ. 3. Ideo ad secundam iniungitur noua legatio archangelo, vt (secundum Chrysostomũ) nuntiet regis secretũ, quod quidem fide cognoscit, sed non requirit discussione. Et bene Gabriel, qui fortitudo dei dr̃, quia illũ annuntiabat, de quo Psal'. 23. Dñs fortis & potens, dñs potens in prælio, illo nimirum prælio, quo potestates aereas debellare,& ab earũ tyrannide mundum veniebat eripere. Luc. 11. Cum fortis armatus. Iohan. 12. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. LA deo immediate, non ab alio angelo, quẽadmodũ Zacha. 2 Curre, inquit angelus alteri angelo, loquere ad puerũ istum. Sic Daniel'. 8. Audiui vocem viri in

viri in via: Gabriel, fac istũ intelligere visionem. Post florem aũt speratur fructus: sic ex Nazareth, quæ flos dicitur, benedictus fructus ventris Mariæ prodijt. Mat. 2. Qm̃ Nazaræus vocabitur. Esa. 11. Nazaræus de radice eius conscendet. Sic habet Hebraica veritas.

Ad virginẽ desponsatã viro, cui nomẽ erat Ioseph, de domo Dauid.

Bernardus: Virginem carne, virginẽ mente & professione, virginẽ qualem describit Apostolus. 1. Cor. 7. Mulier innupta & virgo cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. Hieronymus: Cum desponsatam viro audis, suspicio tibi non subeat nuptiarũ, sed recordare consuetudinis scripturarꝫ, qua sponsæ dicuntur virgines, & sponsi viri. Beda: Oportebat Mariam habere virũ, qui testis esset integritatis ipsius certissimus, & nati ex ea domini & saluatoris nostri esset nutritius fidelissimus, quíq; pro eo paruulo secundũ legem hostias ad templum deferret, & eum instante persequutionis articulo, in Aegyptũ cum matre deferret ac referret, aliaq; illi plura quæ assumptæ humanitatis fragilitas poscebat, necessaria ministraret, & cõtra legis transgressionẽ testimonium ferret. Ambrosius: Non decuit virginibus sinistra opinione viuentibus velamen excusationis relinqui, quod infamata mater dñi fuisset: & vt per Ioseph generationis Christi series texeretur, vt dicit Hieronymus, qui fuit de domo Dauid quemadmodum virgo. Nam viri suæ tribus fœminis iungebantur, pſertim in hæreditate paterna succedẽtibus, Nume. 36. Et ne res non congrueret prophetiæ, quæ Messiam promiserat ex genere Dauid regis, Roma. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.

& nomen virginis, Maria.

Quæ maris stella dicitur, quia luce à se prodeunte mundũ illustrauit. Dicitur & amarum mare, quia suam ipsius animam gladius doloris pertransiuit, Lucæ. 2. Sic & domina, quia regem regum & dominum dominantium nobis peperit, Apoca. 19. Humiles delegerat deus, ne quid in hoc cœlesti negotio sibi mundus vindicaret. Moribus inculpatissimis delegit, ne quid in hos criminis posset impingi. Casto coniugio delegerat, vt virginei partus arcanum, in suum vsq; tempus celaretur.

Et ingressus angelus ad eam.

Vbi secreto patrem orabat, clauso (vt dicit Bernardus) ostio. Solent enim angeli astare orantibus, & delectari in ijs, quos vident puras manus leuare in oratione. Quantum autem Mariæ placuerint orationes domino, angelus indicat, qui tam reuerenter eam salutauit. Vbi nos habemus Esa. 7. Ecce virgo, Hebræi habent, Haalma, quod absconditũ sonat. Ipsa autem abscondita hominibus, non deo.

dixit: Aue gratia plena.

Curialiter ante legationis explicationem, salutans, rem cum nomine primæ præuaricationis mutauit. Plena dicitur gratia, non ex parte ipsius gratiæ, quã non habuit in summa excellentia qua potest haberi, nec ad omnes gratiæ effectus, sed per comparationem ad ipsam, quia sufficientem habuit ad illum statũ ad quem fuit electa, scilicet vt esset mater dei. Sic Stephanus plenus (Act. 6.) dicitur gratia, quã sufficientem habuit, vt esset testis idoneus Christi. Sic & apostoli, Acto. 2. Christus super omnes, quia de plenitudine eius omnes nos accipimus, Iohan. 1. Hieronymus: Cæteris datur per partes. Mariæ autẽ tota se plenitudo gratię infudit. Aptissimũ erat vt gaudij vocabulo salutaretur, quæ veræ voluptatis autorẽ erat cõceptura: & gratię vocabulo cõpellaretur, quę Iesum erat paritura salutaris gratiæ principem & autorem.

Dominus tecum.

Bernardus: Non tãtum filius tecũ quem concipis, sed & dominus spũs sanctus de quo concipis, & dñs pater tecum qui genuit quem cõcipis. Vere singulariter dñs tecum, qui nouo castitatis amore, prius a terrenis ad cœlestia eleuauit, & postmodum mediante humana natura, omni plenitudine diuinitatis consecrauit.

Benedicta tu in mulieribus.

Laudata & præclara fama inter mulieres, & plus q̃ oẽs mulieres, ac per hoc quicquid maledictionis infusum est per Euã, totũ abstulit benedictio Mariæ. Quũ benedictio dei sit collatio munerꝫ eius, & multiplicatio eorũdem, tanto magis benedicta Maria, quãto maiora & singulariora diuinitus sortita est dona. Bernardus: Benedicta tu inter mulieres, quæ sola illam generalem maledictionẽ euasisti Gene. 3. In tristitia paries filios tuos, & nihilominus illam Exod. 23. Non erit infœcũda nec sterilis in Israel, ac singularẽ consecuta es benedictionem, vt nec sterilis maneas, nec cum dolore parturias. Vere bene-

dicta, quæ sine exemplo muliebris conditionis, cum decore virginitatis, gauisa est honore parentis: quodq; virginem matrem decebat, deum filium procreauit.

Quæ quum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat, qualis esset ista salutatio.

Tam excellens, inopinata, & nusquam audita. Claret virginis verecundia. Ambrosius: Trepidare virginũ est, & ad omnes viri ingressus pauere, & omnes viri affatus vereri. Modestia, quia tacuit & audiuit. Prudentia, quia cogitabat quanta esset salutatio, spiritu discretionis ruminans, quid p̃tenderet, quò tenderet, & cui esset exhibita. Quum eñ eminima esset in oculis suis, ac laudabiliter pudorata, vehemẽtissime de tanto suo præconio mirabatur, seq; laudari ac cunctis præferri mulieribus erubuit atq; obstupuit, eo vtiq; amplius, quo minus tale quid suspicabatur, aut sentiebat. Sanctæ eñ mentes quãto magis laudibus extolluntur, tanto magis timent & humilius de se sentiunt. Sic Apostolus 1. Cor. 15. Non sum dignus vocari apostolus.

Et ait angelus ei: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud dñm.

Turbatã familiariter consolatur, vt moris bonoꝝ est angeloꝝ, vocans ex nomine. Bernardus: Dei & hominũ pacem, mortis destructionẽ, vitæ reparationem: hæc est, inquit, gratia quam inuenisti, sed apud deum: nam apud mundum oratio fallax. Prouer. 31. Fallax gratia & vana est pulchritudo, Mulier timẽs deum, ipsa laudabitur.

Ecce concipies in vtero.

Non à viro. Matth. 1. Inuenta est in vtero habens de spiritu sancto.

& paries filium, & vocabis nomen eius Iesum.

Non impones. Ipse eñ saluum faciet populum suũ à peccatis eorũ, Mat. 1. Esa. 49. Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. Iure ergo suũ nuncupat filium. Iohan. 2. Fili, vinũ non habent. Esa. 7. Ecce virgo concipiet & pariet filiũ, & vocabitur nomen eius Emanuel. Hiere. 31. Nouum faciet dñs super terram, Fœmina circundabis virum. Vere nouum. Olim homo fieri voluit deus. Gene. 3. Eritis sicut dij, scientes bonum & malum, ait serpens mulieri. Nunc deus factus est homo. Olim de viro facta est mulier, Gene. 2. Aedificauit dominus deus costã quam tulerat de Adam in mulierem, nũc de sola muliere factus est vir. Olim virga floruit sicca & arida Num. 17 nunc virgo intacta peperit.

Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur.

Quanquã ex humili loco, ex humili puella natus, tamen diuinis virtutibus erit maximus, adeò, vt posteaq; innotuerit mũdo, vocandus sit, nõ propheta, sed filius altissimi. Nihil eñ maius, q; esse filium omnipotentis dei, nõ per adoptionis gratiã, sicut alij, sed per naturã, vt vna in duabus naturis persona esset redemptoris & mediatoris nostri: & quia vna erat hypostasis, reuerà filius altissimi erat filius virginis.

Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.

Non occupabit sibi mundi præsidijs regnũ mundi temporariũ, sed pater cœlestis dabit illi regnum Dauid cœleste. Psal. 131. Iurauit dñs Dauid veritatem, & non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuã. Dedit eñ redemptori sedem Dauid, quando hunc de genere Dauid incarnari disposuit. Roma. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundũ carnem, vt populum quẽ Dauid temporali rexit imperio, ipse gratia spirituali ad æternũ proueheret regnum. Col. 1. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ. Ioh. 12. Benedictus qui venit in nomine domini rex Israel. Marc. 11. Benedictum quod venit regnum patris nostri Dauid. Regnat modo, quum electorum corda per fidem & dilectionem suam inhabitans regit, atq; ad percipienda supernæ retributionis dona, continua protectione gubernat: & in futuro, quum eosdẽ finito statu temporalis exilij, ad habitationem patriæ cœlestis introducit, in qua p̃senti eius visione semper adiuncti, nihil aliud agere q; eius vacare laudibus gaudẽt. Non ergo temporale, quia quæsitus in regem, fugit Ioh. 6. sed spirituale est regnũ. Mat. 28. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Danie. 7. Potestas eius, potestas æterna, & regnum eius quod non corrumpetur. Esa. 9. Super solium Dauid & super regnũ eius sedebit, vt confirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia, amodò & vsq; in sempiternum. Domus autem Iacob sunt ij, qui ex Iudæis & Gentibus crediderunt. Roma. 9.

Non

Non eñ omnes qui ex Iſrael, hi ſunt Iſraelitæ: neq; qui ſemen ſunt Abraæ, hi filij: ſed qui filij ſunt promiſſionis, æſtimantur in ſemine.

Dixit autem Maria: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco.

Ex his quæ audiuit, tam magnificis angeli promiſſis, nihilo factus eſt inſolentior animus virginis, nec ex regæ ſublimitate concepit diffidentiã, non ignorans, nihil eſſe tam arduum, quod nutu non poſſet deus. Tantum de virginitatis adamato theſauro ſolicita fuit, non ſignũ rei, vt Zacharias, ſed modũ requirens. Non ergo dubitat faciendũ, quod quo modo fiat, inquirit. legerat, Ecce virgo cõcipiet, Eſa. 7. quod credidit futurum, ſed quomodo id fieret, non legit. non eñ quemadmodũ fieret, vel prophetæ fuerat reuelatum. Vnde & audire meruit: Beata quæ credidiſti Luc. 1. &. 1. Cor. 7. Virgo cogitat quæ domini ſunt, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu.

Et reſpondens angelus, dixit ei: Spirtus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi.

Beda: Quum Chriſtus dicatur ſol, Malach. 4. Vobis timentibus nomen meũ, orietur ſol iuſtitiæ, huius ſolis radios virgo concipiendo ſuſcepit. Sed idem ſol, id eſt, diuinitas redemptoris noſtri, tegmine humanæ naturæ quaſi obumbraculo quodã obtexit, quo mediante, virginis eam viſcera ferre ſufficerent. Innoteſcunt plenitudinis gradus: nam gratia plena, adhuc ſpiritum ſanctũ ſuperuenturum audiuit, qui ſua virtute ipſam fœcundaret. Attende quomodo ſanctam trinitatem declarauit, dicens ſpiritum ſanctum, virtutem filium. 1. Cor. 1. altiſſimum patrem.

Ideoq; & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius dei,

Bernardus: Non ſolum qui de ſinu patris in vterũ tuũ veniet, obumbrabit tibi: ſed & quod de ſubſtantia tua naſcetur, ex hoc iam vocabitur filius dei. Claret naturæ veritas, quia ex te: gratiæ immenſitas, quia ſanctũ, imo ſanctũ ſanctorum, à quo & per quem omnis ſanctitas. Exo. 31. Ego dñs qui ſanctifico vos. Heb. 13. Propter quod & Ieſus, vt ſanctificaret populum ſuũ per ſuum ſanguinem, extra portam paſſus eſt.

Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipſa cõcepit filiũ in ſenectute ſua, & hic menſis eſt ſextus illi quæ vocatur ſterilis, quia non erit impoſſibile apud deum omne verbum.

Beda: Non quaſi incredulã verbis hortatur ad fidẽ, ſed vt bene iã credẽti quæ audierat, ampliora ſupernæ diſpẽſationis miracula replicaret, vt quæ deũ erat paritura, pcurſorem quoq; domini de anu & diu ſterili parente cognoſceret eſſe naſciturum, ad maiorem cumulum gaudiorum, & vt dum nunc ſaluatoris, nunc præcurſoris edocetur aduentum, rerum ordinem & tempus tenens, ipſa poſtmodũ melius ſcriptoribus & prædicatoribus euangelij reſeret veritatem. Nihil enim poteſt à deo promitti tam nouum aut magnum, quod ipſe non queat præſtare. Hiere. 32. Non erit tibi difficile omne verbũ. Quale eñ verbum illi impoſſibile, qui per verbum fecit oñia? Pſal. 148. Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt.

Dixit autem Maria: Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecundũ verbũ tuum.

Bernardus: Humiliter reſpondet, vt gratiæ ſedes pparetur. Ecce mater dei eligitur, & ancillã ſe nominat. Non mediocris reuera humilitatis inſigne, nec oblata tanta gloria, obliuiſci humilitatem. Non magnũ eſt eſſe humilem in abiectione, magna prorſus & rara virtus humilitas honorata. Prima mulier audiens, Eritis ſicut dñ, ſtatim in ſuperbiam elata, contra creatoris imperium manũ extẽdit ad ligni prohibiti fructũ: hæc audiens ſe matrem filij dei, regnãtis in domo Iacob in æternũ, paucis, ſed quæ ſummã animi modeſtiam cũ ſumma fiducia pietateq; coniunctã teſtarentur, reſpondit: Ecce ancilla dñi, cui ſemel dicata ſum, parata ad omne obſequiũ, fiat mihi ſecundũ verbũ tuum, vt ſpiritu ſancto concipiam. Simulq; cũ dicto peractus eſt inſenſibiliter cœleſtis ille conceptus, habebat in vtero filiũ dei, repleta eſt ſpiritu ſancto. Precemur & nos, vt fiat nobis ſecundũ verbum ſuũ, illud ſcilicet, quo rationẽ ſuæ incarnationis ipſe diſpoſuit. Iohã. 3. Sic deus dilexit mundũ, vt filium ſuũ vnigenitũ daret, vt omnis qui credit in illum, nõ pereat, ſed habeat vitam æternã. Nec dubiũ quin nos de profundis clamantis ad ſe, citius exaudire dignabitur, propter quos necdũ ſe cognoſcẽtes, ipſe ad profundã hanc lachrymarã vallem deſcendere dignatus eſt. Ab hoc ſancto virginis cũ angelo colloquio, deus auſpicari voluit reſtituendi generis humani negotiũ, quando primũ illud peſtiferũ virginis cũ ſerpẽte colloquiũ, exitij ſeminariũ inuexerat mundo. Ad lapſum hominis cõcurrebat angelus

malum ſuggerens, mulier inconſultè ſuggeſtioni conſentiens, & vir tranſgreſſionem diuini præcepti perficiens. Sic in reparatione angelus nuntians, virgo conſentiens, & Chriſtus perficiens. Bernardus: Redditur fœmina pro fœmina, prudẽs pro fatua, humilis pro ſuperba, quæ pro ligno mortis, guſtum tibi porrigit vitæ, & pro venenoſo cibo illo amaritudinis, dulcedinem parit fructus æterni.

Et diſceſſit angelus ab illa.

Nimirum cum reuerentia peracto negotio, rediens ad eum qui miſerat, lætum cœli ciuibus referens nuntium, ruinam in proximo fore reſtaurandam.

¶De viſitatione Mariæ, Luc. .I.

ARTICVLVS V.

Luc.1. G

EXurgens autem Maria, abiit in montana cum feſtinatione, in ciuitatẽ Iuda, & intrauit in domum Zachariæ.

Mirabilẽ diuinæ gratiæ operationẽ declarat deus, qui in omnibus ſuis mirabilis eſt operibus, maxime mirabilia & imperſcrutabilia in humanæ redemptionis operatus eſt myſterio. Quũ ergo euangeliſta occultũ Chriſti aduentũ oſtẽdiſſet, angelico teſtimonio vt futurũ, nunc humano oſtendit, vt iam factum. Videns ergo ſe cõcepiſſe, nõ remorata tanta dignitate, exurgẽs à quiete cõtemplationis, ad opera charitatis feſtinauit. Ambroſius: Non quaſi incerta de nuntio, nõ dubitans de exemplo, ſed læta pro voto, religioſa pro officio, feſtina præ gaudio, in montana perrexit, quatenus grandæuæ ſeruiret iuuencula, quemadmodũ filius nõ venit miniſtrari, ſed miniſtrare, Mat.20. Siquidẽ vera pietas potius gaudet de felicitate aliena, q̃ ſtudet iactare propriã. Congaudet em̃ charitas veritati. 1.Cor.13. & .12. Si gaudet vnũ membrũ, congaudẽt omnia membra. Si em̃ vicini cõgratulabantur, quãto magis Maria cognata? Rom̃.12. Gaudete cum gaudentibus. Aſcendit montana Iudææ, quæ mente in cœleſtibus habitauit, vbi paſtor nonagintanouem oues reliquerat, Mat.18. Mat.6. Vbi theſaurus tuus eſt, ibi & cor tuũ erit. Sed quibus comitantibus? Nimirũ angelis, quibus cognata virginitas. Exo.32. Angelus meus p̃cedet te, ait dñs Moſi. & .14. Tollens ſe angelus dñi qui p̃cedebat caſtra Iſrael, abiit poſt eos, & cũ eo pariter columna nubis priora dimittens, poſt tergũ ſtetit inter caſtra Aegyptiorũ & Iſrael. Sic Heliſeus montẽ vidit plenũ equorũ & curruũ igneorũ. 4.Reg.6. Sic ergo bonis ad cuſtodiã adſunt angeli, imõ ipſe dñs Exod.13. Dñs præcedebat eos ad oſtendendũ viam. Amat aũt ſecretũ virginitas, nõ euocatur ab ædium intimis, niſi prouocet officiũ: in publico properat, in officio lentior eſt. Dina tardãs ad videndũ mulieres regionis, per Sichem filiũ Emor Euei corrupta fuit Geñ.34. Ad opera pietatis feſtinandũ. Neſcit em̃ tarda molimina ſpũs ſancti gr̃a, vt dicit Ambroſius. Sic paſtores feſtinãtes venerũt in Bethlehem Luc.2. Zachæus feſtinans deſcendit, & excepit Ieſum gaudẽs Luc.19. Væ acedioſis.

& ſalutauit Elizabeth. Et factum eſt vt audiuit ſalutationem Elizabeth, exultauit infans in vtero eius.

Eandẽ quã angelo exhibuerat, hominibus q̃q; curauit exhibere humilitatẽ, & q̃d maioris eſt meriti & virtutis, etiam minoribus. Eccl.3. Quãto magnus es, humilia te in oĩbus, & corã deo inuenies gratiã. Geſtans in vtero deũ, ſeruorũ dei habitacula petit & requirit alloquia. Prior ſalutauit, ſic angelus ipſam, Chriſtus mulieres Mat.28. Væ ergo inuidis & inſidioſis, qui vt Iudas ſalutãt. Mat.26. Aue rabbi. Pſal.54. Viri ſanguinũ & doloſi nõ dimidiabunt dies ſuos. Ambroſius: Cito quoq; aduentus Mariæ & dominicæ p̃ſentiæ beneficia declarantur. Neq; vero vulgaris fuit iſta ſalutatio, creuit vtriſq; ex mutua gratulatione felicitas, exhuberauit ſpũs diuini vis. Maria ſecũ fontem omniũ dotium ſpiritualiũ ferebat in vtero, ſuiq; fœtus afflatu iam tota ſpirabat deũ. Senſit Iohannes nondũ natus, dñi ſui modõ concepti diuinam virtutem, & intra materni vteri ſinus geſtu p̃dicat eum, quẽ olim erat ſua voce p̃dicaturus, & ſuſcepto ſingulari ſupra reliquos gaudio exultat in vtero. Ioh.3. Amicus ſponſi qui ſtat & audit eũ, gaudio gaudet propter vocẽ ſponſi. Aderat em̃ tẽpus, quo impleretur angeli ſermo, quo ſpũ ſancto ex vtero ipſum replendum p̃dixerat Luc.1. Viſitent ſacra prægnantes, ſancta quærant alloquia.

Et repleta eſt ſpiritu ſancto Elizabeth, & exclamauit voce magna.

Beda: Recte voce magna, quia magna dei dona cognouit, quæ illum quẽ vbiq; p̃ſentem nouerat, etiam corporaliter adeſſe ſentiebat. Magna voce non tam clamoſa, quã deuota, quia vocem verbi habuit in vtero, Ioh.1. Ego vox clamantis in deſerto. Deuotio,

magnus

magnus clamor in auribus dei. Hinc Mosi tacenti dicitur Exo.14. Quid clamas ad me? Si dominus ad p̃sentiam arcæ benedixit domui Obededom.2.Reg.6. quanto magis ad præsentiam domini realem? Hinc spiritu sancto repleta Elizabeth, non iam continet animi sui gaudia, quæ prius tacita latuerat, conceptũ pudore dissimulans: sed ingenti voce, quam ingens affectus suppeditabat, exclamauit, eã promens afflatu spiritus, quæ nec ex vteri tumore suspicari poterat, nec ex homine didicerat, & perinde quasi angelum audisset cũ Maria loquentem, ita verbis angelicis suam gratulationem auspicatur.

**& dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.**

Beda: Eadẽ voce ab Elizabeth, qua à Gabriele benedicitur, quatenus angelis & hominibus veneranda demonstretur. Et vere benedicta inter omnes laudatas mulieres, quia à maledictionibus mulierũ libera. Gene.3. Multiplicabo ærumnas & conceptus tuos. In dolore paries filios. & per eius partũ à natis mulierũ maledictio excluſa, in quo benedicẽdæ omnes gentes, Gene.22. & Gala.3. In semine tuo (ait dominus Abraæ) benedicentur omnes gentes. Benedicta ergo incomparabiliter, quæ & diuini germinis suscepit gloriã, & integritatis seruauit coronã. Triplici ex causa legimus sanctas mulieres benedictas ab hominibus. Propter decus virginitatis & cõtinentiæ, quod triplicem habet gradũ. Primus, continentia coniugalis, Sic Ruth à Booz fuit benedicta Ruth.3. Benedicta es à dño filia. Secundus, vidualis, Sic Iudith, ibidem.15. Benedixerũt illam omnes vna voce, dicentes: Tu gloria Israel, tu honorificentia populi nostri, quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuũ, eo q̃ castitatẽ amaueris, & post virũ tuum, alterũ nescieris. Tertius, virginalis, Sic Maria ab angelo Luc.1. Secundo, ob munus fœcunditatis. Cuius tres gradus. Primus, naturæ per seipsam, Sic Sara vxor Tob.9. Dicatur benedictio super vxore tua. Secundus, naturæ adiutæ gratia, Sic Anna mater Samuelis.1.Reg.1. Vade in pace, dominus det tibi petitionẽ tuam quã rogasti eum. Tertius, gratiæ operantis supra naturã, Sic Maria ab Elizabeth Luc.1. Tertio, propter opus virilitatis, cuius primus gradus, vincere hostẽ fugientem, Sic Iahel Iudic.5. Benedicta inter mulieres Iahel, quæ clauo ferreo perforauit caput Sisaræ. Secũdus, vincere aduersariũ inuadentem, Sic Iudith, ibidem.15. Benedixit te dñs in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Tertius, vincere dominantẽ, Sic Maria à Simeone. Luc.2. Benedixit illis Simeon, & ait: Ecce positus est hic in ruinã & resurrectionẽ multorũ in Israel. Bernardus: Non quia tu benedicta, ideo benedictus fructus ventris tui: sed quia ille te p̃uenit in benedictionibus, ideo tu benedicta, sed inter mulieres: ille vere benedictus, non in hominibus vel angelis, sed vt ait Apostolus, est deus benedictus in secula super omnia, Roma.9. Luc.11. Beatus venter qui te portauit. Omnes em̃ in peccato concipimur. Psal.50. Ecce em̃ in iniquitatibus cõceptus sum. Et natura sumus filij iræ, Ephes.2. Nam per fructum ligni vetiti mortem incurrimus, Gene.3. per hunc vitam consequimur, Prouer.3. Lignum vitæ est his qui apprehẽderint eam. Hic est em̃ fructus terræ sublimis, Esa.4. de quo Can.2. Et fructus eius dulcis gutturi meo. 1.Pe.2. Si tamẽ gustastis quoniam suauis est dñs. Alij filij fructus sunt parentum, hic ventris Mariæ fructus.

Tres benedicendarũ mulierum causæ

Tres cõtinentiæ gradus.

Fœcunditatis gradus tres.

Virilitatis gradus tres.

**Et vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me?**

Ambrosius: Non quasi ignorãs hoc dicit. Scit em̃ esse spiritus sancti gratiam & operationem, vt mater prophetæ à matre dñi ad profectum sui pignoris saluteretur: sed quasi humani nõ fit hoc meriti, sed diuinæ gratiæ hoc munus esse cognoscat. Ipse em̃ spiritus qui ei donũ prophetiæ, quo matrẽ dñi cognouit, cõtulit, munus pariter humilitatis, quo se minus dignam eius aduentu iudicauit, præstitit. quasi d. Qua mea iustitia, quibus meis meritis accidit hoc mihi sterili & seni, & hominũ iudicio maledictæ, vt veniat tam humiliter & reuerenter, non in curribus & equis, non in auro & gemmis preciosis, mater domini mei ad me contemptam? Sic & filius Mat.3. Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Ioh.1. Cuius non sum dignus vt soluam eius corrigiam calceamenti. Sed quod Elizabeth non debebatur, erat virginis: quæ quanto maior, eo se humilius gerebat, sequens odorẽ & sentiens fructũ ventris sui, qui ait Luc.22. Ego in medio vestrũ sum ficut qui ministrat. Sed quibus sericis gemmisve ornata venit? Acceptissimis quidẽ deo. Psalm.44. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. 1.Pet.3. Quæ non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus, sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu dei locuples.

**Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in**

gaudio infans in vtero meo.

Siquidē argumento indubitato ſenſi dñi mei aduentū. O q̄ mira & cita ſpiritus ſancti operatio, nulla in diſcendo mora eſt, vbi ſpiritus ſanctus doctor adeſt. En vno eodemq; momento cum voce ſalutantis, naſcitur gaudium infantis: quia cum vox intrauit aures corporis, virtus ſpiritualis cor intrauit audientis: nec ſolam genitricem, ſed & ſobolem amore dei aduenientis accendit. Subſiliit velut occurrere geſtiens domino ſuo, ac debitū honoris officium exhibere, & applaudens voci quam Adam in paradiſo timuit audire, & à facie domini fugit, ſed non aufugit. Gene. 3. Domine, audiui vocem tuam, & timui, eo q̄ nudus eſſem. Adam de publico in abſconditum fugit, Iohānes de abſcondito in lucem geſtit omnibus indicare agnum, qui tollit peccata mundi, Iohan. 1.

Et beata quæ credidiſti, qm̄ perficientur in te, quæ dicta ſunt tibi a dño.

Hoc certe nomine felix es, q̄ non ſis diffiſa quàmlibet incredibilibus angeli verbis. Mirum in modū idem ſpiritus cum eam impleuit, p̄ſentium ſimul & præteritorum ac futurorum ſcientiam inſtruxit. De præſentibus, quia matrem domini agnouit, & præſentem redemptorem in vtero eius: de præteritis, quia verba angeli ad Mariam, & conſenſum Mariæ prodidit, d. Beata quæ credidiſti. De futuris, cum perficienda à domino, quæ ei dicta eſſent, aperuit. Sed quæ? Nam gratia plena, dominus ſecum & in mente & in vtero, benedicta inter mulieres, benedictum fructum ventris baiulat, quid igitur reſtat? Certe quod ex te naſcetur ſanctum, vocabitur filius dei, & dabit illi dominus deus ſedem Dauid. Hebræ. 2. Necdum videmus ei ſubiecta omnia. Ecce quanta eſt virtus fidei, quæ etiam in matre domini commendatur. Hebræ. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere deo. Demus ergo magnificentiam deo noſtro, quia dei perfecta ſunt opera (Deuter. 32.) redemptionis, ſicut & creationis: & ſperemus quod & perficientur in nobis glorificationis, vt occurramus omnes in virum perfectum, in menſura ætatis plenitudinis Chriſti, Epheſ. 4.

Et ait Maria.

Videns per alios ſpiritu dei afflatos, arcana in ſe peracta myſteria reuelari, quæ hactenus virginali pudore texerat animi ſui gaudia, ſpiritu ſancto correpta, quo iamdudū erat plena, non ſibi temperat, quin hymno gratulabundo prorumpat in laudem dei, cuius bonitati tribuendū, quicquid præclari contingit hominibus. Ambroſius: Sicut peccatum à mulieribus cœpit, ita & bona à mulieribus inchoantur: vnde nō otioſum videtur, quod ante Iohannem Elizabeth prophetauit, & Maria ante domini generationem. Sequitur: Mariæ perſona quo melior, eo prophetia ſit plenior. Concinuit Maria ſoror Aaron canticum, quū tranſiſſent filij Iſrael mare rubrū, ſubmerſo Pharaone, Exo. 15. Delbora, deuicto Siſara, Iudc. 5. Merito hæc, quæ liberatorem geſtabat per baptiſmum de manu diaboli ſaluantem. Cantauit & Moſes legem donans, per canticū populum ad obſeruādum conteſtans. Cecinit & Anna, prophetam enixa fidelem, 1. Reg. 2. Dignius Maria, quæ & ipſum legiſlatorem, & dominū prophetarū protulit. Excedit quidem omnia cantica ex parte concinentis, quæ ſuperuentione ſpiritus ſancti illuminatiſſima, lucem ipſam geſtabat in vtero totius mundi: & ex parte ipſius cantici, præterita, præſentia & futura complectentis, non vmbræ & figuræ, ſed veritatis & exhibitionis, nedum gentis Iudaicæ ſalutem, ſed & gentium fidiſſime promittentis.

Magnificat anima mea dominum.

O Elizabeth, tu magnificas in me quod vides: ſed hoc totum diuini muneris eſt, vnde nihil eſt quod meis arrogem meritis. Iaco. 1. Omne datum optimum, & omne donū perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum. Et ideo non lingua tantum, ſed & ex intimis præconijs, anima mea dominum extollit laudibus? Eſa. 29. Matth. 15. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. Ideo Pſalm. 68. Laudabo nomen dei cum cantico, & magnificabo eum cum laude. Eccl. 43. Exaltate illum quantum poteſtis, maior eſt enim omni laude. Ambroſius: Quis plus magnificare poteſt deum, q̄ anima Mariæ, quæ & deum ſecum, quem cœli & terræ capere non poſſunt, habebat? Pſal. 33. Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipſum. Quemadmodum nomen domini blaſphematur mala vita, Roma. 3. Quotidie nomen meum per vos blaſphematur inter gentes, ſic bonis operibus magnificatur. Phil. 1. Nunc magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſiue per vitam, ſiue per mortem. Et quia dei laudem ſequitur exultatio mentis, ſubdit:

Et exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo.

Basilius: Primus fructus spiritus, est pax & gaudium, & quia beata virgo totam spiritus sancti hauserat gratiam, merito exultauit. Gaudio ineffabili gestit spiritus meus, cœlesti afflatus spiritu, non in sese, sed in deo, qui mihi cunctisq; salutis est author. Beda: Eius anima dominum magnificat, qui omnes interioris hominis affectus, diuinis laudibus ac seruitijs mancipat, qui obseruantia mandatorũ dei, semper potentiam eius maiestatis se cogitare demonstrat. Eius spiritus exultat in deo, quem nihil in terrenis libet, nulla caducarum rerum affluentia emollit, nulla aduersitas frangit, sed sola illius à quo salus speratur æterna, sui conditoris memoria delectat. Psal. 76. Renuit consolari anima mea, memor fui dei, & delectatus sum. Theoph. Ille deũ magnificat, qui digne sequitur Christũ, & dũ Christianus vocatur, Christi non minuit dignitatem, magna & cœlestia operando. Iohan. 15. In hoc clarificatus est pater meus, vt fructum plurimũ afferatis, & efficiamini mei discipuli. Et tunc spũs eius, id est, spirituale charisma exultabit, id est, proficiet. Spũs, pars mentis nostræ est superior, qua ad superna conuertimur. Anima, inferior, quæ animat corpus, vegetando & sensificando, à quo dicitur animalitas. Hinc. 1. Thessa. 5. Ipse autem deus pacis sanctificet vos per oñia, vt integer spiritus vester & anima & corpus, sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur. Sunt qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Prouerb. 2. de quibus Iaco. 4. Nunc autem exultatis in superbijs vestris. Oĩs exultatio talis maligna est. Ideo Esa. 61. Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea in deo meo. Phil. 4. Gaudete in domino semper. Hoc prædixit Abacuc. 3. Ego autem gaudebo in domino, & exultabo in deo Iesu meo. Præmissa laude, subiungit beneficia, primo specialia sibi impensa.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Beda: Humilem se suo iudicio Christi ancillã fuisse demonstrat, sed respectu gratiæ cœlestis repente sublimatã, atq; intantum glorificatam, vt sua beatitudo præcipua, merito cunctarũ gentium voce miretur, quibus ex ea contigerit seruator, Augustinus: Plus humilitas virginis, quàm castitas placuit, quia castitas sine humilitate nunquã placere potest. Matth. 25. fatuis dicitur: Amen dico vobis, nescio vos. Gene. 4. Respexit dñs ad Abel, & ad munera eius. Hinc Matth. 11. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Sic Dauid ait. 2. Regũ. 6. Ludam ante dominum qui elegit me, & vilior fiam plus quàm factus sum, & ero humilis in oculis meis. Nihil ergo suis meritis tribuit, sed totam suam magnitudinẽ ad illius donum refert, qui essentialiter magnus & potens existens, fideles suos de paruis, atq; infirmis, fortes facere consueuit & magnos.

Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.

In spũs sancti superuentione, filij altissimi incarnatione, virginitatis meæ conseruatione, vt mater sim & virgo, & filij dei mater, vnum cum patre habens filium. Immensa eñ virtute sua nihil non potest. Psal. 113. Omnia quæcunq; voluit dñs, fecit. Sapiæ. 12. Subest eñ tibi, cũ volueris, posse. Et idcirco nomẽ meũ inter felices numerabit, cæterũ illius nomen erit vbiq; sanctum & adorandum. Hiere. 14. Nomen tuum inuocatum est super nos ad quod se flectet omne genu, Phil. 2. per quod vnum contingit salus vniuerso orbi. Actorum. 4. Non enim est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Ad hoc nomen inuocatum pellentur morbi, torpescent venena, fugient dæmones, reuiuiscent mortui. Mar. 16. In nomine meo dæmonia eijcient. Iohel. 2. Ro. 10. Oñis qui inuocauerit nomen dñi, saluus erit. Quicũq; ergo sanctitatis, & æternæ salutis volunt esse participes, ad huius nominis aduolare inuocationem necesse est. Matth. 6. Sanctificetur nomẽ tuum. Consequenter ponit beneficia communia.

Et misericordia eius a progenie in progenies, timentibus eum.

Gratuitum hoc erit, quod nominis huius professio salutem, & sanctimoniam conferet vniuersis, non debitum, misericordiæ erit, nõ meritis: quã largissime profundet non solũ Iudæis, qui illũ expectarũt, quibus & missus. (Mat. 15. Non sum missus nisi ad oues quæ perierũt domus Israel. Ioh. 4. Salus ex Iudæis) sed quicũq; relictis vitijs, timere cœperit deum, is Israelitico cõsortio censebit dignus. Act. 10. In veritate comperi, qa non est personarũ acceptor deus, sed in oñi gente qui timet eum, & operatur iustitiã, acceptus est illi. Ro. 15. Dico eñ Christũ Iesum ministrũ fuisse circũcisionis propter veritatẽ dei, ad cõfirmandas promissiones patrũ, gentes aũt super misericordia honorare deũ, Acto. 11. Ergo & gẽtibus pœnitentiã dedit deus ad vitã. Notãter dicit, timẽtibus eũ. Qui eñ sine timore est, nõ poterit iustificari, Eccl. 2. Malac. 4. Vobis timẽtibus nomẽ meũ, orietur sol iustitiæ.

Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui.

Deus enim volens deijcere supercilium sapiētię potentiæq; mundanæ, per filium suum factum humilem, exeruit robur sui brachij (Esa.53. Brachium dñi cui reuelatum est) ac stultam fecit huius mūdi sapientiam. 1. Cor. 1. deiecit ac fregit potētiam Iohā. 12. Nunc princeps huius mūdi eijcietur foras. Luc. 11. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, si autem fortior superueniens, vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Sic Iudæi per crucem & mortem, dñi memoriā extinguere conantes, illud magnificarūt, & dispersionem quam timebāt, incurrerūt. Foderunt enim foueam, & inciderūt in eam. Psal. 56. Iob. 5. Qui dissipat cogitatiōes malignorum ne possint implere manus eorum, quod cœperāt. Qui apprehēdit sapiētes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat. Hinc Esaię. 8. Inite cōsilium, & dissipabit. Et. 19. Dñs miscuit in eis spiritū vertiginis, & errare fecerūt Aegyptum in omni opere suo. Beda: Quia initium omnis peccati superbia. Eccl. 10. ob cuius demeritum dñs genus humanum à stabili habitatione patriæ cœlestis eijciens, in huius peregrinationem exilij longe lateq; dispulit, sed & his, q in peccatis perdurare non timēt, grauiorē futuræ dispersionis vindictā reseruauit.

Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles.

Beda: Non quia vere potētes, sed quia in virtute sua confidebāt, sublimes in thronis, sapientia turgidi, potentia formidabiles, conditoris auxilium quærere detrectabant, de rerum fastigio deposuit. Sap. 2. Sit autem fortitudo nostra lex iniustitiæ. Quod enim infirmū est, inutile inuenitur. Quid autem? Sap. 6. Quoniam quum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neq; secūdum voluntatē dei ambulastis. Horrende & cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimū in his qui præsunt, fiet. Eccl. 10. Sedes ducum superborum destruxit dñs, & sedere fecit mites pro eis. Radices gentium superbarum arefecit deus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus. Claret Esa. 14. Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? 1. Regū. 15. Cum esses humilis in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es. Sic superbus Antiochus vermibus consumptus. 2. Mac. 9. sic & Herodes. Actorum. 12. Illi autem vere potentes sunt, qui dicere cū Apostolo possunt. Omnia possum in eo qui me confortat, de quibus Iob. 36. Deus potentes non abijcit, cū & ipse sit potens, sed non saluat impios. Prouerb. 29. Humilem spiritu suscipiet gloria. Sic humilibus virtutem dedit calcandi super serpentes & scorpiones & super omnem potestatem inimici. Lucæ. 10. adoptatis in filios.

Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.

Qui suam agnoscentes iniustitiam, iustitiam dei esuriebant, hos deus suis expleuit bonis. Contra qui sibi videbantur prædiuites ac bonis operibus abundantes, & ideo non esuriebant gratiam euangelicam, hos reiecit à se famelicos. Apoc. 3. Dicis quia diues sum & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Non fecit, sed dimisit inanes, quales erant. Basilius: Genus sitiebat humanū, exceptis Iudæis, hos nanq; ditauerat legis traditione, sanctorum dogmate prophetarum, aliisq; charismatibus, vt pane vescerentur. Matth. 15. Non est bonum sumere panē filiorum, & dare canibus. Quia vero non humiliter, adhæserunt verbo humanato, dimissi, sunt inanes, nihil deferentes, non fidem, non scientiam, & spe bonorum priuati sunt, & ab æterna Hierl'm, & à vita futura excluſi. Mat. 21. Auferetur à vobis regnum, & dabitur genti faciēti fructus eius. Acto. 13. Vobis oportebat primū loqui verbum dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes, sic enim præcepit nobis deus. Audientes autem gentes, gauisæ sunt. Quos enim de gētibus fames & sitis contriuerāt, quum hæsissent dño, repleti sunt spiritualibus bonis. Beda: Qui æterna perfecte nunc esuriunt, ad hæc appetenda, infatigabili operum iustorum iactantia certare non desistunt, satiabuntur vtique, quum sui redemptoris gloria, quam desiderabant, apparuerit. Psalmo. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Lucæ. 22. Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam. At quicunque cœlestibus diuitijs terrenas præponere gaudent, hi nimirum tempore vltimæ districtionis inanes totius beatitudinis dimittuntur à domino, ideo cum diabolo perennis miseriæ pœna plectuntur, quemadmodum diues ille epulo. Lucæ. 16. Quod etiam in hac vita ex parte non minima videmus impleri, vt & humiles supernæ bonitatis alimonijs repleantur, virtutumq; cœlestium hubertate ditescant, & qui vel terrenis diuitijs gloriantes superbiunt, vel de opibus se bonorum operum, quasi hæc à se haberent, extollunt, intus à lumine veritatis inanescunt. Beati ergo qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Mattæi. 5.

Suscepit

Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ.

Beda: Post generalem diuinæ pietatis ac iustitiæ commendationem, ad specialem nouæ incarnationis dispensationem, qua mundum deus redimere dignatus est, confessionis verba conuertit. Israel, vir videns deum, dicitur: quo omnis redemptoꝛ cœtus designat propter quos, vt de videre valeant, ipse deus homo visibilis inter hoïes apparuit. Suscepit quasi medicus ægrotum quem curet, rex populum quem ab hostium incursione defenderet, ac secum perpetuo regnare donaret. Et bene addit, Puerum suum, quasi peculiarius adamatum, humilem, & obedientem significans, quia non nisi per virtutem humilitatis, potest quis ad consortium redemptoris attingere. Matth. 18. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Non erat oblitus promissi sui, sed ob longam moram, perinde quasi fuisset oblitus, obrepserat desperatio, sed nunc declarauit sese nequaquam immemorem sui populi, exhibens quod olim promiserat. Bene addit, [misericordiæ] quia quod hominem (vt nos redimeret) assumpsit, non humanæ meritum conditionis, sed diuinæ donum pietatis extitit, suscipiens eos qui vident per fidem, in cœlestem hæreditatem.

Sicut locutus est ad patres nostros, Abraam & semini eius in secula.

Gene. 22. Benedicentur in semine tuo omnes gentes. Gala. 3. Abraæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Nõ dicit in seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo qui est Christus. Beda: Semen Abraæ non tantum illos dicit electos, qui ex Abraæ progenie sunt corporaliter æditi, verumetiam nos qui de gentibus ad Christum congregati, illis fidei societate patribus sociamur. Gala. 3. Si autem vos Christi, ergo & semen Abraæ estis, secundum promissionem hæredes. Recte in conclusione subiungitur, [in secula:] quia nimirũ præfata promissio hæreditatis supernæ, nullo vnquàm fine claudetur. Nam vsq; in finem seculi huius non deerunt, qui in Christum credendo, semen fiant Abraæ, & futuræ beatitudinis eidem semini manebit gloria perennis. Vnde oportet nos quibus æterna merces promittitur, sine vlla intermissione, donec accipiamus certare curemus.

Mansit aũt Maria cũ illa quasi tribus mẽsibus, & reuersa est in domũ suã.

Ambrosius: Non sola familiaritas est causa quod diu mansit, sed etiam tanti vatis profectus. Nam si primo ingressu tantus profectus extitit, quantum putamus vsu tanti temporis sanctæ Mariæ addidisse præsentiã? Mansit ferme tribus mensibus, sanctis colloquijs, & amicis obsequijs subleuans anum: & quia paritura Elisabeth, discedit propter multitudinem qui ad partum conuenturi erant.

¶De ortu Iohannis. Lucæ. I.

ARTICVLVS VI.

Et Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium, & audierunt vicini, & cognati, quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Lucæ. 1. H

Futurorum præscius deus, quæ de ortu præcursoris per angelum mirabiliter prænuntiauit, multo mirabilius, & clarius impleuit. Hominum enim natiuitas culpabilis. Ephe. 2. Eramus natura filij iræ. Iob. 15. Nemo mundus à sorde, neque infans cuius est vnius diei vita super terram. Est & tristis. Sapiæ. 7. Primam vocem emisi similem omnibus plorans. Econtra Iohannis describitur sancta. Verbo enim plenitudinis non vtitur scriptura, nisi in ortu, actu, vel obitu iustorum, quorum vitam operis plenitudinem habere signat. Secundo magnifica. Valde enim clementer & magnifice egit deus cum illa. Tertio iucunda. Res enim rumore sparsa est per vicinos & cognatos, quibus vt ante doluerat Elisabeth sterilitas, ita voluptati fuit, quod exingenti misericordia diuina ædita prole masculà, contigisset anui deploratæ sterilitatis, matris nomen, cui felix fuerat futurum genuisse puellam, sed multo felicius erat genuisse filium. Aequum autem erat, vt in eius natiuitate multi gauderent, qui plurimorum bono natus fuerat, prænuntiaturus & ostensurus seruatorem. Eo magis congaudebant, quo ambo iusti, incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus domini sine reprehensione. 1. Corinth. 13. Charitas congaudet veritati. Romañ. 12. Gaudete cum gaudentibus.

Et factum est in die octauo venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam.

Quoniã

Quoniam pater erat elinguis, qui solet esse author imponẽdi nominis, & tempus aderat quo iuxta legis præscriptũ circumcidendus erat, & indendum nomen, quẽadmodum modo in baptismo. Genesis. 17. Infans octo dierum circumcidetur, cognati suspicantes id patrem velle, quod vulgo solet esset gratissimum, nomen patris imponendum putarũt. Sic Tobias nomen suum filio imposuit. Tobiæ. 1.

Et respondens mater eius, dixit: Nequaquam, sed vocabitur Iohannes. Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua, qui vocet hoc nomine.

Mater ergo quod à marito discere non poterat, spiritus sancti afflatu docta contendit imponẽdum. Econtra cognati, eo quod in prole soleat per inditum nomen, vel patris vel proaui, aut patrui, vel alicuius cognati memoria renouari.

Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarem, scripsit, dicens: Iohannes est nomen eius.

Claret ipm nedũ mutũ, sed & surdũ fuisse, quia nutibus visibilibus innuebãt, quo noie vellet vocari eũ. At ille postulata tabella & allatis pugillaribus, scripsit nomẽ sibi inditũ.

Et mirati sunt vniuersi.

Quod placeret nomẽ nouum, & ꝙ inter patrem mutũ & matrem de nomine cõueniret, videntes in processu negotij miracula miraculis iungi, totq; insolita fieri, merito Iohãnes dictus, qa gr̃a singulari natus, gr̃a spũs sancti plenus, & eũ qui plenus gr̃a, de cuius plenitudine oẽs accepturi. Iohã. 1. ostensurus. Iohã. 1. Ecce agnus dei. Nominis impositio vel immutatio à deo, singularis gratiæ indicium. Sic Abram, Abraam dictus, quia pater multarũ gentium cõstitutus. Geñ. 17. Sic Iacob Israel, quia vidit deum. Geñ. 32. Et Simon Cephas, id est, capitaneus. Iohã. 1. Item Petrus, id est, saxum siue fundamẽtum. Matt. 16. Et dñs seruator Iesus, quia saluum fecit populum suum à peccatis eorum. Matth. 1.

Apertum est autem ilico os eius, & lingua eius, & loquebat benedicẽs deũ.

Ambrosius: Soluit fides linguam, quam incredulitas ligauerat.

Et factus est timor super omnes vicinos eorum, & super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc.

Hæc oẽia rumore sparsa sunt, non iam per cognatos tantum & vicinos, verumetiam per vniuersam illam Iudææ regionem, quæ montana dicitur, adeo vt non solum admiratio, sed stupor quidam & horror, ex tot tã insolitis miraculis occuparet animos omniũ, videntes virum tam iustum ob incredulitatẽ percussum, & miracula circa puerum.

Et posuerunt omnes qui audierant, in corde suo, dicentes: Quis putas puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo.

Siquidem ex his præludijs colligebant, natum puerũ olim magna & inaudita patraturum, cuius conceptus & natiuitas iam tum insigniretur prodigijs, nam sterilis ex sene cõcepit, mutus factus, loquitur: mater prophetat de nomine, pater de deo & prole, & volutantes animo, quis tãtorum prodigiorum esset exitus futurus, dicebant: Quisnam futurus est iste puer? Nemo prophetarum tam prodigiose natus est. siquidem ipsa rerum miracula declarant, hæc geri virtute dei, quæ puero adsit ad res summas delecto. Hiere. 10. Non est similis tui domine, magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te o rex gentium? tuum est enim decus. Tob. 12. Opera dei reuelari, & confiteri honorificum. Facta sunt eñ oẽia hæc singulari dispensatione, vt qui de Christo prophetizaturus esset, fide dignus haberetur, & oẽs ex ipsa natiuitate Iohannis certiores redderentur, ꝙ multis maior esset. Aduertentum, ꝙ Zacharias gratia dei iuxta angeli dictum restitutus, in gratiarũ actionem prorupit, membrum per quod peccauerat, deo consecrãs Iuxta illud. 1. Thessa. 5. In oẽibus gratias agite, & Romanorũ. 6. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.

Et Zacharias pater eius repletus est spiritu sancto, & prophetauit, dicens.

Beda: Magna largitas diuinæ pietatis, ecce loquela quę ablata est diffidenti, cum spiritu prophetiæ reddita est credenti. Hic rectus est ordo, vt prius repleat spiritu sancto, & post prophetizet. Acto. 2. Repleti sunt spiritu sancto, & cœperunt loqui varijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. 2. Pet. 1. Non eñ voluntate humana allata est aliquãdo prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti dei hoies. Vt ergo oĩa redũdaret miraculis, & gaudijs affluerẽt. Zacharias totus afflatus spũ sctõ, prorupit in hũc hymnũ

In quo.

In quo duo generaliter denuntiat, vt dicit Origenes: Alterum de Christo, secundum de Iohanne. ⌊Et tu puer.⌋ Primo benedicit deum.

Benedictus dñs deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionẽ plebis suæ.

Laudandus deus, qui tandem dignatus est nouo more inuisere populum suum, iam miseræ diutinęq; seruitutis tędio laborantem, ac desperationi proximũ, aduersus quem satanas, peccatũ & mundus inualuerant, sic, vt nec spes esset in pharisæis, nec in philosophis, nec in Mosaicæ legis cęrimoniis. Benedictus ergo dñs omniũ iure possessionis. Hester. 13. Domine dñe rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui tuæ possit resistere voluntati. Sap. 12. Tu aũt dñator virtutis, cum tranquillitate iudicas, & cũ magna reuerentia disponis nos. ⌊Deus.⌋ iure creationis. Gene. 1. In principio creauit deus cœlum & terram. Iob. 34. Quem constituit aliũ super terram, aut quem posuit alium sup orbem quem fabricatus est? Esaię. 48. Ego ipse, ego ipse primus & nouissimus. ⌊Israel.⌋ specialiter, gratia speciali plura beneficia donando. Psal. 147. Qui annuntiat verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel. Non fecit taliter omni nationi, & Psal. 75. Notus in Iudæa deus, in Israel magnum nomen eius. De his Deute. 32. Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit, fecit, & creauit te? Esa. 48. Hæc dicit dñs deus redẽptor tuus sctũs Israel. Ego dñs deus tuus, docẽs te vtilia, gubernãs in te viã qua ambulas. Cãm subnectit recolẽs multiplex beneficiũ generi humano collatũ. ⌊Qa visitauit.⌋ tanq; medicus ęgrotum. Mat. 9. Non est opus valentibus medico. Beda: Visitauit dñs plebẽ suã, longa infirmitate tabescentẽ, & quasi sub peccato venditã, vnici filij sui sanguine redemit. Esa. 35. Dñs iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster, ipse veniet & saluabit nos. Augustinus: Magnus venit medicus, quia magnus vbiq; iacebat ægrotus. Visitauit carnem assumendo, quasi longius à se recedentes, quos in peccatis positos quęrere & iustificare curauit. Baruch. 3. Hic est deus noster, & non æstimabitur alius ab eo: hic adinuenit omnem sciẽtiam & omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. ⌊Fecit redemptionem.⌋ in passione, quia nos vęnundatos sub peccato, & antiqui hostis seruituti addictos, sui sanguinis dato pretio liberauit. Psal. 110. Redemptionem misit dominus populo suo. Apoc. 5. Redemisti nos deo in sanguine tuo. 1. Pet. 1. Non eñ corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternę traditiõis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi. Hinc Apostolus hortatur. 1. Cor. 6. Empti estis pretio magno, glorificate & portate deum in corpore vestro. ⌊Plebis suæ.⌋ non vtiq; quam veniens suam inuenit, sed quam visitando & redimendo suam fecit.

Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui.

Potens erat tyrannus, qui multo satellitio stipatus, regnabat per omne genus hominum, à quo viribus humanis non poterat vindicari libertas Israelitarum. Solum deus hoste potentior, addidit infirmis robur, misso duce inuicto, qui cornu diuinę virtutis deiceret aduersariorum opes, quiq; deuicta morte, gratis conferret salutem per fidem. Habẽt animali a cornuta, in cornu robur: solebant & reges ex cornu inungi. Sic Christus dei virtus & dei sapientia. 1. Cor. 1. vnctus est oleo lætitiæ præ participibus suis. Psalm. 44. Hebræ. 1. Non enim est in alio aliquo salus. Acto. 4. Hoc salutis præsidium erexit nobis in gente Dauid cultoris sui, cui promiserat hoc beneficium. Psalm. 131. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam, peruenturum hinc ad oñes qui iuxta spiritum promerentur esse filij Dauid, non degenerantes à pietate patris.

Sicut locutus est per os sanctorum, qui a seculo sunt prophetarum eius.

Sic enim olim promiserat per ora omnium prophetarum, quos suo spiritu afflauerat, qui ab orbe condito vaticinati sunt. Nulla siquidem ætate defuit prophetia de Christo. Actorum. 3. Deus qui prænuntiauit per os omnium prophetarum pati Christum suum, impleuit sic. Et. 10. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius.

Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos.

Diabolo, mundo, & carne. 1. Iohan. 3. In hoc apparuit filius dei, vt dissoluat opera diaboli. Iohan. 16. Confidite, quia ego vici mundum. 1. Iohan. 5. Omne quod natum est ex deo, vincit mundum. Et hæc est victoria quæ vincit mundum, fides vestra.

Ad faciendã misericordiã cũ patribus nostris, & memorari testamẽti sui sancti. Iusiurandũ quod iurauit ad Abraam patrem nostrũ, daturum se nobis.

Sic illius

Sic illius bonitati visum est, vt rem tantam largiretur immerentibus. Titũ. 3. Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiã saluos nos fecit. Fecit misericordiã non solum cum viuentibus, sed & cum patribus. Christi em̃ gratia, etiã in illos, qui olim mortui, pertingit. Zacha. 9. Tu quoq; in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Sic illius iustitiæ visum est, vt quod promiserat, præstaret suo tempore, vt ab oñibus intelligeretur nõ solũ misericors ac beneficus, verum etiã verax ac promissi tenax. Gene. 22. Per memetipsum iuraui, dicit dñs, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi, & benedicentur in semine tuo oñes gentes.

Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi. In sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris.

Non ergo carnis cura in desiderijs agenda. Roma. 13. quia ad hoc liberati de manu inimicorũ, visibilium & inuisibilium. ⌊Vt sine timore⌋ inordinato, carnali & seruili. 1. Ioh. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. ⌊Seruiamus illi⌋ Matth. 4. Dominũ deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Sed quomodo? ⌊In sanctitate.⌋ reuerentia erga deũ. Leuit. 20. Sanctificamini & estote sancti, quia ego sanctus sum dñs deus vester. Deute. 18. Perfectus eris & absque macula coram dño deo tuo. 1. Thess. 4. Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra, vt sciat vnusquisq; vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant deũ. ⌊Et iustitia⌋ quæ communis est virtus, omnem amplectens virtutem. Fide em̃ & spe colitur deus, tanquã immediatum & proprium illarum obiectum. Sic & laudata in rebus humanis vita. Roma. 12. Prouidentes bona, non tantum coram deo, sed etiam coram oñibus hominibus. ⌊Coram ipso⌋ non coram hominibus tantum, vt hypocritæ, recta scilicet intentione & attentione. Psal. 118. Seruaui mandata tua & testimonia tua, quia omnes viæ meæ in conspectu tuo. Et hoc ⌊oñibus diebus vitæ nostræ.⌋ Qui em̃ perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Matth. 10. & 24. Galat. 6. Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes.

Et tu puer propheta altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem domini parare vias eius.

Ad puerum verba conuertit. Ambrosius: Potuit Iohannes vocem patris sui natus audire, qui Mariæ nondum natus salutationem audiuit. Sciebat em̃ Zacharias alias esse aures prophetæ, quæ spiritu dei, non corporis ætate referantur. Matth. 21. Omnes habebãt Iohannem sicut prophetam. Quia venit ad parandum viam, præparando animos hominum ad tantæ salutis susceptionem, ne si aduentus ille mentes hominum oscitantes, & auersas inuenerit, oblata salus vertatur in cumulum exitij.

Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorũ.

Per viscera misericordiæ dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto.

Iohannis prædicatio fecit vt intelligerent instare salutem, idq; in remissionem, id est, per remissionem peccatorum. Sic ostendit quomodo præparauit vias. Non ergo ait: ⌊Ad dandam⌋ salutem, sed ⌊scientiam salutis.⌋ Iohan. 1. Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Suo enim baptismo, suaq; prædicatione effecit, vt intelligerent sese peccatores, & scirent sibi opus medico, ac cognoscerent iam adesse eum, qui solus omnium, omnibus per fidem euangelicam largiturus sit salutem æternam, videlicet gratuito condonatis peccatis. Acto. 15. Fide purificans corda eorum. Apo. 1. Dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, quæ mortem adferunt animæ, & gratis collata nobis sit sua iustitia. Idq; continget omnibus credentibus, nullis oñino meritis hominum, sed propter exhuberantem dei nostri misericordiam, qui quos condidit, perire noluit. Galat. 2. Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Perieramus, nisi ille pro sua genuina bonitate misertus esset nostri, nisi ille veluti sol quidam cœlitus nobis exortus dispulisset tenebras ignorantiæ nostræ, profligasset peccatorum caliginem, ac frigida corda suæ charitatis accendisset igne. Iohan. 16. Exiui à patre, & veni in mundum. Psal. 18. A summo cœlo egressio eius. Quare oriens iste (si quidem nomen est, & non participium. Zacha. 6. Ecce vir oriens nomen illi) nos visitarit, subiungit.

Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Iacebamus in tenebris ignorantiæ, erroris & infidelitatis. Ephe. 4. Tenebris obscuratum ha-

tum habentes intellectum, alienati à via dei per ignorantiam quæ est in illis, propter cæcitatem cordis eorũ. ¶ Et vmbra mortis, ¶ hoc est, peccato. Esaiæ.59. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & deum. Non poteramus oculos attollere ad illum, ille se demisit ad nos, suisq; radijs in animos nostros immissis, serenus ac salutifer illuxit nobis. Esa.9. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: sedẽtibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. &.42. Dedi te in fœdus populi, & in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vinctũ, de domo carceris sedentes in tenebris. Ioh.1. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundũ. Non sufficit aũt illuxisse tantum, nisi & dirigantur pedes nostri in viam pacis. Sicut enim peccatum inimicitiæ cum deo, sic iustitia pax. Exortus est itaq; nobis sol ille æternus, vt animi nostri pedes, hoc est, affectus, dirigat in viam euangelicam, quæ via est pacis, quæ per fidem & charitatem humana diuinis conciliat, dirimens inimicitiam quæ erat inter deũ & hominem. Rom̃.5. Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad deum, omnes nationes orbis in vnius nominis fidei professione conglutinans, deniq; sedatis tumultuosis affectibus, vnumquenq; hominem concilians sibi. Nam per pacem pectoris, peruenitur ad pacem æternitatis. Ioh.14. Pacem relinquo vobis, pacẽ meam do vobis. Ephe.2. Veniens euangelizauit pacem his qui longe, & pacẽ his qui prope. Cum ergo pax vera & spiritualis, fructus sit spiritus. Gala.5. ideo à charitate procedit quasi efficienter. Charitas nãq; vnionem & concordiam parit, quietem quoq; & gaudium in amato dum ei coniungitur. Psal.118. Pax multa diligentibus legẽ tuã. Dicitur etiã procedere ex iustitia, quasi prohibens à remouente, quia iustitia impedimẽta pacis aufert. Esaiæ.32. Et erit opus iustitiæ pax. Rursus ponitur effectus prudẽtiæ, tanquã virtutis dirigẽtis ad pacẽ per verã discretionẽ, qua quis ordinate se habet, vnde nec perturbatur. Ro.8. Prudẽtia spũs, gaudiũ & pax. Beati ergo pacifici, quoniã filij dei vocabuntur. Beda: Direxit gressus ope⁊ nostrorum, quatenus per viam veritatis quã monstrauit, incedere, atq; ad mansionẽ perpetuæ pacis possimus intrare, quam promisit. Esa.32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fidutiæ, in requie opulenta.

¶ De genealogia Christi.

ARTICVLVS. VII. Matth.1.

Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraam. 1

Intentio euangelistæ Matthæi, ostendere Iesum verũ Messiam, hoc est, Christum patribus promissum, iuxta prophetaꝝ oracula in Bethlehem natum. Quia eñ in Nazareth conceptus, Luc.1. & ibidẽ nutritus post reuersionẽ ex Aegypto Mat.2. à multis nõ Christus ob id dicebatur. Ioh.7. Hic est Christus. Quidã aũt dicebãt: Nunquid à Galilæa venit Chr̃s? Nõne scriptura dicit, quia ex semine Dauid & de Bethlehem castello, vbi erat Dauid, venit Chr̃s? & infra: Scrutare scripturas & vide, qa à Galilæa propheta nõ surgit. Matthæus & Marcus prophetico more ingressi sunt euãgelicã historiam. Siquidẽ prophetæ à titulo solent exordiri, Visio Esaiæ &c. ¶ Liber generationis Iesu Christi. ¶ O verbũ omni dulcedine refertũ, plenũ salutis & gratiæ. Si mortales tam ardenti studio amplectuntur librũ humana proditũ industria, qui vel tuendæ sarcendæve valetudinis rationẽ, vel augendæ rei familiaris viam, vel aliquã disciplinã ad terrena modò commoda conducibilẽ pollicetur, quãto flagrantioribus studijs hic liber est ab omnibus excipiendus, cuius vtilitas ex æquo pertinet ad omnes? nec humana cõmodа mox peritura promittit, sed cœlestẽ philosophiam, à cœlesti doctore Iesu Chr̃o mortalium generi traditã docet, & huius admirabile p̃mium pollicetur, nõ opes, non regnũ, non voluptates, sed verã atq; æternam felicitatẽ atq; ad hanc expeditã ac facilem omnibus viam commonstrat, & autorem indicat per quem speranda salus. Quis hominum, quem non excitet tanti boni certa spes? Vere hic liber apotheca est gratiæ, in qua omnis anima q̃d necesse habet, inueniat. Inuenimus librũ p̃destinationis æternę, de quo Apostolus Heb.10. inducens Psalmistã in persona Christi loquentẽ: In capite libri scriptum est de me, vt faciam voluntatẽ tuã deus meus. Hinc Apoc.20. Qui nõ est inuentus scriptus in libro vitæ, missus est in stagnũ ignis. Ideo dñs ait discipulis Luc.10. Gaudete ꝙ nomina vestra scripta sunt in cælis. Sed heu per primũ Adam deleti ex hoc fuimus. Psalm̃.68. Deleantur de libro viuentiũ, & cum iustis nõ scribantur. Sed vbi? Hiere.17. Dñe, omnes qui te derelinquunt, cõfundentur: recedentes à te, in terra scribentur, quoniam dereliquerũt venam aquaꝝ viuentium dominum. Exo.32. Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. Sed per secundum Adam iteꝝ inscripti. Esa.49. Ecce in manibus meis descripsi te.

Secundo, accusationis internæ. Apo. 20. Vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris secundū opera ipsorū, Roꝝ. 2. Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & cogitationum inuicem accusantium, aut etiam defendentium. O quàm grauiter inscripti fuimus in hoc libro mortis, sed per Christum releuati. Coloss. 2. Delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat cōtrarium nobis: & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci. Tertio, generationis terrenæ. Gene. 5. Hæ sunt generationes cæli & terræ. De hac, hic & Luc. 1. &. 3. iuxta corpus humanum, quod nostra causa assumpserat. Per eum exoritura erat noua natio, nō carnalis, sed spiritualis, quæ nō tam terras impleret, q̄ cælū, quæ q̄ non humano semine, sed euangelica fide propagaretur, cælesti semine sermonis diuini. nam per Adā nascimur filij iræ. Ephe. 2. Eramus natura filij iræ, sicut & cæteri. sed per Christū renascimur ad salutē, vt simus filij dei. Ioh. 1. Quotquot aūt receperunt eū, dedit eis potestatem filios dei fieri, ijs qui credunt in noīe eius: qui nō ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Iaco. 1. Voluntarie eñ nos genuit verbo veritatis, vt simus initiū aliquod creaturæ eius. 1. Co. 4. In Christo Iesu per euangeliū ego vos genui. Item hæredes regni. 1. Pet. 1. Qui regenerauit nos in spem viuam p resurrectionem Iesu Chr̄i ex mortuis, in hæreditatē incorruptibilem & incontaminatā & immarcescibilem conseruatā in cælis, in vobis qui in virtute dei custodimini, p fidem in salutem, paratam reuelari in nouissimo. Ioh. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spū sancto, nō potest introire in regnū dei. Hinc sequitur, L Iesu, J hoc est, seruatoris, non Adæ perditoris. Nam post aquam in Adā excidimus à gratia, successit sapientiæ ignorātia. Psal. 48. Homo cū in honore esset, nō intellexit: cōparatus est iumētis insipientibus, & similis factus est illis. Sap. 13. Vani sunt omnes homines, quibus nō subest scientia dei, & de his quæ videntur bona, nō potuerūt intelligere eū qui est. Ro. 1. Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratū est insipiens cor eoꝝ. dicentes eñ se esse sapientes, stulti facti sunt. Item veritati mendaciū. Ro. 1. Cōmutauerunt veritatē dei in mendacium, & seruierunt creaturæ potius q̄ creatori. Osee. 4 Non est veritas, nō est misericordia, nō est scientia dei in terra. Maledictū, mendaciū & homicidium, furtum & adulterium inundauerunt. Item iustitiæ iniustitia. Ro. 3. Causati enim sumus omnes sub peccato esse, sicut scriptū est: Quia non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens deum. Sic vitæ, mors. Sap. 1. Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Iustitia enim perpetua est & immortalis, iniustitia autē mortis acquisitio. Ro. 5. Per vnum hominē in hunc mundum peccatū intrauit, & p peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Sed non sicut delictū, ita & donum. Si enim vnius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei & donum, in gratia vnius hominis Iesu Chr̄i, in plures abundauit. Vnde contra ignorantiam, sapientiæ lumen dedit. Ipse eñ lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, Ioh. 1. Contra mendacium veritatem. Ioh. 14. Ego sum via veritas & vita. &. 18. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundū, vt testimoniū perhibeam veritati. Contra iniustitiam, iustitiam. 1. Cor. 1. Qui factus est nobis sapientia & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Ro. 3. Iustitia dei p fidem Iesu Chr̄i, in omnes & super omnes qui credunt in eū. Gala. 2. Scientes q̄ nō iustificatur homo ex operibus legis, nisi p fidem Iesu Chr̄i: & nos in Christū Iesum credimus, vt iustificemur ex fide Christi, & nō ex operibus legis. Sic cōtra amorem creaturaꝝ amorem dei. Roꝝ. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris p spiritum sanctū, qui datus est nobis. 1. Ioh. 4. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Item finaliter, contra mortem, vitam. nam cōtra mortem naturæ, resurrectionem. 1. Coꝝ. 15. Per hominē mors, & p hominem resurrectio mortuoꝝ. & sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Ioh. 11. Ego sum resurrectio & vita. &. 5. Venit hora in qua omnes qui in monumētis sunt, audient vocē filij dei: & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionē vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionē iudicij. Contra mortē culpæ, Ezeh. 18. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Sap. 16. Homo p malitiam occidit animā suam. Hinc infideles, mortuos dñs nominat. Mat. 8. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Vitā attulit gratiæ. Ioh. 10. Ego veni vt vitā habeant. Col. 3. Quum Chr̄s apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cū ipso in gloria. Sic cōtra mortē gehennæ, Apoca. 20. Et mors & infernus missi sunt in stagnū ignis. hæc est mors secunda. Vitam contulit gloriæ. Ioh. 10. Ego vitam æternā do eis. Ro. 5. Sicut peccatū regnauit in mortem, ita & gratia regnet in vitam æternā, per Iesum Christum dominū nostrū. L Christi, J id est, Messiæ. Ioh. 4. Scio q̄a Messias venit qui dicitur Christus. Vnctus eñ fuit spiritu sancto, Acto. 10

Heb. 1.

Heb.1.& Psal.44. Vnxit te deus deus tuus oleo exultationis, præ participibus tuis. Ioh.1. De plenitudine eius omnes nos accipimus. Exorditur aũt ab his duobus, Abraamo & Da 2
uide, vel quod horũ memoria celeberrima sit, pariter & gloriosissima apud Iudæos, vel quod his duobus potissimũ promissus sit ille tot seculis expectatus Christus in Hebræorũ oraculis, quibus summã habent fidem, etiam illi qui Christo repugnant. Gene.22. Benedicentur in semine tuo omnes gentes. Gala.3. Non dicit, in seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno, in semine tuo qui est Christus. Lucæ.1. Iusiurandũ quod iurauit ad Abraam patrem nostrũ, datum se nobis. Psal.131. Iurauit dñs Dauid veritatẽ, & nõ frustrabitur eũ: de fructu ventris tui ponã super sedẽ tuam. Luc.1. Dabit illi dñs deus sedem Dauid patris sui. Hinc pharisæi requisiti cuius filius foret Christus, responderunt, Dauid. Mat.22. Vbi seruator duplicẽ per scripturã ostendit in se substantiam, diuinã & humanã secundũ quã filius est Dauid. Ro.1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundũ carnem. De hac generatione, hic: nã de æterna, Esa.53. Generationẽ eius quis enarrabit? Ioh.16. Exiui à patre, & veni in mundũ. Nota Matthæum genealogiæ recensionẽ accommodasse ijs quibus scripsit euangelium. Scripsit em̃ Hebræis, nimirum (vt creditur) hebraice, quorũ affectibus sciebat fore gratissimũ, si perspexissent Christũ esse filium Abraam & Dauid. Contrà, Lucas, quia gentibus scripsit, ab Adam ad ipsum vsq; deum porrigit genealogiæ seriem, vt intelligerent Christi gratiam, non ad Iudæos solum, sed ad vniuersum quoq; mortalium genus pertinere. Ostendit igitur Matthæus promissionẽ patribus factam, & summo desiderio expectatam (Ioh.8. Abraam pater vester exultauit vt videret diem meum: vidit, & gauisus est. Luc.10. Multi reges & prophetæ desiderauerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt) per Christum impletam.

Abraam genuit Isaac.

Iam ob senitũ defecto corpore, ex effœta iam vxore genuit promissum Isaac Geñ.21. Is typũ Christi gessit, ligna baiulans ad sacrificiũ, cui erat ipse destinatus, Gene.22.

Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudã & fratres eius. Iudas autem genuit Phares & Zaram ex Thamar. Phares genuit Esrom. Esrom genuit Arã. Aram genuit Aminadab. Aminadab genuit Naason. Naason genuit Salmon. Salmon genuit Booz ex Rachab. Booz genuit Obeth ex Ruth. Obeth genuit Iesse. Iesse genuit Dauid regem. Dauid rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ. Salomon genuit Roboam. Roboam genuit Abiam. Abias genuit Asa. Asa genuit Iosaphat. Iosaphat genuit Ioram. Ioram genuit Oziam. Ozias genuit Ioatham. Ioatham genuit Achaz. Achaz genuit Ezechiam. Ezechias genuit Manassen. Manasses genuit Amon. Amon genuit Iosiam. Iosias genuit Iechoniam & fratres eius in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel. Salathiel genuit Zorobabel. Zorobabel genuit Abiud. Abiud genuit Eliachim, Eliachim genuit Azor. Azor genuit Sadoch, Sadoch genuit Achim, Achim genuit Eliud, Eliud genuit Eleazar, Eleazar genuit Mathan, Mathan genuit Iacob, Iacob genuit Ioseph virum Mariæ.

Hieronymus: Cũ virũ audieris, suspicio tibi nõ subeat nuptiarũ, sed recordare cõsuetudinis scripturarũ, qua sponsæ vocãtur vxores, & sponsi, viri. Hinc Luc.3. Vt putabatur filius Ioseph. Quo em̃ casto coniugio & illibato, eunti in Aegyptũ & redeunti obsequeretur, virginẽ habuit sponsam, castũ illum referens Ioseph, qui dñi sui vxori noluit commisceri Geñ.39. & populo frumenta seruauit, sic iste sacrariũ spũs sancti, virgo virginem seruans, verũ nobis frumentũ seruauit. Ioh.6. Ego sum panis viuus qui de cælo descendi. Et quoniam non est mos scripturarũ, vt mulierum series texatur generationis, sic Ioseph (qui de domo & familia erat Dauid, quemadmodum Maria Luc.1.&.2.) beata virgo habuit sponsum, quo dominus ostenderetur de stirpe Dauid.

De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.

Quoniam apud Hebræos plures fuerunt huius nominis, vt Iesus filius Naue, Iesus sacerdos, idcirco cognomine addito discreuit à cæteris. Porro Christus græce vnctum significat: quo vocabulo Hebræi sonant regem, atq; suum illum nimium iam diu expe- 3

ctatum Messiah, vno vocabulo simul & regis & sacerdotis dignitatem explicãtes, quum vterq; vngeretur, & vtraq; dignitas vni cõpetit Christo, q; omniũ rex, & idem summus sacerdos, solus deum patrem peccatis offensum, sui corporis victima placarit, ac depulsa mortis tyrannide, & peccati regno destructo, cæleste regnum omnibus aperuerit. Ideo Apo. 19. Habet in vestimẽto & in femore suo scriptum, Rex regum & dñs dominantium. Mat. 28. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. De qua, ait: nõ, De quibus. Ipsa sola hoc honore præ omnibus creaturis apud deũ digna habita. Heb. 2. Nusquã angelos, sed semen Abraæ apprehendit: vt vnica, vnici filij dei esset mater & virgo.

Omnes ergo generationes ab Abraam vsq; ad Dauid, quatuordecim: & a Dauid vsq; ad transmigrationem Babylonis, quatuordecim: & a transmigratione Babylonis vsq; ad Christum, quatuordecim.

Distinguit p tres generationes, mystice designãs fidem trinitatis, quam concorditer astruit doctrina legalis & euãgelicæ institutionis. Ponit. XLII. generationes p tres esse radecades: quia sicut populus ille vetus, sub spe intrandi requiẽ, per septies sex, id est, qua dragintaduas mansiones castra metabat, in quaꝝ vltima Iesu duce, patefacto Iordane, requiem intrauit, sic noster Iesus quadragesimasecũda generatione ab Abraam credẽte, lauacra baptismi & cæli ianuas patefecit. Sub eiusdẽ numeri sacramẽto nos cursu virtutũ ad patriã tendimus, dũ quotidie plibando gustu cælestiũ fruimur, & patienter promissum expectamus. Nam p obseruantiã decem p̃ceptoꝝ, Mat. 19. Si vis ad vitã ingredi, serua mãdata, & quatuor euãgelioꝝ, Mat. 28. Docẽtes eos seruare oĩa quæ mandaui vobis. in fide trinitatis. Sine fide eñ impossibile est placere deo, Heb. 11. p desertũ huius mundi, p veꝝ Iesum, nõ typicũ, in æternã ducimur promissionis terrã. Quod aũt Matthæus descendẽdo numerat, humanitatẽ Chri, per quã ad nos descendit, demonstrat. Ecõtra Lucas formam sacramẽti aperiens, à baptismo vsq; ad deum ascendit, ostendens baptizatos ascendere ad hoc, vt sint filij dei. Sic Matthæus naturæ ordinẽ seruans, Genuit, posuit: Lucas aũt legales filios interserens, Qui fuit, ait: sicut Ioseph filiũ Heli, quẽ Matthæus filiũ dicit Iacob. Isti eñ duo fratres fuerunt: sed Heli sine liberis mortuo, Iacob semen fratris iuxta sanctionẽ legis suscitauit: & sic naturalis pater Ioseph, Heli aũt secundum legem.

Christi aũt generatio sic erat: Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, anteq̃ conuenirent, inuenta est habens in vtero de spiritu sancto.

Eleganter excitat animũ legẽtis hac ceu præfatiuncula, Christi natiuitas sic habebat, rem prodigiosam & inauditã narraturus. Quum eñ è parentũ arbitrio, sed hoꝝ animos moderante numine, sanctima virgo huic tanto mysterio ab æterno destinata, futura mater Iesu, suæ tribus viro probato desponsata esset, inuenta est grauida, anteq̃ conuenirẽt nuptiaꝝ solennia celebrando, vt dicit Rabanus. Nec eñ ipsa fugitabat sponsi sui conspectũ, quasi sibi mali conscia, nec aperiebat arcanũ quod ab angelo didicerat: siue quia desperabat adhuc posse persuaderi, siue quia seruabat hoc deo suo tẽpore patefaciendũ. Cæterũ vt res gesta est, ita enarrat euangelista, nõ vt ipse nouerat. Nondũ eñ intelligebat Ioseph mysteriũ: grauidã vidit, congressum nõ intercessisse nouit: & idcirco euãgelista nõdum pronunciat virgineũ esse conceptũ, donec angelũ id aperientem producit.

Matth. 1. K

Ioseph autem vir eius, cum esset iustus, & nollet traducere eam, voluit occulte dimittere eam.

z

Iustus, non ob vnam virtutem, quæ prima est inter virtutes quatuor morales, sed ob absolutam numeris omnibus probitatem. Erat enim raræ cuiusdam probitatis, cũ sponsæ tumentem vterum & indubitata conceptus signa videret, nec expostulare cum vxore, nec queri apud affines, nec zelotypia discruciari, nec in ius ire, & ad pœnam rapere, sed suos æstus tãtum in animo premere, & de secreto diuortio cogitare, cum mores eius non paterentur, vt posset adulterium credere. Chrysostomus: Omnibus argumentis deficientibus, quibus fornicatio mulieris argui solet, sola remanebat apud Ioseph suspicio gratiæ dei: vnde magis credebat castitati eius quàm ventri, gratiæ q̃ naturæ. Hinc indignum se eius iudicans consortio, clanculum voluit eam à se amittere, quia palam nõ posset citra periculum simul & infamiam vxoris. Sic Petrus indignum Chri consortio se iudicans, ait: Exi à me domine, quia homo peccator sum, Luc. 5. & centurio Matth. 8. Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum. Sic Elizabeth Luc. 1. Vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me? Videtur tamen quid humanum passus, quum ad plenum certificatus nõ esset, quo plenius per angelum certificaretur, ne quis causari posset,

Mariæ

Mariæ partum aut ſuppoſititium, aut adulterinũ eſſe. Sic & Thomas dubitare permiſſus de reſurrectione. Gregorius: Dubitatum eſt ab illis, ne dubitaretur à nobis.

Hæc autem eo cogitante, ecce angelus domini in ſomnis apparuit ei, dicens: Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum eſt, e ſpiritu ſancto eſt. 5

Fili Dauid, non ſolum carnis propagatione, ſed fidei & iuſtitiæ imitatione. Agnoſce Dauid autorem tui generis, cui promiſſum eſt olim, quod nunc incipit exhiberi. Noli timere, iam eñ cogitatione & animo eam amandauerat. In ea, ait, naſci eñ in ea, eſt concipi: naſci ex ea, eſt prodire in lucem. Felix conceptio, vbi mater concipiens, virgo: filius conceptus, deus & homo: conceptionis opus, e ſpiritu ſancto. Hier. 31. Nouum faciet dominus ſuper terram: fœmina circundabit virum.

Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum.

Bonauent. Si recte velimus loqui & ſentire, maiori modo virgo beatiſſima fuit & eſt mater ſeruatoris, q̃ aliqua mater filij ſui. Non enim ait, Pariet tibi, quemadmodũ Zachariæ Luc. 1. ſed nec dixit, Pariet ſibi, quia omnibus. Eſa. 9. Paruulus eñ natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Hic enim eſt ille tot ſeculis exoptatus & expectatus Meſſias, qui iuxta oracula prophetarũ, liberaturus erat populum ſuum vniuerſum à peccatis ſuis, non victimis pecudum, ſed ſuo ipſius ſanguine. Act. 10. Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibent, remiſſionem peccatorũ accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Quod ergo non omnes ſaluantur, non eſt ex inſufficientia Chriſti, ſed ob defectũ Chriſto non adhærentium. Ioh. 3. Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras q̃ lucem. Oportet eñ vt meritum Chriſti nobis applicetur per ſacramenta eccleſiæ & fidem per dilectionem operantem. Gala. 5. In Chriſto eñ Ieſu neq; circunciſio aliquid valet, neq; præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur. Dedit eñ poteſtatẽ, filios dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius, Ioh. 1. Sed Luc. 6. Quid autem vocatis me, domine domine, & non facitis quæ dico? Si ergo fidem operibus probamus, erimus de populo Ieſu, quem ſaluat à peccatis ſuis.

Hoc autem totum factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt a domino per prophetam: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod eſt interpretatum, Nobiſcum deus. Eſa. 7

Hieronymus: Propheta nõ ponit, habebit, ſed accipiet, ſignificãs quid futurũ ſit: Euangeliſta nõ de futuro, ſed de p̃terito narrans hiſtoriã, mutãdo accipiet, ponit habebit. Qui eñ habet, nequaquã accepturus eſt. Tale quid pſal. 67. Aſcendens in altum, cepiſti captiuitatem: accepiſti dona in hominibus. Paulus Ephe. 4. Dediſti dona, ponit: quia ibi de futuro ſignificatum eſt, q̃ accepturus eſſet: hic de eo narrat hiſtoriam, qui iam dederit q̃d acceperat. Alma autem vocabulum non competit in quãuis virginem, poteſt eñ & anus eſſe: ſed in eam virginem dumtaxat, quæ puella ſit & iam nubilis, ac nondum nupta, id eſt, cognita viro. Ecce virgo illa concipiet. Pſal. 71. Deſcendet ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. Eſa. 53. Aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti, non ab hominibns culta, ſed cæleſti influentia fœcundata. Vocabunt nomen eius Emanuel. Baruch. 3. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.

Exurgens aũt Ioſeph a ſomno, fecit ſicut præcepit ei angelus domini, & accepit coniugem ſuam: & non cognoſcebat eam, donec peperit filium ſuum primogenitum. Et vocauit nomen eius Ieſum.

Lætus & alacer paruit oraculo, ponens conſilia diſſidij: ſed arctius etiam adiungit ſibi coniugem ſuam, ne qua diſſidij ſuſpicio poſſet oriri cuiquam: iam q̃ ſentiens eam totam dicatam cæleſti numini, veneratur in ea diuinum myſterium, nec audet attingere, quam ſibi diuinitas vnice vindicaſſet. Nam poſt partum plenius eius excellentiam cognouit, & ex tunc in animo ipſius facta eſt præſtantior toto mundo. Alio modo dicit Gloſ. Ioſeph facie ad faciem Mariam videre non poterat, quam ſpiritus ſanctus à conceptione impleuerat: & hoc propter claritatem vultus eius, multo ampliorem Moſi, Exo. 34. 2. Cor. 3. donec euacuaretur. Fuit hic locus nonnullis offendiculo, qui dixerunt alias proles Mariam poſt Ieſum habuiſſe: quod nedum in virginem blaſphemum, quę tali ac tanta prole

non contenta,alias pauper ex paupere quæret marito:sed & in Christum,qui talem ele gisset matrem.Est & absurdū in sacras literas.Donec eñ,sæpe certum tempus,sæpe in finitum significat,quemadmodū.1.Cor.15.Oportet aūt illum regnare,donec ponat oñes inimicos scabellum pedū eius.Nunquid postea non regnabit? Hoc eñ habet proprietas scripturæ.Gene.8.Dimisit coruū,qui egrediebatur & non reuertebatur donec siccarentur aquæ super terrā.neq; eñ postea rediit.Sic Mat.28.Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationē seculi.Ergo non erit nobiscū? Imò multo felicius,& nos cū ipso.Quod aūt primogenitus dicitur,nō mirū:quū primogenitus sit,non tantū post quē alij, sed ante quē nullus.Hieroñ.Nos ita diffinimus:Omnis vnigenitus,primogenitus:nō omnis primogenitus, vnigenitus.Diffinit enim sermo diuinus,quid sit primogenitus.Omne,inquit,quod aperit vuluā generis masculini,meū erit,Exo.34.&.13.Sanctifica mihi omne primogenitū,quod aperit vuluam,de filijs Israel.Cæteꝝ ꝙ fratres Christi scribuntur in euangelio,more fit scripturaꝝ,quo cognati fratres appellantur. Sic Abraam Loth filiū fratris sui,fratrem nominat, Gene.13.Sic Laban Iacob,filium sororis suæ, Geñ.29.Ioab Amasam.2.Reg.20.Est aūt primogenitus in multis fratribus,qui cōformes sunt imaginis suæ,Ro.8.Est & primogenitus mortuoꝝ,& princeps regū terræ,Heb.2.Decebat eū propter quē omnia,& p quē omnia,qui multos filios in gloriā adduxerat,autorem salutis eoꝝ,per passionē cōsummari.qui eñ sanctificat,& qui sanctificantur, ex vno omnes. Propter quā causam nō confunditur fratres eos vocare,dicens:Narrabo nomen tuū fratribus meis,in medio ecclesiæ laudabo te:Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi deus. Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini,& ipse similiter participauit eisdē, vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium,id est,diabolū,& liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti.

## ¶De natiuitate Christi, Lucæ.2
## ARTICVLVS. VIII.

Lucæ.2 L

FActum est autem in diebus illis,Exijt edictum a Cæsare Augusto,vt describeretur vniuersus orbis.Hæc descriptio prima facta est a pside Syriæ Cyrino.Et ibant omnes vt profiterentur,singuli in ciuitatē suā.

Immensam diuinæ bonitatis ostendit abyssum circa incarnationis mysterium,Christi describens natiuitatē.Glos.Quietissimū & pacatissimū erat regnum, quod vna descriptione orbem descripsit:tanta eñ erat pax,vt ad literam videretur impletum illud Esa.2 Conflabunt gladios suos in vomeres,& lanceas suas in falces.Hinc Beda:Non casu contigisse putandum est,sed certissima dispensatione redemptoris.Ipse enim mediator dei & hominū,sicut matrem sibi diuinitus quam voluit præuidit,de qua nasceretur quando vellet humanitus,ita etiam tempora natiuitatis quæ voluit elegit,imo ipse ea qualia voluit esse donauit. Matrem elegit virginem,quia non aliter dei filium nasci in carne,q̄ de intemerata genitrice,decebat. Tempus quādo nasceretur,summæ pacis elegit:quia hæc ei nimirum nascendi in mundo ratio fuit,vt genus humanū ad supernæ pacis dona reduceret.Ipse eñ est pax nostra qui fecit vtraq; vnū,Ephe.2.Hoc est,de angelis & hominibus vnam dei domū pius mediator & reconciliator instituit,Sic de Iudæis & gentibus,vt fit vnū ouile & vnus pastor,Iohan.10.& ostenderet se illū de quo Psal.71.Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis.Esa.9.Multiplicabitur eius imperium,& pacis non erit finis.Præcesserant descriptiones particulares,quemadmodum sub Dauid.2.Reg.24 sed hæc generalis sub præside Syriæ,postquā aliæ actæ sunt.Voluit aūt dominus cum toto orbe censeri,vt sicut circuncisus,circuncisionē aboleuit,ita sanctificaret qui censentur & seruitutem naturæ nostræ aboleret.Nam & si corpore sumus serui,spiritu tamen liberi sumus.Iohan.8.Si filius vos liberauerit,vere liberi eritis.& nomina electoꝝ scriberet in cælis.Luc.10.Gaudete ꝙ nomina vestra scripta sunt in cælis.

Ascendit aūt & Ioseph a Galilæa, de ciuitate Nazareth,in Iudæam,in ciuitatem Dauid,quæ vocatur Bethleem,eo ꝙ esset de domo & familia Dauid,vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante.

Prophetatum fuit,Christū in Nazareth concipiendum. Esaiæ.11.Egredietur virga de radice Iesse,& flos de radice eius ascendet.Hebraica veritas habet,Nazaræus de radice eius ascendet,sed in Bethleem nascituꝝ.Micheæ.5.Et tu Bethleem Effrata, paruulus

es in

es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel, & egressus eius à diebus æternitatis. Iohannis. 7. Nonne scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & Bethleem castello vbi erat Dauid, venit Christus? Non solum autem Ioseph & Maria pertinebant ad tribum Iuda, verumetiam genus duxerunt è progenie & stirpe Dauid, è cuius semine promissus fuerat Christus, & sic promissio ostenditur completa. Beda: Hoc ædictũ Augusti quo singuli ibant in suam ciuitatem vt profiterentur, in nostri regis est nobis spiritualiter agendum seruitio. Omnes nato regi debitum pendere debemus censum, hoc est, in vnitate ecclesiæ præceptis parere diuinis, & ad ingressum patriæ cœlestis infatigabili bonorum operum exercitatione fatigari. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Hebræorum. 13. Induit carnem, vt nos virtute spiritus indueret. Descendit de cœlo ad terras, vt nos de terra ad cœlos eleuaret. Soluit tributum. Matth. 17. vt nobis perpetuæ libertatis gratiam donaret. 2. Corinth. 3. Vbi spiritus domini, ibi libertas. Denarius imaginem Cæsaris habens & nomen, decem sunt p̃cepta cum imagine sanctæ conuersationis. Leuitici. 19. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum.

Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret, & peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio.

Quo magis constaret verum hominem esse, qui nasceretur, tempus quod naturæ præfixerat, conditor naturæ obseruare voluit, super naturam nasciturus ex virgine sine dolore. Ezechiel. 44. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transiet per eam, quoniam dominus deus Israel ingressus est per eam, eritq; clausa principi. Nec mirum: Peperit enim filium, patris æterna generatione. Psalmo. 2. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Suum, carnis assumptione. Galatas. 4. At vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Vnde sequitur, primogenitum. Matri erat vnicus filius, nobis primogenitus, quos sibi spiritu iunctos fratres reddidit, & hæreditatis æternæ consortes. Colosseñ. 1. Ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum tenens. Hebræorum. 1. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrarum, dicit: Et adorent eum omnes angeli dei. Non autem tradidit infantem nutricibus, sed ipsa fasciis inuoluit, reclinans in præsepio, quia illæsa peperit virginitate, & sine dolore maledictioni mulierum non obnoxia agilis & alacris, cum angelis dei ad sanctum præsepe vigilans, & Ioseph sponso suo, virginitatis suæ testibus, puerum adorans, quem angelo teste & spiritu sancto illustrante, filium esse altissimi didicerat. Hieronymus: Nulla ibi obstetrix, nulla mulierc ularum seduitas intercessit: ipsa pannis inuoluit infantem, ipsa mater & obstetrix fuit. Inclinauerat se in vterum virginis. Psalmo. 17. Inclinauit se & descendit, natus, reclinatur in præsepio, non in lecto aureo vt Salomon, Canticorum. 3. Factus cibus iumentorum. Psalmo. 48. Homo cum in honore esset, non intellexit: cõparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, sed diuinæ legis iugum suscipiens, domini fit iumentum. Psalmo. 72. Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Omnis autem caro fœnum. Esaiæ. 40. Oppidulum humile sibi delegerat, in quo tamen domum nullam habebat cœli terræq; dominus, parentes humiles, denique peregre nasci voluit, vt nos puderet nostræ superbiæ simul & auaritiæ, ac vel huius exemplo disceremus, felicitatem hominis non esse metiendam istis vulgaribus bonis, quæ si nobis non subducuntur, nos illis subducimur, sed æternis bonis æstimandum, & in illam patriam recondendos thesauros, quibus perpetuo simus fruituri. Ecce magnus dominus & laudabilis nimis, cuius magnitudinis non est finis. Psalmo. 47. Paruulus natus est nobis. Esaiæ. 9. Vt nos renascendo de paruulis magnos, id est, de peccatoribus faceret iustos. Qui ad dexteram patris sedet in cælo, loco egebat in diuersorio, vt nobis copiam felicium mansionum in domo patris sui donaret. Iohannis. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Vado parare vobis locum. Qui omnes creaturas multifariis induit ornamentis, qui in sua maiestate amictus est lumine sicut vestimento. Psalm. 103. Fasciis inuoluitur, vt primam nobis stolam restituat, hoc est, gratiam immortalitatis quam in primo parente amisimus. 2. Corinthiorum. 8. Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter nos egenus factus est, cum esset diues, vt illius inopia nos diuites essemus. Augustinus: Christus omnia terrena contempsit, vt ea contemnenda monstraret: omnia quoque terrena mala sustinuit, quę sustinẽda p̃cepit, vt non in illis quęreretur felicitas, nec in istis timeret aduersitas.

Audi superbe diues, qui latifundia latifundijs accumulas, qui nusquam non substruis domos, prædia, palacia. Qui cœli terræq; dominus est, & opifex, peregre nascitur, nec habet locum in diuersorio. Si principem tuum agnoscis, in cuius verba iurasti, ne pigeat illius exemplum imitari, & pudeat te tuæ mentis, Amos. 6. Væ qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris. Esaiæ .5. Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis, vsq; ad terminum loci. Nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? Pœnitebit, sed serio, quum dicetis: Quid profuit nobis superbia nostra? diuitiarum iactantia quid contulit nobis?

5 Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis supra gregem suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos, & claritas dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno, & dixit illis angelus: Nolite timere, ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus in ciuitate Dauid.

Hoc quum esset læti ominis, tamen ob insolitum ac subitum prodigium, magno pauore correpti sunt, sed angelus hunc pauorem mox adimit blando alloquio. Hoc enim proprium bonorũ est angelorum, Mar. 16. Nolite expauescere. Beda: Cũ lux vera nascebat in mundum, dignum profecto fuit, vt prœco natiuitatis illius etiam corporales hominum visus nouitate cœlestis perfunderet lucis. Vnde Psalmo. 111. Exortum est in tenebris lumen rectis corde, misericors, & miserator, & iustus dominus. Magnum dicit gaudium, quia cœleste & æternum, quod nulla tristitia interueniente turbatur: gaudium autem hypocritæ ad instar puncti. Et quia omnium hominum populo incarnatio facta est gaudium & salus, Iohannis. 12. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Hodie dicit, ob rei qualitatem quam nuntiabat. Esaiæ. 9. Habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Et vt admoniti recordemur, quia nox præcessit antiquæ cæcitatis, dies autem apparuit æternæ salutis: & ideo abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic vt in die honeste ambulemus. Romanorum. 13. Vt filij lucis. Ephesiorum. 5. Seruator, Esaiæ. 35. Deus ipse veniet & saluabit nos, Osee. 13. Ego dominus deus tuus, & non est saluans præter me, Matthæi .1. Ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Iam olim prophetarum oraculis promissus diu expectatus, is vobis & omnibus natus, Christus quia plenitudine gratiæ vnctus, Iohan. 3. Non enim ad mensuram dat deus spiritum. Vnde de plenitudine eius omnes nos accipimus. Dominus, Actorũ. 2. Certissime sciat omnis domus Israel, quia & dominum & Christum, fecit deus hunc Iesum. In Bethleem, ob prophetiæ impletionem, Michææ. 5. & mysticam signationem. Vbi enim dignius decebat verum nasci panem, quàm in domo panis? Iohan. 6. Ego sum panis viuus. Sed quibus hoc gaudium nuntiatum? Num pontificibus & templi sacerdotibus? Num scribis & pharisæis sapientia & scientia tumidis? Non. Sed simplicibus & in officio patriarcharum occupatis, qui pastores fuerunt, Genesis. 47. Bernardus: Quanti sapientes huius seculi, quanti nobiles secundum carnem, illa hora in stratis mollibus quiescebant, & nemo eorum dignus habitus est videre nouam lucem, scire illud magnum gaudium, angelos audire cantantes, gloria in altissimis deo. Sed pastores in agris excubantes excubias, quibus angelus imminebat ex alto supra illos, vt Græce ponitur. Infirma enim mundi eligit deus, vt confundat fortia, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. 1. Corint. 1. Et vt curam pastoralis regiminis commendaret, quia ipse princeps pastorum. 1. Petri. 5. & Hebræorũ. 13. Quia & ouem centesimam quæsiturus aduenerat, Matth. 18. Lucæ. 15.

Et hoc vobis signum: Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio.

1. Corinth. 1. Iudæi signa quærunt. Sed quod signũ nati regis omnium? Num rubus ardens? Exo. 3. Num virga virescens & germinans? Nume. 17. Aut vellus rore madens? Iudi. 6. Minime, tametsi virginei partus, sed infantulus fascijs puerilibus inuolutus. Non auro gẽmisve ornatũ, nec in molli lectulo iacentẽ, qui principẽ mundi, regẽ super oẽs filios superbiæ, Iob. 41. calcare venerat. Beda: Signũ salutis humilitas est seruatoris, quo cõtra initium oẽis peccati superbia. Eccl. 10. Bernardus: Panni tui dñe Iesu, positi sunt in signum, sed cui contradicitur hodie à multis, delitijs & diuitijs dissolutis. Diuitiæ ergo si affluant, nolite cor apponere, Psal. 61. Misericordias ergo dñi in æternũ cantemus, quia vt perpetuo bene viuamus, ipse abiectionis nostræ & mortalitatis socius fieri non abnuit.

Et subito

Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium deum, & dicentium: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Beda: Bene angelorum exercitus, militia vocatur, quia ducē militiæ sequuntur, qui fortis in prælio, contra malignos spiritus ad nostram tutelam exercitus ordinat angelorum. Pulchre autem distinguit, dans gloriam deo, nimirum hoc significans, nihil nobis ex hoc negotio gloriæ deberi, sed bonitati diuinæ, quæ nobis quos condidit, miro consilio prospicit ē cœlo, vt intelligamus illinc nobis proficisci, quicquid magnificum, ac salutiferum obtigerit. Et licet à multis in terra despiciatur, tamen in cœlis vbi specialiter ipsius relucet gloria, digne glorificatur. In omnibus ergo gloriam ipsius quærere debemus, .1. Timothei.1. Soli deo honor & gloria, Esaiæ.42. Gloriam meam alteri non dabo, Psalmo.113. Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Gloriam optare debemus in deo, tanquam in obiecto, datore & causa. Secundum deum, hoc est, ipsius voluntatem, non propriam cupiditatem. Et propter deum, finaliter ad ipsius laudem, & nos, & omne nostrum referendo. 1. Corinthiorum. 1. Qui gloriatur, in domino glorietur. In terra pax reddita per Christum, quum prius humana natura inimica fuerit deo, nunc ita conciliata est, vt & deo coniuncta sit, & incarnato vnita. Nihil in terris aliud optandum, quàm pax, quæ peccatis abolitis, nos deo cōciliet, quæ nos mutua charitate conglutinet. Hæc est enim pax, non mundi, sed dei, quæ exuperat omnem sensum. Philippen.4. Quæ & præponderat vniuersis mundi felicitatibus. Hanc Christus attulit in sua natiuitate, Psalmo.71. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. Et pax erit in terris nostris cum venerit. Docuit in prædicatione, Psalmo.84. Quoniam loquetur pacem in plebem suam, Matth.10. In quancunq; domum intraueritis, primum dicite, pax huic domui: Tenuit in conuersatione, Esaiæ.53. Sicut ouis coram tondente se obmutuit. Fecit in passione, Esaiæ.53. Disciplina pacis nostræ super eum, Colossen.1. Pacificans per sanguinem crucis quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt. Quærit in conscientiæ puritate, Psalmo.74. In pace factus est locus eius. Augustinus: Si feceris iustitiam, inuenies pacem osculantem iustitiam: & si iustitiam non amaueris, pacem non habebis, Esaiæ .57. Non est pax impijs, dicit dominus. Impij enim quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum. Dabit æternam in fruitione, Esaiæ.32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in requie opulenta, in tabernaculis fiduciæ. Tertio, hominibus bona voluntas, hoc est, beneplacitum deo in hominibus propter Christum. In quibus enim prius non erat beneplacitum, nunc pro beneficijs, & refocillationibus hominum habet opera, in quibus & quietem habet. Romanorum.5. Reconciliati sumus deo per mortem filij eius. Qui ergo æternæ pacis gaudia desiderat, per obseruantiam pacis, necesse est, perueniat. Colossen.3. Et pax Christi exultet in cordibus vestris.

Et factum est vt discesserunt ab eis angeli in cœlum, Pastores loquebantur ad inuicem. Transeamus vsque Bethleem, & videamus hoc verbū, quod factum est, quod fecit dominus, & ostendit nobis. Luc.2 M

Incomprehensibilem diuinæ gratiæ in simplicibus, superbis, reiectis, ostendit operationem. Pastores siquidem consolatione angelica, ac denuntiatione rei tam gaudiosæ confortati & læti, se inuicem exhortantur, desidiam excutientes. Virgo Dauidis stirpe nata, sed tunc à nemine secundum seculum reputata, angelo & Ioseph testibus, deo plena, in vili stabulo veluti mundo abiectissima parit, tacet, nihil de se loquitur: sed quod homines negligunt, cœli ciues honorant, denuntiant, pauperes inquirunt. Videamus corporaliter rem istam nouam, quam indicauit nobis. A seculo non est auditum, nec à quocunque actum, sed dominus fecit propter nostram salutem, & suum honorem. Iohannis.1. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius. O magnum diuinæ pietatis indicium: past oribus reuelatur, quod multi reges & prophetæ videre desiderarunt, Matthæi.13. Hinc Psalmo.84. Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Nam Luc.10. Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Vnde senex ille sanctus Simeon, Lucæ.2. Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuū. Moyses ait Exo.3. Vadam, & videbo visionē hanc magnā, quare non cōburatur rubus. Huius figuræ cōpletionē pastores, & audiunt, & oculis contēplant, virginē sine corruptione parientē. Sed qm̄ in principio erat verbū, & verbū erat apud deū, Iohan.1. non factū, sed natū de deo, ac ideo inuisibile, Iohan.1.

Deum ne

Deum nemo vidit vnquam. Lucem enim habitat inacceſſibilem. 1. Timoth. 6. Ideo caro factū, vt videri & palpari poſſit. Ambroſius: Cū caro dñi videtur, verbum dei videtur, ꝙ eſt filius dei. Quanquam ſolus filius ſit incarnatus, toti tamen trinitati competit operatio Ipſa enim opera trinitatis ad extra, ſunt indiuiſa. Aderat potentia patris, aduerſus naturā educens ex integra virgine filium. Aderat ſpiritus ſanctus, ſanctificans partum. Lucæ. 1. Aderat & filius, ſuppoſitans naturam humanam, Prouerb. 9. Sapientia ædificauit ſibi domum. Ipſe autem factus eſt nobis ſapientia & iuſtitia.

Et venerunt feſtinantes, & inuenerunt Mariam, & Ioſeph, & infantem poſitum in præſepio.

Gloſſa: Præ videndi deſiderio tam magnū nouum, Chriſtum ſcilicet dñm, cuius maieſtatem angelico concentu intellexerunt. Et quia ardenti deſiderio quæſierunt ſeruatorē, inuenire meruerunt, Luc. 11. Quærite, & inuenietis, ac quo mentis affectu quærendus ſit & dictis ſuis & factis oſtenderunt. Eſa. 21. Si quæritis, quærite, conuertimini & venite. Deutero. 4. Cū quæſieris dñm deū tuū, inuenies eū, ſi tōtoto corde quæſieris, Sap. 1. In ſimplicitate cordis quærite illū. Feſtinemus ergo non pedū paſſibus, ſed bonorū operū profectibus, Ephe. 2. Ipſius eñ factura ſumus, creati Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit deus, vt in illis ambulemus. Hinc inuenerunt infantē cū Maria & Ioſeph, quia in amaritudine pœnitentiæ, cū profectu virtutū, inuenitur in præſepio cibus iumentorū, Pſal. 83. Ibunt de virtute in virtutem, (reiectis vitijs) videbitur deus deorum in Sion. Nemo ergo tardet conuerti ad dominum, nec differat de die in diem, Eccī. 5. Sed feſtinemus ingredi in illam requiem, Hebræ. 4. Ipſum precantes, vt greſſus noſtros dirigat ſecundū eloquiū ſuum, Pſal. 118. Vt non dominetur nobis omnis iniuſtitia.

Videntes aūt, cognouerunt de verbo ꝙd dictū erat illis de puero hoc. Et oēs qui audierunt, mirati ſunt, & de ijs quæ dicta erāt a paſtoribus ad ipſos

Gloſſa: Vidētes exterius, cognouerunt interius de verbo per fidē, quod ipſe eſſet Chriſtus, Sapīæ. 1. Sentite in dño in bonitate. Phariſæi nec miraculis crediderunt viſis. Ioh. 15 Nunc viderunt, & oderunt & me & patrem meū. Habet pietas in hominibus quamlibet humilibus ſuā prudentiam. Inuenit paſtorū vox apud multos fidē, excitans eos ad cupiditatem videndi pueri. Beda: Mirati ſunt omnes qui audierunt de myſterio incarnationis, & de tam conſtanti & certa proteſtatione paſtorū, qui inaudita fingere neſciunt, ſed ſimplici facundia quæ vera ſunt, prædicant. Officium itaq; ſpūalium paſtorū fuerit, ſe ſuosq; cuſtodire, & panem cœleſtem quærere, quem cum inuenerint, in Bethleem, hoc eſt, in eccleſia in ſcripturis ſacris, & alijs indicare, Actu. 20. Attendite vobis & vniuerſo gregi, in q̄ poſuit vos ſpūs ſanctus epiſcopos regere eccleſiā dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Sed & vnuſquiſq; ſe & alios virtutum exemplis paſcere debet, & pabulo verbi dei, Mat. 4. Nō in ſolo pane viuit homo, ſed in oñi verbo quod procedit de ore dei, & exhortari, vt relictis concupiſcentijs mundi & carnis, feſtinet in domū non manufactam, ſed æternā in cœlis. 2. Corū. 5. Vbi panis viuus, Luc. 14. Beatus qui manducabit panē in regno dei. Cogitet quiſq; quid gaudij quidve tripudij haberet, ſi præſens fuiſſet, dum diuinitus ille puer infantulus coram boue & aſino præſepio iacebat, Abacuc. 3. In medio duorū animalium cognoſceris, (ſecundum tranſlationem. LXX) pia illa puerpera, nobilis quidem, ſed paupercula aſſidebat, nec minimum partus indicium habens.

Maria autem conſeruabat verba hæc, conferens in corde ſuo.

Ambroſius: Non contemnenda putes, quaſi vilia verba paſtorum. A paſtoribus enim Maria fidem colligit, à paſtoribus ppls ad dei reuerentiam cōgregatur. Non minus ore q̄ corpore pudica, ſecreta quæ nouerat, nulli diuulgabat, ſed corde tacito tempus ſcrutatur congruum, quo deus hæc velit diuulgare, ac reuerenter expectat. Conſiderat omnia plena miraculis, videt vbiq; ſummam humilitatem cum ſumma ſublimitate miſceri. Infans in vtero concipitur, ſed angelo internuncio, ſpiritu ſancto opifice, Lucæ. 1. Puer naſcitur, ſed è virgine. Reclinatur in præſepio, ſed angeli gratulabundi canunt è cœlis: Latitat in obſcuro loco, ſed cœlum nati ſublimitatem adorat. Conferebat autem acta ijs, quæ agenda vel audierat, vel legerat. Vidit ſe virginem concepiſſe, vt legerat Eſaiæ. 7. Ecce virgo concipiet & pariet filium. Et de ſtirpe Dauid. Eſaiæ. 11. Egredietur virga de radice Ieſſe. Sic & in Bethleem iuxta vaticinium, Michææ. 5. Et tu Bethleem Ephrata, paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius à diebus æternitatis. Ruminemus & nos diuina myſteria, ne peccatis obuoluamur. Pſalmo. 118. In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Dulcia enim ſuper mel & fauum.

Pſalmo

Psalmo.118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Sed Eccl.21. Cor fatui quasi vas con- 3
fractum, omnem sapientiam non tenebit.

Et reuersi sunt pastores, laudantes & glorificantes deum sup omnibus quę audierant & viderant sicut dictum est ad illos.

Nam quemadmodum audierant, compererunt, quare deum laudabant pro beneficio toti mundo exhibito, & sibi specialiter ostenso. Quatuor enim nunciauerat angelus. Gaudium vniuersale. Si promissio gaudium contulit patribus, Iohannis.8. Abraam exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauisus est, quid exhibitio? Paupertatis signum. Zacha.9. Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator, & ipse pauper. Redemptionis pignus. Psal.110. Redemptionem misit dominus populo suo, Lucæ.1. Benedictus dominus deus Israel, qa visitauit. & fecit redemptionem plebis suæ suæ, Diuinæ bonitatis præconium. Apocal.5. Benedictio, & honor, & potestas, in secula seculorum. Transeamus & nos ista temporalia, Philip.3. Quæ retro sunt obliuiscens, ad ea vero quæ sunt priora, extendens meipsum, ad destinatum prosequor ad brabium supernæ vocationis dei in Christo Iesu, & videamus quantam humilitatem & paupertatem pro nobis suscepit rex gloriæ, simus grati beneficijs eius, verbo & opere ipsum imitando, & cum angelicis spiritibus ardenter laudando, Eccl.43. Benedicentes dominum, exaltate illum quantum potestis: maior est em omi laude, Psalmo.10. Benedic anima mea dominum, & noli obliuisci omes retributiones eius. Si enim illi sola natiuitate cognita reuersi sunt gaudentes, quanto magis nos, qui totam incarnationis seriem ex ordine cognouimus, & sacramentis illius imbuti sumus, in omnibus gloriam eius, & laudem non solum verbo, sed & factis prædicare, nec vnquam obliuisci debemus, quod ideo homo natus est, vt nos ad imaginem & similitudinem suæ diuinitatis renascendo reficeret?

## ¶De Circumcisione. Lucæ. II.

## ARTICVLVS IX.

ET postquam consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer. vocatum est nomen eius Iesus. Quod vocatum est ab angelo, priusquã in vtero conciperetur. Lucæ.2 N

Quantum deo humilis & syncera placeat obedientia, ostendit dominus in legis veteris, quam ablaturus venerat, obseruatione. Nec em dedignatur veluti peccatis parentum obnoxius, accipere remedium, qui solus ab omni peccati contagio immunis, ablaturus erat omnia peccata mundi, sibiq; populum nouum acciturus, cui cor esset ab omnibus carnis cupiditatibus repurgatum, idq; non cultris petrinis, sed gladio sermonis euangelici, per fidem omnia purgantis. Sine fide enim impossibile est placere deo, Hebræorum vndecimo: Vnde ab initio dei cultores fidem suam quibusdam exterioribus cerimonijs profitebantur, sicut in lege naturæ hostijs & oblationibus, Geneseos.4. Respexit dominus ad Abel, & ad munera eius, & de Noe, Geneseos octauo: Aedificauit autem Noe altare domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare. Odoratusq; est dominus odorem suauitatis. Sic Abraam, qui & aliud à deo fidei signum accepit, Geneseos decimoseptimo: Hoc est pactum meum, quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te. Circumcidetur ex vobis omne masculinum, & circumcidetis carnem præputij vestri, vt sit in signum fœderis inter me & vos. Non ergo ipsa circumcisio iustificabat, sed fides cuius ipsa signum, Romanorum quarto. Dicimus enim, quia reputata est Abraæ fides ad iustitiam. Quomodo reputata? in circumcisione, an in præputio? Non in circumcisione, sed in præputio. Et signum accepit circumcisionis, signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio, vt sit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iustitiam, & sit pater circumcisionis, non ijs tantum, qui sunt ex circumcisione, sed ijs, qui sectantur vestigia fidei, quæ est in præputio Abraæ. Patet ergo, duos modos & ordines saluandorum tunc cucurrisse. Alterum descendentium ab Abraamo, aut sibi iungi volentium, qui in signum spiritualis, & internæ circumcisionis, carnem præputij circumcidere tenebantur. Nam secunda fine prima nihil profuit, Romanorum secundo:

Circumcisio

Circumcisio quidem prodest, si legem obserues, si autem præuaricator legis fis, circũcisio tua præputium facta est. Alterum, non ab Abraam descendentium, qui ad legem minime tenebantur. Roma. 3. Quæcunq; lex loquitur, iis qui sunt sub lege, loquitur, sed per fidem saluabantur. Hebræo. 11. Accedentem ad deum, credere oportet, quia est, & q̃ inquirentium se remunerator sit. Rom. 2. Si autem præputium iustitias legis custodiat, nonne præputium illius in circumcisionem reputabitur? Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne est circumcisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circumcisio cordis in spiritu, non litera: cuius laus non ex hominibus, sed ex deo. Ne enim cui sæculi labentis ætati superni respectus munera deessent, illi qui à mundi initio, vsque ad tẽpora datæ circumcisionis, vel post datam, de alijs nationibus deo placuerunt, vel hostiarũ oblationibus, vel certe sola fidei virtute, suas suorumq; animas creatori commendantes, à primi reatus vinculis absoluere curabant. Misericordia enim domini ab æterno vsque in
2 æternum, super timentes eum. Psal. 102. Voluit ergo dominus circumcidi, quum de genere esset Abraæ, ob legis confirmationem, sic enim præceptum erat, Gene. 17. Infans octo dierum circumcidetur in vobis. Leuit. 12. Die octauo circumcidetur infantulus. Hinc Romañ. 15. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis, propter veritatem dei, ad confirmandas promissiones patrum. Hoc enim ostendit, se de semine Abraam, in quo benedicendæ omnes gentes. Gene. 22. &. Gala. 3. Non dicit, in seminibus quasi in multis, sed in semine tuo, qui est Christus. Secundo, ad legis completionem. Hebræo. 7. Nihil ad perfectum adduxit lex, Roma. 10. Finis legis Christus est, ad iustitiam omni credenti. Ideo Matth. 5. Non veni soluere legẽ, sed adimplere. Voluit ergo circumcidi, vt ostẽderet se autorem legis, sicut & euangelij, quoniam qui per seipsum ait, Iohan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spũ sancto, non potest introire in regnum dei, ipse idem per seruum suum prius dixerat. Ge. 17. Masculus cuius præputij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo. Quod si solũ baptisma suscepisset, videri poterat refugisse circumcisionem, tanquam nihil ad se pertinentem. Si vero circumcideretur, & non baptizaretur, quomodo persuaderi posset baptismũ sufficere, circumcisione relicta? Nunc itaq; baptisma post circumcisionem suscipiens, illud tenendum tradidit, quod vltimo suscepit. Gala. At vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Hinc vocatus Iesus. i. seruator, Matth. 1. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Quis autem potest peccata dimittere, nisi solus deus? Lucæ. 5. Ideo Esa. 11. Vocabitur nomen eius Emanuel, quod est nobiscum deus. Ab angelo prænuntiatum, Mat. 1. sed à deo ab æterno impositum. 4. Esdræ. 7. Et reuelabitur filius meus Iesus cum his, qui cum eo sunt, & iocundabuntur qui relicti sunt in annis quadringentis, & erit post annos hos morietur filius meus Christus, & couuertetur seculum. A Maria & Ioseph vocatum, per apostolos diuulgatum. Acto. 9. Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus. Et necessario. Non enim est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Indubitanter ergo credimus & speramus, quia q̃ à peccatis saluat, ipse etiã à corruptionibus, quæ ob peccata contigerunt, & ab ipsa morte saluare non omittit. Psal. 102. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qua sanat oẽs infirmitates suas. Dimissis quippe iniquitatibus nostris, ad integrum nos sanat, quum resurrectionis gloria apparente, nouissima inimica destruetur mors. Hæc est plena atq; perfecta circumcisio, cum in die iudicij cunctis simul animæ & corporis corruptibilibus exuti, mox peracto iudicio, ad videndam perpetuo creatoris faciem, aulam cœlestis regni ingredimur. Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus. Qui replet in bonis desiderium tuum, renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Qui ergo ad huius pulcherrimæ renouationis quasi summæ circumcisionis desideramus præmia pertingere, curemus primitiuæ circumcisionis & renouationis, quæ quotidianis virtutũ exercitationibus fit, subire remedia. Carnalis circumcisio mortifera est, dicente Apostolo, Galatas quinto. Si circumcidamini, Christus nihil vobis proderit. Spiritualis vero necessaria. Hierem. 4. Circumcidimini domino, & auferte præputia cordium vestrorum, Act. 7. Dura ceruice & incircumcisi cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto restitistis. Si ergo incircumcisi cordibus & auribus sunt, qui spiritui sancto resistunt, est vtiq; cordis & aurium circumcisio, est & cæterorum membrorũ & sensuum, interioris & exterioris hominis. 2. Cor. 7. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore dei. Consistit ergo (vt dicit Bernardus) tam interior q̃ exterior in tribus. Interior, vt cogitatio sit sancta. Peruersæ enim cogitationes separant à deo, Sapiæ. 1. Hier. 4. Vsquequo morabunt in te cogitationes noxiæ? Prouer. 4.

Omni

Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit. Secundo, vt affectio sit pura. Luc. 6. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona, malus aũt similiter mala. Tertio, vt intentio sit recta. Luc. 11. Si oculus tuus simplex fuerit, totũ corpus tuum lucidum erit. Si aũt nequam fuerit, etiam corpus tuũ tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen q̃d in te est, tenebræ sint. Ambrosius: Intentio operi tuo nomen imponit. Exterior, in habitu ne sit notabilis, sicut diuitis Lu. 16. Secũdo, in sermone, ne sit contẽptibilis. 1. Petri. 4. Si quis loquitur, quasi sermones dei. Mat. 12. Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Tertio, in actione, ne sit reprehensibilis. 1. Petri. 2. Cõuersationem vestram inter gẽtes habentes bonam, vt in eo quod detrectãt de vobis tanq̃ de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent deum in die visitationis. Philip. 4. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Ergo qui videt mulierẽ ad concupiscendam eam, Matth. 5. & qui habet oculos sublimes, quem odit dominus, Proue. 6. auertat oculos suos ne videant vanitatem. Psal. 118. Qui obturat aurem suam ne audiat legem, Proue. 28. & ad clamorem pauperis, Prouer. 21. procliuus ad detractiones, sepiat aures suas spinis, ne audiat linguam nequam, Eccl. 28. Qui potẽs est ad bibendum vinũ, & fortis ad miscendam ebrietatem, cui væ. Esa. 5. gustet & videat quoniã suauis est dominus, Psal. 33. Cuius manus dextera, est dextera iniquitatis, Psal. 143. & repleta muneribus. Psal. 25. leuet manus suas ad mandata dei quæ dilexit, Psal. 118. In cuius vijs infelicitas & viam pacis non cognouit, Esa. 59. prohibeat pedes suos ab omni via mala, vt custodiat verbum dei, Psal. 118. Cuius lingua loquitur iniqtatem, Psal. 72. & qui loquitur pacẽ cum proximo suo, mala autem in cordibus suis, Psalm. 27. custodiat vias suas, ne delinquat in lingua sua, Psal. 38. & donec in eo est halitus, & spũs dei in naribus eius, non loquatur labijs suis iniquitatem, Iob. 27. Sic ergo omnes sensus suos petra spiritalis exercitij se ostẽdat habere circuncisos. Petrinis enim cultris circũcisionem fieri legimus, Iosue. 5. Petra autem est Chrũs, 1. Cor. 10. Cuius fide, spe & charitate, non solum in baptismate, sed in omni actione deuota purificant corda bonor. Ambrosius: Circũcisus vitijs, diuino dignus iudicabit obtutu. Psal. 33. Oculi dñi super iustos, & aures eius in preces eorum.

¶De aduentu magorum, Matth. II.

## ARTICVLVS X.

CVm natus esset Iesus in Bethleem Iudæ, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in oriente, & venimus adorare eum. Matth. 2

Ostendit quemadmodum seruator iuxta prophetar oracula in Bethleem natus, & gẽtibus sit agnitus. Voluit eñ omnibus esse perspicuus, q venerat seruandis omnibus, vt & bonis innotesceret ad salutem, & impijs adimeret omnẽ ignorãtiæ excusationem. Nec omnes eadem ratione pertraxit ad sui notitiam, sed singulos paulatim allexit rebus iam persuasis & familiaribus. Iudæi prophetis habebant fidem, signis & prodigijs commouebantur, atque harum illecebra pellexit eos. Persæ & Chaldæi multum tribuebant astris, vt huic philosophiæ potissimum dediti, e cuius peritia mirabilem quendam orbis instauratorem promiserant. Nato ergo Iesu, ex virgine vera carne sumpta in Bethleem Iudæ, ad differentiam alterius quæ est in tribu Zabulon, Iosu. 9. Quia de semine Dauid, Iste Herodes Ascalonita, natione Idumæus, cuius filius Herodes Antipas, occidit Iohãnem, & Christum illusit, Luc. 23. Fuit alter Herodes Agrippa, qui Iacobũ occidit, Actu. 12. Meminit ergo regis alienigenæ, vt ostenderet quemadmodum locum, sic & tempus diuinis consentire oraculis. Gene. 49. Non auferetur sceptrũ de Iuda, nec dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est. Chrysostomus: Quamdiu sub propriæ gẽtis regibus & ducibus fuerunt, misit eis deus prophetas: sed nunc sub alienigenis misit filium seruatorem. Figurabatur iam nũc regnũ Iudæor (hoc est, synagogæ) deficere, & Christi consurgere. Magos Persæ vocant, philosophię suspiciendos professione, quemadmodum Iudæi suos scribas, Græci philosophos, Latini doctores nominant. Dicunt isti reges Psalm. 71. Iob magnus in oriente cum suis amicis, Iob. 2. Qui & reges appellantur Tob. 2. Aureo eñ illo seculo per sapientiam, non potentiam gubernabant, nunc per potentiam & stultitiam. Venerunt ab oriente. Chrysostomus: Vnde dies nascitur, inde iratium fidei processit, q a fides lumen animæ. Et quo, quod stella veluti per somniũ docuerat, cominus discerent & exactius, nil deterriti itineris magnitudine, Hierosolymã sese

præuia stella cõferunt: siue quod illic agebant scribæ & phariſæi, in lege & prophetis eruditi, siue quod intellexerant regem eum haud procul ab Hieroſolymis naſcituꝝ, & ſic ipſos Hieroſolymitas non latere, quod ipſi tam inſolito in oriente indicio cognouiſſent. Iam enim certi natum eſſe, ſolum quærũt de loco in quo tam inclytus partus foret. Sed nuſquam ſerius ac difficilius innoteſcit Chriſtus, quàm in vrbibus opulẽtis, in aulis principum, & apud ſapientiæ profeſſione turgidos. Mirabilis fides, & mirabilior conſtantia, non em̃ dubitabant natũ, cui diuinus exhibẽdus honor, nec Herodis, neq; Cæſaris formidarunt potẽtiam, ſtella duce, quæ luce ſua monſtrauit opificem illuſtrati. Baruch 3. Et luxerunt ei qui fecit illas. Roma. 1. Inuiſibilia enim dei, à creatura mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Secundum Hieronymum ſucceſſores Balaam, ex illo Nume. 24. Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael, & pcutiet duces Moab. ſtellam in ortu Chriſti, de ſemine Iacob nati, apparituram credebant, cuius ortũ obſeruabant, quæ illuſtrior cęteris apparens, ſimul cum mentis illuſtratione foris ducatum p̃ſtitit. Differebat autem à cæteris ſtellis: Situ, quia tam prope, vt certum prope deſignaret locum: Motu, nã per iter directũ Magos direxit: Effectu, quia die & nocte lucebat. Venimus, aiunt, perſonaliter iter peregimus. Non ſufficiebat per nuncios rem peragi: ipſi nos cultum debitum regi impendere volumus. Eſa. 42. Ego dominus, hoc eſt nom̃ meum, gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam ſculptilibus. Hunc titulũ Iudęi ſemper reiecerunt. Nam Chriſtum de eo accuſarunt. Luc. 23. Hunc inuenimus dicentẽ ſe Chriſtum regem eſſe. Eidem renuntiarũt Iohan. 19. Non habemus regem niſi Cæſarem. Actu. 3. Negaſtis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti. Dani. 9. Et non erit eius populus qui eum negaturus eſt. Publicari prohibuerũt Iohan. 19. Noli ſcribere, rex Iudæorum. In cruce Chriſto improperando, Matth. 27. Si rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce. Econtra gentes honorarunt, vt hic claret in Magis, & Pilatus ait Iohan. 19. Quod ſcripſi, ſcripſi. Hieronymus: Ad cõfuſionem Iudæoꝝ, oritur ſtella in oriente, quã futuram, Balaam cuius erant ſucceſſores, vaticinio Magi nouerant, vt Iudæi à gentibus Chriſti natiuitatem diſcerent. Nec enim aliã ob cauſam ſtella viæ dux Magos Hieroſolymam ingreſſuros deſeruit ad tempus, niſi vt illorum percontatio diuulgaret rumorem nati pueri, & Iudæi inexcuſabiles forent, qui non ſolum non quæſierunt, ſed poſt agnitum occiderunt.

Audiens autem Herodes rex, turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo. Et congregans omnes principes ſacerdotum & ſcribas populi, ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur. At illi dixerũt: In Bethleem Iudæ. Sic em̃ ſcriptũ eſt per prophetam: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te exiet dux, qui regat populum meũ Iſrael.

Improbus, data occaſione, ſemper fit improbior. ſic ſapiens, occaſione præbita, ſapiẽtior. Nam poſtquam audierat Herodes natũ, quem metuebat naſciturum, quũ eſſet alienigena, quia Idumæus natione, & audierat à Magis viris & eruditione & fortunæ ſtrepitu nequaquam aſpernandis, conturbatus eſt animo. Chryſoſtomus: Sicut ramũ arboris in excelſo poſitæ, etiam ſi ventus leuis flauerit, mouet, ſic ſublimes homines leuis nũtij fama perturbat: humiles vero, ſicut in conualle, plerunq; in tranquillitate conſiſtunt. Iob. 15. Sonitus terroris ſemper in auribus eius, & cum pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur. Sed quod Hieroſolyma, quis nõ obſtupeſcat? Vere, qualis rector ciuitatis, tales & inhabitantes eam, Eccl. 10. & Proue. 29. Princeps qui libenter audit verba mendacij, oẽs miniſtros habet impios. Facile enim turbantur, qui pacem pectoris amiſerunt. Eſa. 48. Non eſt pax impijs, dicit dominus. Nam quum gaudere deberent, q̃ rex ſuus à Perſicis regibus adoraretur, turbati ſunt & moti ſicut ebrius, & omnis ſapientia eoꝝ deuorata eſt, Pſal. 106. Intelligens autem Herodes illos de inſigni illo Iudæorum rege ſciſcitatos, quo rem cautius ageret, & certis indicijs puerum deprehendere poſſet & occidere, ſapiẽtes ſub ſpecie bona congregatos interrogat, vbi Chrũs naſceretur. Hunc expectabãt Iudæi. Iohan. 4. Scio quia Meſſias venit, qui dicitur Chriſtus, & regnaturꝝ temporaliter, quemadmodum & moderni, dicta prophetarum de ſecundo aduẽtu, qui glorioſus, ad primum qui humilis, detorquentes. Zacha. 9. Ipſe pauper aſcendens ſup aſinam. At illi nondum odio furentes in Chriſtum, quem nondum viderant, ſimpliciter & incũctanter reſpondẽt, propheticum teſtimonium adducendo Mich. 5. Et tu Bethleem terra Iuda, in ſorte Iuda nequaquam minima es. Nec Hebraica veritas, nec. LXX. interpretatio ſic habet, ſed Matthæus dicta ſcribaꝝ & ſacerdotum allegat. Senſus autẽ is eſt: Et tu Bethleem

leem Ephrata, minima quidē es in ciuitatibus Iuda, & tantis millibus cōparata, vix paruus viculus, sed ex hoc paruo viculo exibit, qui dux sit in populo meo. Exibit tēporaliter q exit æternaliter à patre. Mich. 5. Et egressus eius à diebus æternitatis. Iohā. 16. Exiui à patre, & veni in mūdum. Dux, Esa. 55. Ecce testem populis dedi eū, ducē & præceptorem gētibus. Deut. 32. Dominus solus dux eius fuit. Felices qui hunc sequūtur ducē: nam in terram ducit viuentiū. Psal. 22. Dñs regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit. Esa. 49. Super vias pascētur, & in omnibus planis pascua eorꝝ, non esurient neqꝫ sitient, & nō pcutiet eos æstus & sol, quia miserator eorꝝ reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. Mira Iudæorum cordis duritia, q alijs ostenso loco natiuitatis eius, quem tanto desiderio patres expectarunt & expetierunt, ipsi nec cū alienigenis requisierunt, nec prædicanti postea crediderūt. Quapropter diuina dispēsatione interrogantur, vt veritatem confiteant, & ex hoc iuste, qa credere noluerunt, cōdemnētur. Maximus: Ecce ad inquirendum regem regū, vna Chaldæos stella pertraxit. Iudaicū vero populum ad obedientiam dei sui, nec ignea quondā columna cōuertit. Nec quenq̄ moueat tanta hæc perfidia Iudæorꝝ, qꝫ Christi illos fidē suscipere, neqꝫ noui stella fulgoris, neqꝫ parturiens virgo perculerit, q nec tūc qdem deo suo credere voluerūt, cū illos per arentia deserta, ipso comitāte deo, cælū pasceret, & petra potaret.

Tunc Herodes clam vocatis magis, diligenter didicit ab eis tēpus stellæ q̄ apparuit eis: & mittēs illos in Bethleem, dixit: Ite, & interrogate diligēter de puero: & cū inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniēs adorem eum.

Clām rem perscrutatur, quum esset alienigena & suspectos haberet Iudæos, vt cogni to loco & tēpore, cognosceret puerꝫ, quē sine strepitu e medio tolleret. Hinc diligenter didicit tēpus stellæ qua apparuisset, id est, quo tempore apparuisset. Magi vero, vt nō est suspicios pietas, nihil illum celāt, haud quaq̄ suspicātes eū esse tam immanē, vt in infantem vixdum natū, sæuire vellet: neqꝫ tam ferocē & furiosum, vt se speraret humanis cōsilijs oppressurum, q̄d diuinitus ageret. Indicato tēpore, ille rursus indicat locum quem à scribis didicerat, dicēs: Ite & interrogate diligēter de puero. Cōtemptibiliter dicit, de puero, nomē potestatis nō ferens in eo. Sibi primum volebat innotescere puerꝫ, vt eum prius tolleret e medio, q̄ populus Iudęorꝫ eum plene resciissent natū: Deo interim & hoc procurante, vt incolumes redirēt magi, suis regionibus annūciaturi Christū. Rabanus: Finxit nutu & verbis se velle eum adorare, quem inuida cogitatione tractabat occidere, malitiā cordis depingēs colore humilitatis, vt magi alacrius redirēt, nec Iudæi, quorum futurus erat rex, ipsum absconderēt, volēs sceleratam suā cōscientiā latere, quasi ignoret deū nihil latere posse. Esa. 29. Væ qui profundi estis corde, vt à dño abscondatis consilium, quorꝫ sunt in tenebris opa, & dicūt: Quis videt nos? aut qs nouit nos? Hiere. 9. Sagitta vulnerans lingua eorꝫ, dolū locuta est. Leo: O stultæ æmulationis impietas, qua perturbandū tuo putas furore diuinū cōsilium. Dñs mūdi tēporale nō quærit regnū, q præstat æternū. Proue. 21. Nō est sapiētia, nō est prudētia, nō est consiliū contra dñm.

Qui cum audissent regem, abierunt. Et ecce stella quam viderāt in oriē- 9
te, antecedebat eos, vsqꝫ dum veniens staret supra vbi erat puer. Vidētes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde.

Abierunt sine mora & malitia. Quum eñ ipsi dolo carerēt, putabāt & illum sine dolo loq. Claret autem stellam disparuisse quo ex lege, legis requirere cogerētur, ad suam cōfirmationē & Iudæorꝫ cōdemnationē, autorē. Augu. Magnū cæcitatis Iudæorꝫ testimonium, extitit illuminatio gētium: qa in terra eorum isti requirebāt, quē illi in sua non agnoscebāt. Stella iterum apparēs, omnē ex animis illorum solicitudinē dispulit, iāqꝫ certa spe & gaudio pleni, neglectis hominū iudicijs cœlestem ducem secuti, noui regis patulum, sordidū videlicet stabulū vident. Leo: Dedit aspiciētibus intellectum, qui p̄stitit signū, & q̄d fecit intelligi, fecit inqri, & se inueniēdum obtulit req̄situs. Ostendit euāgelista eos inæstimabili gaudio repletos, & oraculo scripturæ & ducatu stellæ certificatos. Glossa: Gaudeo gaudet magno, q de dño gaudet, qui verꝫ est gaudiū & impmixtū. Philip. 4. Gaudete in dño semp. Galat. 5. Fructus aūt spūs, charitas, gaudiū, pax. De mūdano dicit Proue. 4. Risus dolore miscebit, & extrema gaudij luctus occupat.

Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus & myrrham.

Ingrediuntur, reperiunt infantem, nihil à cæteris specie differentem, reperiunt matrẽ nihil magnificum præ se ferentem, paupertatem & humilitatem tota suppellex testabat. Sed nihil his rebus commouetur syncera pietas. Si terrenũ quæsissent regem, certe confusi fuissent tanti itineris incassum consumpto labore: nunc qa cœlestem inquirunt, spiritu illuminati, hæc non necessitatis, sed dispensationis esse diuinæ agnoscunt in figurã, quod puer iste non mundanam & transitoriam, sed cælestem & æternam daturus esset sibi credentibus felicitatem. Chrysostomus: Gaudebant oculi eorum humilem aspicere, quem spũs terribilem cordibus eorum monstrabat. Quid enim senserint de puero, ostẽdunt, quum prostrati adorant eum, quẽ multis argumentis didicerunt ꝙ esset deus. Adoratio enim latriæ soli deo debetur. Deute. 6. Matth. 4. Dominũ deũ tuũ adorabis. Heb. 1. Et cum introducit primogenitum in orbem terrarẽ, dicit: Et adorent eum oẽs angeli. Apoc. 22. Deum adora. Hinc Mardocheus ait Hester. 13. Timui ne honorẽ dei transferrem ad hominẽ, & nequaq̃ adoro nisi dñm deũ. Est & alia frequens in scriptura, q̃ dulia dicitur, q̃ proprie non dicit adoratio, sed reuerentiæ exhibitio, ob dignitatẽ quampiam Gene. 27. Adorẽt te tribus, ait Isaac benedicens Iacob. Sic Iacob pronus in terrã septies adorauit, donec appropinquasset frater eius Esau, Gene. 33. Adorauit & summitatẽ virgæ Ioseph, Gene. 49. Hæc differẽtia pulchre ostẽditur. 1. Para. 29. Et benedixit oẽs ecclesia dño deo patrũ suorum, & inclinauerunt se, & adorauerunt deũ, & deinde regem. Non est credendũ, ꝙ Dauid sanctus in tam sancto opere diuinos suscepisset honores, & si sic, nõ sine vindicta dei, quemadmodũ Herodes Acto. 12. Qui consumptus à vermibus expirauit, eo ꝙ nõ dedisset honorẽ deo, acclamãte populo, dei voces & nõ hominis. Fidem aũt quam corde conceperant, & ore professi fuerant dicendo, Vbi est qui natus est, &c. muneribus protestant. Apertis eñ thesauris, Psal. 71. Reges Tharsis & insulæ munera offerẽt, reges Arabum & Saba dona adducẽt, Esa. 60. Oẽs de Saba venient, aurum & thus deferẽtes, & laudem dño annunciantes. Accepta haud dubie oblatio. Nã fuit iusta, quia apertis thesauris suis, non alienis. Proue. 4. Honora dñm de tua substantia. Eccl. 34. Qui offert sacrificium de substãtia pauperis, quasi qui victimat filium in cõspectu patris sui. Secũdo fuit voluntaria Psal. 53. Volũtarie sacrificabo tibi. 2. Cor. 8. Hilarẽ datorẽ diligit deus. Exod. 35. Egressa oĩs multitudo filiorũ Israel de cõspectu Mosi, obtulerũt mẽte promptissima atque deuota primitias domino. 1. Paralip. 29. In simplicitate cordis mei lætus obtuli vniuersa hæc, & populum tuum qui hic repertus est, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria. Verba sunt Dauid. Tertio recta, quia ei, deo. 1. Par. 29. Tua sunt omnia, & quę de manu tua suscepimus, dedimus tibi. Ideo ad dei gloriã ordinãda. Mat. 6. Cum facis elemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritę faciunt in synagogis & in vicis, vt honorificent ab hominibus. Quarto pretiosa. Exod. 23. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Vnde ad munera Cain non respexit dominus, sed ad Abel & munera eius, Gene. 4. Malach. 1. Maledictus dolosus, q habet in grege suo masculum: & votum faciens, immolat debile domino. Magi vero destinatis muneribus, in vno. hom̃e mortalitatem, sacerdotium & regnum venerati sunt. Siquidem aurum regi cõuenit, thus sacerdoti, myrrha morituro. Natus est mortalis, sacrificauit in cruce, vicit resurgẽs, regnat in cælis. Sic & nobis triplex aperiendus thesaurus. Cordis, Luc. 6. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona. de quo feruida dilectio offerẽda. Apoc. 3. Suadeo tibi emere aurum ignitum. 1. Corinth. 13. Maior horum est charitas. Coloss. 3. Super omnia hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Oris, Prouer. 21. Thesaurus desiderabilis requiescet in ore sapientis, de quo orationem puram. Psal. 140. Dirigatur domine oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Apoc. 8. Ascẽdit fumus aromatum de manu angeli, de orationibus sanctorum. Operis, Matth. 13. Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro. de hoc mortificationẽ condignã offerre debemus. Galat. 5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Coloss. 3. Mortificate membra vestra quæ sunt super terram.

Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viã reuersi sunt in regionem suam,

Haud sine magno cordis gaudio, à castissima matre instructi & confortati, quemadmodum pastores, reuersi sunt, laudantes & glorificantes deum super omnibus quæ audierant & viderant. Si eunuchus reuersus est gaudens, instructus à Philippo. Acto. 8. & baptizatus, quantum isti, viso eo quem prophetæ & reges videre desiderarũt, Matt. 13. Quod per aliam reuersi sunt viam, per mysterium, idq̃ diuino oraculo, designat ꝙ prima nostra via sit carnis, mundi & peccati: qua, quæsito domino & adorato, non amplius

plius nobis est incedendum. Proue. 12. Iter deuium ducit ad mortem, sed alia illi prorsus cõtraria, quæ est spũs, gratiæ atq; dei. Psal. 118. Deduc me domine in semita mãdatorum tuorũ, quia ipsam volui. Heb. 13. Non habemus hic manentẽ ciuitatem, sed futuram inquirimus. Hinc Ephe. 2. Non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domesti ci dei. Philip. 3. Nostra autem conuersatio in cælis est.

¶De purificatione, Lucæ. II.

## ARTICVLVS XI.

ET postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Mosi, tulerunt Iesum in Hierusalem, vt sisterẽt eum domino, sicut scriptum est in lege: Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctũ domino vocabitur: & vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Luc. 2 P

Ostendit dominum, qui non venit legem soluere, sed adimplere, Matth. 5. legem complentem, per sanctos spiritu dei repletos, legis dominum & consummatorem comprobatum. Præscripserat lex, vt omne masculinũ, simul atq; vulua matris aperta prodiret in lucem, haberetur domino sacrum, siue natum ex hominibus esset, siue ex brutis animalibus, Exo. 13. vt hinc quoq; primitiæ cederẽt sacerdotibus, sic tamẽ, vt hominis primogenitum à sacerdotibus redimeretur, nisi puer eẽt tribus leuiticæ, Exo. 34. Atqui lex ipsa palam liberat hanc sacram puerperam ab obligatione sua, quæ ait Leuit. 12. Mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, & die octauo circuncidetur puer, ipsa vero trigintatribus diebus manebit in sanguine purificatiõis. Siquidẽ hæc nec mulier erat, quæ virum nesciebat; nec semine suscepto aliunde pepererat. Hic enim fœtus cælestis nec ingrediens nec egrediẽs, virginalis vteri claustra violauit, sed cõsecrauit potius & consignauit, ne in posterum etiam vel corpus illius veluti tẽplum semel deo dicatum, vel animus deo myrothecium sancti spũs, vllis humanis inquinamẽtis pateret. Ezech. 34. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, quoniam dominus deus ingressus est per eam, eritq; clausa principi. Nec hic tamen modestissima virguncula refugit speciem vulgarium puerperarum, quum in partu hoc nihil esset inquinamenti, nihil nisi cælesti puritate, sanctimoniaq; plenum. Primo, ob humilitatis exemplum. Vera enim humilitas non vult humilis prædicari, sed vilis reputari, vt dicit Bernardus. Beda: Sicut dominus noster & seruator qui diuinitate legẽ dedit, apparens in homine, fieri voluit sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem reciperemus filiorum, Galat. 4. ita etiã beata virgo genitrix illius, quæ singulari priuilegio supra legem fuit, pro ostẽdendo humilitatis exemplo, legalibus non refugit subdi institutis. Eccl. 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam. Secundo ob scandalum vitandum. Sic filius Matth. 17. ne scandalizaret vectigal colligẽtes, didrachma soluit. Exhibitus est igitur dominus veluti legi obnoxius in templo, qui dominus erat omnium cælestiũ ac terrestriũ. Non enim erat licitum eis sacrificare, nisi in loco quem elegit dominus, Deute. 16. Redemptus est exiguo precio, qui sui sanguinis precio redẽpturus erat vniuersum mundum. Fuit enim oblatio pauperum, vt patet Leuit. 12. Quod si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures, vel duos pullos columbarum, vnũ in holocaustum, & alterum pro peccato, orabitq; pro ea sacerdos, & sic mundabit. Non dubium quin huberius fuerint largituri, nisi tenuitas obstitisset. Aderat diues animus, sed ad exemplum nobis parãdum, vtilior professio erat paupertatis. Beda: Dominus noster per omnia memor salutis nostræ, non solum homo fieri cum deus esset, sed etiam cũ diues esset, pauper fieri dignatus est pro nobis, vt nos sua paupertate & humanitate, diuitiarum & diuinitatis suæ donaret esse participes. 2. Cor. 8. Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi, qui cum diues esset, propter vos egenus factus est, vt illius inopia vos diuites essetis. Nec sine magno mysterio agnũ typicum non obtulit, quũ agnũ exhiberet domino, qui tollit peccata mundi, Iohan. 1. Finis autem legis Christus, Romañ. 10. Nihil enim ad perfectum adduxit lex, Hebr. 7. Hinc ipse factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, 1. Cor. 1. Quia sacrificia legis veteris accepta non erant, nisi in fide offerentium, in quantum figurabant Christum, verum & perfectum sacrificium. Heb. 11. Fide Abel plurimam hostiam quàm Cain obtulit deo, per quam testimoniũ cõsecutus est esse iustus. & 10. Impossibile est sanguine taurorũ & hircorũ auferri peccata.

Ideo ingrediens mundum, dicit: Hostiam & oblationem & pro peccato, noluisti, corpus autem aptasti mihi. Athanasius: Iussit deus bina offerri, quoniam ex corpore & anima homine existente, duplicē poscit deus à nobis castitatē & māsuetudinem, animæ videlicet & corporis: alioqui erit homo hypocrita, gerēs tegumētum occultæ malitiæ: Beda, Mystice designat fideliū gratissimā deo per has aues oblationē. Columba simplicitatem, turtur castitatem designat: quia & simplicitatis columba, & castitatis amatrix est turtur, ita vt si coniugem casu perdat, non alium quærere curet. Vnde in laudibus ecclesiæ loqtur dominus Cantic. 1. Pulchræ sunt genæ tuæ vt turturis. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra: oculi tui, columbarum. Genas quippe turturis habet, qui ab omni impudicitiæ peste castum se custodit & mundū: Oculos columbarum, qui nulli nocere desiderans, etiam inimicos simplici amore intuetur. Et qa vtraq; auis gemitū pro cantu habet, sanctos in hoc seculo ploratū designat. Iohan. 16. Amen amen dico vobis, qa plorabitis vos & flebitis, mūdus aūt gaudebit. Matth. 5. Beati q lugent, qm̄ ipsi cōsolabuntur. Merito ergo columba & turtur dño in hostiā offeruntur, qa nimiꝝ simplex & pudica fideliū conuersatio, gratū est illi sacrificium iustitiæ. Psal. 50. Quia q laborat in gemitu suo, q lachrymis stratum suum per singulas noctes abluit, acceptissimā prorsus deo victimā mactat. Item par turturum offerri lex iubet, ostendēs q̄d ex castissimo coniugio procreatus sit. Aut duos pullos columbarum, vt multiplicatio prolis huius signetur.

Et ecce homo in Hierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus erat & timoratus, expectans consolationem Israel: & spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat a spiritu sancto, nō visurum se mortem, nisi prius videret Christum domini.

Ponit testimoniū Christi à fide dignis. Commendatur à famæ claritate, qa notus & famosus in ciuitate sancta, religione & studio legis famosa, Acto. 2. Secundo, à vitæ sanctitate. Nam bene fuit ordinatus erga deum, secūdum duas partes iustitiæ: Faciendo bonum, quia iustus. 1. Iohan. 3. Qui facit iustitiam, iustus est. Sap. 10. Iustum deduxit dominus per vias rectas. Declinando à malo, quia timoratus. Prouer. 15. Per timorem domini declinat oīs à malo. Eccī. 1. Qui sine timore est, nō poterit iustificari. Ideo Eccles. 7. Qui timet deum, nihil negligit. Timore casto, sancto & filiali, qui timet offensam & clementissimum deum, vt patrem inhonorare abhorret. Psal. 33. Timete dominum omnes sancti eius. Beda: Difficile sine timore iustitia custoditur, non seruili, sed filiali: quia iustus quanto plus diligit deum, tāto solertius offendere cauet. Item ad proximum, non suam tantum, sed populi expectans cōsolationem, peccatorum remissionem, à diabolo & inferno redemptionem, & æternæ vitæ adeptionem. Senecta iam frigidus, sed spiritu feruens: effœto corpore, sed animo vegeto: ætate marcidus, sed vitæ innocentia iam floridus: nimirum vere iustus, vereq; pius ac religiosus, non venans exemplo pharisæorum gloriam ac quæstum ab hominibus, sed publicæ salutis auidus, quem nulla voluptas in hac vita remorabatur, nisi vt videret oculis suis eum, quem in hoc prophetarum oracula promiserant venturum, vt consolaretur Israeliticum populum. Tertio, ad seipsum, qa spiritus sanctus cum eo. Alioqui non fuisset iustus, pius & religiosus. Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, Iaco. 4. Sap. 1. In maleuolam animam non introibit sapientia. Et quia spiritualem, non carnalem Iudæorum consolationem votis omnibus expectabat & precabatur, erat illi promissum oraculo, non experturum se mortem, nisi videret quem deus vnxerat supra omnes mortales, vt æterno regno, nec vnquam finiendo sacerdotio potiretur.

Et venit in spiritu in templum. Et quum inducerent puerum Iesum in tēplum parentes eius, vt facerent secundum cōsuetudinem legis pro eo, & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit deum.

Beda: Eadem gratia qua venturum prænouerat, venientem cognouit. Esa. 64. Occurristi lætanti & facienti iustitiam. Perpende quod spiritum sanctum habuit inhabitatorē, doctorem & ductorem. Psal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. O quàm felices tales. Roma. 8. Qui spiritu dei aguntur, ij̄ sunt filij dei. Si quis spiritū Christi non habet, is non est eius. Non omnes in spiritu sancto veniunt in templum, sed quidam in spiritu superbiæ, vt ambitiosi, dignitates & honores aucupantes. Alij̄ auaritiæ, vt Simoniaci. Alij̄ vanæ gloriæ & simulationis, vt hypocritæ. Alij̄ vanitatis & curiositatis, sicut fabulatores. Hi dominum non merentur in vlnas recipere, sed per dominum e templo ex-

plo expelli. Notanter euangelista dicit, vt facerent secundum consuetudinem legis: quia non quo ad legis obligationem, sed quo ad tẽporis determinationẽ, & humilitatis perfectæ exhibitionem, Maria purificationẽ peregit, primogenitum exhibẽdo in templo, sacrificium offerendo & filium redimendo. Nume. 18. & Leuit. 12. Non igitur se continuit pietas senilis, quin desideratum infantulũ complecteretur vlnis suis. O quàm felix & ineffabile gaudium pium illud sensit pectusculum, quum puerum illum tot millibus annorum expectatum, tam libera licentia, pro voluntatis beneplacito amplexatur, deosculatur. Quis enim ignem consumentem in sinu portet sine combustione? fonti se immergeret sine madefactione? Nouit se contactu sancti sanctorum indignum, sed vicit amor vehemẽs rationẽ, & ad vnionem & amplexum impulit senem. Hinc erupit mox defectura vox in laudem dei, veluti cygneam quãdam cantionem promens.

Et dixit: Nunc dimittis seruũ tuum domine, secundũ verbũ tuũ in pace.

Solet syncera pietas in primis diuinam recognoscere in beneficijs & efferre bonitatẽ. Hinc gratiæ naturã describit, agnoscit se seruum, agnoscit & tempus gratiæ. Nunc, quo dies sanctificatus illuxit nobis, quo illatam recipimus gratiam in medio templi, Psal. 47. Malac. 3. Statim veniet ad templum sanctum suum dominator quæ vos quæritis, & angelus testamenti quem vos vultis. O vtinam tam prope sentiretur in cordibus nostris, q̃ cum senfit annosus senex. Satisfactum est, inquit, domine votis meis: hactenus dilatus ẽ dies dormitionis meæ: sed tu qui vitæ & mortis habes imperium, Sap. 16. nunc dimittis. Attende quomodo sancti habent pro vinculo corpus. Galat. 6. Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Roma. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Agnoscit autem se seruum & domino mancipatũ, non timore seruili (qui metuit pœnam magis, quàm culpã & offensam, qui nõ manet in domo in æternum, Iohan. 8. & 15. Iam non dicam vos seruos) sed filiali, cui ait dominus Matth. 25. Euge serue bone & fidelis. Roma. 6. Nunc igitur liberati à peccato, serui autem facti deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitã æternam. Hinc notanter dicit, tuum, nõ mũdi. Iacobi. 4. Amicitia huius mundi, inimica est deo. Non carnis. Romañ. 16. Huiusmodi Christo domino nostro non seruiunt, sed suo vẽtri. Philip. 3. Quoꝝ deus vẽter est. Sed Roma. 6. Sicut exhibuistis mẽbra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniqtatẽ, ita nunc exhibete seruire iustitiæ in sanctificationem. Non diaboli. Matth. 6. Nemo potest duobus dominis seruire, Luc. 11. Qui non est mecum, contra me est. Ideo secundũ verbũ tuum, dimittis me animo placido requietoq̃, neq; quicq̃ præterea desiderantẽ in hac vita, sed cupidum etiam ex hoc corpusculo senili demigrandi ad felix consortium piorum hominum, qui diem hunc expectarant, nec videre contigit nisi spiritualibus oculis fidei. Priusquam vidissem, non pacata mente eram, expectans illum: nunc ipso viso, pacẽ consecutus sum. Vide quid prædicit, imo quid intelligit esse in mũdo, & esse in deo sine mũdo. Nota triplex esse. Esse in mundo sine deo, est seruire peccatis: & talis, captus est. Prouer. 5. Iniquitates suæ capient impiũ, & funibus peccatorum suoꝝ constringetur. Voluitur enim & reuoluitur sicut mare. Esa. 57. Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Psal. 37. Non est pax ossibus meis à facie peccatoꝝ meoꝝ. Alterum est esse in mũdo cũ deo, & illud necdum perfectũ est, quum habeat secum pugnantẽ mundũ, carnem & diabolum. Iob. 7. Militia est vita hominis super terram. Ioban. 16. In mundo pressurã, in me pacem habebitis. In hac pace sunt iusti. Roma. 5. Iustificati ex fide, pacem habeamus ad deũ. Hãc per Christũ habemus. Ephe. 2. Ipse enim est pax nostra, q̃ fecit vtraq; vnũ. Coloss. 1. Pacificãs per sanguinẽ crucis siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt. Tertium est esse cum deo sine mũdo. Illud est regnum pacatissimum, in quo agnus dei in nobis, & nos in ipso regnamus. Esa. 32. Sedebit populus in pulchritudine pacis. Hac eñ tuti sumus, nec metuemus hostem, nec senectutis sentiemus incommoda, nec deformitatẽ horrescemus. Apocal. 21. Absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt. Posuit enim fines Hierusalem pacem, Psalmo. 147. Hinc dicitur princeps pacis, Esa. 9. Ideo admonet Apostolus Heb. 4. Festinemus ingredi in illam requiem. Quid nos miseri prætexemus? qui mori ianua iam aperta timemus, plane ostendimus, quòd non Christi, sed vel mundi, vel carnis serui sumus, qui non in pace dimittuntur, quemadmodum ij qui cupiunt dissolui & esse cum Christo, Philip. 1. sed rapiuntur à rugientibus præparatis ad escam. Sic diues ille audiuit, Luc. 12. Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: & quæ parasti, cuius erunt?

Esse triplex.

Quia viderunt oculi mei salutare tuum.

Quomodo desideraſſet transferri à mundo ad perfectam quietem & pacem, adiecit cauſam aliquantam. Nam oculi carnis hominem, mētis deū, per fidem ſeruatorem promiſſum viderunt, non ſine ingenti gaudio. Luc. 10. Multi reges & prophetæ voluerūt videre quæ vos videtis, & non viderūt, ait dominus diſcipulis. Si Abraam in ſpū & figura diem Chriſti futurum præuidit, & gauiſus eſt, Iohan. 8. quid hic ſenex quum in vlnis tenebat, amplexabatur, comprimebat, inter hubera q̄ reponebat, dicēs illud Cantic. 3. Inueni quem diligit anima mea: Tenui eum, nec dimittam: Sic videant oculi noſtri, aures, manus, & interiora noſtra, ſentiendo ſe ſalutem conſecuta, atq; in hoc tripudient, lætētur & gaudeant. Salutare dicit. Nam filius hominis non venit animas perdere, ſed ſeruare. Lucæ. 9. Venit enim quærere & ſaluum facere quod perierat. Lucæ. 19. Eſa. 52. Videbunt omnes fines terræ ſalutare dei noſtri. Sed videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. 1. Cor. 13. Iob. 19. In carne mea videbo deum ſaluatorem meum. Eſa. 33. Regem in decore videbunt.

## Quod paraſti ante faciem omnium populorum.

Parauit nobis, id eſt, gratia ſua diſpoſuit nobis dare eum, per quem ſalus omni populo. Pſalmo. 67. Paraſti in dulcedine tua pauperi deus. In primo aduentu omnibus paratus eſt, vt credant, diligant & ſanentur: in ſecundo parabitur, vt videant & rationem reddant. In conſpectu omniū populorum, hoc ſalutare paratum, vt omnibus pateat acceſſus. Non eſt acceptio perſonarum apud deum, ſed in omni gente qui timet deum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi, Actu. 10. 1. Timot. 2. Qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Pſal. 97. Notum fecit dominus ſalutare ſuum, in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam. Non eſt enim in aliquo alio ſalus, Actu. 4. Differenter tamen paratum eſt.

## Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael.

Eſt lux mundi prophetarum oraculis promiſſa, vt diſpelleret tenebras omnium gentiam, quæ cæcis oculis idola pro deo colebant, & nullam veritatis lucē aſpiciebāt. Quod autem in tenebris eſt, occultum manet, & ne ſe quidem cognoſcit. Cum vero adeſt lumen, reuelatur, manifeſtatur q̄, & ſe & alia videre poteſt. At hoc lumine ſic reuelatę ſunt gentes, (Eſa. 9. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam) vt & deum & ſe agnoſcerent. Nam quum per ea quæ facta ſunt, deum intellexiſſent, non tamen ſicut deum glorificauerunt, quapropter obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, Roma. 1. quare indigebant lumine quod illuminat omnem hominem, Iohan. 1. Eſa. 49 Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſq; ad extremum terræ. Aggei. 2. Veniet deſideratus cūctis gētibus. Proue 13. Spes quæ differtur, affligit animum. Lignū vitæ, deſiderium veniēs. Deſiderium, ſi compleatur, delectat animam. Iudæis paratū eſt in gloriam, excipiēdo promiſſum. Matth. 15. Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Imo ſalus ex Iudæis, Iohan. 4. Dicitur autem plebs dei ob ſpecialem cultum & fidem. Pſal. 75. Notus in Iudæa deus, in Iſrael magnū nomen eius, non iuxta carnem tantum, ſed iuxta ſpiritualem cognationem, quæ fide euangelica conciliatur. Iſrael enim eſt, quiſquis in hāc lucem pios intenderit oculos. Eſt ergo ſalus in amotione oīs mali, lumen in cognitione boni & mali, & gloria in adeptione omnis boni, quo ad omnes fideles. Romañ. 3. Omnes peccauerunt, & egent gloria dei. Ambroſius: Qui vult in pace dimitti, veniat in Hieruſalem, conuerſationem habeat cæleſtem, veniat in templum, imitetur exempla eorum in quibus deus habitat. Expectet dominum, accipiat in manibus, verbum dei brachijs fidei, ſpei & charitatis amplexetur: tunc dimittetur in pace, vt non videat mortem, quia vidit vitam. Eſaiæ. 55. In lætitia egredimini, & in pace deducemini, montes & colles cātabunt coram vobis laudem.

Luc. 2 Q

## Et erant pater eius & mater mirantes ſuper ijs quæ dicebantur de illo.

Oſtenſo quomodo Iudæis & gētibus manifeſtatus ſit in Bethleem, declarat nūc quomodo Iudæis in Hieruſalem, & quod ſuopte vitio non crediderunt. Ioſeph pater lege, non natura. Lucæ. 3. Vt putabatur filius Ioſeph. Origenes: Quoniam Ioſeph vere fuit vir Mariæ, cuius Chriſtus veraciter fuit filius, ideo magis proprie etiam dicitur filius Ioſeph, quàm ſi eſſet alitunde adoptatus. Matth. 1. Noli timere accipere Mariam cōiugem tuam, quod in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Ideo Maria mater tum lege, tum natura, imo ſupra naturam. Mater, ſed eius qui cum patre & ſpiritu ſancto vnus eſt deus, æternus, omnipotēs, & immēſus, q omī eſt creator, quē oēs adorant angeli, Heb. 1. Creſcebat puer, creſcebat & fama, Pſal. 138. Mirabilia opa tua dñe, & anima mea cognoſcet nimis.

Vere

Vere mirabilia opa creationis, quia de nihilo. Heb. 11. Fide credimus aptata esse secula, vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Heb. 1. Per quem, hoc est, filium, fecit & secula. Reparationis, quia proprio sanguine. Apoc. 5. Redemisti nos deo in sanguine tuo. Zacha. 9. Tu quoq; in sanguine testamenti, eduxisti vinctos de lacu in quo non erat aqua. Glorificationis, quia ineffabili modo. Esa. 64. A seculo nõ audierũt, neq; auribus perceperũt, oculus non vidit deus absq; te, quæ præparasti expectantibus te. Mirabantur ergo super his quæ dicebantur, & dicta erant ab angelo, pastoribus, Magis, Simeone, & Anna. Vtinam & nobis non stulta & contemptibilia videantur, quæ illis mirabilia erant. Verbum enim crucis, pereuntibus quidem stultitia est, his autem qui salui fiunt, dei virtus. Proue. 2. Fili mi, si susceperis sermones meos, & verba mea custodieris, intelliges iustitiã & iudicium.

Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

Est benedictio creationis, sicut deus creaturis benedicit, causando in eis esse naturæ & gratiæ. Psal. 106. Benedixit eis, & multiplicati sunt. Sic ergo deus benedicit principaliter, ministri vero eius ministerialiter. Nume. 6. Loquere Aaron & filijs eius: Sic benedicetis filijs Israel, & dicetis eis: Benedicat tibi dominus, & custodiat te. Ostẽdat dominus faciẽ suam tibi, & misereatur tui. Inuocabunt q; nomen meum sup filios Israel, & ego benedicam eis. Secundo laudis. Psal. 102. Benedic anima mea domino. Sic creaturæ benedicunt dominum. Benedixit autem Simeon illis, vt inferiores solẽt maioribus. Sic Elisabeth Mariæ. Luc. 1. Benedicta tu in mulieribus, vel vt supiores inferioribus, si fuit sacerdos. Heb. 7. Sine vlla cõtradictione q̃d minus ẽ, à maiori benedicitur. Cæterꝝ vbi parentibus benepcatus esset, conuersus ad Mariam, quæ vera mater, dixit: Filius hic tuus, quanq̃ datus est à deo ad hoc, vt salutem conferat omnibus, tamẽ hominum vitio fiet, vt quemadmodum multos dei donum amplectẽtes, erecturus est ad spem salutis æternæ, ita multi gẽtes Israeliticæ respuentes obuiam dei munificentiam, deijcientur in exitium æternum. Veritate per hunc prodita, cadent qui prius stare videbantur, exurgent, qui iacere videbantur. Ab omnibus Israelitis expectatus est, sed nõ ab omnibus suscipietur. Quomodo venit in indicium in hunc mundum, vt qui non viderunt, (de nationibus) videant, & qui vident cæci fiant, hoc est qui vident sibi videre de Iudæis. Iohan. 9. ita venit in ruinã & resurrectionem. Siue ergo ex gentibus, siue Iudæis, credentibus venit in resurrectionem non credentibus in ruinam. Roma. 9. Quid ergo dicemus? q̃ gentes quæ non sectabãtur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quæ est ex fide. Israel vero sectando legem iustitiæ, in legẽ iustitiæ non peruenit. Quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est Esa. 28. Ecce pono in Sion lapidem offensionis & petram scandali, & omnis qui credit in illum, non confundetur. 1. Petri. 2. Vobis igitur honor credentibus, non credentibus autem lapis quem reprobauerunt ædificantes: hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis & petra scãdali his, qui offendunt verbo, nec credũt in quo & positi sunt. Venit ergo in resurrectionem fidelium & electorꝝ, in ruinam infidelium & reproborum, sed non vniformiter. Nã in ruinam occasionaliter, in resurrectionem causaliter & directe. Osee. 13. Perditio tua, o Israel, tantummodo in me auxiliũ tuum. Beda: Magno sane metu fratres charissimi audienda sunt verba Simeonis. Desiderãter quidẽ audit, quod positus est in resurrectionẽ, quia ipse ait Iohan. 11. Ego sum resurrectio & vita, q̃ credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. Sed non minus terribiliter sonat quod prẽmittit, in ruinam. Infelix nãq; est, q̃ agnita resurrectionis gloria, deterius cadit, qui visa veritatis luce, grauioribus peccatorꝝ tenebris obcæcatur. 2. Petri. 2. Melius erat illis non cognoscere viã iustitiæ, q̃ post agnitionem retrorsum cõuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mãdato. Contingit enim illis illud veri prouerbij Proue. 26. Canis reuersus ad vomitũ, & sus lota in volutabro luti. Est ergo placita dño ruina simul & resurrectio. Ruina vitiorꝝ, resurrectio virtutũ. Habes male stantẽ supbiam? cadat, vt surgat quę iacet, humilitas. Stas peccato? tpe quo viuis, peccato cade, morere peccato. Coloss. 3. Mortificate mẽbra vestra quæ sunt sup terram, fornicationẽ, immunditiã, libidinẽ, cõcupiscentiã malã, auaritiã quæ est simulachrorum seruitus. Horꝝ omniũ vtilis ruina est, ad quam venit primũ Iesus, nec speres resurrectionẽ, nisi præcesserit ruina. Pctõr es? cadat in te pctõr, vt possis resurgere, & dicere. 2. Tim. 2. Si cõmortui sumus, & cõuiuemus. Sic & in signũ fœderis. Iohã. 3. Sicut exaltauit

Moses

Moſes ſerpentem in eremo in ligno, Num. 21. ita exaltari oportet filium hominis, vt oīs qui credit in illum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. 1. Timoth. 2. Vnus mediator dei & hominū, homo Chriſtus Ieſus. Sed cui à multis contradicitur. Bernardus: Habuit Chriſtus in factis obſeruatores, in dictis contradictores, in ſignis exprobratores, in tormentis ſuſtinuit illuſores. Diuinitati & humanitati contradicūt hæretici. Signo virginitatis (Eſa. 7. Dabit dñs vobis ſignū, Ecce virgo concipiet) contradicunt luxurioſi. Sap. 2. Vbiq; relinquamus ſigna lætitiæ, nullum ſit pratum ꝙd non petranſeat luxuria noſtra. Paupertatis, Luc. 2. Hoc vobis ſignū: Inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in præſepio. Auari. Luc. 16. Audiebāt hæc, de ſolicitudine vitanda, phariſæi qui erant auari, & deridebant eū. Humilitatis, Matth. 11. Diſcite à me, qa mitis ſum & humilis corde. Superbi. Iohan. 5. Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à ſolo deo eſt, nō quæritis. Acto. 7. Dura ceruice & incircūciſi cordibus & auribus, vos ſemp ſpiritui ſancto reſtitiſtis. Miraculis Iudæi. Mat. 12. Luc. 11. In Beelzebub principe dæmoniorū eīcit dæmonia. Iohan. 9. Hic homo peccator eſt. Doctrinæ, Iohan. 8. Teſtimoniū tuum non eſt verū. &. 10. Dæmoniū habet, & inſanit, qd eum vultis audire? Paſſioni, Matth. 27. Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Reſurrectioni, Matth. 28. Dicite qa nobis dormientibus, diſcipuli eius venerunt & furati ſunt eū. Signo dominicæ crucis infideles. 1. Corū. 1. Prædicamus Chriſtū crucifixū, Iudæis qdem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam, ſed multi (quod grauius) falſi fratres, dicentes ſe noſſe deum, & factis negantes, Titū. 1. Heb. 6. Rurſum ſibimetipſis crucifigentes filium dei & oſtentui habentes. Et tuam ipſius animam ptranſibit gladius. Beda: Dolor dominicæ paſſionis, quæ & ſi Chriſtū, vtpote dei filium, ſponte ſua mori, mortemq; ipſam reſurgendo deuicturum non dubitaret, vt e ſua tamen carne natum non ſine materno dolore potuit videre crucifigi. Nam & ferrum quod animā Ioſeph ptranſiſſe legitur, Pſal. 104. nil melius q̄ dura tribulatio intelligitur. Vnde dolores quos effugit parturiens, tempore paſſionis grauius ſuſtinuit. An non gladius lingua blaſphemantium? Matth. 27. Videamus ſi veniat Helias ad deponēdum eum. De cruce filij lachrymoſus clamor: Deus meus deus meus, vt quid dereliquiſti me? ac doloroſa commendatio, Iohan. 19. Mulier, ecce filius tuus. Viuus enim ſermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, Heb. 4. Vere ergo penetrauit cor eius, & per medium tranſierūt verba & facta malignātium. Pſalmo. 56. lingua eorum gladius acutus. Hiere. 9. Sagitta vulnerans lingua eorum. Tale ergo ſignum viſum eſt deo proferre ſub oculos omnium, vt clara veritatis luce ꝓlata, retegerentur cogitationes hominum, quæ latebant in corde. Oſtēſum enim eſt, qs bonis cogitationibus deum quæſierit, quis in Chriſtum crediderit, quis eius aduentum ſyncere optarit: quis etiam temporalia quærens, ac in Chriſti aduentu promiſſa putans, in eum tam pauperem, humilem & abiectum, credere ſpreuerit. Nox certum iudicium non habet, ac frequenter vmbras & inania rerum ſimulachra obīcit oculis. Sol exortus, diſcutit omnes præſtigias, ac ſuam cuique faciem, ſuumq; colorem reddit. Sic lux euangelicæ veritatis phariſæorum & ſcribarū hypocriſim, qui aliud in ore, aliud in corde gerebant, qui pertinaciſſimis ſtudijs Chriſto aduerſabantur. Gentes autem & publicani ſubita mutata vita, ſtudijs auidis doctrinam amplectebantur pietatis. Tempore paſſionis Iudæorum reuelata malitia, diſcipulorum ignauia, matris conſtantia, piorum triſtitia, impiorum lætitia: ſed domino reſurgēte, iſtorum exultatione in mœrorē conuerſa, illorum mœror in gaudium ſempiternum. Non autem hæc diſparium cogitationū reuelatio tunc ſolum facta in Iudæa, ſed etiam apud nos credenda eſt actitari. Et nunc eīm reuelantur cogitationes cordis, cum lecto vel prędicato ſalutis verbo, alij audientiū libenter auſcultant, gaudentes perficere actu quod auditu didicerint: alij faſtidientes quę audiunt, non hæc patrare agendo, ſed potius inſultando nituntur contraire. Origenes: Cogitationes malæ in hominibus erant, quæ propterea reuelatæ ſunt, vt occideret eas ille, qui pro omnibus mortuus eſt. Quæ hic reuelatæ non fuerint vt remittantur, in iudicio reuelabuntur vt puniantur. Sap. 1. In cogitatiōibus impij erit interrogatio. 1. Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare, donec veniat dominus qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.

Et erat Anna prophetiſſa filia Phanuel, de tribu Aſer. Hæc proceſſerat in diebus multis, & vixerat cum viro ſuo, annis ſeptē a virginitate ſua: & hæc vidua erat vſq; ad annos octogintaquatuor, quæ nō diſcedebat de tēplo, ieiunijs & obſecrationibus ſeruiens deo die ac nocte.

Deter-

Determinate describit propter historiæ veritatem. Exre nomen habuit, nimiꝝ à gratia, (quippe spū prophetico prædita) filia viri laudati de tribu Aser, qui fuit vnus duodecim patriarcharum. Gene. 30. & Deuter. 33. Hæc quum prouectæ esset ætatis & sanctitatis, non in aliud videbatur dilata, nisi vt quod ardentissimis optarat votis, anus videret, promissum infantem qui salutem esset allaturus populo Israelitico. Commendatur autē de statu virginali, quia virgo nupsit: coniugali, quia cum viro suo. Gene. 2. Erunt duo in carne vna. Heb. 13. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Viduali, quia vidua circiter annorum octogintaquatuor. Maior autem ætatis numerus. Quæ quamuis esset ætate vigenti, non cogitauit de repetendo matrimonio, sed veluti mundo mortua, ac deo iam dicata, non discedebat de templo, victimis euangelicis illi sacrificās, corpus ieiunijs & animum pijs votis & obsecrationibus, offerens se totam domino hostiam viuam, rationalem & acceptam. Roma. 12. Obsecro vos fratres per misericordiam dei, vt exhibeatis corpora vestra, hostiam viuentem, sanctam, deo placētem. 1. Timoth. 5. Quæ vere vidua est & desolata, speret in deum, & instet obsecrationibus & orationibus die ac nocte. Obsecratio, species est orationis, qua per rem sacram aliquid postulamus. Psal. 24. Secundum misericordiā tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam domine. Ieiuniū ad orationem disponit, & hæc duo potentia contra dæmones. Matth. 17. Hoc genus dæmoniorum non eijcitur nisi in oratione & ieiunio. Ieiunio enim sanantur pestes corporis, oratione pestes mentis. Digna quæ domino testimonium perhiberet. Beda: Non solum angeli, sed omnis sexus & ætas testimonium reddit nato puero. Cū em̄ habiturus esset multos contradictores, habere voluit & testes.

Et hæc ipsa hora superueniens, cōfitebatur domino, & loquebatur de eo omnibus qui expectabant redemptionem Israel.

Non casu vel ab homine vocata venit: sed suggesserat illi spiritus sanctus iam natum, iamq; adesse puerum tot seculis expectatum. Confitebatur domino, pro tanto beneficio laudans & gratias agens, quemadmodū Zacharias Luc. 1. & seruator pro illuminatione simplicium Matth. 11. Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Nec tacuit apud alios, sed eadem hora assistens, quod oculis viderat, quod afflatu didicerat, loquebatur oīb⁹ de puero, nō de mundo, carne. 1. Pet. 4. Si quis loquitur quasi sermones dei, qui non carnalem, (cuius opinionis discipuli fuerunt ante spiritus sancti aduentum, Lucæ. 24. Nos sperabamus, quia ipse redempturus erat Israel. Actorum. 1. Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? & moderni Iudæi) sed spiritualem expectabant à peccatis & diaboli tyrānide liberationem. Iohan. 1. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Galat. 4. At vbi venit plenitudo tēporis, misit deus filiū suū factū ex muliere, factū sub lege, vt eos q̄ sub lege erant redimeret, vt adoptionē filioꝝ reciperemus.

Et vt perfecerunt omnia secundum legem domini, reuersi sunt in Galilæā in ciuitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat & cōfortabatur, plenus sapientia, & gratia dei erat in illo.

Beda: In eo quod puer erat, crescere poterat & confortari, non in eo quod verbū: quia sic plenus sapientia & gratia. Crescebat ætate & corpore, confortabatur spiritu, plenus sapientia in intellectu: quia in ipso omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sunt reconditi, Coloss. 2. Et gratia, quo ad affectum pariter & effectum. In ipso em̄ inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, Coloss. 2. De cuius plenitudine omnes nos accipimus, Iohan. 1. Crescere debemus in virtutibus. 1. Petri. 2. Quasi modo geniti infantes, rationabiles, sine dolo, lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem: si tamen gustastis quoniam suauis est dominus. Nā vt dicitur Iob. 14. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs, qui nunquam in eodem statu permanet. Hinc proficimus vel deficimus. Hieronymus: Tam diu non relabimur retro, q̄ diu ad interiora & priora cōtendimus: at vbi cœperimus stare, descendimus: nostrūq; non progredi, retrogradi est. Philip. 3. Quæ retro sunt obliuiscens, ad anteriora me extendo. Bernardus: Omne profecto perdit bonum, qui melior esse non desiderat: & vbi incipis nolle esse melior, ibi desinis esse bonus. Coloss. 1. Ambuletis digne, deo per omnia placentes, & in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia dei in omni virtute. Profectum & fructū impedit defectus radicis. Sic charitatis. Matth. 13. Non habet in se radicē, sed est temporalis. Facta aūt tribulatione propter verbū, cōtinuo scādalizat. Ideo Eph. 3. In charitate radicati & fundati. Humiditatis. Luc. 8. Natum aruit, quia nō habuit humorem. Iohan. 4.

Qui

Qui biberit de aquâ quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Nutrimenti, sic verbi dei. Esa. 55. Quomodo descendit imber & nix de cœlo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti & panem comedenti: sic erit verbum meũ quod egreditur de ore meo. Nõ reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunq; volui, & prosperabitur in his ad quę misi illud. Hinc comminatur dominus. Amos. 8. Mittam in eos famem in terram, nõ famem panis & sitim aquæ, sed audiendi verbum domini.

¶ De fuga in Aegyptum, & innocentum occisione, Matth. II.

## ARTICVLVS XII.

R CVm Magi recessissent, Ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius & fuge in Aegyptum, & esto ibi vsque dum dicam tibi. Futurum est enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.

Ostendit omnem hominis conatum, sine deo friuolum & vanum: contra deum vero impium & damnosum. Proue. 21. Non est sapientia, non est scientia, non est consiliũ contra dominum. Dederat angelus Magis consilium contra dolum Herodis latentem: hic vero Ioseph, contra furorem patentem, hortans eum vt iam arcani cõscium, quatenus matrem ac puerum clanculum subduceret in Aegyptum, videlicet hoc agente consilio diuino, vt ea quoq; regio tota prodigiosis deorum cultibus dedita, dum profugo præbet hospitium, eius cõtactu, commercioq; pparetur ad aliquod primordium veræ pietatis. Remigius: In somnis apparet, quia à curis secularibus quiescẽtes, angelica visione, & cœlesti consolatione perfrui merent. Hilarius: Accipe puerũ & matrem. Cum Mariam desponsatam Ioseph significabat, ipsam cõiugem nominabat; post partum vero, mater tãtum pueri Iesu declaratur, ne Ioseph pater putaretur. Chrysostomus: Quomodo ante homines filius dei fugit? & quis de inimico liberat, si & ipse inimicos timet? Sed oportebat vt regulam humanæ naturæ seruaret etiam in hac parte, & exemplũ spei relinqueret etiam in hac parte. Nam quia deus & homo, hinc opera fecit diuinitatis declaratiua. Iohan. 5. Ipsa opera quæ ego facio, testimoniũ phibẽt de me, quia pater misit me. & 10. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Fecit & infirmitatis humanę & veritatis, contra hæreticos, manifestatiua. Nõ enim erat difficile deo, puerũ illęsum, subito extincto Herode, seruare, si libeat: sed hic ordo negocij, magis conducit ad confirmandam fidem. Poterat & alio modo euadere, quẽadmodũ Luc. 4. manus exijt pcipitare volẽtium, & Ioh. 10. lapidare conantiũt sed si manus incidisset inimicorum, nec fuisset occisus, opinati fuissent ipsum incarnatum apparenter. Voluit aũt deus, vt Herodis furor & tyrannis suæ gloriæ seruiret. Est fuga pusillanimitatis, de qua Proue. 18. Fugit impius nemine psequente. Deut. 28. Dabit tibi dñs cor pauidum, & deficientes oculos, & animam consumptam mœrore, & erit vita tua quasi pendens ante te. Infirmitatis. Sic Helias fugit Iezabel, 3. Regum. 19. Discretionis. Sic Paulus à Damasco Acto. 9. Mat. 10. Cum vos persequent in vna ciuitate, fugite in aliam. Actu. 8. Facta est aũt psecutio magna in ecclesia quæ erat Hierosolymis, & oẽs disperfi sunt p regiones Iudææ & Samariæ, pter apostolos. Dispensationis. Augustinus: Recessit nõ necessitate, sed dispensatione: & potestate ea qua iuuenis pependit in cruce, latuit in Aegypto. Chrysostomus: Christus in Aegyptum fugere voluit, pie recordatus plagarum: nunc illi dans reconciliationis signum, vt decem plagas vna sanaret medicina: ac sic populus qui ante fuerat persecutor populi primogeniti, fieret custos filij vnigeniti, ac qui illi populo dominati sunt violenter, filio cum deuotione seruirent reuerenter: ac sic iam non irent ad mare rubrum demergendi, sed vocarentur ad aquam baptismatis viuificandi: & quia à suis non receptus, transiit ad gentes. Actorum. 13. Vobis oportebat primum loqui verbum dei: sed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gẽtes, sic enim præcepit nobis deus.

Fuga quotuplex.

Qui consurgens, accepit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Aegyptũ, & erat ibi vsq; ad obitũ Herodis, vt adimpleret ꝗd dictũ est a domino per prophetam dicentem: Ex Aegypto vocaui filium meum.

Chrysosto-

Chryſoſtomus: Omnis perſequutiõis anguſtia, nox eſt: refrigeriũ vero, dies: & quos per gratiæ ſubtractionẽ deſerit, in tenebris ignorantiæ relinquit. Cum Herodes dicatur 37. annis regnaſſe, &. 30. anno regni ipſius natus Chriſtus, patet dominũ ſeptem annis in Aegypto peregrinatũ. Eſa. 19. Ecce dñs aſcendet ſuper nubem leuẽ, & ingredietur Aegyptum, & cõmouebuntur ſimulacra à facie eius. Ad literam dicitur, idola corruiſſe ad ingreſſum dñi: nec mirum. Nam idolum Dagon, ad p̃ſentiam arcæ, pronũ in terrã corruit, capite & manibus abſciſſis. 1. Reg. 6. Nota quũ aliquid dicitur de populo, vel certa perſona veteris teſtamẽti, prout eſt figura Chriſti vel eccleſiæ, quãuis ad literã de illis exponatur, principalius tamẽ ac certius de Chriſto vel eccleſia verificatur, quemadmodũ illud de Salomone. 2. Reg. 7. Ego ero illi in patrẽ, & ipſe erit mihi in filiũ. Quod Apoſtolus exponit de Chriſto Heb. 1. Sic & hic Oſee. 11. Puer Iſrael, & dilexi eũ, & ex Aegypto vocaui filiũ meum. Num. 23. Deus ex Aegypto eduxit eum. Notantur & peccatori neceſſaria. Peccatorũ reiectio. Ephe. 5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Ro. 13. Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Eſa. 55. Derelinquat impius viã ſuã, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad dñm, & miſerebitur eius. Secundũ, virtutũ inſertio. Accipe puerũ. Eſa. 1. Quieſcite agere peruerſe, diſcite benefacere. Pſal. 36. Declina à malo, & fac bonũ. Hiere. 7. Bonas facite vias veſtras & ſtudia veſtra, & habitabo vobiſcum. Ro. 13. Abiiciamus opera tenebrarũ, & induamur arma lucis. Hinc Gal. 3. Quicunq; in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtũ induiſtis. Ideo. 1. Ioh. 2. Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Tertiũ, malorũ deuitatio. Corrumpũt em̃ bonos mores colloquia mala. 1. Corũ. 15. Fuge ergo. 1. Co. 5. Neſcitis quia modicũ fermentũ totã maſſam corrumpit? Quare admonet. 2. Theſſ. 3. Denunciamus vobis fratres in nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & nõ ſecundũ traditionem quã acceperunt à nobis. 1. Cor. 5. Si quis frater nominatur inter vos, eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum huiuſmodi nec cibum ſumere. Heu heu domine, contrarium in praxi. Pſal. 49. Si videbas furem, currebas cum eo, & cũ adulteris portionem tuã ponebas. Quartum, in bonis perſeueratio. Qui enim perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit, Mat. 10. 24. Heb. 12. Nõdum vſq; ad ſanguinem reſtitiſtis repugnantes peccato, & obliti eſtis conſolationis quæ vobis tanquam filiis loquitur, dicens: Fili mi, noli negligere diſciplinam domini, neq; fatigeris dum ab eo corriperis, Prouer. 3.

Regula theologiæ.

Tunc Herodes videns quoniam illuſus eſſet a Magis, iratus eſt valde: & mittens, occidit omnes pueros qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius, a bimatu & infra, ſecundum tempus quod exquiſierat a Magis.

Credidit primo Magos illuſos, eo q̃ nõ reuerterentur: ſed fama ex Simeonis, Annæ & paſtorũ proteſtatione increbreſcẽte, ipſa re comperiens Magos ſibi verba dediſſe, iam impotens iræ, abiecto fuco, prorupit in manifeſtam inſaniam: miſſiſq; veſaniæ ſuæ miniſtris, occidit omnes infantes bimulos, aut hac ætate minores, ſequutus tẽporis ſupputationem, quo Magi p̃dixerant ſibi primũ viſam eſſe pueri ſtellã. Chryſoſtomus: Putabat infelix tyrannus, ſeruatoris aduentu, regali ſe ſolio priuandum, quũ tamen ad hoc minime venerit. Nam quæſitus in regẽ, fugit, Ioh. 6. quæſitus ad paſſionẽ, ſe libere obtulit, Ioh. 18. Hinc quãuis ſcripturarũ non ignarus, quia proſelytus, ſciret Chriſtũ naſciturũ, nec diuinę ordinationi quenq̃ poſſe obſiſtere, malitia tamen & regnãdi ambitione excæcatus, quum neſciret in quẽ, in ſuſpectã deſæuit ætatẽ. Quemadmodũ beſtia vulnerata, quicquid occurrit, quaſi actorẽ ſui vulneris dilaniat. Et quia p filios Romã citatus, q̃d cõceperat, poſt Magorũ diſceſſum perficere nõ valebat, finaliter in regno p Cæſarem confirmatus, quam conceperat, poſt biennium malitiam parturiuit. His rebus parabatur exemplum, quid eſſent ab impiis principibus paſſuri, qui crediturí eſſent euangelio: quid profecturi, q̃ fidem euangelicam, teneram adhuc, & in piorũ animis gliſcentem, crudelitate ſua conarentur extinguere. Ob Chriſtum interimi, ſeruari eſt. Nunq̃ enim prophanus hoſtis ſic prodeſſe potuiſſet obſequio, quantũ profuit odio, illis coronã, ſibi pœnam parans.

Tunc adimpletum eſt, quod dictum eſt per Hieremiam prophetam, dicẽtem: Vox in rama audita eſt, ploratus & vlulatus multus. Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt.

Rama Hebræis excelſum ſonat, vt claram, longe lateq; ſonantem vocem intelligas plorantis. Hiere. 31. Lamentatio, ac ploratus, ac fletus. Rachel, quæ enixa Beniamin, hoc eſt, doloris filium, mox à partu perijt, ſepulta eſt nõ procul à Bethleem. Hinc propheta

sub huius persona, matrũ luctum, suos filios ab Herode trucidatos deplorantiũ, expressit: & quia p̃ceperat non solum in Bethleem, quæ in tribu Iuda sita, sed & in omnibus finibus eius, qui tribũ Beniamin cõtingebant, cuius mater Rachel Gene. 35. paruulos trucidari, vere in excelsis. Sanguis em̃ innoxius in cælum clamat. Gene. 4. Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Sic oppressio pauper̃ Exod. 3. Clamor filior̃ Israel venit ad me, vidiq; afflictionẽ illor̃ qua ab Aegyptijs opprimuntur. Lucæ. 18. Deus non faciet vindictam elector̃ suor̃ clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis quia cito faciet vindictã illor̃. Item defraudatio mercenarior̃. Iac. 5. Ecce merces operarior̃ vestror̃, qui messuerũt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat, & clamor eor̃ in aures dñi sabaoth introuit. Non aũt admisit consolationẽ, propterea q̃ essent omnes è medio sublati, nec reuocandi ad vitã. Sic Iacob credens Ioseph mortuum, ait Gene. 37. Descendã ad filium meum lugens in infernum.

Matth. 2 S Defuncto autem Herode, ecce apparuit angelus domini in somnis Ioseph in Aegypto, dicens: Surge, & accipe puerum & matrem eius, & vade in terram Israel, defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri.

Quo plus mali contra diuinã moliuntur dispositionẽ, quo suæ satisfaciant voluptati, eo magis diuinã promouent, sibi exitium cumulantes, p̃ordinationẽ. Sic fratres Ioseph, venditione ipsius adeptos se libertatẽ autumantes, ad sublimitatẽ eo promoto, gratia & dignitate ipsius conseruati fuerunt, Gene. 37. & 45. Herodi data erat occasio resipiscendi, non sæuiendi, nisi mentẽ illius, regnandi cupido occupasset & excitasset. Desæuit em̃ & in propriũ filium, vt dicit Hieronymus: & ob id Augustus Cæsar, vt refert Macrobius, dixit: Melius est esse Herodis porcũ q̃ filium. Et quia vitam oblatã recipere noluit, sed impugnauit: ideo mortem quã non præuidit, incurrit. Eccẽs. 9. Nescit homo finẽ suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo cõprehenduntur, sic capiuntur homines in rempore malo, cũ eis extemplo superuenerit. Mors aũt peccator̃ pessima, Psal. 33. Nam Prouer. 11. Mortuo homine impio, nulla erit vltrà spes. Quia de morte naturæ transeunt ad mortẽ gehẽnæ, quũ resipiscere noluerint à morte culpæ. Ideo in inferno quærẽt mortem cõsumentẽ & penitus occidentẽ, & non inuenient, quia fugiet ab eis, Apoca. 9. Imo mors depascet eos, Psal. 48. Econtra apud bonos mors nõ erit, Apo. 21. sed vita sempiterna. Quæsiuit Herodes infantiũ exitium, & promouit ad martyriũ: stabilire sibi studuit regnum, & æternũ accumulauit tormentũ. Eo sublato, angelus apparet Ioseph, p̃cipiens reduci puer̃. Nunq̃ deest suis deus, maxime desolatis. Sic Iacob fratris iram declinantẽ, in visione cõsolatus est Gene. 28. reuersionẽ in terrã natiuitatis p̃cepit, Gene. 32. Sic filijs Israel angelicum p̃stitit ducatum, Exod. 14. 32. Angelus meus p̃cedet te. Defuncti sunt, ait, vt insinuet nedum Herodẽ, sed & sacerdotes & scribas de morte Christi cogitasse, & Herodis studio consensisse, vt dicit Hieronymus & Chrysostomus, quod & postea rei exitus monstrauit. Vides q̃ prompte Ioseph & humiliter obediuit, non reclamans ob itineris longitudinem, expensar̃ parcitatem, Aegyptior̃ atrocitatem, & nunc Iudæorum cæcitatem. Nouit meliorem victima obedientiam. 1. Reg. 15.

Audiens autem q̃ Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illo ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ: & veniens, habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth, vt impleretur quod dictum est per prophetam: Quoniam Nazaræus vocabitur.

2 Refert Iosephus, Herodẽ totum regnũ Archelao præ cæteris dilecto filio dimisisse, & ob id Philippũ & Herodem fratres Archelai indignatos, Cæsarem appellasse: qui cum filio habito, regnũ in duas diuisit partes, dans vnã medietatẽ Archelao, quę nomen obtinuit Iudææ, alterã medietatem in duas subdiuidens partes, quarũ alteram, videlicet Galilæam, dedit Herodi, alterã Philippo, Itureæ & Trachonitidis regionẽ. Veritus ergo Ioseph, ne filius vt in regnũ, ita & in crudelitatem paternã succedisset, timuit eò proficisci, cum audisset eum regnare pro patre. Nam filij, vt cõmuniter, imitatores paternor̃ sunt sceler̃, quare & supplicior̃. Hinc cõminatur dñs se vlcisci peccata patrũ in filios in tertiam & quartã vsq; generationem. Exo. 20. Ego sum dominus deus tuus, fortis zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartã generationem, eor̃ qui oderũt me, & faciens misericordiam in millia his qui diligunt me, & custodiunt p̃cepta mea. Hinc Eccl. 41. Filij abominationũ, filij sunt peccator̃, & q conuersantur secus domos impiorum. Filior̃ peccator̃ peribit hæreditas, & cum semine illor̃ assiduitas opprobrij.

De pa

De patre impio conqueruntur filij, qm propter illũ sunt in opprobrio. Væ vobis viri impij, qui dereliquistis legẽ altissimi: & si nati fueritis, in maledictione nasceminiꝫ & si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra. Hic aũt Herodes Christũ persequens, pueros occidit. Herodes eius filius, Christũ illudens, Iacobũ interfecit, Acto. 12. & Iohannẽ, Mar. 6. Rursus ergo oraculo confirmatus, vnde iam totus pendebat, secessit in partes Galilææ. Nec hoc quidẽ fortuito accidisse satis arguit, quod prophetia iam olim futuꝝ præ dixerat, q Messias ille Nazaræus appellaretur. Quod esse factũ vel ipse titulus indicat, quẽ Pilatus prophetiæ ignarus, cruci affigi iussit. Esa. 11. Et Nazaræus de radice eius cõsurget. Ioh. 1. Quẽ scripsit Moses in lege & prophetæ, inuenimus Iesum filiũ Ioseph à Nazareth. Nam ibi cõceptus, Luc. 1. & nutritus, vt claret hic & Lucæ. 2. Neq vocabulũ ipsum mysterio vacat. Nazareth Hebræis à flore nomen habet, q hic e virgine cõceptus sit, purissimus ille flosculus, omnis virginitatis cõsecrator: quemadmodũ Bethleem domum panis sonat, vt proditus est ille panis cælestis, quẽ qui ederit, viuet in æternũ, Ioh. 6. Datum est hic exemplũ, quemadmodũ parentes filioꝝ curam gerant solicitã. Qui em suoꝝ maxime domesticoꝝ curam non habet, fidẽ negauit, & est infideli deterior. 1. Timot. 5. Primo curare de honesta educatione, nam Abac. 2. Væ qui cõgregat auaritiam malã domui suæ. Secundo de debita instructione, vt deũ timeant. Tob. 1. Cum factus fuisset vir, accepit vxorẽ Annam de tribu sua, genuitq ex ea filium, nomen suũ imponens ei, quẽ ab infantia timere deũ docuit, & abstinere ab omni peccato, &. 4. Omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto deũ, & caue ne aliquando peccato consentias, & ptermittas pcepta dei. Ephe. 6. Educate illos in disciplina & correptione dñi. Virtutes diligant. Eccl. 7. Filij tibi sunt? erudi illos, & curua illos à pueritia illoꝝ. Filiæ tibi sunt? serua corpus illaꝝ. Prou. 22. Adolescens iuxta viam suã, etiam cũ senuerit, non recedet ab ea. Ideo Threñ. 3. Bonũ est viro cum portauerit iugũ domini ab adolescentia sua. Eccl. 30. Qui docet filium suum laudabitur in illo, & in medio domesticoꝝ in illo gloriabitur. Qui docet filium suũ, in zelum mittit inimicum suum, & in medio amicoꝝ gloriabitur in illo. Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus: similem em reliquit sibi post se. In vita sua vidit, & lætatus est in illo: in obitu suo non est contristatus, nec confusus est corã inimicis. Reliquit em defensorem domus contra inimicos, & amicis reddentẽ gratiam. Vitia caueant. Eccl. 22. Confusio patris est de filio indisciplinato, & filia fatua in deminoratione fiet. &. 30. Doce filium tuum, & in illo operare, ne in turpitudine illius offendas. Sic contigit Dauid in Absolon, 2. Reg. 15. Et hoc in visu. Iob. 31. Pepigi fœdus cũ oculis meis, vt ne cogitarẽ quidẽ de virgine. Threñ. 3. Oculus meus deprædatus est animã meam. Dauid videns Bethsabee se lauantem, in adulterium lapsus est. 2. Reg. 11. Auditu. 1. Corꝝ. 15. Corrumpũt bonos mores colloquia mala. Hinc de mala dicitur mulere & iuuene vecordi, Prou. 7. Irretiuit eũ multis sermonibus, & blanditijs labioꝝ protraxit eum. Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimã. Gustu, Tit. 2. Iuuenes hortare vt sobrij sint. Prou. 20. Luxuriosa res est vinũ, & tumultuosa ebrietas: quicunq ijs delectat, non erit sapiens. Ideo Ephe. 5. Nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed impleamini spũ sancto. Tactu, omnẽ malã vitando societatem. Tob. 3. Nunq̃ cum ludentibus miscui me, neq cũ his qui in leuitate ambulant, participem me pbui. Dina egressa ad videndũ mulieres regionis, ab Emor filio Sichem fuit corrupta, Gene. 34. Tertio de cõdigna correctiõe. Heli non debite corrigens filios, vno die cũ ipsis perijt. 1. Regũ. 2. &. 4. Eccẽs. 7. Melior est ira risu, quia p tristitiam vultus corrigitur animus delinquẽtis. Prou. 22. Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eã. &. 23. Noli subtrahere à puero disciplinã. si em percusseris eum virga, non morietur. Tu em virga percuties eũ, & animã eius de inferno liberabis.

Puer autem crescebat, & confortabatur, plenus sapientia: & gratia dei erat in illo. Lucæ. 2

Quanquam istud declaratum sit & positum suprà, eo quod euangelio secundum contextum Lucæ dominicæ iungatur, hic tamen iuxta historiæ veritatem ordinandum. Euangelistæ enim singuli hinc inde aliqua omittunt, quæ ab alijs sunt descripta: sic tamẽ, vt narrationis seu descriptionis suæ serie continuata, quasi nulla prætermisisse videantur. Porro morum suauitas, comitas, modestia reddebant illum omnibus amabilem. Non erat fauor vulgaris, quem sibi nonnunquam ætas illa dotibus humanis colligit, puta formæ gratia, aut alioqui præcoci docilitate, sed affulsit in eo diuina quædam & admirabilis gratia, pertrahẽs omnes in amorem virtutis.

¶De inuentione Iesu in templo, Lucæ.2.

## ARTICVLVS. XIII.

Lucæ.2 V

ET ibant parentes eius per omnes annos in Hierusalem,in die solenni paschæ. Et cum factus esset Iesus annorum duodecim,ascendentibus illis Hierosolymam, secundum consuetudinem diei festi, consummatisq; diebus cum redirent,remansit puer Iesus in Hierusalem,& non cognouerunt parentes eius.

Quemadmodũ indies magis ac magis Iesus inclarescebat in laudẽ dei, cuius honorẽ in omnibus promouebat,ostendit. Quanquam autem Nazareth longius abesset ab Hierosolymis,tamen religiosi parentes Iesu quotannis se eò conferebant. Sic Tobias, cum omnes irent ad vitulos aureos quos fecerat Hieroboam rex Israel,hic solus fugiebat cõ sortia omnium,& pergebat in Hierusalem ad templũ domini,& ibi adorabat dominum deum Israel,omnia primitiua sua & decimas suas fideliter offerens, Tob.1. Sic dominus adulta iam ætate,mediante iam die festo,ascendit in templum docens, Iohan.7. Sic & apostoli post acceptam spũs sancti gratiam,ascenderunt in templum ad horam orationis nonam, Acto.3. Nota q̃ dicitur,ad horã orationis nonam. Hinc dñs prophetico testimonio,domũ orationis,Esa.56.negociationis fieri prohibuit,eiciẽdo vendẽtes & ementes, Mat.21. Quid modo acturus si veniret? Non em̃ ad orationẽ,sed fabulationem: non ad concionem,sed contentionem & detractionem conuenitur. Non sic dies festi agendi, sed primo anima diuino saginanda verbo,hinc corpus curandũ. Sic legimus Neem̃.8. Populus stabat in gradu suo,& legerunt in libro legis dei,distincte & aperte ad intelligendum, & intellexerunt cũ legeretur. Et dixit Neemias ipse & Athersata,& Esdras sacerdos & scriba,& leuitæ interpretantes vniuerso populo: Dies sanctificatus est dño deo nostro,nolite lugere,nolite flere. Flebat em̃ omnis populus cum audiret verba legis. Et dixit eis: Ite,comedite pinguia,& bibite mulsum, & mittite partes eius qui non ꝓparauerunt sibi,quia sanctus dies dñi est,& nolite cõtristari. Gaudium em̃ dñi est fortitudo vestra. Tob.2. Cum esset dies festus dñi,& factum esset prandium bonum in domo Tobiæ, dixit filio suo: Vade,& adduc aliquos de tribu nostra timentes deum, vt epulentur nobiscum. Non ait, voca histriones,Gnatones &c. sed timẽtes deum. Hinc Eccl.9. Viri iusti sint tibi conuiuæ,& in timore dei sit tibi gloriatio. Sed totũ proh dolor inuersum. Omnis cura ad carnis vergit delicias,laude dei & animarũ salute,ac pauperum indigentia neglectis & posthabitis. Ideo Amos.5. Odi & proieci festiuitates vestras,& nõ capiam odorem cœtuum vestrorum. Esa.1. Neomeniam & sabbatum & festiuitates alias non feram. Iniqui sunt cœtus vestri,Kalẽdas vestras & solẽnitates odiuit anima mea. Hinc Amos.8. Conuertã festiuitates vestras in luctũ,& omnia cantica vestra in planctũ. Tob.2. Dies festi vestri vertentur in lamentationẽ & luctũ. Porro Iesus,quũ duodecim esset annorũ secundũ humanã naturã,qui secundũ diuinã idem est, & anni eius non deficiunt, Psal.101. Heb.1.&.13. Iesus Christus heri & hodie,ipse & in secula,sub matris ac nutritij ductu,iam tum ad nostrum exemplum,assuescebat religioni,parentes omnes admonens officij sui, quos oportet ex sese prognatos statim ab ipsis,vt aiunt,in cunabulis,arcere ab omni lasciuia,sed sanctis moribus,veræq; pietatis operibus assuescere,dum adhuc tenera est ætas & molle & ad omnẽ virtutis institutionẽ sequax ingenium. Prouer.22. Adolescens iuxta viam suam etiam quũ senuerit,non recedet ab ea. Non indigebat alieno magisterio,sed parentibus alijs castæ educationis paratũ est exemplum,& omnibus ostensa forma est, quomodo sese debeant ꝓbere morigeros parentibus,ad ea quæ sancta sunt hortantibus. Erat aũt præcepum,ter in anno omne masculinũ comparere in conspectu dñi,hoc est, Paschæ,Pentecostes,& Tabernaculorũ festiuitatibus,Exo.23.&.34. quanquam cum ijs qui longe distabant,in vltimis duabus dispensatũ erat,vt sufficeret in pascha adesse loco à deo deputato, Deut.12. Durabant aũt solennitates septẽ dies, Deute.16. Non ergo erat peregrinatio eorũ curiositatis aut voluptatis,sed cultus diuini,honoris et reuerentiæ gratia. Beda: Vtraq; natura Christi hic aperitur,et quæ iuxta maiestatem patri,et quæ iuxta fragilitatem decebat matri. Ascendit homo cum hominibus ad offerenda sacrificia, seruat legem quam seruandã imperarat,vt nos ad seruandum informaret. Nec mirum, q̃ ignorantibus parentibus,quum consuetudo esset filijs Israel ad festa confluentibus vel ad propria remeantibus,seorsum viros,seorsum mulieres incedere,pueros q̃ cuilibet parenti ad votũ iungi. Hinc Maria Iesum in comitatu suspicatur Ioseph,et Ioseph

econtra

econtra,in Mariæ.Non ergo casu & negligentia,sed dispensatione actũ est diuina.Primo,vt sapientiã suã ad gloriam patris ostenderet.Ioh.8.Qui misit me, mecũ est, & non reliquit me solũ,quia q̃ placita sunt ei,facio semp.Ego honorifico patrẽ meũ.Item,vt zelum suũ erga patris honorẽ ostenderet à pueritia.Ioh.2.Zelus domus tuæ comedit me. Et vt cunctis,maxime pueris, exemplũ persistendi in templo & opere diuino præberet. Prou.20.Ex studijs suis cognoscitur puer,si munda & recta sint opera. Ideo Eccẽs.12. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ.

Existimantes autem illum esse in comitatu,venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos:& non inuenientes,regressi sunt in Hierusalem,requirentes eum.Et factum est,post triduum inuenerunt eum in templo,sedentem in medio doctorum,audientem illos & interrogantem.Stupebant autem omnes qui eum audiebant,super prudentia & responsis eius.Et videntes,admirati sunt. 2

Vulgari parentũ solicitudine demirati sunt,quid accidisset,& ne forte ipsis relictis,aliõ perrexisset.Requisierunt inter cognatos, inter quos solet ista ætas nonnunq̃ cessare,videlicet remorante illos propinquoꝝ affectu.Verum hic non est inuentus Iesus,qui iam tum docuit exemplo,esse renuntiandum parentũ & cognatorum affectibus ei,qui velit cælestis doctrinæ professionem suscipere, quemadmodũ post docuit verbo.Matth.10. Qui amat patrem aut matrem plus q̃ me,non est me dignus. Hinc cuidã sequenti se ait Mat.8.Sequere me,& dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Inuenerunt in templo, non in theatro vel foro,sed in templo:nec ociosum vel lusitantem,sed sedentem in medio doctorũ,quos puer vicissim audiebat docentes,& interrogabat, ac vicissim ab illis interrogatus respõdebat,nõ q̃ illi necessitas fuerit sciscitari ab hominibus quod disceret, sed vt prudenter interrogãdo doceret eos qui legis scientiam profitebantur,quum legis vim ignorarent,simul nos interim ad discendi studiũ accendens,docens q̃ nullã ætatem esse præpropera ad discendũ ea quæ spectant ad pietatem.Hieronymus:Duodecim quidem annos seruator impleuerat,& in tẽplo sedens,& de quæstionibus legis interrogans, magis docet dum prudenter interrogat.Origenes:Ex vno quippe fonte procedit,& sapienter interrogare,& prudenter respondere. Forte de aduentu & tempore Messiæ,vt Mat.22.Quid vobis videtur de Christo,cuius filius sit? Beda:Quod duodennis in templo sedit in medio doctorũ,audiens & interrogans illos,humanæ est humilitatis exemplum,imõ etiam eximium discendæ humilitatis exemplum, quũ ipsa sapientia æterna, (quæ dicit Prou.8.Ego sapientia habito in cõsilio,& eruditis intersum cogitationibus, meũ est consilium,mea æquitas,mea prudentia,mea est fortitudo.Per me reges regnãt, & legũ conditores iusta decernunt.Beatus homo qui audit me.)fic se humiliarit, vt nimirum hominibus,quãuis summo ingenio præditis,necessariam discendi formã præ garet,ne qui discipuli veritatis fieri refugerent,magistri efficerentur erroris. Prou.1.Audi fili mi disciplinam patris tui,& legem matris tuæ ne dimittas,vt addatur gratia capiti tuo,& torques collo tuo.Eccl.6.In multitudine presbyteroꝝ prudentium sta,& sapientiæ illoꝝ ex corde coniungere,vt omnẽ narrationẽ dei possis audire,& prouerbia laudis nõ effugiant à te.Si videris sensatũ,euigila ad eum,& gradus ostiorũ illius exterat pes tuus.Cogitatũ tuum habe in p̃ceptis altissimi,& in mandatis illius maxime assiduus esto,& ipse dabit tibi cor,& concupiscentia sapientiæ dabitur tibi. Disciplinæ hic rectus ordo, prius audire diligenter,& post interrogare circa audita pertinenter.Iaco.1.Sit aũt omnis homo velox ad audiendũ,tardus aũt ad loquendũ. Eccl.32.Audi tacens,& pro reuerentia accedet tibi bona gratia.Prou.18.Qui prius respondet q̃ audiat,stultũ se esse demonstrat & confusione dignũ.Hinc admonet Eccl.11.Priusquam audias,ne respondeas verbũ,& in medio seniorũ ne adijcias loqui.Prou.29.Vidisti hominẽ velocẽ ad loquendum? stultitia magis speranda est q̃ illius correctio.Ideo dicitur Eccl.32. Adolescens,loquere in causa tua vix cũ necesse fuerit.Si bis interrogatus fueris,habeat caput tuũ responsum.In multis esto quasi insciꝰ,& audi tacens & quærens.Quãuis aũt ignotus esset facie doctoribus & circũstanti populo,tñ omnes vertit in admirationẽ sui, q̃ tantillus puer dictis ac responsis suis admirabilẽ quandã,& plus q̃ senilem sapientiam declararet,et obram vultus,gestus,linguæ q̃ modestiam,quę gratiam addebant intelligentię.Iohan.7. Nunquã sic loquutus est homo,sicut hic loquitur.Hinc Psal.138.Mirabilis facta est scientia tua ex me:confortata est,et non potero ad eam.Iudęi inter alta quę audiebant,et in-

firma quæ videbant, dubia admiratione turbabantur. Quis virginei pectoris gaudia, veras q̃ delicias posset concipere, dum virgo & mater iam lætissima, filium, humani generis dominũ & seruatorem, angelorum solatium, in templo inuenit? Nec tamen alloqui præsumpsit, donec actu completo, venit ad eam.

Et dixit mater eius ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum quod loquutus est illos.

Tacet Ioseph, qui sibi conscius erat se nihil iuris in partum sponsæ suæ habere, Mater pro autoritate sua expostulat dolore stimulata. Nouerat filium suũ deum & hominẽ, nec posse quicquã sine rationabili causa agere, sed de sua negligentia & filij absentia, cuius p̃sentia sup omnes mundi delicias ipsis dulcis erat, dolebat. Hinc Psal. 76. Renuit consolari anima mea, scilicet in his vanis & caducis, memor fui dei, & delectatus sum. Si memoria prophetæ delectabilis sup omnia, quid p̃sentia? Dulciter alloquitur, cur eos sic contristarit sua absentia. Col. 3. Patres, nolite ad indignationẽ prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant. Præponit & Ioseph humilitatis & reuerẽtiæ gratia, quia caput mulieris vir, Ephe. 5. Dolentes, ait, nec mirũ. Quanto eñ res amissa charior, tanto inquisitio solicitior. Nos ergo Iesu per peccatum amisso, cordialiter doleamus, & solicite quæramus tanto plus, quantũ malum culpæ præponderat malo pœnæ, & salus æterna tẽporali bono. Hiere. 2. Scito & vide, quia malũ & amarũ est reliquisse te dñm, & non esse timorem eius in te. Sed heu malitia excæcati, Sap. 2. ordinẽ peruertendo, in immensum de damno temporali & inconsolabiliter dolemus, animæ iacturam dissimulantes. Quæramus ergo. Qui eñ quærit, inuenit, Luc. 11. Et hoc intentione recta. Sapien. 1. In simplicitate cordis quærite illũ. Deut. 4. Cum quæsieris dñm, inuenies eum, si tamen toto corde quæsieris & tota tribulatione animæ tuæ. Confidentia plena. Matth. 7. Quærite, & inuenietis. Glos. Multum inueniri desiderat, qui ad quærendũ tam solicite inuitat. Qui eñ tam prompte se obtulit passioni, nunq̃ se abscondet diligenter inquirenti. Perseuerantia perfecta. Psal. 104. Quærite dñm & confirmamini, quærite faciem eius semp. Hiere. 29. Cũ quæsieritis me in toto corde vestro, inueniar à vobis, dicit dñs. Abscondit se nonnunq̃ dei beneficentia, quo ardentius quæratur. Cant. 5. Quò abijt dilectus tuus, o pulcherrima mulierũ? quo abijt dilectus tuus, & quæremus eum tecum? Audiens aũt dominus pium matris sermonem à pio pectore profectũ, benigne respondit: An non veniebat vobis in mentem, q̃ in negocio patris mei oportet me esse, quoties ille vocat ad munus delegatũ? Et ideo quum non essem vobiscum, in domo patris inueniendus. Beda: Non quod eum quasi filium quærunt, vituperat, sed quis ei sit verus pater insinuat, & quid potius debeat ei cui est æternus filius, mentis oculos attollere cogit. Origenes: In cælis sine matre, in terris sine patre. Ipsi aũt nimio gaudio absorpti, verba capere non poterant. Prou. 13. Desiderium, si cõpleatur, oblectat animã. Lignũ eñ vitæ, desideriũ veniens. Sic discipuli tristitia oppressi, passionis p̃nunciationẽ non intellexere, Luc. 18. At dñs ad tẽpus ex sua bonitate obsequutus est illorũ imbebillitati, simul q̃ pueris omnibus formã & exemplũ exhibuit, quãto studio, quanta q̃ reuerentia debeant obsequi parentibus suis.

Et descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud deum & homines.

Ambrosius: Magister veritatis, officiũ implet pietatis, descendens cũ eis humiliter, & subditus omnia quæ filij debẽt parentibus, impendens obsequia. Nam quũ filius esset dei, se, vt præstaret humilitatis formam, & implendæ diuinæ legis speculum, subdebat hominibus. Exod. 20. Honora patrem tuum & matrem tuam, vt sis longæuus super terram. Tob. 4. Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ tuæ. Memor enim esse debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te in vtero suo. Eccl. 7. Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. Memento quoniam nisi per illos natus non fuisses, & retribue illis, quomodo & illi tibi. Coloss. 3. Filij, obedite parentibus per omnia, hoc enim placitum est in domino. Honorauit ipse matrem, virginem conseruando. Esaiæ. 7. Ecce virgo concipiet & pariet filium, vt vnum cum patre cælesti haberet filium. Ipsi obediendo. Bernard. Deus cui angeli seruiunt, subditus est Mariæ, imo Ioseph propter Mariam. Discipulo commendando, Iohã. 19. Ecce mater tua. Mater vero

omnia

omnia quæ dicebantur vel fiebant ab ipso, recondebat in pectore suo, ex admirandis initijs rerum exitus coniectans, nec quicquàm finebat inobseruatum, quo post maiore cum fide narraret omnia discipulis, per orbem vniuersum Iesu vitam prædicaturus. Diuina enim erant quæ dicebantur & agebantur à puero. Imitemur & nos piam domini matrem, omniaq; domini verba, & facta diurna ac nocturna meditatione reuoluentes, importunos inanium nocentium cogitationum repellamus incursus, horum crebra collatione & nos, & proximos nostros, à fabulis ac superuacaneis & male dulcoratis detractionibus castigare, atque ad diuinæ laudis frequentiam incitare curemus. Proficiebat ætate, quo ad corpus, in augmento corporis, vigore membrorum, & decore personæ: sed quãtum ad sapientiam & gratiam, quum ab instanti conceptionis omnem plenitudinem haberet sapientiæ & gratiæ, non fiebat sapientior ex tempore, neque decrementum ipsius, aut gratiæ vel incrementum, quemadmodum cæteri sancti, accepit: sed eam qua plenus erat, paulatim hominibus demonstrabat: & quantum proficiebat ætate, patefaciebat dona gratiæ hominibus quæ sibi inerant, & sapientiæ tantum eos ad dei laudem excitabat per considerationem ipsius sapientiæ & gratiæ, quæ deus illi contulerat: sic & deo patri ad laudem, & hominibus proficiebat ad salutem. Agebat enim ea quæ deo beneplacita erant, & quæ laudata ab hominibus. Primum enim oportet deo placere, & postea hominibus. Apud deum enim conscientia bona necessaria, & apud homines fama. 2. Corint. 8. Prouidemus enim bona, non solum coram deo, sed & coram hominibus. Ecclesiastes. 7. Melius est nomen bonum quàm vngenta pretiosa. Prouerbiorum. 22. Melius est nomen bonum quàm diuitiæ multæ, super argentum enim & aurum gratia bona. Ideo Ecclesiastici. 41. Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, q̃ mille thesauri pretiosi & magni. Docuit ergo nos à primis illis iustitæ rudimentis, quam oportet ab infantia statim imbibere, perpetuo progressu conniti ad perfectiora. Quemadmodum enim corpus habet auctus suos, vsque ad iustum staturæ modum, iustasq; vires, ita & pietas suos habet accessus, donec ad perfectam firmitatem plenitudinis Christi. Grandescit enim Christus in nobis & adolescit, quum nos à fidei rudimentis ad reconditiorem diuinæ scripturæ sapientiam proficimus: quum relicto lacte carnis, solidum appetimus cibum spiritus: quum neglectis terrenis, euolamus ad cœlestia. Præposterum est enim, corpus iuxta naturę cursum semper in melius proficere, & animam nostra socordia semper ad deteriora relabi. Nam id vulgo fieri videmus. Adolescentes ab infantię puritate degenerant ad lasciuiam, iuuentus rursus ad lites & pugnas proficit, virilis ætas ad ambitionem & auaritiam. Itaque fit, vt quo quis propius accesserit ad ætatem, eo longius recedat ab innocentia. Cęterum qui semel induerunt Christum, hos oportet ad illius exemplum semper ad meliora conniti: quo simul & animi puritate sese commendent oculis dei, & vitæ synceritate famam honestam sibi parent apud homines.

¶De habitatione Iohannis in deserto.

ARTICVLVS XIIII.

PVer autem (Iohannes) crescebat, & cõfortabatur spiritu. Et erat in deserto vsque in diem ostensionis suæ ad Israel. Lucæ. 1 X

Prodigiose natus, quemadmodum per ætatem adolescebat corpore, ita per afflatum diuini numinis semper in maius proficiebat, firmitate & robore spiritus. Nec diu se continebat in parentum ędibus, sed ab ipsa statim pueritia, subduxit sese ab hominũ frequentia, ne vel minimum labis contrahere posset ex amicorum vel vulgi commercio, ac minus inde autoritatis haberet, qui fuerat sanctificatus in vtero matris. Erat illi perpetuum cum deo colloquium. Talis nimirum vita decebat eum qui pœnitentiæ prædicandæ destinatus erat. Non se ingessit ad munus præconis, sed quum spiritus impulisset animum ipsius, vt suam lucem proferret, & ostenderet populo Israelitico quantus esset, tum magna cum autoritate cœpit agere præconem.

¶De prædicatione & baptismo Iohannis in deserto. Matthæi. III. Marci. I. Lucæ. III.

ARTICVLVS XV.

Lucæ.3 Y

ANno autem quintodecimo imperij Tyberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autē fratre eius tetrarcha Iturææ, & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caipha, factum est verbum domini super Iohannem, Zachariæ filium in deserto. Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.

Ostendit quemadmodum Iohannes iuxta proheticum dictum animos populoꝝ prędicatione, & baptismi ablutione, ad Chri prępararit aduentum. Meminit Lucas regum & sacerdotum, tum ob facti certitudinem, tum prophetici dicti impletionem. Gene.49. Non auferetur sceptrū de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est. Augustus ēm, quo regni Iudææ vires frangeret, in quatuor partes ipsum diuisit, quod & indiciū fuit regni Iudaici mox perituri. Similiter & sacerdotium veluti mox perituꝝ, vagum erat ac mercenariū, cuius principatus tunc erat penes duos insignes impios. Refert Iosephus tunc sacerdotiū irreuerenter fuisse venale, ita quod præceptis legis de successione pontificū, per vim & ambitionē cessantibus, nulli honor pontificatus, vitæ vel generis merito præstabatur. Ad hunc modū rebus apud Iudæos dissectis ac turbatis, exortum est regnū cęloꝝ, ac nouum sacerdotiū, cuius præco delectus erat Iohannes, qui idoneus pœnitentiæ prædicator, prius vita doceret, q̄ sermone, ac vacaret oīi crimine, qui magna libertate reprehenderet alioꝝ peccata. Nec tamen suopte impetu prodijt ad prędicandū, sed voce diuina monitus iam adesse tempus agendi præconem. Romanoꝝ.10. Quomodo prædicabunt nisi mittantur? Hiere.23. Non mittebā prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Si stetissent in consilio meo, & nota fecissent verba mea populo meo, auertissem vtiq; eos à via sua mala, & à cogitationibus suis pessimis. Gregorius: Quia illum prædicare venerat, qui ex Iudæa quosdā, & multos ex gentibus redempturus erat, per regem gentiū & principes Iudæoꝝ, prædicationis tēpora designantur: & quia illum qui simul rex & sacerdos, recte per regnum & sacerdotium describūtur. Et quia baptisma quod peccata solueret, dare nō potuit, p̄dicauit: vt sicut incarnatū verbū p̄currebat verbo prædicationis, ita baptismū pœnitentiæ quo peccata soluuntur, præcurreret solo baptismate, quo peccata solui non possunt. Actoꝝ.19. Iohannes baptizauit populum baptismo pœnitentiæ, dicens, in eum qui qui venturus esset post ipsum, hoc est, in Iesum, vt crederent. Dicitur baptismus pœnitentiæ, quia nulli prodest adulto, nisi pœniteat. Act.2. Pœnitemini, & baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine Iesu in remissionē peccatorum. Porro terror diuinæ iustitiæ quanq̄ est nonnunq̄ initium salutis, quemadmodum amarum pharmacum totum hominis corpus concutiens, initium est sanitatis, tamen non absoluit hoīs felicitatem. Gratia & beneficentia conciliat amorē. Amor erga deū reddit felicem. Hinc post legem & prophetas lętum Iesu Christi illuxit euāgelium. Quod Iohannes non fortuito, sed diuina dispensatione, vt lucifer solem præuenit, Iudæoꝝ animos excitaturus in expectationem mox venturi Messiæ, digitoq; monstraturus venientē, quē prophetæ tot retro seculis venturum prædixerant. Luc.16. Lex & prophetæ vsq; ad Iohannem: ex hinc regnum dei euangelizatur. Ideo Marc.1. Initium euāgelij Iesu Christi filij dei, sicut scriptum est in Esaia propheta (non quod immediate, sed quod post sequitur) Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viā tuam ante te. Malach.3. Ostendit familiaritatem Iohannis ad Chm, quia proximi ante reges familarissimi incedunt. Hinc amicum sponsi se nominat, Iohan.3. & quia angelicæ puritatis & vitæ.

Esa.40 2

Sicut scriptum est in libro sermonum Esaiæ prophetæ: Vox clamantis in deserto, parate viam domini, rectas facite semitas dei nostri.

Sic nimirum ante medici aduentum admonetur ægrotus, vt agnoscens morbum, mędicum venientem reuerenter excipiat, seseq; illi morigerum ac dicto obaudientem præbeat. Lex prior prodita est in deserto, indidem profertur, & nouæ legis exordium. Potest per vocem intelligi sermo Iohannis & doctriua, vel ipse Iohannes. Vnde Iohannis.1. Ego vox clamantis in deserto, hoc est, Christi clamantis per me. 2. Coꝝ.13. An experimentum quęritis eius qui in me loquitur Christus? Hierem.1. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Sicut enim vox ordine naturæ prior est verbo, sic Iohannes Christum præcessit: & sicut vox rem significatam notificat, sic Iohannes Christum monstrauit. Iohānis.1. Ecce agnus dei, & sicut vox sonat, & trāsit & verbū in audientiū cordibus relinqt, sic Iohānes

Christū

Christum in cordibus credentium. Prædicabat autem, vt sese venturæ saluti pœnitentia vitæ præpararent, & aquæ baptismo, quem ipse veluti præcursor dabat, sese redderent idoneos baptismo spiritus, quem daturus esset, cuius aduentus imminebat. Glossa: Prauitatem abijcite, fidem & bona opera accipite. Psalmo.33. Declina à malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam. Oportet ergo nos præparare animos, rectasq; facere cogitationes & opera, prauam & tortuosam intentionem rectificando. Psalmo.24. Innocentes & recti adhæserũt mihi. Rectum autem est, cuius mediũ nõ exit ab extremis. Deus aũt est alpha & o, principium & finis. Apocal.1. Ille ergo rectus est, & semitas dei facit rectas, qui sicut omnia à deo se habere cognoscit, ita ad eum omnia sua opera dirigit, illi soli placere studens. Viæ eñ eius viæ pulchræ, & omnes semitæ illius pacificæ. Colosseñ.3. Omne quodcũq; facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine dñi nostri Iesu Christi agite, gratias agentes deo & patri per ipsum. Omnia autem impedimenta reijcienda, lapides superbiæ & indurationis. Hiere.5. Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerũt reuerti. Iob.4. Cor eius indurabit tanq̃ lapis, & stringet quasi malleatoris incus. Item luxuriæ. Ecclesiastici.9. Omnis mulier fornicaria, quasi stercus in via, ab oñibus præteruntibus conculcabit. Sapiæ.1. Spũs sapientiæ, disciplinæ effugiet fictum, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Item spinæ auaritiæ, quæ semen spirituale suffocant. Lucę.8. Psalmo.24. Vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Hoc ergo clamandũ, vt via domino præparetur. Esa.58. Clama, ne cesses, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorũ. Esa.40. Vox dicentis: Clama. Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & oñis gloria eius quasi flos agri. Exiccatum est fœnum, & flos eius decidit: verbum autem domini manet in æternum.

Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Et erunt praua in directa, & aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare dei.

Qui propter imperitiam & modestiam, humiles & abiecti videbantur & inutiles, per euangelicam doctrinam vegeti fient, & opulenti bonis cœlestibus. Humilitas eñ ad oẽm virtutem præparat mentem & grãm, sicut econtra superbia ad omne pctm̃. Eccl.10. Initium omnis peccati superbia. Iob.23. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. Nam Lucæ.14. Oñis qui se humiliat, exaltabit. Et oñis qui se exaltat, humiliabit. Qui ergo turgebant iniani iustitia legis Mosaicæ, stultaq; philosophia mundi huius, deijcientur: quare necesse est eos qui sublimes sunt apud homines opinione iustitię aut sapientiæ, supercilium deponere, vt capaces sint iustitiæ & sapientiæ diuinæ. Quæq; per legis asperitatem difficilia videbant & impedita, per fidem & euangelicam grãm expedita fient ac facilia. Nec non quæ prius distorta praua q̃ fuerant, ad euãgelicam regulam repente exæquabunt, quæq; vitiorum & malarum cupiditatum sentibus aspera, vertent in vias leues & planas. Mentes iracundæ & immites, ad mansuetudinẽ per infusionem grãæ redibũt. Mat.5. Beati mites, qñ ipsi possidebunt terrã. Sic & aspera, per Christi charitatẽ leuia. Mat.11. Iugũ eñ meũ suaue ẽ, & onus meũ leue. Et certe. Nam Christus aduersarias potestates protriuit, quæ possunt dici montes & colles, & naturales nostras inclinatiões ad bonum per suam grãm reuiuificauit, quę valles dicuntur. Sciendum tamen, q timor nimius in vallem sæpe inducit desperationis, vt claret in Cain. Gene.4. Et Iuda Matth.27. Nimia autem præsumptio, in tumorem elationis, sicut patet in lucifero Esaię.14. quod damnabile est. Hinc timor nimius per spem eleuandus, & nimia pśumptio ad timorem deprimenda. Tales eñ mentes amat dñs, per quas obambulat. 2. Cor.6. Vos estis templũ dei viui, sicut dicit deus, qm̃ inhabitabo in illis, & inambulabo inter illos, & ero illor dñs, & ipsi erũt mihi populus. Huic igit̃ regi nouatori pparate vos. Mox aderit, & videbũt eũ nõ solũ Iudæi, vegi etiã totius orbis nationes oculis fidei. 1. Cor.13. Videmus nunc per speculum in ænigmate, post visuræ in specie. Tunc autẽ facie ad faciẽ. Iohã.17. Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam quam dedisti mihi. Viderunt omnes & boni & mali. Baruch.3. In terris visus est, & cum hominibus conuersatus. Sed mali viderunt & oderunt. Iohan.15. Nota quo ad illud Marc.1. Sicut scriptum est, in Græco non haberi, in Esaia, sed in prophetis. Id comprobatum à doctis, qui comprehenderunt hoc testimonium ẽ duobus prophetis esse conflatum. Est enim prior autoritas apud Malachiam.3. posterior apud Esaiam, & si nonnihil discrepet ab Hebraica veritate, necnon translatione LXX. Nam cum euangelistæ Hebraicc scirent, non indigebant translatione Septuaginta. Deinde quũ ab Hebræis non anxie decerperent, quod scripturi essent, sed quod memoria suggerebat describerent, verbis nonnunquàm dissident, in sententia concordant, id quod pluribus locis admonuit Hieronymus.

In diebus

Matth.3 Z In diebus illis venit Iohannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Ipse autem Iohannes habebat vestimenrum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem eius erat locustæ, & mel syluestre.

Ostensa prædicationis Iohannis idoneitate ex scripturæ autoritate, nunc ostendit ex vitæ austeritate. Prodijt non è regum aulis, aut è vulgato hominum cœtu, sed ex eremo vbi à puero vitam angelicam egerat, victu facillimo, facileq; parabili contentus, amictus pallio è cameli pilis contexto, cinctus zona pellicea. Hieronymus: E pilis, inquit, non è lana molliori. Aliud austeræ vestis indicium est, aliud luxuriæ mollioris. Hinc dominus Iohannem de illo commendat, Matthæi. 11. Diuitem vero de isto condemnat. Lucæ. 16. Zona pellicea, qua accinctus fuit & Helias, mortificationis cingulum est. Habitatori solitudinis congruum est, non delicias ciborum, sed necessitatem humanæ carnis explere. Locusta animal est, quo Parthi vescuntur pro delicijs, vt dicit Plinius libro. 11. c. 29. Sic & quidam populi Aethiopiæ, qui in hunc vsum eas fumo & sale durarent. Sed non est verisimile, eum qui nec panem manducabat. Lucę. 7. animalibus viuere, sed magis fructibus & herbis. Dignus qui dominum prænuntiaret. Apostolus ait. 1. Cor. 9. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar. 1. Timoth. 6. Habentes victum & quibus tegamur, his contenti sumus.

Tunc exibant ad eum Hierosolymitæ vniuersi, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua.

Ostenditur prædicationis vtilitas. Primus enim regnum cœlorum publice prædicauit, vt præcursor domini hoc priuilegio honoraretur. In veteri enim instrumento bona promittebantur terrena seruantibus legem. Esaiæ. 1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, cœlestia vero quasi implicite, hic autem aperte iam instare, & in proximo esse regnum cœlorum, felicissimum quidem illud & exoptabile, sed in quod non pateret aditus, nisi puris ab his terrenis sordibus. Ad hanc vocem, in typum mox abolendarum animi sordium, plurimi tingebatur in flumine Iordanis, damnantes ipsi vitam priorem, ac palam cognoscentes sua commissa, veluti imagine quadam præludendo ad ordinem euangelicum. Primum enim munus est, docere: ex doctrina catechumenus incipit, & suam turpitudinem agnoscere, & dei bonitatem: totus sibi displicet, atque intelligit nulla alia in re paratam sibi salutis spem, ad dei gratuitam beneficentiam confugit. Magnus ad sanitatem gradus est, hominem agnoscere morbum suum: ingens ad lucem profectus est, agnoscere tenebras suas. Iordanis, Hebræis fluuium iudicij sonat. Non enim iudicatur à domino, qui seipsum iudicat. Hic est ille purificator fluuius, scatens é duobus fontibus, agnitione propriæ iniustitiæ, & recordatione bonitatis diuinæ. Hic est ille baptismus pœnitentiæ, flumen lachrymarum, ex intimis cordis venis aquas emittens amaras, sed acrimonia nitri abstergens omnes animæ maculas. Hinc Petrus egre ssus fleuit amare. Lucæ. 22. Sic Maria pedes domini lachrymis rigauit. Lucæ. 7. Habent pharisæi suam confessionem, sed arrogantem: aliena peccata confitentur, non sua. Lucæ. 18. Non sum sicut cæteri hominum. Porro, qui se præparant ad baptismum euangelicum, nec sua benefacta norunt, nec aliena mala commemorant, sed sua quisque peccata confitetur. Propria benefacta commemorare, arrogantiæ est: aliena mala referre, liuoris est & maleuolentiæ. Tametsi baptizabat, non tamen peccata relaxabat, sed solum pœnitentiam prædicabat, & ad remissionem peccatorum ferebat. hoc est, ad Christi baptisma, per quem remissio peccatorum. Hinc Actorum. 19. Iohannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum, dicens: In eum qui venturus esset post ipsum, vt crederent, hoc est, in Iesum, Iohannis primo: Vt manifestetur in Israel, propterea ergo veni in aqua baptizans.

Videns autem multos pharisæorum & Sadducæorum venientes ad baptismum suum, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentia. Et ne cœperitis dicere intra vos, patrem habemus Abraam. Dico enim vobis, quoniam potens est deus de lapibus istis suscitare filios Abraæ.

Quoniã

Quoniam primus ad resipiscẽtiam gradus, à timore dei nascit, vt primũ à iusto vindice timeatur supplicium, deinde benefici liberalitas ametur, magna libertate clamat Iohannes contra pharisæos & scribas, non ignarus quàm sit hoc hominum genus elatum, ferox & sibi placens, ob insignem Mosaicæ legis obseruationem, ac patriarchaꝝ merita, à quibus gloriabantur se oriundos, quasi deus homines æstimaret ex genere, & non magis ex animi meritis. Erant tres sectæ apud Iudæos, aliꝭ se præferentes, Essæoꝝ qui abstractã & rigorosam ducebant vitam, credentes se sua posse iustitia saluare, & quia temporalia non curabant, ideo non inueniuntur cum scribis & pharisæis in domini persequutione fuisse. Pharisæorum, quorum quidem secta probata, sed auaritia & ambitione in multis corrupta. Actoꝝ. 26. Secundum certissimam religionis nostræ sectam vixi pharisæus, ait Paulus: Sadducæorum, qui resurrectionem, spiritum & angelum negabant. Actorum. 23. Sed quia non syncera venerunt, sed dolosa mente, dure ipsos aggreditur. Germina viperarum, nocentissimorum parentum nocentissimi filij, astutum ac malitiosum hominum genus, quis vos submonuit instare ineuitabile supplicium, nisi ad pœnitentiæ remedium cum cæteris fugissetis, vt sic fugeretis ab instante sæuera dei vltione, quæ nulli nec ætati, nec genti parcit, nec conditioni? Sapientiæ. 16. Tuam enim manum effugere impossibile est. Psalmo. 138. Quo ibo à spiritu tuo, & à facie tua quo fugiam? Tradunt hoc animal matrem suam deuorare, & sic nasci. Sic Iudæi doctores & prophetas occiderunt. Ezechiel. 2. Increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Non veniat vobis in mentem. Abraæ filij sumus, nobis promissa hæreditas salutis, non deseret dominus populum suum. Imo quemadmodum vobis ad meliora resipiscentibus, nihil officiet maiorum impietas, (filius non portabit iniquitatem patris. Ezechiel. 18.) ita nihil profuerit Abraæ progenitoris sanctitas, si nõ laudatã illius fidẽ & obediẽtiã imitemini. Hieronymus. Lapides, æthnicos vocat, qui instar lapidum duri & impoliti ac steriles, muta idola colebant. Psalmo. 113. Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Ezech. 11. Auferam cor lapideum de carne eoꝝ, & dabo eis cor carneum, vt in præceptis meis ambulent. Esaiæ. 55. Ecce gentem quam nesciebas, vocabis: & gentes quæ te non nouerunt, ad te current. Osee. 2. Dicam non populo meo, populus meus es: & ipse dicet, deus meus es tu. Siue simpliciter dei significat potentiam, qua cuncta de nihilo creauit, posse & populum durissimis de saxis procreare. Ne ergo putetis, quoniam si non pareatis ipsi, quod absq; filiꝭ deus patriarcham patiet. Non deerunt patri nostro Abraæ filij, qui fide & obedientia referant pr̃em. Iohan. 8. Si filij Abraæ estis, opa Abraæ facite. Gala. 3. Cognoscite ergo qm̃ qui ex fide sunt, hi sunt filij Abraæ. Hinc Esa. 51. Attendite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci de qua p̃cisi estis, attendite ad Abraam pr̃em vr̃m. Si vere ergo vos pœnitet, vt p̃ vobis fertis, sic viuite, vt appareat vos resipuisse, & ex animo pristinę vitæ penitẽtia teneri. Alioqui reijciemini, nisi prorsus mutati, fructus attuleritis euãgelio dignos. Chrysostomus: Dignos fructus pœnitẽtia qũo facere possumus? Si vtiq; peccatis aduersa faciamus. Aliena rapuisti? incipe donare iam propria, longo est pe fornicatus? à legitimo quoq; vsu suspẽdere cõiugij, ac ꝑpetuã cõtinentiam sæpius paucoꝝ dieꝝ castitate meditare. Iniuriã cuipiã vel ope vel sermone feciſti? refer beneficium. Oportet vulneratũ etiã remedia adhibere vulneribus, nõ solũ spicula euellere. Non sufficit fugere malitiã, sed etiã facere fructũ virtutis. Ex intimo ergo cordis affectu & charitate, fine qua nihil prosunt, fructus edendi. 1. Coꝝ. 13. Si tradidero corpus meũ, ita vt ardeam, charitatem non habuero, nihil mihi prodest. Hinc Antiochus veniam non meruit. 2. Machabæ. 9. nec Esau, Heb. 12. Non em̃ inuenit pœnitentiæ locum, quanq̃ cum lachrymis inquisisset eã. Nota, ꝙ est cõtritio & satisfactio æquiualẽs offensæ seu culpæ, æqualitate proportionis, p respectum ad hominis possibilitatem, hæc requirit à nobis, nunc autem æquiparantiæ offensæ.

Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

Nunc vrget extremum periculum, & in acie nouaculæ res posita est. Aut synceris animis adeundum est regnum cæloꝝ, aut accipiendum æternum supplicium. Siquidem quãdiu spes est remedij, stercoratione aut putatione subuenit arboꝝ vitijs. Cæteꝝ vltimæ desperationis indicium est, quoties securis admouetur radici. Secundum Origenem & Cyrillum prædixit imminens Iudæorum excidium, ob duritiam & infidelitatem ipsoꝝ, Q. d. Iam securis admota est ad radicẽ arboris diu toleratæ, succidetur à stirpe populus Abraæ, & inserentur gentes Abraam credulitate referentes. Securis, diuinum est iudicium, indignos è vita resecans nisi pœniteant, Luc. 13. Succide eam, ad quid enim terram occupat? Eccl. 2. Si non egerimus pœnitẽtiã, incidemus in manus dñi, & nõ in manus hoim.

Hebræo-

Hebræorꝝ.10. Horrendum eſt incidere in manus dei viuentis. Securis admota eſt radici, non ramis aut trunco, funditus & irreparabili vulnere ſucciſura, ni fructus deo dignos produxerit. Neminem neq; opes, neq; generis nobilitas, neq; ſapientia liberabit poſthac. Non ſufficit ſolum fugere malitiam, ſed etiam facere fructum virtutis ſemper. Nam licet heri miſericors fueris, hodie autem rapias, bonus non eris. Si ergo ſterilitas condemnatur, cotinuata impietas quid meretur? Officioſum animal deus creauit hominem, & naturalis eſt ei exercitatio, ocium vero innaturale. Obeſt enim inertia cunctis corporis membris, & nulli vt animæ. Ipſa enim quum naturaliter ſit continuo mobilis, ociari non patitur. Iohannis.15. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum. Iudæ c.1. Hi ſunt in epulis ſuis ſuis maculæ conuiuantes, ſine timore, ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua, quæ à ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones, ſidera errantia, quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum. Eccleſiaſtes.11. Si ceciderit lignum ad auſtrum, aut aquilonem, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit. Ber. Si ſcire vis quo caſura ſit arbor, ramos attende, & quo ponderoſior ramoruum eſt copia, illuc caſuram non dubites. Non ſolum autem exciditur à bonorum conſortio, ſed & in ignem conijcitur. Matth.25. Inutilem autem ſeruum proijcite in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Pſalmo.139. In ignem deijcies eos, in miſerijs non ſubſiſtẽt. Iohannis.15. Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Hac Iohannis oratione tam ſæua minaciq;, territa Iudæorum promiſcua multitudo eſt.

Luc.3 Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus? Reſpondẽs autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet eſcas, ſimiliter faciat.

Iam ſanabiles eſſe cœperant, qui morbum agnoſcebant, & remedium quærebant. Oſtendit remedium Iohannes vbiq; efficax. Deus beneficio noſtro non indiget, ſed ſibi patitur imputari, quicquid in proximum egentem ipſius reſpectu fuerit collatum. Efficaciſſimum ergo remedium placandi deum offenſum, ſi modis omnibus benefici ſimus in proximum, cuiuſcunq; rei inopia laborantem. Quid in diuino examine dicturi ſunt, qui ſuperflua perire potius ſinunt, quàm impartiantur indigentibus? Iaco.5. Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miſerijs veſtris quæ aduenient vobis. Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt, aurum & argentum veſtrum æruginauit & ærugo eorum in teſtimonium vobis erit, & manducabit carnes veſtras ſicut ignis. Theſaurizaſtis vobis iram in nouiſſimis diebus. Finis corporalium bonorum, ſpirituale bonũ eſt, præſertim felicitas ventura, vel ſaltem profectus in dei obſequio atq; animæ virtutibus, prout lex diuina præcipit. Bonitas autem mediorum, ex ipſo fine dependet, ſicut bonitas medicinæ, inquantum confert ad ſanitatem, quam ſi impedit, mala & ſuperflua iudicatur. Sic de bonis temporalibus. Proue.30. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo neceſſaria, ne forte ſatiatus, illiciar ad negandum, & dicam, quis eſt dominus? aut egeſtate compulſus, furer, & periurem nomen dei mei. Hinc Tobiæ.4. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: ſi exiguum, etiam illud libenter impartire ſtude. Quomodo potueris, eſto miſericors.

Venerunt & publicani, vt baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magiſter, quid faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil amplius, q̃ conſtitutum eſt vobis, faciatis.

Beda: Publicani dicuntur publicarũ rerum ſeu vectigalium exactores. Matth.21. Publicani & meretrices præcedent vos in regnum dei. Venit em̃ ad vos Iohannes in via iuſtitiæ, & non credidiſtis ei: publicani aũt & meretrices crediderunt ei. Vos autem videntes, nec pœnitentiã habuiſtis poſtea, vt crederetis ei. Imo Luc.7. Phariſæi autẽ ſpreuerunt cõſiliũ dei. Vnde & ſimplices contẽnebant. Iohan.7. Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex phariſæis? ſed turba hæc quę non nouit legẽ, maledicta eſt. Publicani ergo territi Iohannis prædicatione, genus alioqui deditũ rapinis, & ex publicis incõmodis ſua cõparans cõmoda, religionis negligens, ac magis obſequens iuſſis principum, q̃ præceptis dei, conſiliũ ſalutis expetierunt. Iohannes autem verus præcurſor illius, qui nullum quamlibet magnis peccatis inquinatum, reiecturus erat, leniter reſpondit. Habetis ſalarium à Cæſare, præſcriptum eſt quid debeatis exigere à populo. Ne quid extorqueatis in veſtrum lucrum, vltra id quod præſcriptum eſt.

Interrogabant eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs vestris.

Hoc hominũ genus, violentum & impium, legũ negligens, ad vim præceps, venalem habens animam, rapto gaudens, licentia ferox & insolens. Solent autem tribus potissimum modis esse noxij, violentia, calumnia & rapinis. Duo ergo vult abesse ab illis: vim, qua prouinciales opprimebant: & calumniam, qua deferebãt illos apud suos præsides, quo sine vi, sed non minus pernicioſe, spoliarent. Augustinus: Sciebat Iohannes eos qui militabant, non esse homicidas, sed legis ministros: non suarum vltores iniuriarum, sed publicæ salutis defensores: alioqui respõdisset, abijcite militiam, neminẽ percutite, vulnerate, prosternite. Chrysostomus: Volebat Iohãnes publicanos & milites ad maiorẽ perfectionẽ traducere: sed qm̃ nondũ erãt ad illã idonei, minora proponit, ne si maiora proferret, non illis intenderent, & ijs etiam priuarentur. Sic & de dño Esaiæ. 42. Calamum quassatum non conteret, & linũ fumigans non extinguet. Ideo Apostolus Ro. 15. Debemus nos firmiores, imbecillitates infirmorũ sustinere, & non nobis placere.

Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Iohanne, ne forte ipse esset Christus, respondit Iohannes, dicens omnibus: Ego quidem aqua baptizo vos: veniet autem fortior, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni.

Tanta autoritate Iohãnes prædicabat & baptizabat, vt vulgus apud se suspicari cœperit ipsum esse Messiam. Hæc est em̃ vulgi leuitas, vt his quos admiratur, plus tribuat q̃ par est: quos odit, in his omnia calumnietur. Non tacuit aũt nec erubuit publice veritatem, se deprimendo, quo Christi eueheret gloriam. Non enim erat arundo, hominum fauore hinc inde agitata. Tantum, inquit, inter me & Christum interest, vt ego quanq̃ aqua baptizem, tamen peccata non remittam: sed præparo vos efficaciori baptismo, quẽ accipietis ab eo, cuius aduentum vobis prædico, tempore quidem maior ac prædicationis ordine, sed potentia longe inferior. Matth. 3. Qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare. Soleas magis sonat, hinc dicta Græcis, quod soleant pedibus subligari. Marc. 1. procumbens soluere corrigiam calceamentorum eius. Hierony. Matthæus humilitatem, Marcus & Lucas mysterium demonstrãt q̃ Christus sponsus fit, & Iohannes nõ meretur sponsi corrigiã soluere, ne vocetur domus eius iuxta legẽ Mosi, domus discalceati, Deut. 25. Ruth. 4. Meum quidẽ baptisma nõ dat spiritualẽ gratiã, sed neq; remissionẽ peccatorũ: ipse aũt & remittit peccata, & spiritũ liberaliter dabit. Non nominat aquã, quia intendit differentiã & excellentiam declarare baptismi Christi à suo, qui tantũ fuit in aqua. Secundũ Hieronymum, ignem sumit pro effectu spũs sancti, quia ignit, & charitate mentẽ inflammat. Hinc in linguis igneis apparuit, Acto. 2. Siue quia in præsenti, spiritu baptizamur, & in futuro, igne. 1. Cor. 3. Vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Ille ergo efficaci baptismo vos baptizabit spiritu & igni. Spiritu vos transformabit, igne rapiet ad cælestia.

Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igne inextinguibili. Multa quidem & alia exhortans, euangelizabat populo.

Non credatis, si baptizati fueritis ab illo, & deinde vitã non egeritis illo dignã, immunes vos à delicto, nam iudiciũ habet. Ioh. 5. Pater omne iudiciũ dedit filio. Acto. 10. Ipse est, qui constitutus est à deo iudex viuorũ & mortuorũ. Et permundabit aream suã, Mat. 3. ecclesiam militantem, in qua nunc boni cum malis sunt permixti, sed in fine separandi. Matth. 13. Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Triticum suum congregabit in horreum. Mat. 25. Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnũ. Paleas, mente instabiles, inanes, omniq; passionũ & concupiscentiarũ impulsu volubiles. Psal. 1. Non sic impij non sic, sed tanquã puluis quem proijcit ventus à facie terræ. Inextinguibili. Esa. 66. Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Non enim tantum igne affligentur corporali, quantum mente, apprehendendo æternaliter se in igne mansuros. Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum. Non ergo statim quisquis tinctus fuerit, perdurabit in hac examinatione, sed qui spiritũ

cæleſtẽ hauſerit, qui charitatis inuictæ ignẽ conceperit, is nulla malorũ procella mouebitur, ſed magis purgatior reddetur ac firmior, quemadmodũ ventilatiõe ſpũs purgatur triticũ, & ignis vi purgat aurũ. Quẽadmodũ de dño ſcribit, Ioh. 21. cp multa alia fecit quæ ſcripta nõ ſunt, ſic hic de Iohãne, qui populũ exhortabat ad pœnitentiã vitæ prioris, & ad deſideriũ mox venturi Meſſiæ, periculo territans, pmiſs excitans, ac læto nuncio ſalutis populares animos ad pietatis euangelicæ ſtudium expergefaciens.

Matth. 3. A

Tunc venit Ieſus a Galilæa in Iordanem ad Iohãnem, vt baptizaretur ab eo. Iohannes autem prohibebat eum, dicens: Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me? Reſpondens aũt Ieſus, dixit ei: Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. Tunc dimiſit eum.

Marc. 1. Et factũ eſt in diebus illis, venit Ieſus à Nazareth Galilææ, & baptizatus eſt à Iohanne in Iordane. Itaq; rumore variis modis, per angelos, per paſtores, per Magos, per Herodis crudelẽ ſolicitudinẽ, per Zachariæ prophetiã, per Simeonẽ, per Annã palatim & clanculum, ſed multo maxime per apertũ, ſummaq; autoritate coniunctũ Iohannis teſtimonium, iam late ſparſo, indies q; gliſcente, ſic, vt mali quoq; territi, ſeſe ad denunciatum Chriſti aduentum componerent: nimirum tempus erat, vt ipſe prodiret in theatrum mundi, non iam alieno teſtimonio, ſed ſuis ipſius virtutibus ſeſe declaraturus, qualis ac quantus eſſet. Venit e viculo Nazareth Galilææ, (vbi quod eſſet educatus ac diu verſatus, etiam natus exiſtimabatur) humilis, nullo comitatu, vt quis e plebe, inter peccatores, qui ſolus ſine peccato peccata tollit, ad baptiſmum pœnitentiæ: ille purificans omnia, baptiſmum flagitat, qui ſolus baptiſmum omnem ſanctificat. Hieronymus: Triplicem ob cauſam voluit baptizari: Primo, quia homo natus, omnem impleret iuſtitiam legis & humilitatem. Secundo, vt ſuo baptiſmo, Iohannis comprobaret. Tertio, vt Iordanis aquas ſanctificans, per deſcenſionem columbæ, ſpiritus ſancti in lauacro credẽtium monſtraret aduentum, & patris teſtimonio manifeſtaretur populo. Iohannes autem ex humilitate prohibebat, quemadmodum Petrus Ioh. 13. Domine, tu mihi lauas pedes? Ego, inquit, à te opus habeo baptizari, qui tuis virtutibus longe inferior ſum. Et vnde factũ eſt, vt teipſum vſq; adeo demittas, vt à me tingi poſtules, quum nemo purior ab omnibus peccatis? Sine nunc: nec putes indecorum tibi, ſi tingas me, vt ais, meliorẽ: mihi certe decorũ eſt, vt qui omnes ad me pertrahere cupio, omnem impleam iuſtitiam: vt qui ſerui formam aſſumpſi, ſerui impleam humilitatẽ. Etenim qui docet omnes, & qui perfecta docet, eum nõ oportet cõmittere, vt aliqua vel minima ſpecies in ipſius moribus hæreat iniuſtitiæ. Quemadmodũ ergo occiſus eſt, vt nos à morte redimeret: ſic baptizatus, vt ſuo baptiſmo animas noſtras purgaret, tactuq; ſui ſanctiſſimi corporis aquis vim regeneratiuam pſtaret. His auditis, Iohãnes finit eum, ac tinxit in Iordane, in quo baptizabantur & coriarij, & publicani, & milites. Non erubeſcit hic principũ huius mundi ſuperbia, quæ nihil vult habere cũ populo cõmune? Nemo regũ, nemo ſacerdotũ venit ad baptiſmũ: & ſi libuiſſet baptizari, vix aureo gemmeove dignarentur baptizari. Sed quiſquis ſe deijcit apud homines, exaltabitur apud deum. At ſpecies quidẽ exemplũ habet ſalutare in Chriſto modeſtiæ, in Iohanne obedientiæ.

2

Baptizatus autem Ieſus, confeſtim aſcendit de aqua: & ecce aperti ſunt ei cæli, & vidit ſpiritum dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cælis, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

Luc. 3. Factum eſt aũt, cũ baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato & orante, apertũ eſt cælum, & deſcendit ſpiritus ſanctus corporali ſpecie, ſicut columba in ipſum. Et vox de cælo facta eſt: Tu es filius meus dilectus, in te complacuit mihi. Orauit non ob ſui indigentiam, ſed noſtram inſtructionem & ſubuentionem, nos erudiens, vt reſtituta per baptiſmum innocentia, protinus vertamus nos ad ea ſtudia, quæ ſunt ſpiritus, inter quæ primum locum habet deprecatio. Apertum eſt cælum, quod Adam clauſerat, baptiſmus patefacit. Cum deus in cælis habitare dicatur & eſſe, tunc cælũ narratur aperiri, dũ deus per ſubiectam creaturam deſcendit & apparet hominibus, nouo modo operans circa eos. Sic Ezech. 1. & Stephanus Act. 7. vidit cælos apertos. Atq; inde deſcendit ſpiritus ſanctus, per ſe quidẽ inuiſibilis, in columbæ ſpecie, cp hęc auis innocentiæ ſymbolum, deſignans quales animos amaret ſpiritus ille cæleſtis qualesq; faceret. Satanæ ſpiritus reddit & amat animos elatos, tumidos & feroces: at ſpiritus ille cæleſtis amat modeſtos,

ſtos, mites, ac tranquillos. Eſa. 66. Super quē requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper quietum & trementē ſermones meos? Olim ramū oliuæ detulerat in arcā iræ diuinæ placatæ ſignum, ac finiendi diluuij pignus. Porro diluuiū illud quo tum purgatus eſt mundus, typum habebat noſtri baptiſmi, quo ſaluis corporibus & animabus demerguntur peccata 1. Pet. 3. Quod & vos nunc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma. Vt vnus quilibet è populo, baptizatus eſt Ieſus, ſed pater cæleſtis inſigni hoc & inaudito ſigno ſecreuit eū à reliquis. Acceſſit huic paternæ vocis argumentū, nō per Moſen, nō per angelos, nō per prophetas proditū, ſed ab ipſo patre publicatū. Non q̄ pater vt eſt, vel audiri poſſit, vel conſpici, Ioh. 1. Deum nemo vidit vnquā. &. 5. Neq; vocē eius vnquā audiſtis, neq; ſpeciem eius vidiſtis, vel vllo corporis ſenſu percipi, ſed quemadmodū ſpiritus inuiſibilis, viſibili ſigno ſeſe patefecit oculis hominū, ita pater edita voce per elementa, perculit aures hominum. Tu es filius meus naturalis, vnicus, coæternus, in quo mihi ſingulariter placuit. Verbum eſt peculiare ſacris literis, quo propenſum animum ac præcipuum quendā affectum ſignificat. Si deus lætatur in operibus ſuis, Pſal. 103. & beneplacitum eſt domino in populo ſuo, Pſal. 146. quanto magis in filio delectatur vnigenito & complacet, in quo nil diſſimilitudinis, nil contrarietatis inuenitur? 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Hinc Iohan. 7. Quia quæ placita ſunt ei, facio ſemper. Audit filius vocem, quo monſtratur, quod & nobis qui baptizamur, adoptionem filiorum largitus ſit. Gala. 3. Quicunq; in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Columba præcedens, deſignabat ad quem vox iſta pertineret, ne quis ſuſpicaretur hoc elogio Iohannem fuiſſe laudatum, de quo pleriq; tàm magnifice ſentiebant, vt eum crederent eſſe Meſſiam.

Et ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta, vt putabatur filius Ioſeph: qui fuit Heli, qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioſeph, qui fuit Matathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Helſi, qui fuit Nagge, qui fuit Maath, qui fuit Matathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioſeph, qui fuit Iuda, qui fuit Iohanna, qui fuit Reſa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cozam, qui fuit Helmadan, qui fuit Her, qui fuit Ieſu, qui fuit Eleazar, qui fuit Norum, qui fuit Mattha, qui fuit Leui, qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioſeph, qui fuit Iona, qui fuit Heliachim, qui fuit Meleam, qui fuit Menna, qui fuit Mathatha, q̄ fuit Nathan, q̄ fuit Dauid, qui fuit Ieſſe, q̄ fuit Obeth, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naaſon, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Eſrom, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Iſaac, qui fuit Abraam, qui fuit Tharrę, qui fuit Nachor, qui fuit Baruch, qui fuit Rachau, qui fuit Phalec, qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Cainam, qui fuit Arphaxat, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Mathuſala, qui fuit Enoch, qui fuit Iareth, qui fuit Malalehel, qui fuit Cainam, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

Adam princeps humani generis, non alium habens generis autorem q̄ deum, à quo conditus eſt e limo terræ, velut e matre. Quoniam aūt per huius terreni parentis peccatum, vitiatū erat omne genus humanū, & genitoris ſui referens ingenium, in omne vitio rum genus fuerat prolapſum, miſſus eſt collapſi generis inſtaurator ac redemptor dominus Ieſus, vt quod vnius inobedientia corruiſſet, per vnius obedientiam reconciliaretur. Romañ. 5. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi, ita & per vnius obeditionem iuſti conſtituentur multi. Et quemadmodum omnes qui terreni parentis veſtigijs ingreſſi fuerant, redditi ſunt obnoxij morti, ita qui per baptiſmum exempti à cognatione peccatoris, inſerentur Adæ cæleſti, qui eſt Chriſtus Ieſus, illius veſtigijs inhærentes, vitam æternam aſſequentur in cælis. 1. Cor. 15. Primus homo de terra terrenus, ſecūdus homo de cælo cæleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. Igitur ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis. Si non credis q̄ ſecundus Adam ſine ſemine ſit factus, aſcende

memoria ad priorem Adam,& inuenies etiam illum à deo factum fine femine. Erat autem Iesus ingressus.30.annum,quæ perfecta est ætas,in qua homo vel probus vel improbus cognoscitur,& ꝙ adolescentiæ desit authoritas,propter publicam opinionem imperitiæ,senectus autem minus habet ponderis,ob vires ingenij defectas,ac suspicionem delirationis.Nota apud Hebræos duplici ratione dici filios,iuxta legem,& iuxta naturã.

Duplices apud Hebræos filij ac patres.

Lex erat,si quis sine liberis decessisset,vt huius frater instauraret posteritatem defuncti, Deut.25.Itaq; qui sic natus erat,duos habebat patres: alterum naturalem,ex quo natus erat:alterum legalem, in cuius nomen & progeniem succedebat,nempe defuncti.Ad hunc modum quũ posteritas Salomonis in Ochozia defecisset, ex Simeon cognomento Ioas,qui prognatus erat e stirpe Nathan filij Dauid,instaurata est posteritas Salomonis.Vnde.1.Par.3.palam inter filios quos suscepit Dauid ex Bethsabee Hierosolymis,nominatim recensetur Nathan,ordine prior Salomone.Non est ergo iste Nathan qui Dauid reprehendit,sed alius ab illo,& genere & officio.Hinc plurimi falluntur,ꝙ nonnulli sint henomines,nonnulli binomines,aut etiam trinomines,interdũ cognomina addita ipsis misceantur nominibus.Vnde *Helih idem est cũ Iehoiakim,quem corrupte vocant Ioachim,pater naturalis Mariæ virginis,& auus Iesu Christi secundum carnem. Quod testatur Hieronymus.Atq; hinc colligere licet,Lucam naturalem Christianæ genealogiæ seriem sequutum esse,non legalem,si quidẽ ad Christum respicias:sin ad Ioseph referas,contrà erit.Nam Matthæus per naturæ lineam deuenit ad Ioseph,quæ ad Christum tendenti legalis est.Porro quod parum respondeat numerus eorũ qui apud Lucam referuntur,& qui apud Matthæum,mirũ non videbitur,si consideretur, nonnullos in genealogiæ serie fuisse prætermissos,idq; data opera,vt indicat Hieronymus,& ante hunc Origenes:Quos si cæteris adieceris,videbis & numerum consentire.Paulus nõ vno loco monet,pijs hominibus huiusmodi genealogias & nunquã finiendas quęstiones esse vitandas,ꝙ non solum non conducunt ad pietatem,verum etiam pariant lites & cõtentiones,pestem Christianæ concordiæ.

## ¶De ieiunio Christi, Matth.4.Marc.1.Lucæ.4

## ARTICVLVS. XVI.

Matth.4 B

TVnc Iesus ductus est in desertum a spiritu,vt tentaretur a diabolo. Et quum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurijt.

Ostendit quemadmodũ satanas pijs bonorũ studijs insidiatur,quibusve armis Christianæ militiæ potissimum vincatur.Quia Adam in paradiso delicijs affluens,victus est oblectamentis,Christus in deserto,quo hominem incidisse inter latrones dixerat, Luc. 10.abstinentia vicit,& vt bonus Samaritanus,vulnera animæ nostræ curauit.Chrysostomus:Nouerat diabolum auide desiderare ipsum tentare,ideo ad ipsum in campum processit,prouocans ieiunio & solitudine.Vnde solitarium aggressus est,sicuti Euam Geñ.3. Subduxit autem se dominus subito à turbarum oculis in solitudinem,ꝙ secessus à populi commercio,& auget autoritatem,& acuit desiderium.Nonnullis etiam tutius est versari inter bestias cum Christo,q̃ inter homines bestijs nocentiores.Vnde Mar.1.dicitur: Et statim spiritus expulit eum in desertum.Quo docemur non temere nos in tentationes projcere,sed ferre,si impetamur.Sequitur,& erat cum bestijs.Sicut virtutes morales efficiunt hominem prompte mobilem à ratione, vt eius sequatur iudicium:sic dona spiritus sancti reddunt eum faciliter mobilem à spiritu sancto.Christus autem vt homo, plenus fuit spiritu sancto.Esa.11.Et requiescet super eum spiritus domini. Hinc Lucæ.4. Iesus autem plenus spiritu sancto, egressus est à Iordane,& agebatur spiritu in desertũ. Grego.Vt eum illuc suus spiritus duceret,vbi eum ad tentandum spiritus malignus inueniret.Tentari voluit:Primo,propter adiutorium.Heb.2.Debuit per omnia fratribus assimilari.&.4.Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris,tentatum per omnia, pro similitudine absq; peccato.Augustinus: Iustum erat vt suis tentationibus nostras vinceret,sicut mortem nostram sua venerat morte superare. Secundo.propter exemplum.Nam Iob.7.Militia est vita hominis super terram.Ideo, vt dicit Hilarius,ostendit dominus hoc exemplo,omnem hominem,quantumcunq; sanctum,obnoxium tentationibus & expositum.Catechismus inducit odium vitæ prioris ac spem purgationis:in baptismo per fidem in Christum, deponuntur maculæ omnium criminũ:

criminum: mox ad preces datur è cælis munus ſpiritus, per quẽ aſciſcimur in numerum filiorum dei, nimirum inſiti corpori Chriſti, qui eſt caput eccleſiæ. Sed ob hoc nemo tutus eſt ab inſidijs ſatanæ, qui forcorditer agit. Improbus eñ ille ſatanas, tam inuidus ſalutis humanæ, q̃ Chriſtus auidus, miris cuniculis & inſidijs ſolicitat ad defectionem, vt maiori tyrannide poſſideat relapſum, q̃ ante poſſederat ſuum. Oppugnat & mundus, oppugnat & caro. Semper ergo pugnandum eſt, vt ſemper vincamus. Neq; eñ prius erit finis pugnæ, q̃ vitæ: ſed tamen quo ſæpius hoſtis vincitur, hoc & ille à conflictu diſcedit debilior, & nos reddimur fortiores. Tertio, ad puſillanimitatẽ tollendam, vt dicit Chryſoſtomus, ne quis turbetur ſi præter ſpem irruunt tentationes. Habentes eñ ſpiritũ dei, non ſunt contenti ſedere ocioſi, ſed ipſe ſpiritus dei qui in ipſis eſt, vrget aggredi maiora, quibus malignus ſpiritus eo plus inſidiatur. Ideo admonet Eccũs. 2. Fili, accedens ad ſeruitutem dei, ſta in timore, & præpara animã tuam ad tentationẽ. Quarto, ob vincendi modũ. Fractum eñ nobis & deuincendum tradidit ſatanã, viam etiam vincendi commonſtrans. Gregorius: Debilis eſt hoſtis, cum ei reſiſtitur, vt formica: cum vero ei conſentitur, fortis vt leo: nec poteſt vincere, niſi conſentientem. Iaco. 4. Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis. 1. Pet. 5. Sobrij eſtote & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus tanquã leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. Ephe. 4. Nolite locum dare diabolo. Hieronymus: Lubricus eſt antiquus ſerpens, & niſi in capite teneatur, ſtatim totus illabitur. Hinc Gene. 3. Ipſum (ſemen ſcilicet mulieris) conteret caput tuum. Demonſtrat autẽ tribus potiſſimũ rebus occurrendum: Crebris ac puris precationibus, fuga turbæ, fuga luxus, & abſtinentia, non ſine diligenti mditatione ſcripturarũ diuinarum, ne inertiam pariat ignaua ſolitudo. Quũ igitur Chriſtus inediam ad quadrageſimũ vſq; diem produxiſſet, Danielem, Heliam ac Moſen referens, (nam nihil in illis diebus manducauit, Luc. 4.) quod ſic erat ſupra humanas vires, vt tamen ab hominibus factum crederent Iudæi tandem vt manifeſtam humanæ imbecillitatis ſpeciem daret, non diſſimulauit ſe famis inediam ſentire. Non autem exceſſit hunc numerũ, ne incredibilis videretur carnis aſſumptio, & ſacramentũ celaretur. Proinde ieiunauit, vt ſatiſfaceret pro tranſgreſſione, & nobis mereretur gratiã & animæ ſaturitatẽ. Quicquid eñ fecit & pertulit vt viator, pro noſtra ſalute fecit. Secundo, vt veritatẽ noſtri ieiunij oſtenderet, quo cõtra carnis & diaboli tentationes pugnamus. Mat. 17. Hoc genus dæmoniorũ non ejicitur niſi in oratione & ieiunio. Non ergo delicijs vacandũ, ſed ijs armis vtendum. Gal. 5 Qui Chriſti ſunt, carnẽ ſuam crucifixerunt cũ vitijs & concupiſcentijs eius. Hinc & modum nos docuit ieiunij ſalubrẽ. Matth. 6. Tu cum ieiunas, vnge caput tuũ, & faciem tuã laua, ne videaris hominibus ieiunans, ſed patri tuo qui eſt in abſcondito: & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. Hieronymus: In iſto numero quadrageſimæ nobis oſtenditur ſacramentum, in quo & Moſes ieiunauit in monte Sina, Exo. 24. & Helias iuxta montem Oreb. 3. Reg. 19

Et accedẽs tentator, dixit ei: Si filius dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Qui reſpondens, dixit: Scriptum eſt: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore dei. 2

Quum multa conſpexiſſet in Chriſto, quæ virtutis humanæ modum excederent, rurſus videret eſurientem, & affligi corporis inedia, ſuſpicatus eſt non plus eſſe q̃ hominẽ, & hominem qui poſſet arte corrumpi. Erat autem hoc callidum tentatoris conſilium, vt aut vinceret, aut certe expiſcaretur, an hic eſſet ille filius dei promiſſus à prophetis. Quod ſi comperiſſet, iam eò neruos omnes ac fraudes intenderet, vt impediretur aliqua via redemptio generis humani. Admouit igitur primum illud & efficax telum, quo principes humani generis deiecerat, quanquam illos tantum ſolicitabat illecebra pomi blandientis, hic fames etiam intolerabile malum adiuuabat tentatoris conatum. Obiecta eſt veſca, corporis humani imbecillitas, ſed tentator impegit in vncum diuinæ virtutis. Si filius dei es naturalis, de quo loquuti ſunt prophetæ, quid opus eſt te cruciari fame? dic vt lapides iſti panes fiant, quod nutu potes & verbo. Proijcit hamum, non ſolum gulæ, ſed & vanæ gloriæ illecebra ineſcatum, quòd hinc maxime capiantur, qui videntur ad ſummum tendere. Sed fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum, Prouer. 1. & 21. Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra dominum. Sed fons ſapientiæ, verbum dei in excelſis, Sapien. 8. ſapienter reſpondet ſe non manifeſtando, ſed illum illudendo & refellendo. Rabanus: Vtitur dominus autoritate ſacræ ſcripturæ, quia vult humilitate vincere & ratione, non poteſtate, dans nobis exemplum contra malos homines, doctrina potius quàm vindicta pugnare. Roma. 12. Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum.

malum. Sicut corpus humanum non viuit sine cibo terreno, sic nec anima sine spirituali. Quo instruimur, non tam ad hanc caducam & terrenam vitam respiciendum esse, q̃ ad eam quæ ex adimpletione diuinorum mandatorum, diuinæq; voluntatis expectatur, & nulla necessitate corporea ad hoc adduci debere, vt vnquã maligni pareamus tentationi. Cibus enim corporalis, corporis vitam ad tempus prorogat, nihilo secius aliquanto post morbo, senio, alióve casu perituram. Hieronymus: Si quis non vescitur verbo dei, iste non viuit. Iohan. 5. Qui audit verbum meum, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam. Ideo Luc. 11. Beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud. Ratio est, quia verbum dei intellectum illuminat per fidem, & ad opera bona inducit, errores excludit. Psal. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum. Spem roborat. Psal. 118. Memor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti. Ro. 15. Quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Charitatem accendit. Psal. 118. Ignitum eloquium tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud. Ideo. 2. Timo. 3. Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendũ in iustitia, vt perfectus sit homo dei, ad omne opus bonũ instructus. Hinc Iohã. 8. Qui ex deo est, verba dei audit. Ambro. Quũ diabolus sic explorarit, vt tentaret, & sic tentarit, vt exploraret, Christus sic respondet, & eum fallit vt vincat, & sic vincit vt fallat. Sunt tres tentationis species, ad quas omnes aliæ reduci possunt. Gulæ, auaritiæ, superbiæ. 1. Ioh. 2. Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorũ, & superbia vitæ quæ nõ est ex deo, sed ex mundo est. Ista arma diaboli cõtra famulos dei. In vna victus, per aliam aggreditur, vanam scilicet gloriam, filiã superbiæ. Siquidẽ ambitio malum est pestilens, & propemodum inuincibile, quod in summis etiã virtutibus obrepit, insinuans sese mentibus ad ardua scandere conantibus, adeo, vt quos nec aduersæ res, nec paupertas, nec morbus frangere potuerint, nec luxus aut venus emollire, deñciat ac subruat gloriæ studiũ. Quid est eñ tam nefariũ, quod mortales imperiñ gratia non & faciant & patiantur? Dulcis est honos, præclarum est imperare, magnificum cæteris antecellere.

Tentationis species tres.

Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollẽt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Iesus rursum: Scriptum est, Non tentabis dominum deum tuum.

Elusus ancipiti responso, iam & ipse sacræ scripturæ verbis abutitur ad lædendũ: & assumit eum, hoc est, comitem abducit, in sanctam ciuitatẽ. Luc. 4. duxit illum in Hierusalem, quæ sancta dicebatur ob cultum diuinum, & quia ibi sanctus sanctorum sanguinem fudit, ac primitiua ecclesia spiritum sanctum recepit, & euangelicam legem exorsa est prædicare. Hieronymus: In omnibus tentationibus agit diabolus, vt intelligat si filius dei sit: sed dominus sic responsionem temperat, vt eum ambiguum relinquat. Statuit supra pinnaculum, vt quem fame tentarat, tentaret & gloria vana. Vox diaboli, qua semp cadere deorsum desiderat. Mitte, inquit, te deorsum. Persuadere potest, præcipitare non potest. Chrysost. Non ad ascensum, sed descensum suadet, qui omnes cadere, quẽadmodum ipse cecidit, (Luc. 10. Videbã satanam tanq̃ fulgur de cælo cadentẽ) cadere optat. Suæ eñ crudelitatis est, p̃cipitare persuasionibus deorsum: dei aũt, saluare. Sed attende quemadmodum angelus satanæ in angelum se transferat lucis. Id quidẽ, inquit, impune fiet, qnandoquidẽ ita promisit deus. Psal. 90. Angelis suis mandauit de te, vt conseruent te, & in manibus tollent te, ne quando offendas ad lapidẽ pedem tuũ. Hieronymus: Nõ de Christo, sed de viro sancto prophetia est. De angelorum custodia, quasi ad infirmum loquitur, de sua conculcatione (quæ ibidem subditur) quasi tergiuersator silet. Sic & impij nonnunquã & hæretici diuinis abuntur scripturis, ac fallunt incautos, sermonis diuini regulã ad suos affectus deprauantes. Non eñ scriptum erat de Christo, qui deus est, & non opus habet angelo. Hieronymus: Dominus falsas de scripturis sagittas, veris scripturarum frangit clypeis, dicens: Non tentabis, Deut. 6. Ad hoc siquidẽ hortatur, vt in necessitatibus ingruentibus bene speremus, auxilio diuino freti, non vt temere nos in periculum præcipitemus.

Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit: Hæc omnia tibi dabo, si

cadens

cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus: Vade satana. Scriptum est enim: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus, & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei.

Iam quo suos doceret Christus, ne post vnam atque alteram victoriam securitati se traderēt, sed semper in excubijs agentes, sese præberent paratos ad omnes satanæ insultus diabolus à templi pinnaculo sublatum, Lucæ.4. Duxit illum in montem, & ostendit illi omnia regna mundi in momento temporis. Mirum non est, q̄ dominus sic duci se permisit à diabolo, qui à membris sustinuit mortem. Ostendit in puncto temporis, oculis illius subijciendo omnia regna orbis, (potest enim hoc permissu dei spiritus impius, rerum imagines nouo quodam more repræsentare humanis obtutibus) simulq̄ quicquid in orbe magnificum, magnorum regum strepitus, præstigio quodam exhibuit oculis. Vel, vt sentit Chrysostomus, non singulatim terras & gloriam, sed situs, dispositiones, & gloriam regnorum exponendo. Ecce illic tale regnum talibus diuitijs & gloria opulentum. Gloriam ostendit mundi, quę cum mundo peritura est. 1. Iohannis. 2. Tranfit mundus & concupiscentia eius. 1. Corinthi. 7. Præterit figura mundi huius. Lucæ. 4. Tibi dabo potestatem hanc vniuersam & gloriam illorum, quia mihi tradita sunt, & cui volo, do illa. O cæcam impietatem, pollicetur aliena, mendaciū pater. Iohan. 8. Mendax est, & pater eius, quæ neque sua erant, neque sua intererat dare, sed illius qui dicit: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ, Psal. 2. Vere magnam de peccato pollicetur delectationem, quam tamen præstare non potest. Blandiri vt noceat, diaboli est: corripere vero vt prosit, dei. Hinc in montem ipsum ducere festinat, vt per quos ille corruerat, etiam cæteri corruant. Iuxta illud. 1. Timoth. 3. Ne in superbiam elatus, incidat in iudicium diaboli. Præmium solo deo dignum diuini honoris æmulator peruersus pollicetur. Lucæ. 4. Tu ergo procidens, si adoraueris coram me, erunt omnia tua. Nunquàm fine causa adoratur. Scriptum est Deuterono. 6. Dominum deum tuum adorabis, adoratione interiori & exterioti. Psalmo. 96. Adorate eum omnes angeli eius. Et illi soli seruies, seruitute quæ latria dicta est, & propter se. Licet enim non solum superioribus, sed etiam æqualibus seruiendum sit, pro loco, tempore, & causa. Galatas. 5. Per charitatem spiritus seruite inuicem. Matth. 20. Qui maior est in vobis, sit vester minister. Omnis tamen seruitus ista referenda est ad dei honorem, & propter eius ordinationem & voluntatem impendenda, neque alicui in ijs, quæ diuinitus prohibentur, obediendum. Acto. 5. Obedire oportet deo magis quàm hominibus. Dominus ergo tantam improbi spiritus non sustinens superbiam, ait: Abi satana, quod Hebræis aduersarium sonat, siue qui obsistit atque obturbat. Hieronymus: Non vt plerique putant, eadem satanas, & Petrus sententia damnatur. Petro enim dicitur: Vade retro me, id est, me sequere, qui contrarius es meæ voluntati. Hic vero audit, abi Satana, vt subaudias, in ignem æternum. Tunc reliquit eum, bis sua spe frustratus: Primum, quod sensisset insuperabilem: deinde, quod quum expiscatum veniisset, num esset filius dei, aliquanto incertior dimitteretur, quàm venerat. Lucæ. 4. Consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus, alia capta occasione rediturus, per suos scilicet satellites, pharisæos, scribas, & sacerdotes. Quod ergo dominus ductus est à spiritu dei, vt tentaretur, ingens solatium est omnibus qui tentantur, diuinæ scilicet opus esse, aduersitates, voluntatis. Nihil enim iuris in nos habet dæmon, nisi deus permittat: neque permittit nos tentari supra quàm possumus. 1. Corinth. 10. Chrysostomus tria tentationum genera esse censet: Ventris, vanæ gloriæ & auaritiæ. Gregorius: Quibus modis primum hominem strauit, eisdem tentando, secundo homini succubuit, vt nostris cordibus ipso aditu captus exeat, quo nos intromissus tenebat. De gula, Genesis. 3. Cur præcepit vobis deus, vt non comederetis ex omni ligno paradisi? Hic autem, Dic, vt lapis iste panis fiat, Lucæ. 4. De vana gloria, Genesis. 3. Eritis sicut dij: hic, Mitte te deorsum. De auaritia Genesis. 3. Scientes bonum & malum. Auaritia enim non solum pecuniæ, sed etiam ambitionis & honoris est. Hinc Philippen. 2. Non rapinam arbitratus est, esse se æqualem deo. Vnde hic ait: Hæc omnia tibi dabo. Sic & membra capitis tentare non cessat. 1. Petri. 3. Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquàm leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Callidus enim est, Genesis. 3. Sed & serpens callidior erat cunctis animantibus. Expertus Iob primo: Circuiui terram, & perambulaui eam. Hinc & se transfigurat in angelum lucis. 2. Corinthiorum vndecimo: Vnde à leuibus, & quasi necessarijs ad maiora semper procedit, quemadmodum hic ex famis necessitate, gulæ vitium ingerens, ad idololatriam vsque processit.

Tentatio num genera tria

In baptiſmo damus nomina duci noſtro, ſub illius vexillis aduerſus ſatanæ copias bellaturi. Neque vero nobis res eſt cum hominibus, quum Chriſtus iubeat & inimicos diligere, ſed cum impijs ſpiritibus, qui tẽlis igneis, multaq; arte nos impugnãt è ſublimi. Aduerſus omnes illas machinas, robur & vires ac ingenium, ſuppeditabit Chriſti ſpiritus arma, ſuppeditabunt diuinæ literæ. Epheſiorum .6. Induite vos armaturam dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli: quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ, & calciati pedes in præparationem euangelij pacis. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere, & galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum dei, per omnem orationem & obſecrationem, orantes omni tempore in ſpiritu, & in ipſo vigilantes in omni inſtantia & obſecratione. Matthæi.26. Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Iaco.4. Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis. Porro, quemadmodum in humana militia vices rerum ſunt, vt labores ocio, dura iucundis recreentur, & poſt diros conflictus celebrentur epinicia, ita in Chriſti militia, ſemper aſpera lætorum viciſſitudine mitigantur. Poſt toleratam improbitatem ſpiritus impuri, mox adſunt angeli, & Chriſto victori ſubſeruiunt. Hieronymus: Angeli domino miniſtrant, quo victoris dignitas comprobetur. In quo etiam vtraque natura oſtenditur in vna perſona, quia & homo eſt, quem diabolus tentat, & deus cui angeli miniſtrant. Beda: Dominus quadraginta diebus & noctibus in deſerto ieiunauit, victaq; tentatoris verſutia, miniſterijs fruebatur angelicis, ſuo nos informans exemplo, quia per macerationem carnis, aduerſarij ſpiritualis machinas euitare, & ad angelorum debeamus peruenire conſortium.

Luc.4 Et regreſſus Ieſus in virtute ſpiritus in Galilæam.

Non ſatis eſt, doctorem euangelicum eſſe purum à vitijs, ſed & fortem & incorruptum eſſe oportet, vt nec quæſtu, nec corporis voluptate, nec ambitione, nec metu malorum deflectat à rectitudine veritatis euangelicæ, quam non definit vllo tempore ſatanas oppugnare per eos, qui mundum hunc diligunt, plus quàm dei gloriam. Hoc nos docere volens dominus, peractis his omnibus, iam magna virtute ſpiritus quo plenus erat, recepit ſe in Galilæam.

De teſtimonio Iohannis, par.2.ar.2.b.
De prima vocatione Andreæ & Iohannis, par.2.ar.2.e.
De mutatione aquæ in vinum, par.2.ar.3.f.
De primo aduentu eius ad paſcha, par.2.ar.4.g.
De Nicodemo, par.2.ar.5.h.
De querela quod Ieſus baptizat, par.2.ar.6.k.

¶De incarceratione Iohannis, Matth.XIIII.Marc.VI.Lucæ.III.

## ARTICVLVS XVII.

Lucæ.3 HErodes autem tetrarcha, cum corriperetur a Iohanne de Herodiade vxore Philippi fratris ſui, & de omnibus malis, quæ fecit Herodes, adiecit & hoc ſuper omnia, & incluſit Iohannem in carcerem.

Verum tum dominus aggreditur docendi negotium, vbi rumor vulgaſſet Iohannem ab Herode fuiſſe coniectum in vincula: nimirum ferens præmium quod ſolent, qui apud mundi huius principes audent liberius admonere, maluntq; ſalutaria dicere q̃ iucunda.

Mar.6 C Ipſe enim Herodes miſit ac tenuit Iohannem, ac vinxit eum in carcerem, propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam. Dicebat enim Iohannes Herodi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem inſidiabatur illi, & volebat occidere eum, nec poterat. Herodes autem metuebat Iohannem, ſciens eum virum ſanctum, & iuſtum, & cuſtodiebat eum. Et audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.

Duo ho-

Duo hominum genera proponit: vnum, quod postposito deo, carnis curam agit in de-
fideriis: alterum, quod deo placere studet per vitæ meritum & sanctimoniam, & proxi-
mo prodesse per doctrinam sanam. Iaco. 5. Fratres mei, si quis ex vobis errauerit à veri-
tate, & conuerterit quis eum: scire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab er-
rore viæ suæ, saluabit animã eius à morte, & operit multitudinem peccatorum. Magnũ
certe: nam fratrem à morte, se vero à peccato liberauit. Econtra, qui verbo vel exemplo
scandalizat. Mat. 18. Væ homini per quem scandalum venit. Hieronymus: Iohannes qui
in spiritu & virtute venerat Heliæ. Lucæ 1. eadem autoritate qua ille Achab arguerat &
Iezabel. 3. Regum. 21. arguit Herodem & Herodiadem, q illicitas nuptias fecerint, & non
liceat fratre viuente, germano vxorem illius ducere. Leuit. 20. Qui duxerit vxorem fra-
tris sui, rem facit illicitam, malens periclitari apud regem, q̃ propter adulationem esse im
memor præceptorum dei. Hæc est autem conditio veritatis, vt eam semper inimicitiæ
persequantur, sicut per adulationem amicitiæ pernicioſæ comparantur. Chryſoſtomus:
Herodem Iohannes monitis, non accusatione pulsabat, vtpote amator castitatis, quem
corrigi voluit, nõ perire: sed Herodes facibus libidinis ardens, perire maluit quàm redire.
Malos qui corrigit, offendit: incurrit odium, qui arguit criminoſos Prouer. 9. Qui arguit
impium, sibi maculam generat. Argue sapientem, & diliget te. Ecce quid non facit libido
ob cuius rabiem Herodes etiam dei præcepta contemnebat, & quia Iohannis secretam
contemnebat correctionem, timuit publice argui à Iohanne, qui seuere contra tales prę-
dicabat. Mat. 3. Hinc inclusit eum. Sed quo plus suam palliare studuit malitiam, eo magis
propalauit, quia plus clamant vincula & mors, quàm vox ipsa clamantis. Gene. 4. Ecce
vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Chryſoſtomus: Dicebat Iohannes Hero-
di, quod erat legis, quod erat iustitiæ, quod erat salutis: certe quod non odij causa, sed amo
ris. Lege cautum erat, vt fratris defuncti sine liberis, semen frater superstes suscitaret. Deu
terono. 25. Sed hic maritus viuebat, & filia quam ex vxore habuit: quare à Iohanne ar-
guebatur. Sed vnde laudem & amorem meruit, odium recepit. Oſee. 5. Non dabunt co-
gitationes suas vt reuertantur ad deum suum, quia spiritus fornicationum in medio eo-
rum. Hinc Oſee. 4. Fornicatio & vinum & ebrietas auferunt cor. Et. 7. Omnes adulteran
tes quasi clibanus succensus à coquente. Iob. 31. Ignis est vsque ad perditionem deuorans,
& omnia eradicans germina. Hoc est quod ait Apostolus. 2. Timothei. 4. Erit enim tem-
pus quum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi ma-
gistros, pruriẽtes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem con
uertentur. Causam insinuat Iohannes. 1. Iohannis. 4. Ipsi de mundo sunt, & de mundo lo
quuntur, & mundus eos audit. Vnde dominus Iohannis. 7. Non potest mundus odisse
vos: me autem odit, quia ego testimonium perhibeo, q̃a opera eius mala sunt. Ecce causa
odij. Sic Galatas. 4. Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis? Et. 3. Regum. 22
Ego odi eum, (ait rex Achab) quia non prophetat mihi bonum. Herodias autem, filia
Aretæ regis, prius locata Philippo tetrarchæ Itureæ & Trachonitidis regiõis, orta simul-
tate, abducta à genero, cui iam pepererat filiam, Herodi fratri Philippi, sed inimico, per
patrem tradita matrimonio, metuens ne Iohannis opera, quia iam exciderat à priore
matrimonio, ab hoc quoque excluderetur, insidiabatur ei, captans occasionem occidendi
illum: nec succedebat. Nec solum ipsa, sed & Herodes, Matthæi. 14. volens occidere il-
lum, metuebat populum, quia sicut prophetam illum habebant. Aderat malus animus, sed
deerat occasio, quæ tantum deest malis vt lædant. Chryſoſtomus: Facile deuiat à iustitia,
qui in causa non deum, sed homines formidat. Hic peccandi differt facultatem, non vo-
luntatem. Vnde etiam quos suspendit à crimine, auidiores reddit ad crimen, & æstuat
animus, quousque perficiat quod cogitat malum. Quod ergo Iohannem audiebat, & au-
dito eo multa faciebat, vulpinum fuit figmentum coram populo. Gaudent enim non-
nunquam mali principes, habere domi viros insigni probitatis opinione celebres & com-
mendatos: non vt horum consiliis obtemperẽt, sed vt quod agunt ex animo suo, ex hoc
consiliis agere videantur apud ignaram plebẽ. Vnde in aliis quidẽ rebus leuioribus frequẽ
ter illius monitis paruerat: hic, vbi præcipue conueniebat obtemperare, ob turpissimum
mulieris affectum, virum sanctum incarcerauit, quem turbæ etiam Christum credebant.

De Samaritana muliere. par. 2. ar. 7. l.

De filio reguli. par. 2. ar. 8. o.

¶ De initio prædicationis Christi, Marci. I. Lucæ. IIII.

ARTICVLVS XVIII.

Postquã

Marc.1 D POstquam autem traditus est Iohannes, venit Iesus in Galilæam, prædicans euangelium regni dei, & dicens: Quoniam impletum est tempus, & appropinquabit regnum dei, pœnitemini, & credite euãgelio.

Nec prædicauit dominus antequàm Iohannes, neq; miracula operatus est antequàm ille incideret in vincula, ne hac existẽte causa, magna pars populi scinderetur. Idcirco nec aliquod signum fecit Iohannes, vt ex hoc multitudinem traderet Christo, quæ ad eum signorum admiratione confluueret. Lege naturę, quam deus inscripserat cordibus omnium mortalium, abusi sunt, philosophorum sapientia reddidit mundum stultiorem quàm fuerat. Gentium religio hactenus summa fuit impietas. Iex figuris suis innuit, prophetę oraculis prædixerunt venturum, qui perfectam salutem offerret omnibus gentibus. Tempus quod deus præfinierat huic negotio, iam expletum est, iam adest regnum dei. In id vsq; temporis lex operabatur, ab hoc autem tempore regnum dei quod est vita euangelica. Vt Iohanni succesſit, ne ab se alienaret quos illius admiratio iam totos occuparat, à nota illius & familiari doctrina rem auspicatur, lactans interim infirmos, vt post solidum cibum proferat illis firmioribus. Clamat igitur veluti Iohannem referens. Resipiscite, pœnitet vos vitæ veteris. Iam enim instat regnum cœlorum, quod cum nulli sit claudendum, nullis tamen patebit nisi puris, & cœlestia quærentibus, & quicquid est terrenarum cupiditatum amputantibus. Hieronymus: Amaritudinem radicis, pomi dulcedo compensat: periçula maris, spes lucri delectat: dolorem medicinæ, spes salutis mitigat. Offertur lætus & optabilis nuntius, gratuita condonatio omnium peccatorum. Agnoscite morbum & accipite remedium.

Luc.4 Et fama exijt per vniuersam regionem de illo, & ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus.

Erat apud Iudæos consuetudo, vt frequenter, sed præcipue sabbatis ac festis diebus cõuenirent in templum, aut in synagogas, vt ocium quod illis indixit lex ab operibus sordidis & prophanis, non in aleã, scorta, compotationes, rixas, aliaq; flagitia consumerent, sed in his quæ sunt animi, collocarent. Illic erat confabulatio, non de nugis humanis, sed de lege domini, de venturo Messia, qui flagrantissimis votis ab omnibus pijs expectabatur.

¶De lectione in synagoga. Lucæ. IIII.

ARTICVLVS XIX.

ET venit Nazareth, vbi erat nutritus, & intrauit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam, & surrexit legere. Et traditus est illi liber Esaiæ prophetæ: & vt reuoluit librum, inuenit locum vbi scriptum erat: Spiritus domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis redemptionem, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum domini acceptum, & diem retributionis. Et cum plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit.

Non solum operibus, sed & diuinis scripturis dñs se comprobauit Christum. Quum audisset alios de lege differentes, surrexit & ipse, hoc gestu significans, se quoq; spiritu afflatum, habere quod loqui vellet ad populum. Non egebat codice ipse, in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sunt reconditi. Coloss. 2. sed tamen accepit codicem, vt nobis studium sacræ lectionis commendaret, & vt ex ipsa scriptura thema acciperet sui sermonis. Inuenit locum, non à casu, sed quem voluit. Nemo enim Esaia clarius, aut euidentius de Christo vaticinatus est, deq; doctrina euangelica. Et vbi stans è libro sua voce pronunciasset, assedit explicaturus quod legerat. Audistis, inquit, Esaiam sancti spiritus afflatu vobis promittentẽ eximium quendã ac potentem doctorẽ, qui non ex spiritu humano doceat, sed affatim vnctus ac delibutus diuino spiritu mittendus sit à deo, vt his qui mites sunt ac pauperes spiritu, eoq; doctrinæ salutaris capaces, lętum ac optabilem adferret nũtium salutis. Ephe. 2. Veniens euangelizauit pacem vobis qui longe fuistis, & pacem his qui prope, quiq; potens esset præstare quod annuntiaret, nimirum cœlesti virtute præditus, qui gratis salutem adferret omnibus, qui suorũ malorũ conscij, salutem optarent, qui gratis condonatis peccatis omnibus mederetur his qui cor haberent varijs vitiorum ac

malarum

malarum cupiditatum morbis corruptum. Cyrillus: Fragilem habentes mentẽ, passionum insultibus resistere non valentes. Basi. Qui peccando à satana pressi sunt. Lu. 19. Venit filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. Qui prædicaret oñibus libertatem, qui vel idololatriæ dediti, captiui tenerentur à diabolo. 2. Timot. 2. vel legis superstitioni seruientes. Actu. 15. non possent aspirare ad libertatẽ spiritus. Qui cæcis animo, & in altissima erroꝝ caligine versantibus, per fidẽ aperiret oculos, quibus aspicerent lucẽ æternæ veritatis. Iohan. 8. Ego sum lux mundi. Qui eos qui oñi prorsus maloꝝ genere confracti, contritiq; viderentur à satana, restitueret pristinæ libertati. Qui veꝝ iubilęum prędicaret adesse oñibus exoptabilem, ita ab oñibus flagrantibus animis acceptandũ. Annus nunc est iubilęus, gratis offerens libertatẽ ac salutẽ iis, qui se mansuetudine & credulitate præbent dociles ac sanabiles. 2. Coꝝ. 6. Ecce nunc tẽpus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Acto. 3. Oñes prophetæ à Samuel & deinceps qui loquuti sunt, annuntiauerunt dies istos. Sed huic succedet dies retributionis ac vindictæ, pœnas æternas exacturus ab his, q̃ dei bonitatem fuerint aspernati. 2. Thess. 1. In flamma ignis dantis vindictã his qui nõ nouerunt deum, & non obediunt euãgelio domini nostri Iesu Christi, qui pœnas dabunt interitum æternas à facie domini, & à gloria virtutis eius.

Et omnium oculi in synagoga erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos. Quia hodie impleta est scriptura hæc in auribus vestris. Et omnes testimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ quæ procedebant de ore ipsius.

Fama recens quæ iam cœperat spargi de Iesu, tum nunc primũ assumpta doctoris autoritas, postremo cœlestis quædã gratia relucens in vultu eius, efficiebat, vt omniũ quotquot essent in illa congregatione, oculi essent intenti in eum. Origenes. Nunc quoq; oculi nostri, si volumus, possunt intendere saluatorem. Cum em̃ principale cordis tui direxeris ad sapientię veritatem, deiq; vnigenitũ contemplandũ, oculi tui intuentur Iesum. Manifeste autẽ se illis commendat, dicens esse completã hanc scripturã in auribus eoꝝ, se esse de quo propheta vaticinatus sit, & quod prophetaꝝ oracula spiritualẽ exquirãt intelligentiã de liberatione à potestate satanæ & iugo peccati. Peccatum em̃ multa in anima operatur mala: vulnerat, captiuat, excæcat, à deoq; separat, & gratia & gloria priuat. Hæc oñia dominus curare venerat. 1. Iohan. 3. In hoc apparuit filius dei, vt dissoluat opera diaboli. Cæterum sermo ipsius, quoniam proficiscebatur à pectore spiritu cœlesti pleno, bonis omnibus & amabilis erat, & efficax ad salutem. Matth. 12. Bonus homo de bono thesauro profert bona. Iohã. 7. Nunquàm sic loquutus est homo sicut hic loquitur.

Et dicebant: Nonne hic est filius Ioseph? Et ait illis: Vtique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice, cura teipsum. Quanta audiuimus facta in Capernaum, fac & hic in patria tua. 2 Lucæ. 4 E

Duo in Christo animaduertẽda, humanæ naturæ imbecillitas, quã declarauit varia, & reꝝ & incommodoꝝ incursio. Deinde vitæ consuetudinẽ si spectes, si commeatũ, si sodalitium, simplicitatem discipuloꝝ, est quod mireris in eo, & nisi adsit fides, infimo hunc discrimini loco natum. Mat. 11. Ecce homo vorax & potator vini, publicanoꝝ & peccatoꝝ amicus. Secundo, diuinam naturam, qua patri coæqualis est, inuisibilis, ęternus, & figura substantiæ eius. Hebr. 1. Hæc latuit in carne, prodijt tñ rebus factis q̃ externe. Declarauit hanc in Christo naturam potentia verbi, mirandoꝝ operum illustratio. Verum cum pręter hominem nihil cernerent, hæc ipsa non admodũ multis arridebant: maxime vero illis, apud quos educatus fuit, qui domũ, parentes, studiũ, vitæq; consuetudinẽ nouerant. Demirabãtur, vnde repẽte cõtigisset illi tãta virtus, quã in alijs vrbibus iam prodiderat varijs miraculis, vnde tam admirabilis diuinoꝝ voluminum cognitio, vnde tãta cũ autoritate facũdia. Nondum em̃ intelligebãt, quanto plus valeret vnctio spũs, q̃ pharisæoꝝ doctrina. Vnde Mat. 13. Vnde huic sapia hæc & virtutes? Nõne hic est fabri filius? Vides qd eos scãdalizabat? Externa reꝝ facies: intus em̃ cæci erãt, quare indigni dei beneficijs? Mat. 13. Et nõ fecit ibi virtutes multas propter incredulitatẽ illoꝝ. Hoc est ꝙd hic cõcludit dñs: Oñino dicetis mihi: Medice, cura teip̃m. Medicus qdem sum, paratus sanãdis oĩbus oĩm morbis, si quis se p̃beat sanabilẽ. Nullus em̃, quantũuis doctus ac benignus, medicus mederi p̃t ægrotis, si pharmacũ oblatũ reijciãt, ac fideli medico diffidãt. Gloss. Multa audiuimus à te facta miracula, sed non credimus, quũ nihil simile feceris apud nos, quibus tñ magis impendenda beneficia. Id em̃ natura comparatum est, vt in nosmetipsos simus misericordes, vt nobis ipsis

bisipsis principio, deinde alijs, si nostra ope egeant, suppetias feramus. Hinc cõcludere moliuntur, ipsum aut insipienter, vel inordinate, aut certe non vera edere miracula.

Lucæ.5 G

Ait autem: Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis, multæ viduę erant in diebus Heliæ in Israel, quãdo clausum est cælum annis tribus, & mensibus sex, quando facta est fames magna in omni terra, & ad nullam illarum missus est Helias, nisi in Sareptam Sidoniæ ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in Israel sub Helisęo propheta, & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus.

Quod medicis accidit, multo magis accidit prophetis. Nam ars medicor̃ opitulatur, quandoq; & inuitis. Propheta vero, quoniam potissimũ medetur animis, ne potest quidem succurrere ijs qui salutem oblatam recusant. Recusat autem qui diffidit. Reuoluite veterum prophetarum historias, & certissimum esse comperietis, nullum vnquàm prophetam in precio fuisse habitum in patria sua, apud cognatos: non ꝙ minus aut possint, aut velint benefacere suis, quàm alienis, sed ꝙ incredulitas cognatorũ reddat ipsos indignos diuino beneficio. Cyrillus: Quædam communis quasi cunctis accidit passio. Contemnuntur enim quodammodo semper etiam optima quæ ꝙ, quando non raro contingunt, sed ad velle suppetunt seu frequenter. Familiaris enim, quoniam semper præsto est, debita reuerentia priuatur à notis. Sic Ioseph à fratribus venditus. Gene.37. Sed per Pharaonem exaltatus. Gene.41. Sic Hieremias in lacum per consiliarios Zedechiæ missus, sed per Abdemelech Aethiopem extractus. Hierem.38. Et per Nabuchodonosor honorifice tractatus. Hiere.39. Hoc dominus conqueritur. Ezech.3. Domus Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me. Ambrosius: Vide quantum malum inuidia adferat. Indigna enim patria iudicatur, in qua ciuis magnalia operetur, quæ digna fuit vt filius dei in ea conciperetur. Erat Iudæorum proprium, signa petere. 1. Corint.1. Iudæi signa petunt, Græci sapientiam. Iohan.4. Nisi signa & prodigia videritis, non creditis, sed quidem inde meliorati fuerunt, vt Iohan.2. Multi crediderunt in nomine eius, videntes signa quæ faciebat. Et Iohan.3. Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo. Alij vero deteriorati, quibus odor vitæ in mortem. 2. Corinth.2. Matth.12. Generatio mala & adultera signum quærit. Iohan.2. Quod signum ostendis nobis quia hæc facis? Vt ergo te medicus sanet, tuam ipsius intellige miseriam. Interpella deinde medici officium, tum demum sequere consilium, & esto gratus quum sanitati restituerit. Ecclesiastici.38. Fili, in tua infirmitate non despicias teipsum, sed ora dominum, & ipse curabit te. Non ergo te sanum reputes, quum à planta pedis ad verticem vsque non sit sanitas. Esa.1. Ambrosius: Nemo sanatus ostenditur & maculoso morbo absolutus, nisi qui religioso officio studuit sanitati. Proinde indigni erant non ob id solum quod non quæsierunt medicum, nec ei crediderunt, sed quod fraternæ inuidebant gratiæ. Ambrosius: Frustra opem misericordiæ cę lestis expectas, si alienæ fructibus virtutis inuideas. Aspernator est enim dominus inuidorum: & ab his, qui in alijs diuina beneficia persequuntur, miracula suæ potestatis auertit. Confirmat exemplo scripturæ quæ dixerat. Proficiunt quidem similia, & id genus alia, quæ ad probandum adhibentur, sed non sufficiunt. Ad legem enim & ad prophetas, Esa.* Sareptana rogata, prompte dedit aquam: pollicenti Heliæ non defecturam hydriam ac lechytum, habuit fidem, ac parauit pultem, vt iussa fuit. Hic nimirum erat animus Israeliticus, in muliere non Israelitica. Adeo apud deum plus valet animus, quàm genus. Imitare viduam dictis credentem, & iussis obsequentem: & diuinis fide promissis, quantumcunq; deploratæ res inciderint. An Helisęus ad bene merendum de prophanis & alienigenis, promptior fuit quàm de suis popularibus? Nequaquàm, sed fidutia viri promeruit dei beneficium. Credidit enim hoc deum per suos cultores præstare posse, quemadmodum à puella audiuit. 4. Regum.5. Et iussus mergi in Iordane, obtemperauit. Eadem fidutia si fuisset apud Israelitas, sensissent & ipsi diuinam beneficentiam. Ecce primo audiuit. Romañ.10. Fides ex auditu. Secundo, in terram Israel venit. Tertio, admonitu ministrorum iussis obtemperauit prophetæ, & sic pristinæ restitutus est sanitati. Ecclesiæ ministri & euangelij doctores, sunt cooperatores dei, verbum dei dispensantes. Iordanis, baptismus est & sacramentum reconciliationis: deinde, & alia ecclesiæ sacramenta, quorum vsu legitimo purgamur à vitijs, modo fide accesserimus. Vere, inquit, scio ꝙ nõ sit alius deus in vniuersa terra, nisi tantum in Israel. 4. Reg.5. Perpende quàm iuste Christus hanc in os obiecerit historiam. Siquidem alienigena Syrus, regno, gratia, ac fauore dei potitur, quum interim multi leprosi in suis interint fœtoribus.

Et reple-

Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes. & surrexerũt, & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt eum vsq; ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum, ibat.

Liuore & indignatione perciti, mala pro bonis reddere voluerũt. Psal. 55. Retribuebãt mihi mala pro bonis. Hiere. 18. Nunquid redditur pro bono malum? Quũ enim ipsis incredulitatẽ suam exprobrasset, ob quã indignos se redderẽt dei beneficijs, intantũ cõmoti sunt omniũ animi, q; Sidonios & Syros, homines apud Iudæos abominandos, gẽti præferret Israeliticæ, vt coorto tumultu eijcerent eũ, vt præcipitarẽt. Prouer. 15. Non amat pestilens eum qui se corripit. Amos. 5. Odio habuerũt corripientem in porta. Ambrosius: Merito perdiderunt salutẽ, quia à suis finibus eiecerunt seruatorem. Itaq; factũ est, vt dum Iudæi à se pellerent Christũ, simul cũ ciuitate & regnum & sacerdotiũ & dei fauorem perdiderunt. Perfecit quicquid potuit praua volũtas, sed non est data prauæ voluntati facultas. Innocuus transiit per mediũ illoꝝ, palam declarans nihil in ipsum posse malitiam hominum, nisi suapte sponte sese præberet capiendum & occidendum. Esa. 53. Oblatus est, qa ipse voluit. Iohan. 10. Potestatẽ habeo ponẽdi animã meam, & potestatẽ habeo iteꝝ sumẽdi eam. Chrysostomus: Quæ sunt deitatis simul & humanitatis, ostendit. Stare enim in medio insidiantiũ, & non apprehendi, diuinitatis eminentiam declarauit: discedere vero, dispensationis mysteriũ approbabat. Quicũq; ergo veritati repugnant, qui exibilant, interire necesse est. Sola em̃ veritas nos firmos facit, seruat, tutatur, aduersus omnes in vniuersum hostes. 3. Esdræ. 3. Super omnia vincit veritas. Hinc diabolus in veritate non stetit, Iohan. 8. Quare admonet Apostolus Ephe. 6. State succincti lumbos vestros in veritate.

Cum autem audisset Iesus, q; Iohannes traditus esset, secessit in Galilęam: & relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in ciuitate Caparnaum maritima, in finibus Zabulon & Neptalim, vt adimpleretur quod dictũ est p Esaiam prophetam: Terra Zabulon & terra Neptalim, via maris trãs Iordanem Galilææ gentium, populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: sedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Matt. 4. F

Quod audita incarceratione Iohannis discessit, non ob hoc egit q; metueret ipse, sed vti doceret suos, non esse vltro accersendũ periculũ, si liceat vitare commode: sed quoties oppresserit, fortiter esse negligendũ. Nota quod Esa. 9. verba aliquantulum mutãtur, licet sensus in idem redeat. Primo tempore, hoc est, in initio prædicationis euangelicæ, alleuiata est terra Zabulon & terra Neptalim, quæ finitima est littori marino, animo releuata à iugo diaboli & seruitute peccati. Matth. 11. Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. & nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanẽ. Populus ibi habitans, oneratus vitijs, induratus corde, & reuersus ad vomitum, fidẽ doctrinam q; domini abijciens, 2. Petr. 2. Quod si refugientes coinquinatiões mundi, in cognitione dñi nostri Iesu Christi, his rursus implicati superant, facta sunt eis posteriora peiora prioribus. Melius enim erat illis nõ cognoscere viã iustitiæ, q̃ post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, q̃d illis traditũ est sancto mandato. Contingit em̃ illis illud veri prouerbij: Canis reuersus ad suum vomitũ, & sus lota in volutabro luti, Proue. 26. Galilææ gentiũ, dicit. Sunt em̃ duæ Galilææ: vna in sorte tribus Neptalim, finitima Tyrijs, in qua Salomon 20. ciuitates donauit Chiram regi Tyrioꝝ: altera in tribu Zabulon, e regione Tiberiadis ac stagni Genezareth, & prima dicitur gentiũ. Populus qui ante versabatur in densissima caligine ignorantiæ, perfidiæ & peccati, vidit lucem magnam, euã gelium & eius autorem. Iohan. 8. Ego sum lux mundi. Lex, lux est, Prouer. 6. sed parua. Habitantibus in regione vmbræ mortis, plena peccatis, quæ sunt vmbræ mortis, qm̃ lucem gratiæ abscondũt, & morti æternæ proximũ faciũt: quia sicut mors corpus, ita peccatum animã detinet. Lux orta est eis. Non enim quæsiuimus illam, sed missa est nobis. Sed Iohan. 3. Lux venit in mundũ, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Sed iam nunc audiamus hanc lucem, & radios contemplemur.

Exinde cœpit Iesus prædicare & dicere: Pœnitẽtiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum.

Iohanne tradito, incipit prædicare: quia definente lege, oritur euangelium. Eadē autem prædicans quæ Iohannes, ostendit se eiusdem dei filium, cuius ille propheta. Resipiscite, ait, de peccatis pristinis dolentes & abstinentes: appropinquauit regnum cælorū, quod credentibus patet. Regnum etiam cælorum Christus est, & vita virtutibus prædita. Sic & in vnoquoq; est regnum cælorum, si angelicam vitam agimus. Lucæ. 17. Ecce regnum dei intra vos est.

¶De secunda apostolorū vocatione, Lucæ. V.

## ARTICVLVS XX.

Luc. 5. G

FActum est autem cum turbæ irruerent in Iesum, vt audirent verbum dei: & ipse stabat secus stagnū Genezareth. & vidit duas naues stantes secus stagnum. Piscatores autem descenderant, & lauabant retia. Ascendens autem in vnam nauim quæ erat Simonis, rogauit eum a terra reducere pusillum: & sedens, docebat de nauicula turbas.

Mystice ostendit ecclesiæ nascentis exordium, processum & profectum, simulq; quātum deo simplex & prompta placeat obedientia, hominiq; proficiat. Quū enim in dies latius inclarescceret apud omnes fama Iesu, tantus erat hominum affluxus, vt iam nō satis esset illi, copiam sui facere in synagogis, in vicis, in oppidis, verumetiam quocūq; subduceret se dominus, eo simul accurreret promiscua multitudo virorum ac mulierū. Pleroscq; pellexerat amor sanitatis, nonnullos inuitabat miraculorum nouitas, permultos cælestis doctrinæ vis attrahebat. Nam sermonem pharisaicum pleriq; fastidiebāt, quod præter hominem nihil referret. Ipse autem erat docēs sicut potestatē habens, Matth. 7. quia verba vitæ æternæ habebat, Iohan. 6. Quid ergo mirum, si eius verba qui patris est sapientia, in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sunt reconditi, Coloss. 2. populū attrahebant, quum discipulorum verba tantam haberent efficaciam, vt vna die Petrus conuerteret 3000. hominum ad fidem? Acto. 2. Attrahebat enim ad se turbas impetu q̄dam, quemadmodum adamas attrahit ferrum. Psal. 44. Speciosus forma præ filijs hominum. diffusa est gratia in labijs tuis. Sed qui irruerunt? Turba, non principes, nō pharisæi. Iohan. 7. Nunquid ex principibus aliquis credidit in eū, aut ex pharisæis? Sed turba hæc quæ nō nouit legē, maledicti sunt. Hoc est quod ait dominus Matth. 11. Cōfiteor tibi domine pater cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Prouer. 3. Cum simplicibus sermocinatio eius. Dulcedinem em̄ suam abscondit à superbis. Cū ergo vrgerent eum, stabant duo scalmi piscatorij in littore maris stagni Genezareth, sic dicti à regione, alio vero nomine mare Galilææ à prouincia, necnon mare Tiberiadis à ciuitate Tiberias, & in scalmū Petri, piscaturus homines verbo salutis conscendit. Vide autem humilitatem & modestiam domini, qui cum solo nutu abducere posset, aut certe vt dominus præcipere, benigne rogat, modestiæ exēplū dās prælatis. Sed sunt tyranni de quibus conqueritur dominus per Ezech. 34. Cum austeritate imperabatis eis & cum potentia, & dispersæ sunt oues meæ, eo q̄ non esset pastor. Ostendit etiam nullum opus deo acceptum, nisi sit voluntarium. 2. Corinth. 9. Hilarē datorem diligit deus. Eccī. 15. Deus ad initio creauit hominē, & reliquit illum in manu cōsilij sui, adiecit mandata & præcepta sua. Si volueris mandata seruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam seruare. Appposuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum. Quid docuerit, euangelista non ponit, quemadmodum nec omnia prodigia aliquis euangelistarum in particulari. Tanta enim de ipsius & documentis & miraculis scripserunt, quantum ad ædificationem ecclesiæ, & fidei confirmationem, ac animarum salutem sufficere nouerant, inspirante ac moderante deo. De naui autem Petri docet, is qui docet omnē scientiam, sine quo nullus bene docere potest, quia extra eam error & falsitas. Ephe. 4. Vnus deus, vna fides, vnum baptisma. Hinc ecclesiam, columnam & firmamentum vocat veritatis, 1. Timot. 3. Rogat autē paululum abducere à terra. i. à terrenis auocari, sic tamen vt qui terreni sunt, plene audire possint vocem Christi, in naui à terrenis affectibus separata sedētis. Sessio, stabilitatem ipsius in ecclesia designat. Heu heu domine deus, totam terræ, qui tui videntur, immergunt.

2 Vt autem cessauit loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia vestra

vestra in cāpturam. Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam: Rumpebatur autem rete eorum.

Post doctrinæ manifestationem, sequitur miraculi operatio, vt veritati dictorum, fidem præstet. Admirare domini dispensationem, quomodo per propria & familiaria sua quenq; attrahit, sicut magos per stellam, sic piscatores per pisces. Quanquam res quasi desperata esset, nam tota nocte laboribus inuacuum consumptis, diffisi retia composuerant, domini tamen verbis Petrus confisus, diligenter exequitur præceptum, in profundum maris abducens scalmum. Psalm. 68. Veni in altitudinem maris. Iohan. 4. Puteus altus est. i. profundus. Meum erit, ait, obsequium, tuus euētus. Digna mercede promptam obedientiam remunerat. Habes in Simone formam euangelici doctoris, cuius est proprium ac peculiare munus, laxare rete prædicationis euangelicæ, non e pharisæorū laqueis, non e philosophorum argutijs, sed e sacrorum voluminum præceptis, e Christi dictis factisq; sic contextum, vt quàmplurimos inuoluat, nec inuolutos sinat elabi. Mare mundus est, varijs rerum moribus sursum deorsumq; fluctuans. Tumet per superbiam, feruet per auaritiam, spumat per luxuriam. 1. Iohan. 2. Omne quod est in mundo, cōcupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Esa. 58. Impij quasi mare feruens quod quiescere non potest. Apoca. 17. Aquæ multæ populi multi. Bedat Duæ naues, circuncisio & præputium, quas videt, quia in vtroq; populo nouit qui sunt eius, 2. Timoth. 2. quorum corda à fluctibus seculi, ad futuræ vitæ tranquillitatē, quasi ad littus misericorditer videndo prouehit. Ascendit in Petri nauim, de cuius autoritate ipse docet gentes, quæ bene vna dicitur, quia multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, Acto. 4. Hæc nauicula, secundum Matthæum fluctuat. Matth. 14. Nauicula in medio mari iactabatur magnis fluctibus. In quo nascētis ecclesiæ exordium attenditur, quando trepidantibus discipulis, Christus, dormit, quando Petrus suis meritis firmus, alienis turbatur, quando Iudas proditor adhuc est mixtus. Hic Lucas dicit eam piscibus impleri, quo finem posterioris agnoscas, vbi perfectis, in fide Christus vigilat, vbi perfidia proditoris cessat, vbi perfecta dilectio exhuberat. Petro signanter dicitur, Duc in altum: sed cum hoc & alijs, & laxate retia. Nā Petrus in altum ducit. Ambrosius: Quid tam altum, q̄ altitudinem videre diuitiaꝝ scientiæ, dei filium, & professionem diuinæ generationis assumere? (Matth. 16. Tu es ille Christus, ille filius dei viui) quam licet mēs nō queat humana plena rationis inuestigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo cōplectitur. Nam etsi non licet scire quemadmodum natus sit, non licet tamen nescire q̄ natus sit. In hoc altum à Petro ecclesia deducitur disputationis, vt videat hinc resurgentem filium dei, inde spiritum sanctum profluentem. Sed reliqui pastores ducti per eum, in & e sua naui laxant retia in capturam, id est, animarum salutem. Euangelium rete est, orationem habens humilem & pedestrem, & ad auditorum infirmitatem se attemperātem. & idcirco dicitur laxari. Habet & mūdus sua retia, habet & satanas piscatores suos, qui miseras animas blandimētis illectas, in nassam infelicitatis conijciant, atq; in æternū pertrahāt exitium. Sed felices, quas inuolutas sagena apostolica, de profundo criminum & errorum petrahit ad auram liberiorem, e tenebris ad lucem, e sordido limo ad vitam puriorem, e vagis cupiditatibus, ad innocentiæ perpetuæ constans studium. Neq; enim pertrahuntur ad cædem, sed salutem. 2. Corinth. 12. Non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos. Prouer. 14. Doctrina prudentium facilis. 1. Corinth. 1. Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare, non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi. Piscatores autem tota nocte nihil ceperunt, quia rempore vetustatis, neq; gentes, neque Hebræi ad vitam capi valebant æternā. Roma. 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Ephe. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Vbi enim Christus nō est, tenebræ sunt. Ipse est em̄ lux mundi, Iohan. 8. quæ illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum, Iohan. 1. Qui per fidē habitat in cordibus nostris, Ephe. 3. & Roma. 10. Finis legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Infelix piscatio peccatoris, quia tenebrosa, laboriosa, & infructuosa. Laxandum rete, sed in verbo domini, non ad suam gloriam, non ad quæstum, non ad principum arbitrium, nō ad aliquam humanam cupiditatem, sed ad arbitrium ac iussum Christi, qui non iubet laxari rete, nisi ad salutem eorum qui capiuntur, & ad gloriam bonitatis diuinæ. Hiere. 23. Propheta qui habet somnium, narret somnium: qui habet sermonem meum, narret sermonem meū. Cū

fiducia ergo gratiæ dei & auxilij, verbum dei proponendū vt fructificet. Coloss. 4. Orā-tes simul & pro nobis, vt deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysteriū Christi. Quoniam autem sagena prædicationis interim trahit & inuoluit vndecūq; pisces varij generis, fieri nō potest quin bonis admixti sint mali. Malorum ergo culpa rūpitur rete, sed non ideo elabuntur boni pisces. Maior autem malorum quàm bonorū numerus. Matth. 20. Multi sunt vocati, pauci vero electi. 1. Corinth. 11. Audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. Nam oportet hæreses esse, vt qui probati sunt in vobis, manifesti fiant. Mali hic se segregant merito, tametsi numero iungantur. Iudæ ca. 1. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. 2. Petri. 2. Et in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, sed in fine seprabuntur & numero. Matth. 13. Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis.

Et annuerunt socijs qui erant in alia naui, vt venirent & adiuuarent eos. Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt pene mergerent. Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens: Exi a me dñe, quia homo peccator ego sum. Stupor enim circūdederat eum, & omnes qui cum illo erant, in captura piscium quam ceperant. Similiter autem & Iacobū & Iohannem filios Zebedæi, qui erant socij Simonis.

Miraculum addit miraculo. Copiosam concludunt piscium multitudinem: rumpitur rete, nec pisces elabuntur: naues periclitantur, sed non merguntur. Ambrosius: Quæ est illa alia nauis, nisi forte Iudæa, ex qua Iacobus & Iohannes eliguntur? Hi de synagoga ad nauim Petri, hoc est, ecclesiam conuenerunt, vt implerent ambas nauiculas. Omnes enim in nomine Iesu flectunt genua, siue Iudæus, siue Græcus. Venientibus ergo socijs. i. prophetis alterius nauiculæ. i. synagogæ, firmatur testimoniū fidei. 2. Pet. 1. Et habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies eluceſcat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Et tamen p̄miserat se speculatorem fuisse illius gloriæ Christi. Sic aduocandi adiutores idonei, qui conuersos & pœnitentes custodiant, inflamment, & perficiant. Dei enim sumus adiutores. 1. Corinth. 3. Sic Moses ait Nume. 11. Quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det eis dominus spiritum suum? Beda: Nauiculæ pene submerguntur, non tamen merguntur, sed in submersione premuntur. Nunquam enim ecclesia deficiet, Christo teste. Lucæ. 22. Ego autem pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. Videns ergo Petrus rē non agi viribus humanis, aut casu, sed virtute diuina, quanq̄ nauis esset ipsius, quanquam suum rete iecerat, quanquam princeps adduxerat, nihil hinc laudis sibi vindicat, sed ex magnitudine factus etiam modestior, accidit ad genua Iesu, eiq̄ totam huius facti gloriam transcribit, indignum se eius consortio iudicans. & quoniam non indignatione, sed humilitate dominum repulit, ideo magis attraxit. Iaco. 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Stupor enim circūdederat eum. Sed quis non obstupesceret, cōsiderans prædicatione paucorum hominum humilium & idiotarum, ex vniuersis orbis nationibus, intra paucos annos tot hominū millibus fuisse persuasum, vt contemptis affectibus cognatorum, contempto dispendio rei familiaris, contemptis minis principū, cō temptis supplicijs, ac morte deniq; ipsa, simplicem Christi doctrinam sequerentur, credentes ea quæ rationibus humanis probari non possunt, sperantes ea quæ iuxta naturæ vires plane desperanda sint? Sed hoc vnde, nisi quia iussu domini laxatum est rete? Hæc piscatio, tametsi humanæ vocis peragatur & industriæ ministerio, summa tamen laudis totius vni Christo tribuenda est, cuius auspicijs soluitur ad dicendum lingna, cuius spiritus afflat dicentis pectus, cuius occulta vis attrahit animos auditorum.

Et ait ad Simonem Iesus: Noli timere, ex hoc iam eris homines capiēs. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus, secuti sunt eum.

Non excludit timorem reuerentiæ, quum initium sit sapientiæ, Psal. 110. sed pusillanimitatis & diffidentiæ. Gene. 15. Noli timere Abraam, ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Cor enim contritum & humiliatum deus non despiciet, Psal. 50. Imo consolatur & confortat. Posthac dabis operam, nō vt nauim impleas piscibus, sed ecclesiam meam euangelicæ doctrinæ professoribus, verbo, exemplo, miraculis homines conuertendo. Secuti sunt autem dominum mente deuota. Chrysostomus: Considera fidem & deuotio-

deuotionē ac obedientiam eorꝝ. Habentes em̄ præ manibus appetibile piscationis opus, ob mandatum tamen domini reliquerunt, securi dominum, vacui solicitudine rerꝝ corporalium, ac totis animis in hoc intenti, vt fierent piscatores hominum.

¶De tertia vocatione, Matth. 4. Marci. I.

## ARTICVLVS XXI.

AMbulans autem Iesus iuxta mare Galileæ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mari. erant enim piscatores. Et ait illis: Venite post me, & faciam vos piscatores hominum. At illi cōtinuo, relictis retibus, secuti sunt eum. Matth. 4 H

Declarat quanti meriti apud deum prompta & simplex sit obedientia, nihil discutiēs, neq; procrastinans, quantāq; gloria subleuanda. Aderat tempus quo chorum aliquem discipulorum colligeret, quos familiares haberet, & testes omnium quæ faceret & doceret, & per quos alios deinceps doceret. Hinc Apostolus. Heb. 2. Quæ cum initium accepissent enarrandi per dominum, ab eis qui audierunt, in nos confirmata sunt. Sed aduerte quales delegerit, non philosophos, non pharisæos, nō sacerdotes, non opulentos. Noluit enim euangelij gloriam vllis mundi prēsidijs inquinari. Ominis erat boni, primū, inuentus nouæ doctrinæ capacior, deinde fratrum concordia, se mutuo studio iuuātium: ad hæc ars innoxia, e publico lacu, tenuem victum parans: deniq; piscatio ipsa, nouę piscationis admonebat, non quæ lineis textis captaret pisces in cibum ventris, sed quæ reti euangelici sermonis captaret homines immersos terrenis curis, ad desiderium vitæ cælestis. Marci. 1. Præteriens secus mare Galilææ. Quod erat lacus magnus, vt dicit Hieronymus, qui more Hebraico mare appellabatur. Gene. 1. Congregationesq; aquarum appellauit maria. Vidit, pietatis affectu. Felices, quos oculis clementiæ suæ intuetur dominus. Si enim radij solares benefici sunt ijs super quos se diffundūt, quid æstimandum de radijs diuinæ benignitatis, super quoscunq; diffusis? Vnde Psal. 118. Aspice in me & miserere mei. & 33. Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autē domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Nota quod Petrus nōmen accepit ex impositione, nam ante Simon vocabatur. Iohan. 1. Tu es Simon filius Iohanna, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Erat autem & Andreas discipulus Iohannis, qui & primo ipsum adduxerat ad Iesum, Iohan. 1. Piscatores erant, labore victum quærentes. Gene. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tu. Venite, ait, post me. Eccl. 28. Gloria magna est, sequi dominum. longitudo enim dierum assumetur ab eo. Iohan. 17. Pater, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum. Sed profunde propheta cōqueritur. Psalm. 4. Filij hominum, vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem & quæritis mēdaciū? Non enim dñm vocantem, sed mundum alliciētem sequuntur. Prouer. 1. Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient? An non noxia mundi vanitas, quam tanto miseri sequūtur studio? 1. Iohan. 2. Tranſit mundus & concupiscētia eius. Nolite ergo diligere mundum, neq; ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Iaco. 4. Qui voluerit amicus eē huius mundi, inimicus dei constituitur. Ratio, 1. Iohan. 5. Totus mundus in maligno positus ē. Ob id dominus suos elegit de mundo, Iohan. 15. Sequuntur alij carnis voluptatem. 2. Petri. 2. Multi sequētur eorum luxurias. Galat. 6. Qui seminat in carne, de carne metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Roma. 8. Nihil damnationis est his qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Si secundum carnem vixeritis, morieminiz: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Nonnulli dæmonis elationem. Iob. 41. Ipse est rex super omnes filios superbiæ. Pauci humilem sequuntur Christum. Iohan. 8. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Sed qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Ad quid vocauerit, aduerte. Faciam, inquit, vos piscatores hominum. Ego, inquit, faciam. Matth. 9. Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Vt mittat, inquit, Hiere. 23. Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad illos, & ipsi prophetabant. & Matth. 24. Surgent pseudo Christi & pseudo prophetæ. Surgent, non missi. Ideo. 2. Corinth. 3. Qui nos idoneos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu. Hominum, ait, non bonoꝝ. Philip. 2. Omnes enim quæ sua sunt, quærunt, non quæ Iesu Christi. Ideo

sti. Ideo 2. Corinth. 12. Non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos & 1. Corinth. 10. Non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. Agnouerunt vocem eius, cui aliquando crediderant, & cuius humanitatem domestico colloquio fuerant experti: sed addita voci energia perfecit, vt protinus ad vocem vocantis, non solum obliuiscerentur piscium, verum etiam retia relinquerent inibi, ac ne domesticis quidem salutatis, Iesum vt illic ambulabat, sequerentur.

Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi & Iohannem fratrem eius, in naui cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua, & vocauit eos. Illi autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum.

Vidit cum patre suo in concinnandis ac farciendis retibus vehemẽter intentos, & velut obiter præteriens, interpellauit eos. Nec mora: simpliciſſimæ fidutiæ iuuenes ilico, Marc. 1. relicto patre suo Zebedæo in naui cum mercenarijs, secuti sunt eũ. Sic illos formauerat Iohannis prædicatio, sic merebatur animi promptitudo, sic illos attraxit afflatus Christi, qui totus spirabat cæleste numen, quo plenus erat. Si enim creaturæ attracti uam, ab ipso conditore, aliarum creaturarũ habent insitam virtutem, quanto magis creator, quos vult & sicut vult, trahit? Iohan. 6. Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Plenam conuersionis ad deum declararunt formam, secundum duas iustitiæ partes. Psal. 36. Declina à malo, & fac bonum. Eccl. 17. Conuertere ad dominum, & relinque pctã tua: precare ante faciem domini, & minue offendicula. Ipsi vero & occasiones reliquerunt peccatorum, relinquendo sua. Matth. 19. Ecce nos reliquimus omnia, (ait Petrus) & secuti sumus te. Lucæ. 14. Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Nec magnum si nunc, quia post, velimus nolimus, relinquemus in morte. Psal. 48. Diues cum interierit, non sumet omnia, neq; descendet cum illo gloria eius, & 48. Relinquẽt alienis diuitias suas, 1. Timoth. 6. Nihil intulimus in hũc mundum, haud dubium quia nec quicquàm auferre possumus. Suos. Summa autem virtus est, alere patrem senem, idq; iuste, partis sumptibus: sed euangelij gratia relinquere, melius. Lucæ. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem suam, non potest meus esse discipulus. Hoc explicando (Matth. 10.) ait: Qui amat patrem aut matrem plusquàm me, non est me dignus. Seipsos. Lucæ. 14. Adhuc autem & animam suam, nõ est me dignus. Marc. 8. Si quis vult me sequi, deneget semetipsum, & tollat crucẽ suam, & sequatur me. Matth. 16. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: & qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuiq; secundum opera sua. Quo vero ad alteram iustitiæ partẽ, secuti sunt dominum debito modo: quia festinanter, nam continuo. Eccles. 9. Quodcũq; põt manus tua, instanter operare: qa nec opus, nec ratio, neq; sciẽtia est apud inferos, quo tu properas. Eccl. 5. Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. Hinc dicẽti sibi (Lucæ. 9. Domine, permitte mihi primum ire & sepelire patrem meum,) respondit Iesus: Sine vt mortui sepeliant mortuos suos, tu autem vade & annuncia regnum dei. Secundo, simpliciter, de nullo contantes, vnde victus aut vestitus suppeditaret. Matth. 19. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, sequere me, & habebis thesaurum in cælo. Vnde improperat illis qui eum ob cibum sequebantur, Iohan. 6. Amen amen dico vobis: quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. Et scribæ volenti sequi, ait Matth. 8. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Tertio, perseueranter. Qui enim perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit, Matth. 10. & 24. Luc. 9. Sequar te domine, sed permitte mihi primo renunciare his qui domi sunt. Ait ad illum Iesus: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno dei. Vnde sciendum quod discipuli primo vocati sunt ad quandam Christi simplicem notitiam, vt claret Iohan. 1. Secũdo ad maiorem familiaritatem, Lucæ. 5. Tertio, ad perfectam sequelam, vt hic & in sequenti de Matthæo, Matth. 9.

¶ De expulsione dæmonis, & sanatione omnis languoris, Matth. IIII. Marc. I. Lucæ. IIII.

## ARTICVLVS XXII.

Et in-

ET ingrediebatur Capernaum ciuitatem Galilææ, ibiq; docebat eos sabbatis, & stupebant in doctrina eius, quia in potestate erat sermo ipsius. Luc.4. I

Vide nunc euangelicæ doctrinæ exordia, per quam visum est deo seruare genus humanum vniuersum. Pauculis hisce piscatoribus idiotis, plebeijs & pauperculis comitatus pauper Iesus, obambulabat totam Galilæam, non iam in angulis aut in deserto, sed in frequentibus illorum synagogis prædicans & annuncians iam olim promissum adesse regnum cælorum, non metu territans (vt Iohannes fecerat) gehennæ, sed beneficijs gratuitis inuitans & alliciens omnes. Marc.1. Statim sabbatis ingressus in synagogam, docebat eos, & stupebant super doctrina eius. Erat enim docēs eos, quasi potestatem habēs, & non sicut scribæ. Sabbatum foris erat, sed intus in animis magni tumultus erant, quos illic satanæ spiritus excitabat. Ibi enim verum est sabbatum, vbi spiritus domini trāquillat animum ab omnibus prauis cupiditatibus. Vehementer admirabantur doctrinam Iesu, propterea q̄ non esset diluta fucataq̄, qualis erat pharisæorū, sed solida & autoritatis plena. Primum enim verissima erant quæ docebat, & naturæ sensui consentanea. Deinde ad veram pietatem & salutem æternam faciebant. Ad hæc, doctrinam eius vitæ singularis integritas commendabat: quia quod docuit, opere impleuit. Beda: Sermo prædicatoris in potestate est, dum ea quæ docet, operatur. Matth.5. Qui autē fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorū. Quo contra Matth.23. de scribis & pharisæis ait dominus: Dicūt enim & non faciūt. Accedebat his omnibus miraculorum insolita virtus, quæ declarabat à deo proficisci quod docebat, nō ab humano spū: hinc singularem habebāt energiam mouendi animos audientiū. Hiere.23. Nunquid non verba mea quasi ignis, dicit dñs, & quasi malleus cōterens petras? Heb.4. Viuus sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsq; ad diuisionē animæ & spiritus, cōpagumq; ac medullarum, & discretor cogitationū & intentionum cordis.

Et in synagoga erat homo habens dæmonium immundum, & exclamauit voce magna, dicens: Sine, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? scio te quis sis, sanctus dei. Et increpauit illum Iesus, dicens: Obmutesce & exi ab eo.

Erat dæmonium immundū in seipso, & ad fœda opera inducens, quibus delectat. Dolebat de Christi præsentia, quem sibi maxime contrarium vidit, cuius salutari doctrina homines conuertebātur. Marc.1. Venisti ante tempus perdere nos? Tale nihil sensimus vnq̄ ex aliorū prophetarū præsentia. Perditionē suā existimāt, ex hominibus expelli, & ab eorū nocumento refrenari. Proinde noui te quis es, nempe sanctus ille dei. Multi sancti fuerūt, sed ipse ille sanctus sanctorū. Dani.9. Vngatur sanctus sanctorū. & Psal.15. Nō dabis sanctū tuū videre corruptionē. Lucæ.1. Et q̄d nascet ex te sanctū, vocabitur filius dei. Adulatur, existimās dñm adulatione fractū, finere illū, tam stulta res est malitia. Sed dñs docet nos, ne dæmonum vtamur testimonijs & sentētijs. Nō em̄ tulit p̄dicari ab impuro spū, qui totā hāc gloriā voluit in vnū patrē referri, nō ignarus, dæmonis professionē nō ex syncera fide, sed ex malitiosa volūtate proficisci. Profitetur subdole, nō vt ipse salutē cōsequatur, sed vt aliorū salutē impediat. Nec amor vocē expressit, sed supplicij metus. Eoq; veluti malū ac deploratæ mētis mancipium, audire meretur: Obmutesce, & exi de homine, Marc.1. quē per tyrannidē possides, sic em̄ prædicabis me melius.

Et cum proiecisset illum dæmonium in medium, exijt ab illo, nihilq; illū nocuit. Et factus est pauor in omnibus, & colloquebātur ad inuicē, dicētes: Quod est verbū, quia in potestate & virtute imperat immūdis spiritibus, & exeunt? Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.

Quòd proiecit, argumentum erat peruersæ voluntatis: q̄ illæsum reliquit, arguit impios spiritus nemini nocere posse, qui se totos tradiderint seruatori. Marc.1. Et discerpēs eum spiritus immundus, & exclamans voce magna, exijt ab eo. Quo palam esset, illū nō suapte sponte, sed virtute diuina coactum profugere: & homines miraculi magnitudine moti, crederent. Atq; hic exhibita est imago hominis occupati spiritu satanæ. An non pessimo dæmonio obnoxius est, quem totum possidet ambitio, auaritia, liuor, odium, libido, cæteræq; cupiditates impiæ? Huiusmodi non ferunt sermonem euangelicum, sed

vociferantur: Quid nobis & tibi? Quos enim possidet huius mundi spiritus, perdi se credunt, quoties coguntur ea relinquere, in quibus sibi falsam constituere felicitatem. Capaces enim esse non possunt mansuetissimi spiritus euangelici, nisi prius dominus Iesus expulerit spiritum satanæ malũ. Ex hoc mirabili facto, vt ad simplicem & austerã Iesu iussionem sic repente spiritus egrederetur, & perfecta sanitas, nullum habens vestigium pristini mali, restitueretur, stupor quidã & admiratio cepit omnes. Marc. 1. Mirati sunt omnes, ita vt conquirerent inter se, dicentes: Quidnam est hoc? Quænam doctrina hæc noua? Quia in potestate spiritibus immũdis imperat, & obediunt ei. Et processit rumor eius statim in omnem regionem Galilææ. Mirati enim sunt non solum in opere miraculoso, sed & in modo: hinc inter sese miscebãt huiusmodi sermones de Iesu: Quid est hoc nouæ rei, quod videmus, nec antehac lectum, nec auditum? Adest illius iussis tanta vis & autoritas, vt immũdi spiritus, velut agnoscentes potentiorem se, relinquant hominẽ sic, vt post abitum illorum plena redeat sanitas.

Matth. 4 K

Et circuibat Iesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicans euangeliũ regni, & sanans omnẽ languorẽ & infirmitatẽ in populo. Et abijt opinio eius in totam Syriam, & obtulerũt ei omnes male habentes, varijs languoribus & tormẽtis cõprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Et secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa & Decapoli, & de Hierosolymis, & de Iudæa, & de trãs Iordanem.

A signis incipit, vt credãtur quæ docet. Iudæi enim signa quærũt, 1. Corinth. 1. Quum enim doctrina Christi noua fuerit & supernaturalis, promittẽs in se credentibus patere regnũ cælorum, (quum Mosi doctrina bona promitteret terrena, Leuit. 26. licet sub velamine cælestia, sed per Christum. Roma. 10. Finis legis Christus, ad iustitiam omni credenti,) omnem humanam transcendẽs rationẽ, necessum erat eam miraculis confirmari, tanquã diuinæ veritatis argumentis & sigillis, quo cognosceretur verax & à deo missus. Quemadmodũ enim veritas scientiæ naturalis, per prima probatur principia, & rationes ex primis principijs manãtes, & per modũ conclusionũ deductas: sic veritas fidei, per opera miraculosa soli deo possibilia, probatur & roboratur, & à deo esse ostẽditur, q testis falsitatis ac cõfirmator esse nõ potest. Iohan. 5. Opera quæ dedit mihi pater vt faciam, ipsa opera testimonium perhibent de me, qa pater me misit. Marc. 16. Illi aũt profecti, prædicauerunt vbiq;, dño cooperante, & sermonẽ confirmante sequẽtibus signis. Quocunq; ergo sese conferebat, gratis & citra discrimen medebatur omnibus omnium morbis, neque repellens quẽquam, quamlibet humilem ac plebeium: & eadem facilitate profligans omnem morbum, quantumuis insanabilem: quo simul & miraculis potentiã suam declararet humana maiorem, & beneficentia gratuita sibi conciliaret amorẽ omnium. Libentius enim illi credimus quem amamus. Porro beneficijs conciliantur & feræ. Nullum autem beneficium diuinius, quàm restitutę sanitatis. Ad beneficium affluunt omnes cum est opus. Est autem morbus diuturna & mala valetudo, languor temporarius, & in corpore deordinatio. Impendebat autem salutem corporibus ob animarum salutem. Deuter. 32. Dei perfecta sunt opera. Hinc ex Decapoli, prouincia decem vrbiũ, & trans Iordanem, terra duarum tribuum, Ruben & Gad & dimidiæ Manasse, Numer. 34. omnes, quod quidem in ipso est, attrahit Iesus: sed pauci sunt idonei cælesti philosophiæ, cuius tradendæ gratia potissimum venerat. Nouitatibus plerique ducuntur: nonnullos trahit liuor & insidiandi libido.

## ¶De socru Simonis, Matth. VIII. Marci. I. Luc. IIII.

## ARTICVLVS XXIII.

Lucæ. 4. L

SVrgens autem Iesus de synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam, imperauit febri, & dimisit illam. & cõtinuo surgens, ministrabat illis.

Nunquam deus sua clemẽtia relinquit, nisi relinquatur. Sic synagogam, ipsum nõ acceptãtẽ, sed reiectẽtẽ, dereliquit. Matt. 23. Ecce relinquet vobis domus vra deserta. Qua re? qa volui cõgregare filios tuos, & noluisti. Apoc. 2. Qui dicũt se Iudæos eẽ, & nõ sunt,

sed sunt synagoga satanæ. Matth. 21. Auferetur à vobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Sic & malos, 2. Paralip. 24. Quare transgredimini præceptum domini, quod vobis non proderit: & dereliquistis dominum, vt derelinqueret vos? Hiere. 17. Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te, in terra scribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium dominum. Hiere. 2. Duo mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Scito ergo & vide, quia malum & amarum est te reliquisse dominum, & non esse timorem eius apud te, dicit dominus. Psalm. 142. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Ideo Psalm. 72. Mihi adhærere deo bonum est, ponere in domino deo spem meam. Intrauit autem in domum Simonis & Andreæ, Marci. 1. Non sunt ergo inopes & viles secundum seculum, spernendi, vt dicit Cyrillus: Domus quam Iesus intrat, ecclesia est, fide Petri fundata. Matth. 16. Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. 1. Corinth. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Hinc Ephe. 2. Superædificati & fundati super fundamentum apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Dicitur & Simonis, quia ipsi specialiter commissa. Iohan. 21. Simon Iohannis, diligis me me plus his? pasce agnos meos. De hac domo 1. Timot. 3. Hæc tibi scribo Timothee, vt scias quomodo in domo dei oporteat te ambulare. Psalm. 54. In domo dei ambulauimus cũ consensu. O quàm pauci sunt qui sciunt, imo sunt qui scire nolunt. Iob. 21. Qui dicunt deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Sapientes enim sunt vt faciant mala, bene aũt facere nescierunt. Hiere. 4. Sed ignorans ignorabitur. 1. Corinth. 14. Matth. 7. Amen dico vobis, nescio vos. Discedite à me oẽs operarij iniquitatis. Sic in animam ingreditur obedientem. Iohan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionẽ apud eum faciemus. Heb. 3. Christus sicut filius in domo sua, quæ domus sumus nos, si fiducia & gloriã spei vsq; ad finem firmam teneamus. Febris innaturale frigus, & calor innaturalis sequẽs, animam signat igne charitatis priuatam, hoc est, fide per dilectionem operante, quæ aliquid est coram deo. Galat. 5. In Christo Iesu neq; circuncisio aliquid valet, neq; præputium, sed fides quæ per charitatem operatur. Matth. 24. Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Marci 1. Et dicunt ei de illa. Omnia huc pertinent, vt cõmendatior nobis fides sit, & historiam euangelicam complectamur, vt arram & pignus salutis nostræ. Obserua, alienam fidem pro hominibus valere & efficacem esse. Sic & hodie aliena fides satis facit in baptismo infantium. Hieronymus: Modo saluator rogatus, modo vltro curat ægrotos, ostendens se contra peccatorum passiones, & precibus semper annuere fidelium, & ea quæ ipsi minime intelligunt, vel intelligenda dare, vel nõ intellecta dimittere. Psalm. 18. Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me domine. Sic Moses pro populi orauit delicto, Exod. 32. Sic sacerdos pro delicto orabat populi, Leuit. 4. & 5. Hinc dominus amicis Iob ait, Iob. 42. Iob seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam. Et nedum viui, sed & angeli, & homines vita functi, orant pro nobis. Vnde Zach. 1. Angelus pro sancta orauit ciuitate, cui dominus bona respondit. & 2. Machab. 15. De Hieremia dicit Onias summus sacerdos, ad Iudam Machabæũ: Hic est fratrum amator & populi Israel, hic est qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate, Hieremias propheta dei. Attamẽ vterq; defuncti ante tempora fuere. Licet eñ sancti corpora posuerint, non tamen charitatis affectũ. 1. Corinth. 13. Charitas nunquam excidit. Optant enim credentibus pijs votis præparatum cælorum regnum. Rogauerũt ergo Iesum, vt qui non rogatus expulerat de viro dæmonium, daret hoc amicoꝝ precibus, vt affinem discipuli, quem inter primos habebat, leuaret febri. Marci. 1. Et accedens, eleuauit eam apprehensa manu eius, & continuo dimisit eam febris. Imperauit, eleuauit, quo se dominũ vitæ & mortis ostendit. 1. Regũ. 2. Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. Deut. 32. Ego occidã, & viuere faciam: percutiã, & iterũ sanabo. Ipse eñ habet claues mortis & inferni, Apoc. 1. Non quod mortẽ fecerit, sed destruxit. Sap. 1. Ezech. 18. Nolo mortẽ pctõris, sed magis vt cõuertatur & viuat. Nam vult oẽs homines saluos fieri, 1. Timoth. 2. Quo autem liqueret, in eo fontẽ esse diuinæ virtutis, q̃ nõ possit exhauriri, miracula miraculis succedũt, nec minus pfecta fuit q̃ subita sanitas: nã subito redierat & vigor mulieri, sic vt obiens solita munia, ministraret Iesu cũ discipulis suis, grata beneficio, & alios suo lætificãs spectaculo iucũdo. Quo docemur exẽplo, q̃ si deus nos q̃piã leuarit morbo, dono vtamur ad sctõꝝ & Chri ministeriũ. Sic & pctõr surgẽs à peccati morbo, deo gratũ reddere debet obsequium. Ephe. 5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Hinc Romañ. 6. Sicut exhibuistis

mẽbra

membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.

5 Cumq; sol occubuisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat eos.

Ille clementissimus nō excusauit priuatum, cui debebatur, ocium, neq; noctem intempestiuam rebus gerendis, sed omnibus oblatis manus salutiferas imposuit, ac morborum omne genus, nullo negocio gratisq;, depulit ab omnibus. Matth.8. Et eiiciebat spiritus verbo, & omnes male habentes curauit, vt impleretur quod dictum est per Esaiam prophetam, dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit. Quanquam Esa.53. hoc de peccatis dixerit, euāgelista tamen de morbis posuit, eo q; pleriq; ex peccatis accidant. Vide turbæ fidem & deuotionem, quæ nec tempore impediebatur ab infirmorum oblatione, quæ nostram arguit socordiā. Nam nos spirituali morbo, qui periculosissimus est, laborātes, ne ad Iesum quidem ducimus: sed quod omnium pernicioſissimum est, adire volentes & verbo & exemplo retrahimus. Prouerb.3. Noli prohibere benefacere eum qui potest: si vales, & ipse benefac. Tangit dominus aduersitatibus. Iob.19. Manus domini tetigit me. Hoc quādoq; misericordiæ. 2. Mach.6. Etenī multo tēpore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium. Aliquando iustitiæ. Eccl.2. Si enim pœnitentiam nō egerimus, incidemus in manus domini, & non in manus hominum. Hebr.10. Horrendū est incidere in manus dei viuentis. Opitulationibus, vt hic, & Matth.8. in leproso, & cæcis. Matth.9. Esa.59. Ecce nō est abbreuiata manus dñi vt saluare nequeat, Benedictionib⁹ Matth.19. Mar.10. Tunc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret.

Exibant autem dæmonia a multis, clamātia & dicētia, quia tu es filius dei. Et increpans, non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum.

Exibant, sed non sponte. Iohan.12. Nunc princeps mundi eiicietur foras. Sentiebant autem admirabilem virtutem ab eo proficisci, & hinc suspicabantur ipsum esse Messiam illum promissum filium dei. Non sinebat ea loqui, respuens testimonium ab hostibus, & cum quibus noluit suis esse quicquam commercij. A pueris Hebræorum, à piscatoribus prædicari sustinuit: à dæmonibus nullum recepit testimonium, tametsi verum. Lædit enim veritatem improbus autor & nocentior mendax, qui veritate sibi fidem conciliauit. Glossa: Ideo prohibebat loqui, ne, dum aliquis audit dæmonem vera loquentem, sequatur postea errantem. Solet enim angelus satanæ, in angelū lucis se transferre. 2. Corinth.11. Non ergo magnum, si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ, quorum finis erit secundum opera ipsorum. Ex dictis ergo & factis domini colligebant, in ipso quid homine maius: hinc ipsum Christū & filium dei dicebant, sed tamen coniectu ram hanc liuor & inuidia, sicut & in pharisæis, obscurauit. Igitur ignorabant diuinitatis mysterium, incarnationis modum: multo minus intelligebant crucis victoriam, qua expoliandi erant. 1. Corinth.2. Quam (scilicet sapientiam) nemo principū huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam dñm gloriæ crucifixissent. Augustinus: Tantum eis innotuit, quantum voluit: tantum voluit, quantum oportuit.

Facta autem die, egressus ibat in desertum locum: & turbæ requirebant eum, & venerūt vsq; ad ipsum: & detinebāt illū, ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia & alijs ciuitatibus oportet me euāgelizare regnū dei, quia ideo missus sum. Et erat prædicans in synagogis Galilææ.

Marc.1. Et diluculo valde surgens, egressus abijt in desertū locū, ibiq; orabat. Et prosequutus est eum Simon & qui cū eo erant. Et cū veniissent ad eum, dixerunt ei, quia omnes quærunt te. Et ait illis: Eamus & in proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prædicem. Ad hoc enim veni. Secessit dominus Iesus, qui non in hoc proprie venerat, vt mederetur morbis corporum, quos ipse suis nonnunquam immittit, vt valeant animo, quum videret multitudinem magna auiditate quærere sanitatē corpoream, quæ non pari studio doctrinę inhiaret cælesti, qua sanantur animorum morbi, velut ocij desiderio fefellit turbā, in deserto patri gratias agebat pro beneficijs, quæ per ipsum humano generi largiri decreuisset. Atq; hic non simplex nobis paratur exemplum, post collatā in alios beneficentiam, oportere secedere, ne p̄mium ab his quibus benefecimus, videamur expectare: nec ad ostentationem, neq; ad plebis arbitrium esse proferenda miracula, sed quatenus

condu-

conducit ad salutem hominum ac dei gloriam, semper autem fugiendam inanis gloriæ suspicionem. Deinde nonnunquàm ad tempus intermittendam salutiferam doctrinam, quo magis irritemus appetentiã animorum. Postremo crebris secessibus, qui rerum cælestium contemplationi dantur, non voluptati, spiritum esse vegetandum, quod ad iuuãdos redeat alacrior. Exemplo turbæ dominus solicite requirendus. Sap. 1. In simplicitate cordis quærite illum. Inuentus vero, diligenter retinẽdus. Cantic. 3. Inueni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam. Sanctis detinetur desiderijs. Luc. 19. In domo tua oportet me manere. Quod autem dicit se ob id missum, vt annunciet euangeliũ regni, quomodo ad id perueniatur, subindicat quàm solicite audiendum sit & obseruandũ Esa. 61. Spiritus domini super me, eo ꝙ vnxerit me, euangelizare pauperibus misit me. Matth. 17. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Heb. 2. Propterea abundãtius oportet vos obseruare ea quæ audiuimus, ne forte pereffluamus. Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus: & si oñis prꝛuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? Quæ cum initium accepisset enarrandi per dominum, ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, contestante deo signis & portentis, & varijs virtutibus & spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem. Marci. 16. Illi autem profecti, prædicauerunt vbiq;, domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Peragrabat itaq; dominus Iesus oppida vicosq; Galilææ, prædicans in synagogis (ob loci congruitatem & populi conuentum ac doctrinæ stabilitatem. Omnis enim qui male agit, odit lucem. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem. Iohan. 3.) ac morbos depellens, dæmoniaq; eijciens, vt apud rudem populum potentibus factis fidem adderet doctrinæ suæ.

## ¶De vocatione Matthæi, Matth. IX. Marc. II. Luc. V.

## ARTICVLVS XXIIII.

ET cum transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me. Et surgens, secutus est eum. Matth. 9 M

Quantæ virtutis & efficaciæ diuinæ gratiæ sit respectus, ostẽdit Luc. 5. Et post hæc exijt, (Marc. 2. Et cum prꝛterit, vidit Leui filium Alphæi) & vidit publicanũ nomine Leui, sedentẽ &c. Dominus qui prius Simonem & Andream, Iohãnem & Iacobum ab humili quidem, sed tamen licito quæstu vocarat ad se, vt palam faceret, se nullũ oñino genus hominum fastidire, modo se conuertat ad meliora, publicanum vocat. Est autem hoc genus hominum, quoniam artem exercet sordidi quæstus & violentæ rapacitatis, multis modis infame, præsertim apud Iudæos. Redimunt nonnunq̃ iniqua summa à principe: eoq; fere quo plus lucrifaciant, inclementer extorquẽt ab omnibus, odiose q; negocium facessunt nautis ac viatoribus, quibus nonnunq̃ & aliunde satis est incõmodi. Non autem casu vidit, sed aspexisse, delegisse fuit. Videt enim dominus misericorditer, vt subueniat. Exod. 3. Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiui, propter duritiam eorum qui præsunt operibus: & sciens dolorem eius, descendi vt liberem eum de manibus Aegyptiorꝝ. Sagaciter, vt puniat. Prouer. 15. In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos. Psal. 33. Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorꝝ: vultus aũt dñi super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum Beda: Legimus Apostolo dicente Romañ. 3. Quia omnes peccauerunt, & egent gloria dei, & 5. Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad deum. Et iterum inęstimabilẽ eiusdem gratiæ magnitudinem commẽdans, ait: Vbi abundauit delictũ, superabundauit & gratia. Roma. 5. quia nimirꝝ quãto grauiorem dñs in electis suis peccatorꝝ languorẽ curauit, tanto ampliorem cunctis gratiæ medentis potentiam monstrauit. Vnde Matthęũ temporalibus curis intentum, repente dominus miseratus vocauit, & de publicano iustum, de telonario discipulum fecit: quem etiam, proficientibus meritis eiusdem gratię & incremẽtis, de communi discipulorum numero, ad apostolatus gradũ promouit. Quod ob id prouidentia superna fieri disposuit, vt nullum enormitas suorum aut numerositas scelerum, à speranda venia reuocaret, cum hunc tantis mundi nexibus absolutum, tã cælestem factum conspiceret, vt communicato cum angelicis spiritibus vocabulo, euangelista nominaretur & esset. Quis tãtam dei benignitatem sperare potuisset, quæ nedũ reuertentes suscipit, sed vltro ad se vocat peccatores, quo spem nostram & fidutiã cõfirmet? Vidit in telonio, hoc est, sedentẽ ad teloniũ, id est, in loco in q̃ sedet telones, id ẽ, publicanus

blicanus exigens tributum. Esa. 3. Populum meum exactores spoliauerunt. Causam Eccl 15. indicat, dicēs: Auarus non implebitur pecunia. Hinc Sap. 15. Sed & lusum existimauerunt esse vitam hominis, & conuersationem vitæ compositam ad lucrū, & oportere vndecunq; etiam ex malo acquirere. Sed. 1. Timoth. 6. Qui volūt diuites fieri, incidunt in laqueum diaboli, & in desideria multa inutilia & nociua, quæ mergūt homines in interitū & perditionem. Nec ipse per se nomē suū obticuit, humilitatis gratia, quēadmodū Apostolus. 1. Timot. 1. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus in hunc mundum venit peccatores saluos facere, quorum ego primus sum. & 1. Corinth. 15. Ego sum minimus apostolorum. Nā Prouer. 18. Iustus in principio accusator est sui. Luc. 5. Et relictis oīmbus, surgēs secutus est eū. Nihil cūctatus, subito mutatus, relicta sella quęstuaria, sequutus est pauperem Iesum, vt euangelicis opibus ditesceret. Habebat ēm Iesu vox energiam quandam admirabilē, relucebatq; in vultu eius vis quædā occulta, qua quos volebat, nō aliter traheret ad se quàm magnes ferrum, & quos volebat, pecuteret. Iohan. 18. Vt ergo dixit eis, Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Sic & virga oris sui percutiet impium, Esa. 11. 2. Thess. 2. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Vnde diabolum cum omnibus mēbris suis hac sententia in ignē deiiciet æternū. Matt. 25. Ite maledicti in ignē æternum, q paratus est diabolo & angelis eius. Hic nobis exemplum paratur vere conuersionis, vt surgamus e peccatoꝝ fæcibus & cœno. Ephe. 5. Surge q dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Eccl. 5. Ne tardes cōuerti ad dominū, & ne differas de die in diem. Sequutus est Iesum, & si pauperē. Hiere. 17. Non sum turbatus te pastorē sequens. 1. Petri. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquēs exemplū, vt sequamini vestigia eius.

Et factū est, discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores veniētes, discumbebant cum Iesu & discipulis eius. Et videntes pharisæi, dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester?

2 Matthæus iam factus certus Christi discipulus, q̄ pluribus illum commēdaret, suiq; ordinis nuper sodales, ad euangelicum quæstum adduceret, rogare dīm ausus est, vt domi ipsius velit esse conuiua. Obtemperat Iesus roganti, quādoquidem ille obtemperarat vocanti, docens nec impiorum consortium vitandū, si spes sit illos nostra consuetudine fore castigatiores. Paratus est dominus nobiscum prandere, imo habitare, si nosipsos idoneos reddiderimus. Apoca. 3. Ego sto ad ostium & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Iohan. 14. Si quis diligit me, sermonem meū seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Pharisæi vero captantes vndiq; calumniādi materiam, ipsum q̄dem non audebāt interpellare, ne quod nollent audirent: vnde discipulos venenato carpunt susurrio, volentes ab eo auertere. Quamobrem, inquiūt, magister vester, cui vos, deserto Iohanne, vt eximie sancto hæretis, manducat cū peccatoribus? Luc 5. Et fecit ei conuiuium magnū Leui in domo sua: & erat turba multa publicanorum, & aliorum qui cum illis erant discumbētes. Ecce vnius conuersio, multis animū consequendæ salutis dedit. Sed hoc proprium habet caro, vt semper sibi blandiens, alijs inuideat salutē. Pharisęi enim ideo vitabant tales, non, ne malis illoꝝ inquinarentur, quū essent peiores, sed vt sancti haberētur. Diaboli vox est, quare. Gene. 3. Cur præcepit vobis deus, vt non comederetis ex omni ligno paradisi? Sic filij sui Matth. 15. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Id enim agit versipellis, vt rem certā & salutiferam, in dubium vertat. quo substrato fundamento, inobedientiam & contemptū superstruit, vt patet Gene. 3. Ad hæc, quum discipulis adhuc rudibus non esset in promptu quod responderent, sed tantum simplici fiducia pendebāt à domino: Iesus, quē nec voces clancularię, nec cogitationes occultæ pharisæoꝝ latebāt, pro discipulis respōdit.

At Iesus audiens, ait: Non est opus valentibus medicus, sed male habētibus. Euntes autem, discite quid est, Misericordiam volo & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores.

3 Laudantur medici, qui sani, cum vocātur, adeunt ægrotos, & ego culpor, quod adeā eos, qui morbum agnoscunt animi sui & medicum desiderant. Porro qui sibi videtur vacare culpa, si recte sentit, non eget ope nostra: sin laborat falsa persuasione, aut si sibi mali conscius, tamen dissimulat morbum suū, hunc, quoniam insanabilis, frustra adiret medicus

dicus. Ideo ego versor cum publicanis & peccatoribus, quia medicus sum animarum, & salutem hominũ sitio. Hiere. 17. Sana me domine, & sanabor. Psal. 6. Miserere mei domine, qm̃ infirmus sum: sana me, quoniam cõturbata sunt omnia ossa mea. Quorsum autem attinet versari cũ iustis, quales vos vobis videmini, quũ illis medico non sit opus? His vtilis est medicus, qui suũ agnoscunt morbũ, seq; præbent sanabiles. Hos fastidire, non est sanctimonia, sed supercilium: & his succurrere, sacrificium est deo longe gratius, q̃ vllum in templo. Hoc vos latere non debuit, qui tenetis scripturas, quibus loquitur deus Osee. 6 Hoc si nondũ animaduertitis, ite & discite, quid hic sermo dei velit: ac deinde, si videbitur, calumniamini factũ meum, quod non pugnat cũ lege vestra, sed diuinæ respondet voluntati. Pro. 21. Facere misericordiã & iudiciũ, magis placet domino q̃ victimæ. Quur aũt fugerem consuetudinẽ peccatorum, qui in hoc venerim, vt tales inuitem ad pœnitentiam vitæ prioris? Non iustos, sua reputatione, quũ veri nulli essent. Ro. 3. Non est iustus quisquã. &. 10. Ignorantes dei iustitiã, & suã volentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti, Luc. 18. In se confidebant tanq̃ iusti, & aspernabantur cæteros. Sed Matth. 23. A foris quidẽ paretis hominibus iusti, intus aũt estis pleni hypocrisi & iniquitate. Notanter addit Luca. 15. ad pœnitentiam, non ergo venit vocare nos ad transitorias delicias, Luc. 6. Væ vobis qui ridetis nunc, quia flebitis. neq; diuitias, Luc. 6. Væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationẽ vestrã. Gaudium aũt est angelis super vno peccatore pœnitentiam agente, Luc. 15. Hoc sermone dñs Iesus simul & os obturauit pharisæis, & discipulos docuit quales sese præstare deberent erga peccatores. Euangelicus em̃ præco non ideo expetit consuetudinẽ peccatorum, vt ab illis auferat emolumentũ, sed vt illos locupleret pietate, nec alio studio subit coꝛ tecta, q̃ boni medici subeunt ægrotorum ædes. Ro. 15. Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisq; vestrum proximo suo placeat in bonum.

¶De electione apostolorum, Marc. 3. Luc. 6.

## ARTICVLVS XXV.

FActum est autem in illis diebus, exijt in montem orare, & erat pernoctans in oratione dei. Et cum dies factus esset, vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & apostolos nominauit: Simonem, quem cognominauit Petrum: & Andream fratrem eius, Iacobum & Iohannem, Philippum & Bartholomæum, Matthæum & Thomam, Iacobum Alphæi, & Simonem qui vocatur Zelotes, & Iudã Iacobi, & Iudam Iscarioth, qui fuit proditor. Luc. 6 N

Docet nos, si quid auspicarĩ volemus, quod felix ac faustũ esse cupimus, à deprecatione auspicemur, vt deus nostris cœptis dexter ac fauens aspiret. Sic apostoli in locum Iudæ proditoris electuri alium, orationẽ præmiserunt, Acto. 1. Quod vtinã successores obseruassent: non sic misere corpus Christi neglectũ iaceret. Osee. 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui. Paulus & Barnabas non nisi manibus impositis & oratione præmissa, missi fuerunt, Act. 15. Marc. 3. Ascendens in montẽ, vocauit ad se quos volebat ipse. Nemo ergo assumit sibi honorẽ, sed qui vocatur à deo tanq̃ Aaron, Heb. 5. Hieronymus: In montẽ vocantur excelsi merito & verbo, vt locus meritis congruat altis. Hos ergo qui sic vocantur, idoneos facit ministros. 2. Cor. 3. quibus & ipse incrementũ dat. Sed non vacat numerus à mysterio. Marc. 3. Et venerunt ad eũ, & fecit vt essent duodecim cũ illo. Hieronymus: Iuxta numerum duodecim patriarcharum, Gene. 32. &. 42. & quia murus ciuitatis duodecim habuit fundamẽta, Apo. 21. Ipsi em̃ fingulas tribus, & p̃cipe eis, vt tollant de medio Iordanis alueo, vbi steterunt pedes sacerdotũ, 12. durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorum vbi fixeritis hac nocte tentoria. Ad quid ergo delegit? Marc. 3. vt mitteret eos p̃dicare, & dedit illis potestatẽ curandi infirmitates, & eijciendi dæmonia. Hinc & apostolos nominauit, quod officij nomen est, quẽadmodũ & angelus. Hierony. quatuor genera distinguit apostolorum. Nã quidam vocantur à deo immediate, vt hic, quidã à deo per hominẽ, quidã ab hominibus nõ per deũ, vt dum fauore hominum & studio aliquis ordinatur: quarti nec per homines, nec à deo, vt pseudapostoli. Mat. 24. Surgent pseudoapostoli. De quibus. 2. Cor. 11. Nam eiusmodi

modi pſeudoapoſtoli ſunt operarij ſubdoli, tranſſigurantes ſe in apoſtolos Chriſti. Verbi non Chriſtũ, ſed ſe prædicant. Hic rex ille cæleſtis, rex regũ & dominus dominãtium. Apo. 19. duodecim præfectos ſelegit, qui veluti fidi ſatellites, nunq̃ ab ipſius latere diſcederent, vt vbi res euangelica poſtularet, mitteret eos, veluti legatos à latere, prædicaturos quæ à rege ſuo didiciſſent, ac diuulgaturos per vniuerſum orbẽ terrarũ edicta ſui principis. Quoniam aũt ignobiles erant, piſcatores, idiotæ, tenues, nihil regale præ ſe ferentes, quũ pollicerentur regnũ dei, ne contemneretur illorũ autoritas, addidit poteſtatẽ, quam nulli huius mundi monarchæ ſuis legatis dare poſſunt, nimirũ, vt in nomine Ieſu omne morborũ genus ſanarent, & impuros ſpiritus profligarent. Hieron. Armat miraculis, quo ſermoni fidẽ faciant. Benignus dñs ac clemens, non inuidet ſeruis virtutes ſuas, ſed poteſtatẽ quam à patre accepit ſecundum carnem, ipſis tribuit, vt opera quæ ipſe fecit, & ipſi facerent, & maiora horũ facerent, Ioh. 14. Multa tamen diſtantia inter habere & tribuere, inter dare & accipere. Ipſe quod agit, poteſtate propria agit: illi ſi quid faciunt, imbecillitatem ſuã & virtutem dñi confitentur. In nomine Ieſu ſurge & ambula, Petrus ait, Act. 3. Viri Iſraelitæ, quid miramini in hoc? aut nos quid intuemini, quaſi noſtra virtute aut poteſtate fecerimus hunc ambulare? Fides quæ per eũ (Ieſum) eſt, dedit integrã ſanitatem iſtã in conſpectu omnium veſtrũ. Porro apoſtolorũ nomina propter falſos apoſtolos recenſentur. Marc. 3. Et impoſuit Simoni nomen Petrus, Ioh. 1. Syriace Cephas, Græce petros, Latine ſaxum, ob ſolidã profeſſionẽ, qua, vacillante populo, ceu vox apoſtolorum omniũ, pronunciauit Ieſum filiũ dei viui, Matth. 16. vt ex ipſo diſceremus nomine, euangelicæ philoſophiæ caput eſſe, immobilẽ fidei conſtantiam. Marc. 3. Iacobum Zebedæi & Iohannẽ fratrem Iacobi, & impoſuit eis nomina, Boanerges, quod eſt (Syris) filij tonitrui. Hæc nominũ immutatio, ſpiritualem innouationem & gratiam ſignificabat, videlicet ipſo nominis præſagio declarante, hos olim ex euangelico monte emiſſuros in vniuerſum orbem terrarũ, euangelicæ prædicationis tonitruum, quod omniũ animos cõmoueret, & erigeret ad ſtudium rerum cæleſtium. Pœnitentiam agite, inſtat regnũ cælorum, tonitru eſt. Ad hanc eñ vocem corripit vnumquẽq; timor fulminis: ſed ſuccedit imber, Credite euangelio, & ſalui eritis. Meruerũt & cũ Petro audire in monte tonitruũ patris, Mat. 17. per nubem de filio tonantis: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Iſti conſanguinei ſecundũ carnẽ fuerunt Ieſu, filij ſororis Mariæ virginis, quemadmodũ Iudas & Simon fratres Iacobi minoris ex altera ſorore. Interpretatum aũt dicitur, Andreas, virilis, ſcilicet in cruce: Philippus, os lampadis: Bartholomæus, filius ſuſpẽdentis aquas: Iacobus, luctator: Iohannes, in quo gratia dei: Thomas, abyſſus vel didymus, quia profunditatẽ dei inueſtigauit ex timore credulitatis: Matthæus, donatus, ſcilicet in ſpei fiduciã peccatoribus: Iacobus Alphæi, doctus, qui & minor, ratione vocatiõis: Thadæus, qui & Iudas Iacobi, Act. 1. & Lebæus, quod corculũ dicitur: Thadæus, attendens principem. Credendũ eſt ipſum fuiſſe trinomiũ. Simon, obediens: Chananæus, zelus: Iudas, confeſſio, Iſcariothis, vel à viculo vnde ortus, vel tribu Iſachar, vt quodã vaticinio in ſui condemnationẽ natus ſit. Iſachar eñ merces dicitur, vt ſignificetur precium proditoris. Quẽ non per improuidentiam dñs elegit, ſed huius exemplo omnes docere vult, q̃ horrendũ ſit abuti lenitate ſeruatoris erga nos, nõ definentis quod in ſe eſt, ad reuocandũ à malitia, impendere, Ioh. 6. Nonne duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt? & vt diſcamus, q̃ non propter futurã malitiam alicuius aſpernetur deus quempiam mala operaturũ, ſed propter præſentẽ virtutẽ honoret quem dignũ cenſet, etiamſi malus poſtea ſit futurus. Ecce per hos pauperes, obſcuros, illiteratos, imbecilles, viſum eſt dño totũ innouare mundum, ne quã laudis partẽ, vt dicit Ambroſius, in cælesti philoſophia ſibi vindicaret humana vel ſapientia vel potentia.

¶ De ſermone domini in monte, Matth. 5. 6. 7. Luc. 6.

## ARTICVLVS. XVI.

Matth. 5. VIdens autem Ieſus turbas, aſcendit in montem: & cum ſediſſet, acceſſerunt ad eũ diſcipuli eius: & aperiens os ſuũ, docebat eos, dicẽs: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorũ eſt regnum cœlorum.

Dominus omniũ prophetarũ oraculis ſeruator mundi promiſſus, Act. 10. Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibent, remiſſionem peccatorũ accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. & doctor iuſtitiæ & euangelicæ legis inſtitutor, Eſa. 33. Dominus iudex noſter, dominus legifer noſter, dominus rex noſter, ipſe veniet & ſaluabit nos.

Iaco.4. Vnus est legislator & iudex, qui potest perdere & saluare. diuinæ legis ostendit eminentiam. Leges enim humanæ, opus quoddam externum imperant tantum: diuinæ vero & spiritum, hoc est, affectũ, expetunt. Ita & duplex est iustitia: operum externorũ, quæ est iustitia legis apud Paulum: & affectuum, quæ est iustitia Christi, quam ipse in nobis operatur. Videns ergo dominus turbam indies magis ac magis densari, misertus est eis, quia erant vexati & iacentes, sicut oues non habentes pastorẽ, Matth.9. monte conscenso, iam cælestis philosophiæ doctorẽ agere cœpit, ipsa loci celsitudine declarans, se nihil plebeiũ traditurũ & humile, sed ardua cælestia q̃ oĩa. Psal.36. Iustitia tua sicut montes dei. simul Mosi referens exemplũ, qui legẽ proditurus populo, montem conscendisse legitur, Exo.19. Esa.40. Super montẽ excelsum ascende tu qui euãgelizas Sion, qui euangelizas Hierusalẽ. Sedit non vti fessus, sed vt ardua quæq̃ magis q̃ seria docturus, quæ attentũ auditorẽ requirerent. Mat.23. Vnus est magister vester Christus. Id vbi senserunt discipuli, propius illũ cinxerunt, ne quid illius sacræ doctrinæ efflueret. Auguſt. Vt audiendis illius verbis hi essent etiam corpore viciniores, qui præceptis adimplendis animo propinquabant. Qui olim loquutus fuerat patribus in prophetis, Heb.1. nunc sacro aperto ore suo, euangelicæ doctrinæ nondũ audita dogmata cœpit depromere, plurimũ abhorrentia ab opinione eorũ qui mundo videntur admodũ sapere. Docebat aũt verbo, scribens in tabulis carneis cordiũ. Hiere.31. Ecce dies venient, dicit dñs, & feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouũ: post dies illos, dicit dñs, dabo legẽ meam in visceribus eorũ, & in corde eorũ scribam eam, & ero eis in deum, & ipsi erunt mihi in populũ. Lex vetus in lapideis scripta tabulis, duritiã signabat populi, quã dominus se ablaturũ repromisit Ezech.36. Auferam cor lapideũ de carne vestra, & dabo vobis cor carneũ, & spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini.

## Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorũ est regnum cœlorum.

Postquã curauit corpora & fecit miracula, curat & animas, vt discamus quod & animarum & corporum sit opifex. A beatitudine incipit, sicut & Psal.1. q̃ huc omnium vota tendant. nihil enim agimus, quin inde nobis bene beate q̃ esse velimus, qui philosophiæ quoq̃ scopus est, quomodo scilicet beatos fieri liceat. Beatitudo in eis est, per quæ nobis bene est, sed naturæ nostræ corruptæ bene est in vitijs. Hinc vt alium opes, alium luxus, alium alia cupiditas trahit, alios alij affectus alliciunt, ita aliorũ alia est beatitudo. Philosophi quandam beatitudinis viam præscribunt, fictitiam plane. Fictitiæ enim sunt virtutes philosophicæ. Christus vero semel euertit omnes naturæ nostræ cupiditates, omnia philosophorũ commenta, & ideo miraculis præstruxit fidem sermoni incredibili, vt qui virtutem ipsius experti essent efficacẽ in sanandis corporũ morbis, confiderent & doctrinã esse veracem, qua mederetur morbis animorũ. Hieronymus: Spiritu adiunxit, vt humilitatem intelligeres, non penuriã. Modestiam & humilitatẽ, ceu fundamentũ iacit. Nam quoniã Adam per superbiam cecidit, Eccl.10. Initium omnis peccati superbia, per humilitatem erigit nos. Sunt quidã pauperes & rebus & spiritu, qui propter regnũ cælorum aut cuncta relinquunt, vt apostoli, Matth.19. Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. aut casu accidentẽ ferunt patienter, vt Iob.1. & Tob.1. Alij rebus, non spiritu, vt inopes impatientes, & multa concupiscentes ac arrogantes, quod pessimũ coram deo, Eccl.25. Essent hi quidẽ viciniores euangelicæ beatitudini, si quò vocat fortuna, sequantur animo, quia ad humilitatẽ inducuntur. Multos enim rei familiaris tenuitas, generis humilitas, conditionis obscuritas, fortunæ aduersitas reddit abiectos & humiles, sibiq̃ displicentes. Alij spiritu, non rebus. Qui vtuntur hoc mundo, tanq̃ non vtantur. 1.Cor.7 Psal.61. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Quales fuerũt Abraam, Isaac, Iacob. Beati: Non vtiq̃ omnes beati, sed illi tantummodo, qui omne p̃sentis culmen seculi, tametsi altũ videatur, pro nihilo ducunt, qui merito regni cælestis munere perhibentur digni, quia delectationis humanæ probantur cupiditate nudati, qualẽ se rex Dauid pauperiem sustinuisse declarãs, ait Psal.69. Ego vero egenus sum & pauper, dñs solicitus est mei, & 72. Quid enim mihi est in cælo? & à te quid volui super terram? Mox vbi spei ancoram fixisset, subdendo manifestat: Mihi aũt adhærere deo bonum est, ponere in dño deo spem meam. Sic Abraam Gene.18. Loquar ad dominũ meum, quũ sim terra & puluis. Sequitur præmium, quoniã tametsi iuxta mundũ videantur abiecti & aspernabiles, tamẽ ipsorum est regnum cælorũ, longe magnificentius omni regno mundi. An non magnificũ regnum est, nulli seruire vitio, nullis obnoxium esse cupiditatibus, conculcasse satanam cum omnibus suis copijs, vicisse mundum cum omnibus suis terroribus & illectamentis,

ascitos esse in consortium dei, ascriptos esse regno cęlesti? An tu regnare putas istos fero ces ac violentos? Seruitutem seruiunt, multos patiuntur tyrannos, discrutiantur auaritia, ira, liuore, cupiditate vindictæ, metu, spe. Vix viuunt, tantũ abest vt regnent. At qui liber est his curis, fretus innocentia sua, fretus deo, fretus præmijs futuri seculi, tranquillo pectore contemnit ea quæ sunt huius mundi, & sequitur bona cælestia, nonne regnum obtinet longe pulchrius ac magnificentius regno tyrannorũ? Regnum mundanũ paratur violentia, ferocitate defenditur: hoc regnum parit modestia, tuetur & constabilit humilitas. Mundus non iudicat regno dignos, nisi generoso prædíti fuerint spiritu, & ingentes tollant animos, deus ad suũ regnũ eos potissimũ euehit, qui se maxime deijciunt. Nulli ergo quantumcunq; mundo abiecto, aut etiã temporali substantia euecto, hæc beatitudo obcluditur, si animũ accommodet. O vere euangelica doctrina, hoc est, læta & bona, qua pauperes euangelizantur, Mat. 11. In quolibet gradu duo tanguntur, Meritũ, quod est ipsa beatitudo viæ, actus scilicet virtutis, & præmiũ merito conueniens, quo prouocemur & confortemur. Beata ergo illa paupertas, quæ rerũ temporaliũ amore nõ capitur, nec mundi opibus augeri appetit, sed cælestibus bonis ditescere concupiscit.

## Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.

Mites, non qui prorsus non irascuntur, tales enim insipientes sunt & insensati, sed qui iræ vim habent, continent aũt, & quando oportet irascuntur, qui nulli vim faciunt, qui læsi facile condonant iniuriam, qui pluris faciunt concordiam & animi tranquillitatem, q̃ latifundium, quibus optabilior est quieta paupertas, q̃ rixosæ diuitiæ. Sicut enim, qui impatiens est, operatur stultitiam, Prouer. 14. sic doctrina viri per patientiam dignoscitur, Prouer. 19. quę hominem reddit modestũ, compositũ, Psal. 24. Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas. Hinc Iaco. 3. Quis sapiens & disciplinatus inter vos? ostendat ex bona conuersatione operationẽ suam in mansuetudine sapientiæ. Matth. 11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Sequitur congruenter mititas paupertatem & humilitatem, quia tales vt cõmuniter contemnuntur & opprimuntur, quare indigent mititate, ad quam ex humilitate disponuntur, sicut econtra superbi ad iracundiam. Hinc Prouer. 16. Melius est humiliari cum mitibus, q̃ diuidere spolia cum superbis. Hieronymus: Mites possidebunt terrã, non Iudæ nec istius mundi maledictam, spinas & tribulos proferentẽ, Gene. 3. quã crudelissimus quisq; bellator magis possidet, sed illã de qua Psal. 26. Credo videre bona domini in terra viuentiũ, &. 141. Portio mea domine in terra viuentium. Placidus etiam qui mauult sua cedere q̃ pro his digladiari, tot locis habet fundum, quot locis reperit amantes euangelicæ mansuetudinis. Inuisa est omnibus peruicacia, mansuetudini fauent & ethnici. Eccl. 3. Fili, in mansuetudine opera tua perfice, & super hominũ gloriam diligeris. Psal. 36. Mansueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Vt omnibus ergo excludatur mitis, tanto certior est illi cælestis terræ possessio.

## Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

Congrue tertio loco luctus sequitur, quoniam post externorũ abnegationem, & adeptam animæ mansuetudinem, aptus est homo ad considerationem eorũ quæ præinductũ pariunt luctum. Sunt qui infeliciter lugent damna rerũ temporalium, quæ tristitia mortem operatur, 2. Cor. 7. Quæ autem secundũ deum est tristitia, pœnitentiã in salutẽ stabilem operatur. Psal. 118. Exitus aquarũ deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuã. Sic lugebat Samuel Saul, eo q̃ proiecerit eũ dominus, 1. Regũ. 15. Sic Apostolus eos qui peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam, 2. Cor. 12. Sic desiderio patriæ cælestis. Psal. 41. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dũ dicitur mihi quotidie, vbi est deus tuus? &. 119. Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Adest ijs lachrymis consolator spiritus, inæstimabili gaudio mentis luctũ compensans interim, mox ad æterna gaudia transferendis. Psal. 93. Secundũ multitudinem dolorũ meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animã meam. Tob. 3. Domine, post tempestatem tranquillũ facis, & post lachrymationẽ & fletũ exultationẽ infundis. Qui ergo nunc lætantur quũ malefecerint, & exultant in rebus pessimis, Prou. 2. post ad æternũ deuenient luctũ. Matth. 13. 24. &. 25. Ibi erit fletus & stridor dentium. Sed à bonis abstergetur, Apoca. 21. quia intrabunt in gaudiũ domini sui, Matth. 25. Hinc Psal. 76. Renuit consolari anima mea, memor fui dei, & delectatus sum.

## Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

Luctũ sequitur esuries: quia dũ homo imperfectũ suũ cõspicit, aliorũ peccata perpendit, ad futuram patriam suspirat, aliud non quærit, nisi vt purgef à culpa tam ipse q̃ alij, crescat

creſcat in gratia,& patriæ propinquet quotidie per feruida deſideria. Pſal.41. Quemadmodũ deſiderat ceruus ad fontes aquarũ,ita deſiderat anima mea ad te deus meus. Leuiter ergo appetenda ſunt iſta,quibus alitur corpus ac fouetur,in quorũ cura vulgus tam miſere torquet,& expletos nonnunq; magis cruciat ſaturitas,q̃ fames cruciabat, & mox à ſaturitate recurrit fitis ac fames ſubinde ſarcienda,& iſta pijs paruo cõtentis, nec p̃ter neceſſaria quicq̃ deſiderantibus,vel non ſolicitis vbiuis adſunt, eo nimirũ ſuppeditante, qui paſcit & paſſerculos,& lilia veſtit. Felices,qui famẽ hanc & ſitim à rebus corporeis & perituris tranſferunt ad expetendã iuſtitiam euangelicã,eſurientes panẽ illũ,de quo qui ederit,viuet in æternũ, Ioh.6.& ſitientes aquã illam viuam,de qua qui biberit,fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam, Ioh.4. Iuſtitia ergo cum omni auiditate exercenda. Ioh.4. Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius qui miſit me. Hinc Pſal.33. Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt dominus. Felix ergo qui nunc iuſtitiæ bono deſiderat ſatiari,& domino ipſo impleri,quem cibum non expeteret & potum,ſi nihil de eius ſuauitate guſtaſſet. Pſal.16. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo.&.16. Satiabor cum apparuerit gloria tua.

## Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.

Sequitur miſericordia eſuriem iuſtitiæ,ne in crudelitatem exeat,ſibi blandiens. Qui pro charitate fraterna alienã miſeriam ſuam eſſe ducunt,qui proximi malis indoleſcunt, qui quicquid habent dotis,id alijs ſubleuandis ac refocillandis impendunt. Non enim is ſumptum facit,ſed lucrum,ſentiens erga ſe deum miſericordem & benigniusbeneficum. Pſal.40. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem,in die mala liberabit eum dominus. Luc.6. Eſtote miſericordes,ſicut & pater veſter cæleſtis miſericors eſt. Condonaſti proximo delictũ aliquod leuiuſculũ? tibi deus condonabit omnia peccata. Ephe.4. Eſtote inuicẽ benigni, miſericordes,donantes inuicẽ,ſicut & deus in Chriſto donauit vobis. Remiſiſti fratri iniuriam & vindictã temporariam? tibi deus remittet pœnã æternam. Mat.18. Sic & pater meus cæleſtis faciet vobis,(grauius puniendo)ſi nõ remiſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo de cordibus veſtris. Subleuaſti tua pecunia fratris inopiã? tibi reddet deus opes ſuas cæleſtes. Tob.4. Quomodo potueris,eſto miſericors: Si multũ tibi fuerit,abundanter tribue: ſi exiguũ,& id libenter impartire ſtude. Præmium emm̃ bonũ tibi theſaurizas in die neceſſitatis,quoniã eleemoſyna ab omni peccato & à morte liberat,& nõ patietur animam ire in tenebras. Plane miſericordes cenſendi ſunt,qui implent illud Apoſtoli.2. Cor.11. Quis infirmat,& ego nõ infirmor? quis ſcandalizat,& ego non vror? & Gal.6. Alter alterius onera portate,& ſic adimplebitis legem Chriſti.

## Beati mundo corde, quoniam ipſi deum videbunt.

Hieronymus: Mundo corde,quos nõ arguit conſcientia peccati,mundus mũdo conſpicitur corde,templũ dei non poteſt eſſe pollutũ. Vult ergo cũ alijs virtutibus nos etiã mundos,hoc eſt,caſtos eſſe,non ſolũ corpore,ſed & corde. Sine emm̃ ſanctimonia nemo videbit deũ,Heb.12. Beati ergo quibus cor eſt ab omnibus inquinamẽtis purũ & illibatũ, nã his dabitur q̃d eſt omnibus huius mundi voluptatibus optabilius, videre ſcilicet deũ. Ad hoc enim omnis tendit ſtructura virtutũ. Exiliunt gaudio,quibus adempta cæcitate contingit intueri lucem,nec aliter ſibi gratulantur,q̃ ſi rediſſent ab inferis. Quanto beatiores,quibus adempta mentis caligine,datum eſt intus cernere deum,totius lætitiæ fontem,quem videre ſumma felicitas eſt? Videmus aũt nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.1. Cor.13. Videbimus enim ſicuti eſt,1. Ioh.3. Si Petrus claritate corporis Ieſu in tranſfiguratione viſa, omnium oblitus,ſic manere cum Chriſto voluit, d. Domine, bonum eſt nos hic eſſe, Matth.17. quantum gaudium clare cernere,in quem deſiderant angeli proſpicere,1. Pet.1. Detergantur ergo terrenarum caligines vanitatum. ſpeculum emm̃ ſi fuerit mundum,accipit imagines: ſic & anima pura faciem dei, & ſcripturarũ accipit ſcientiam. Quod ſol puris eſt oculis,hoc deus puris eſt mentibus: & quod pituita aut ſquamæ ſunt oculis,hoc peccata ſunt animis. Matth.6. Si oculus tuus ſimplex fuerit,totum corpus tuum lucidum erit.

## Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur.

Hieronymus: Qui primũ in corde ſuo,deinde & inter fratres diſſidentes pacẽ faciũt. Quid emm̃ prodeſt alios per te pacari,ſi in animo tuo bella ſint vitiorũ? Iſta non cuiuſlibet conſenſionis,nec qualiſcunq; concordiæ eſt,ſed illius de qua Ro.5. Pacem habeamus ad deum. Pſal.118. Pax multa diligentibus legẽ tuam domine,& non eſt illis ſcandalũ. Hanc pacem etiam arctiſſima amicitiarũ vincula,& indiſcretæ ſimilitudines animorũ, nõ veraciter ſibi vendicant,ſi nõ cũ dei voluntate cõcordant. Amor mundi cũ dei amore nõ con-

cordat. Iaco. 4. Qui voluerit amicus esse huius mundi, inimicus dei constituitur. Qui ergo mente semper cũ deo soliciti sunt seruare vnitatẽ in vinculo pacis, Ephe. 4. nunq̃ ab æterna lege dissentiunt, fideli oratione dicentes, Matth. 6. Fiat voluntas tua. De hac pace Ioh. 14. Pacẽ meã do vobis, pacem relinquo vobis. Gal. 5. Fructus aũt spũs, charitas, gaudium, pax, patientia. Haud eñ satis est Christianis, ipsos esse pacatos, nisi accesserit & inter alios pacis conciliandæ studium: & non solum non vlciscentes, si quid læsi sunt à quoquam, verũetiam vltro inuitantes ad pacẽ à quibus sunt offensi. Quod si cui durũ videatur, audiat præmiũ, quia filij dei vocabuntur. Quid honorabilius? quid iucundius? Nec inanis titulus esse potest. Qui filius sit, idẽ & hæres sit oportet, sed nothũ arguit mor̃ dissimilitudo, germanũ & gnesion patris imitatio. Deus gratis cõdonãs omnia peccata, mortales omnes à quibus fuerat offensus, inuitat ad pacẽ & amicitiã: vltro se præbet propicium omnibus qui resipiscunt. 1. Cor. 5. Pro Christo legatione fungimur, tanq̃ deo exhortante per nos: obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. Is nõ cognoscet pro filijs suis, nisi qui tales se præbuerint aduersus fratres suos, qualẽ ipse se præbuit aduersus vniuersos, abdicaturus pacis osores, & dissidior̃ autores, quemadmodũ patres exhæredant filios quibus nõ conuenit cũ reliquis fratribus. Hinc. Rom. 12. Si fieri potest, quod ex vobis est, cũ omnibus hominibus pacẽ habentes. Psal. 119. Cum ijs qui oderũt pacẽ, eram pacificus. Sed sunt qui multũ pro alior̃ laborant reconciliatione, sed ipsi vix aut nunquã, vt dicit Chrysostomus, inimicis suis reconciliãtur ex corde: & si quãdoq; alior̃ importunitate coacti, ore & ficte: qui veræ pacis sunt illusores, illa magna p̃mia negligẽtes. Ro. 8 Quod si filij, & hæredes: hæredes quidẽ dei, cohæredes autem Christi.

Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.

Octaua beatitudo veræ circuncisionis, martyrio, vt dicit Hieronymus, terminatur. Quoniam eñ plures vbiq; sunt improbi, non potest cũ omnibus cõstare pax, nisi tolerantia malorum. Piorum est omnibus modis adniti, ne quod habeant dissidium cum vllis hominibus: sed quorundam tanta est peruersitas, vt benefactis etiam irritentur, & affligant benemerentes, sæuiant in beneficos, seruare cupientes ducant pro hostibus. Sed beati qui persequutionẽ patiuntur, non ob aliud, nisi ob iustitiam euangelicã, quæ nullum lædit, prodest omnibus. Non ergo deserẽda, Iob. 27. Donec deficiam, non recedã ab innocentia mea: & iustificationẽ quam cœpi, non deseram. Persequutio eñ non aufert innocentiam, sed auget coronã. Iaco. 1. Beatus vir qui suffert tentationẽ: qñ cum probatus fuerit, accipiet coronã vitæ, quã repromisit deus diligẽtibus se. Ardua res est, amare tales: sed ingens præmiũ, regnũ cælor̃. Idẽ præmiũ paupertati promittitur & martyrio. Cõsi derãdo eñ sublimitatẽ & opulentiã vniuersor̃ bonor̃ regni cælestis, sic ponitur p̃mium paupertatis: sed attendendo plenitudinẽ gaudior̃, sic ponitur p̃mium patientiũ propter iustitiam. 2. Timo. 3. Omnes qui pie volunt viuere in Chr̃o Iesu, persecutionẽ patientur.

Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persequuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes, propter me: gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.

Ab impijs ob pietatem vituperari, laudari est: ab osoribus dei cruciari, coronari est. Non est affectanda ab hominibus gloria, sed hæc vltro veram virtutem solet comitari. 1. Cor. 4. Maledicimur, & benedicimus: persequutionẽ patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus. Matth. 10. Cum persequuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Et dixerint omne malũ. 1. Corint. 4. Tanq̃ purgamenta huius mundi facti sumus omniũ peripsema vsq; adhuc. Mentientes, inquit, propter me. 1. Pet. 4. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quia q̃d est honoris, gloriæ & virtutis dei, & qui est eius spiritus, super vos requiescet. Nemo aũt vestrũ patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienor̃ appetitor: si aũt vt Christianus, non erubescat, glorificet aũt deum in isto nomine. Ne ergo vosipsos deplorate vt afflictos, vt explosos, vt infames: quin potius ob hæc ipsa gaudete in corde, & exultate in corpore, q̃ quo magis illi sæuierint persequendo, hoc magis vobis crescit & accumulatur p̃miũ à patre repositũ in cælis. Illud ergo maledictũ cõtemnendũ, q̃d beatitudinẽ creat, q̃d falso maledicẽtis ore profertur: vbi Chr̃s in causa est, ibi optãda maledictio est. Ro. 8. Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculũ? an persequutio? an gladius? Sicut scriptũ est, Psal. 43. Qñ propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisiõis. Sed in his oĩbus superamus propter eũ q̃ dilexit nos. Hinc Iac. 1. Omne gaudiũ,

existi ma-

existimate fratres, cum in tentationes varias incideritis, scientes q̃ probatio fidei vestræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectũ habet. Hieronymus: Nescio quis nostrum hoc implere possit, vt laceretur opprobrijs fama nostra, & nos exultemus in domino. Hoc qui vanam sectatur gloriam, implere non potest. Hinc dicitur: Non quæras gloriam, & non dolebis cum inglorius fueris. Vnde Roman. 5. Gloriamur in tribulationibus, scientes q̃ tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, Apoc. 7. Hi sunt q̃ venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni.

Sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos.

Quid hodie prophetarũ memoria sanctius, aut venerabilius? Et tamen hos, quũ in viuis agerent, omni malorũ genere sunt persecuti, quibus & vos persequentur. Impleuit Manasses Hierusalem sanguine prophetarũ vsq; ad os. 4. Reg. 21. & 2. Paral. 36. At illi subsannabant nuncios dei, & paruipendebant sermones, illudebant q̃ prophetis. Excitat dñs ad tolerantiam malorũ per patientiam exemplo prophetarũ. Hinc Iaco. 5. Exemplum accipite fratres exitus mali, & longanimitatis, & laboris, & patientiæ, prophetas, qui locuti sunt in noĩe dñi. Sic & à peccatis deterret pœnis malorũ. Luc. 13. Nisi pœnitentiã egeritis omnes similiter peribitis, sicut illi decem & octo, super quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos. Hinc. 2. Pet. 2. Mundi per diluuiũ, Sodomę & Gomorrhę in igne & sulphure subuersionem, exemplum dicit positum eorum qui impie acturi sunt.

Vos estis sal terræ. Quod si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Mar. 5. P

Ostendit euangelij, euangelici q̃ doctoris energiam & conditionem. Fortia siquidem sunt, quæ euangelico obueniunt prædicatori & humanam superantia mediocritatẽ: ideo insigne fit, oportet, quod vi sua moueat, ac pertrahat mundum vniuersum, dilutis opinionibus ac vanis cupiditatibus obrutum. Vos (inquit) delegi, non vt sitis mediocres aut tolerabiles, sed fitis sal terræ. Prophetæ ad vnam gentem missi sunt, vos totius terræ sal estis. Nõ opus ẽ multo sale, sed efficaci, vt q̃q̃d cõtigerit afficiat, & ex insipido reddat sapidũ. Perfectus euangelicę charitatis vigor perseueret in vobis oportet. Alioqui si mores vestri fuerint amore laudis, cupiditate pecuniarũ, studio voluptatum, libidine vindicandi, metu infamiæ, damnorum, aut mortis infatuati, quid tandem erit reliquum, quo multidinis insulsa vita condiatur? Doctrina em̃ & reprehensionibus dissoluti condiendi, ne pariant vermes perpetuos. Si doctor errauerit, à quo emendabitur? Mar. 9. Si insulsum, Luc. 14. Infatuatum fuerit, hoc est, insipuerit, infatuatus siue insipidus fuerit, Eccl. 34. Ab immũdo q̃d mundabitur? Potius enim inficit cibum, quàm condit. Ita futurum est, vt non solum alijs condiendis non sitis vsui, verum etiam ipsi veniatis in extremũ hominum contemptum, nequaquàm præstantes hoc quod docetis. Sicut enim sal in ciborum condimentum, & ad siccandas carnes est necessarius, ita alium vsum non habet. Nihil ergo fatuo sale contẽptius, Lucæ. 14. Neq; in terram, neq; in sterquilinium vtilis est. Quippe stultitatem adferens, si admisceat, Malach. 2. Vos recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege, & irritum fecistis pactum Leui, dicit dominus. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis, sicut non seruastis vias meas, & accepistis faciem in lege. Hac ergo professione suscepta, aut magno vsui omnibus sitis oportet, aut magno malo omnibus: aut ingentem gloriam apud homines reportetis, aut ingentem ignominiam. Est autem ignominia magis morte vitanda, quæ redundat in infamiam euangelij. Sitis ergo vndequaq; synceri, & insigniter integri, quo vestra puritate corrigatur multitudinis impuritas: talis sit vita vestra, doctrina q̃, vt omnibus intuentibus sit dux regulaq; rectè viuendi. 1. Timo. 4. Exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Titum. 2. In omnibus teipsum præbet exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate. Verbum sanũ irreprehensibile, vt is qui ex aduerso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Hiere. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina.

Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, 2
neq; accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est.

Chryſoſtomus: Sal poteſt carnem incorruptam ſeruare, putridam mundare non poteſt. Bona conuerſatio doctoꝝ, condimentum eſt populi, ideo ſalꝫ ſed ob doctrinam verbi, lux. Prius ſal, poſtea lux: quia prius oportet bene viuere, & poſtea bene docere. Per bonam conuerſationem aſcenditur ad ſcientiam ſine dubio: per ſcientiam aũt neſcio, ſi ad bonam oñino conuerſationem veniatur. Hinc multos ſcientes, multos ſine timore dei videmus: timentes autem deum, ſine ſcientia nullos videmus. Initium enim ſapientiæ timor domini. Eccĩ.1. Iob.28. Timor domini ipſa eſt ſapientia: & recedere à malo, intelligentia. Si ergo ſolem obducant nubes, vnde lumen mortalibus? Si veſtra doctrina caligauerit erroribus, ſi veſtra vita mundanis cupiditatibus erit obfuſcata, quæ res depellet caliginem multitudinis? Philippẽ. 2. Oñia facite ſine murmurationibus & hæſitationibus, vt ſitis ſine querela, ſimplices filij dei, ſine reprehenſione in medio nationis prauæ & peruerſæ, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes. Qui enim reprehendit quæ occulte fiunt, lux eſt, Epheſio.5. Omnia quæ arguuntur, à lumine manifeſtantur. Oñe eñ quod manifeſtatur, lumen eſt. Non ergo in angulis latitabitis, etiã ſi maxime velitis, ſed ſpectabiles eritis: & ideo videte quomodo citra maculam agatis vitam, vt ne & alijs offendiculo ſitis, in vobis exiguus lapſus, fœdi criminis inſtar erit. Hæc eſt euangelicæ doctrinæ natura, non finit ſui profeſſores latere, quàmuis ipſi famam hominum fugitantes, quærant latebras. Quur abſcondatur, quod in hoc ipſum paratum eſt, vt ex æquo proſit omnibus? Eſaiæ.2. Venite, aſcendamus ad montem domini, & ad domum dei Iacob, & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbum domini de Hieruſalem. Curate ergo, vt lucem quam in vobis accendi, ne obſcuretis: & in candelabro quo vos poſui, perſeueretis. Ego vos accendi lumen: nunc veſtri officij erit, ne gratia extinguatur, ita vt & alijs luceat ſine perſonaꝝ delectu. Hinc de Iohanne dicitur, Iohan.5. Ille erat lucerna ardens & lucens. Docet ergo fidutiam prædicandi, ne abſcondantur metu, & ſint ſimiles lucernæ ſub modio, ſed tota libertate ſe prodant, vt quod in aure audierint & cubiculis, prædicent in tectis. Eccĩ.20. Sapientia abſconſa, & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſque? Id enim talentum ad lucendum acceptum eſt. Matt.25. Non poteſt non condire ſal, non poteſt non lucere lux. Luceat ergo lux veſtra, imo mea patriſq; in vobis, cunctis mortalibus, vt contẽplante vitam veſtram vndequaq; puram & inculpatam, planeq; cæleſtem, glorificent, non vos, ſed patrem veſtrum cæleſtem, cui debetur omnis honos & gloria, vt & inimici veſtri mirentur. 1. Timo.1. Soli deo honor & gloria, Eſaiæ.42. Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam ſculptilibus. Sicut autem deus per vitam bonorum honoratur, ita per malorum blaſphematur, Ro.2. Nomen dei per vos blaſphematur inter gentes, Ezechiel.36. Sanctificabo nomen meum magnum, quod pollutũ eſt inter gentes, quod polluiſtis in medio earum. Bernardus: Lingua magniloqua, manus ocioſa, doctrina lucida, vita tenebroſa, res eſt monſtruoſa.

3 Nolite putare quoniam veni ſoluere legem, aut prophetas. Non veni ſoluere, ſed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec tranſeat cælum & terra, iota vnum aut vnus apex non præteribit a lege donec omnia fiant.

Quoniam noua videbatur inducere documenta, ideo oſtendit ea non contraria, ſed conſonalegi & prophetis. Nam quod lex iuſſit, perfecit, ſub lege natus, Gala.4. ſecundum legem circumciſus & oblatus, Lucæ.2. Imperfectionem legis perfecit. Hebræ.7. Nihil ad perfectum adduxit lex. Gala.4. Lex pædagogus noſter in Chriſto, Romañ. 10. Finis legis Chriſtus, ad iuſtitiã omni credenti. Quod ſi luce prodita cedunt vmbræ, ſi iam factis ipſis præſto, quod futuꝝ prædixerant prophetæ, nihil legi derogatur, ſed potius accedit perfectio. Nihil magis igitur illa læditur, quàm ſi pictæ imagini regis, rex ipſe viuus ſuccedens, omnium in ſe oculos deflectat, aut ſi puer imbecillus, progreſſum temporis grandeſcat in virum adultum, aut ſi frondibus & foliis ſuccedat fructus maturus, aut ſi ſol exoriens, lunam & ſtellas obſcuret. Eſt autem, Amen, vox aſſeuerantis & confirmantis, ꝙ nihil ſit in lege promiſſum & proditum, quod euangelium non abſoluat. Et ex figura literæ oſtenditur, quod etiam quæ minima putantur in lege, ſacramentis ſpiritualibus plena ſunt, & oĩa recapitulantur in euangelio. Oſtendit etiam quod mundus præterit & figura eius. 1. Corinth.7. non quo ad ſubſtantiam, ſed quo ad accidẽtales qualitates. 2. Petr.3. Aduenier dies domini vt fur, in quo cæli magno impetu tranſient, terra autem & omnia quæ in ipſa ſunt opera, exurentur. Lucæ.21. Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Eſaiæ.55. Verbũ quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcunq; volui, & proſperabitur in his, ad quæ miſi illud, Lucæ.24. Neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moſi & prophetis & pſalmis de me.

Qui ergo

Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum. Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.

Suggillat pharisæos, qui contemptis mandatis dei statuerũt proprias traditiões, quod non eis profit doctrina in populis, si vel paruum quod in lege præceptum est, destruant. Magistri enim eruditio, etiam si paruo peccato obnoxius sit, deijcit eum de gradu maximo: nec prodest docere iustitiam, quam minima culpa destruit: sed beatitudo perfecta est quæ sermone doces, opere complere. Prius facere, postea ponit docere. Quomodo eñ alium inducam in viam, in qua nunquàm transiui? Cæterum si fecero, & non docuero, non habebo tantam mercedem, sæpe etiam & condemnationem, si quando oportet, propter inuidiam, vel negligentiam non docuero. 1. Corin. 9. Nam & si euangelizauero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi est, si non euangelizaueros si enim volens hæc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Esa. 6. Væ mihi quia tacui. Ezech. 3. Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel, audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me. Si dicente me ad impium, morte morieris, non annuntiaueris ei, neq; locutus fueris, vt auertatur à via sua impia, & viuat: ipse impius in impietate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autẽ tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & à via sua impia, ipse quidem in impietate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. Qui ergo soluerit vel vnum ex his præceptis minimis, quæ nunc addo præscriptis Mosaicæ legis, quæ licet non perficiant hominem, tamen inchoant, secundum Augustinum, quia faciunt declinare à malo: quum tamen doceat obseruandũ, quod ipse per imbecillitatem non præstat, minimus & contemptissimus habebitur, adeo, vt nisi profecerit ad meliora, prorsus excludẽdus sit ab euãgelico contubernio, & vltimus ac abiectus sit ad gehennam. Sola eñ fide ad corpus pertinet ecclesiæ, & non per charitatem operantem. Cæterum quisquis docuerit hæc minuta non negligenda, quæ procul arcent ab his quæ lex vetat, & quod docet, præstiterit, is demũ admirandus & magnus habebitur in regno cælorũ. Nihil eñ diuinius q̃ deo coopari in reductiõe aiarũ ad suę beatitudinis fontẽ. 1. Cor. 3. Dei eñ sumus adiutores. Dañ. 12. Qui ad iustitiã erudiũt multos, quasi stellæ fulgebũt in ꝑpetuas ęternitates. Mat. 5

Dico autem vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra, plusquam scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.

Ostendit quemadmodum habere nos debeamus erga deum & proximum. Saluator enim noster nouus homo venit in mundũ, uoua præcepta dedit mundo, quę se habent ad mandata legis, sicut lux ad vmbrã, res ad signũ. Iohan. 1. Lex per Mosen data est, gratia & veritas per Iesum Christũ facta est. Iustitiã omnem dicit virtutẽ, sicut Iob iustus dicitur, Iob. 1. Illud affirmo vobis, si præstiteritis quicquid præscribit lex, quicquid præstant scribæ, legis iustitiã docentes & interpretantes, & pharisæi singulari iustitiæ obseruatione ab alijs segregati, & si nihil adieceritis perfectius, adeo non eritis magni in hac professione, vt ne aditus quidẽ dandus sit in regnũ cœlorũ. Defecit eorũ iustitia primo in hoc, quia ex lege sine Christo iustificari volebant. Rom. 10. Ignorantes dei iustitiã, & suam volentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Rom. 3. Arbitramur hominẽ iustificari per fidẽ, sine operibus legis. Ro. 10. Finis enim legis Christus est, ad iustitiam omni credenti. Hinc Philippen. 3. Veruntamen existimo oñia detrimentũ esse propter eminentem scientiam Iesu Christi dñi nostri, propter quẽ omnia detrimentũ feci, & arbitror vt stercora, vt Christũ lucrifaciam, & vt inueniar in illo non habens meã iustitiam, quæ ex lege est, sed illam, quę est ex fide Christi Iesu, quæ est ex deo iustitia in fide. Secundo, quia quæ docebant, nõ prę stabant. Mat. 23. Super cathedram Mosi sederunt scribæ & pharisæi. Oñia ergo quæcũq; dixerint vobis, facite, secundũ autem opera eorũ nolite facere. Dicunt enim & non faciũt. De quibus Zacha. 11. O pastor & idolum derelinquens gregem. Non enim pascit exemplo. Tertio, quia vanam gloriam quærebant. Matth. 23. Oñia opera sua faciunt, vt videãtur ab hominibus. Quarto, quia erat in exteriori operatione, non in intentionis rectitudine, effectum timore pœnæ, non autem affectum amore iustitiæ regulantes. Matth. 23. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, q mũdatis quod deforis est calicis & parapsidis, intus aũt pleni estis rapina & immũditia. Pharisæe cæce, mũda prius ꝙd intus est calicis & parapsidis, vt fiat & ꝙd deforis est, mundũ. Ideo Mat. 6. Attẽdite ne iustitiã vestrã faciatis coram hoĩbus, vt videamini ab eis, alioq; mercedẽ non habebitis apud patrẽ vrm q in cælis est. Docet consequenter, quẽadmodum oratio, eleemosyna, ieiuniũ, apud deum mercedẽ mereant,

mereantur, si deum solum spectent. Studeamus ergo non secundum opera tantum, hypocritarum more, sed recta intentione, & pia voluntate iusti esse. Non potest enim arbor bona malos fructus facere, Matth. 7. Bonus etiam homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, Lucæ. 6.

Audistis, quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis.

2 Agedum quo singula perspicua fiant. Quoniam autem vetera nunc antiquata sunt. Hebræ. 8. Quod antiquatur & senescit, prope interitum est, & ferme abdita, oportet omissis illis currere ad noua. Exod. 20. Non occides. Qui enim prætermisso iuris ordine occiderit, reus erit iudicio condemnationis. Leuit. 24. Qui percusserit & occiderit hominem, morte moriatur. Lex enim punit secundum pœnam talionis, vt patet ibidem. Non autē intelligitur occisio secundum legem. Vnde Exo. 22. Maleficos non patieris viuere. Hinc Saul regno priuatus. 1. Regum. 15. non occidēs regem Agag. Et. 3. Reg. 21. dictum fuit regi Israel: Quia dimisisti virum dignum morte, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo illius. Occidēs enim secundum legem iustitiæ, meretur. Exod. 32. Consecrastis, inquit Moses, hodie manus vestras domino, vnusquisque in filio suo, & in fratre suo, vt detur vobis benedictio. Intelligitur ergo de ijs, qui præter iustitię ordinem ex passione occidunt. Matth. 26. Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt. Principes vero non sine causa gladium portant. Ministri enim dei sunt, in hoc ipsum seruientes, Romañ. 13. Chrysostomus: Considera plenam legislatoris autoritatem. Prophetæ dicebant, hæc dicit dominus: quia illi vt serui, ea quæ domini sunt, annuntiabant: hic autem vt filius, ea quæ patris & sua sunt: illi conseruis prædicabant, hic suis seruis legem ponebat, d. Ego dico vobis, quia omnis qui irascitur. Christus vniuersam legem ad affectus transtulit, vt homicidæ appellatione contineantur, qui re ipsa cædem faciunt, deinde omnes qui affectu, hoc est, oderunt. 1. Iohannis. 3. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est: & scitis, quia omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. 1. Iohannis. 2. Qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Siquidem professionis sublimitas exaggerat culpam, vt quod in veteri lege fit homicidium, hic in noua fit impotens animi motus ad vindictam. Primus eñ ad homicidium gradus est, irasci. Graue facinus admisit apud deum iudicem, qui fratri male voluit, qui amandus est, non odiendus. Augustinus: Irasci fratri vt corrigatur, nullus sanæ mentis reprehendit: huiusmodi enim motus de amore boni, & de sancta charitate veniunt, & rectam rationem sequuntur. Sine hac ira nec doctrina proficit, nec iudicia stant, nec crimina compescuntur: sed vitia seminantur, nutriuntur negligentiæ: & non solum mali, sed & boni incitantur ad malum, vt dicit Chrysostomus. Ecclesiastes. 7. Melior est ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Sic dominus in synagoga circumspexit cū ira, contristatus super cæcitate cordis eorum. Mar. 3. Nam quemadmodum naturaliter insita est nobis vis rationalis ad discernendum inter bonum & malum, & concupiscibilis ad bonum cognitum appetendum, sic irascibilis ad malum refutandum, & fortiter agendum contra vitia. Sed ex natura vitiata nos ordinem peruertimus. Augustinus: Qui docet vt non irascamur, non soluit legem, sed implet potius: vt & foris innocentiam, dum non occidimus, & intus, dum non irascimur, seruemus. Quod ni mox represserit efferuescentem animum, sed ira impotens erumpat in vocem, quæ nullo quidem certo conuicio percutiat fratrem, sed tamen manifesto eum contemptus indicio contristet, animi maleuolentiam indicans, iam & propior homicidio, non solū obnoxius erit iudicio daturus pœnam leuiorem, sed tamen homicidio parem, verum etiā concilio, grauius etiam condemnandus. Hieronymus: Si de ocioso sermone reddituri sumus rationem, Matth. 12. quanto magis de contumelia? Racha, vox indignantis, proprium Iudæorum, id est, vacuus siue inanis, quem nos possumus vulgata iniuria absque cerebro nominare. Signanter fratri. Nam frater noster nullus est, nisi qui eundem nobiscum habet patrem. Cum ergo similiter credat in deum, & Christum dei nouerit sapientiam, qua ratione stultitię elogio poterit notari? Si ergo rebellis animi motus huc proruperit, vt fratrem manifesto iam certoq; conuicio percutiat, iam grauissimæ pœnæ erit obnoxius, nimirum gehennæ. Etenim qui scommatis & contumelijs persequitur fratrem, charitatē destruit, qua destructa, simul oñes tolluntur virtutes, sicut oñes saluantur, ea salua.

Augusti-

Augustinus: Hoc vltimum quod grauissimum esse sonat, admonet gradus quosdam esse factos à leuioribus ad grauiora, donec ad gehennam ignis veniretur. Non enim reatus ipse haberet gradus, nisi etiam gradatim peccata commemorarentur. Vnde in primo est, ira sola in animo: in secundo, sonus aliquis incertus, motum animi significans: in tertio, manifestum conuicium. Vnde etiam tres gradus reatus. Iudicij, in quo datur locus defensioni: Concilij, id est, confessus iudicum, quando non iam agitur cum ipso reo vtrũ sit damnandus, sed fit collatio quo supplicio sit puniendus, quem constat damnatum. Gehennæ ignis, quæ nec damnationem habet dubiam, vt iudicium: nec damnati pœnam, vt concilium, quia certam habet pœnam, & cum hoc extremam. Tot modis plectitur, qui nondum progressus est vsque ad homicidium: sed homicidio confinis est, quisquis excidit à charitate. Nondum exemit gladium, sed percussit animo quisquis iratus male voluit: percussit lingua, quisquis iratus conuicium dixit, fortassis & occisurus, nisi pœnam metueret. Tutior est ergo ab homicidio, quisqs irã & odiũ penitus exemit ex animo, qua quidem ex radice pullulant homicidia. Quisquis ergo sibi parat charitatem euangelicam quæ bene vult etiam maleuolentibus, quæ beneficio pensat iniuriam, nihil eget minis Mosaicæ legis ad vitandum homicidium. Odij extrema linea est, occidere: charitatis extrema linea est, occidenti etiam bene velle. Matth. 5. Orate pro persequentibus & calumniãtibus vos. Omnis occasio iræ tollitur, cum inimicos diligere iubemur. Mat. 5. Diligite inimicos vestros. Iusta ira, mater est disciplinæ. Non fratri irascitur, qui vitio irascitur.

Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens, offeres munus tuum.

Operum quædam necessaria sunt, quæ lege mandantur diuina: quædam non, quæ in nostro arbitrio sunt posita. Est ergo perpetua regula, nullum opus non necessarium valere, nisi prius necessarium absolueris. Sic Matth. 23. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentham & anethum & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Positis ergo variis iræ modis dilectioni contrarijs, iram autem comitari solet odium, de charitate seruanda fraterna prosequitur, vt prima sit cura pacis & mutuæ concordiæ. Quod si autem (vt est humanæ naturæ imbecillitas) inciderit offensæ nonnihil inter fratres, rebus omnibus omissis dent operam, vt sarciatur concordia. Si ergo offers, sponte & hilariter offer. 2. Corinth. 9. Hilarem datorem diligit deus. Sic. 1. Paralipome. 29. ait Dauid. Ego in simplicitate cordis mei lætus obtuli vniuersa hæc, & populum tuum vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria. Munus tuum, inquit, Prouerb. 3. Honora dominum de tua substantia, Eccl. 34. Qui offert sacrificium de rapina pauperis, quasi qui victimat filiũ in conspectu patris. Augustinus: Altare in corde templi. 1. Corinth. 6. Templum dei sanctum est qđ estis vos, ipsam fidem accipere possumus, cuius signum est altare visibile. Gregorius: Nihil deo acceptum, nisi in fide & charitate agatur, & per eas deo offeratur. Hebræo. 11. Sine fide impossibile est placere deo. Atq; inibi tibi venerit in mentem, tibi parũ conuenire cum fratre tuo, siue qꝑ is te offenderit, siue quod offensa quædã mutua contristarit amicitiam, ad aram relicto munere, mox efficias, vt ante omnia amicitiæ sarciatur dulcedo. Hugo: Pensare debemus, quanta sit apud deum concordiæ virtus, sine qua non placent deo ipsa sacrificia, quibus delent peccata: nec tm̃ placẽt nostræ orationes, ieiunia & opera, quantum mutua concordia. Chrysostomus: Attendenda dei misericordia ad homines, qui amplius diligit concordiam fidelium, quàm donaria, dum oblationes discordantium non vult suscipere. Nemo enim duorum inimicorum potest esse amicus: ideo de us fidelium amicus esse non vult, quandiu ipsi sunt inter se inimici. Ex dilato munere nihil ille damni patitur, ex rescissa concordia multum imminet vtrisque periculi. Qui iubetur inimicum diligere, & si nihil commeruit, non grauabitur sarcire gratiam, licet aliena culpa rescissam. Ad charitatis enim pertinet perfectionem, vt dicit Hugo & Cassianus, vt ille qui læsus est, studeat aduersarium mitigare, eiusque animam à morte culpæ eriperet alioqui non videor perfectus imitator Christi, qui pro inimicis mortuus est, Romano. 5. Vltro ergo condona noxam, & fratrem hoc mœrore subleua, qui te sibi putabat iratum. Non enim experieris deũ propitium, nisi proximus senserit te sibi propiciũ. Chrysostomus: Ne dicas, ille mihi nocuit, prior redeat in gratiam, ego nihil commeruit: si te dominus deus tuus iubet pro gloria sua, & tuæ salutis amicitias facere, tu potius nocumentum perpessus, debes nocentẽ rogare, vt duplicem coronam consequaris: vnam, qa nocitus es: alterã, qa prior rogasti. Si ille tibi prior nocuit, & prior te rogat, ĩfructuosa ẽ amicitia tua.

Quam

Quam enim iustitiã fecisti ante deum, si rogatus, te placaueris? Matth. 6. Si non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Ea ergo confecta, redibis ad altare peracturus sacrificium tuum. Augustinus: Non irascitur deus, quia differs deponere munus tuum: te quærit deus magis, quàm munus tuum. Psalmo. 15. Dixi domino, deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Plus quærit deus, quem redemit sanguine suo, quàm quod tu inuenisti in horreo tuo. Non enim prodest deo offerre verba nostra per gratiarum actionem, & corpora per carnis macerationem, ac res per eleemosynarum largitionem, nisi & corda offeramus per veram dilectionem, .1. Corinthio. 13. & Lucæ. 18. claret in pharisæo.

Mat. 5. R

Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es cũ eo in via, ne tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem.

Aduersarius, Græcis hoc loco significat, qui vult iudicio contendere, vt non solum sit epilogus superiorum, sed mandatum peculiariter pertinens ad iudicia. 1. Corinth. 6. Iam quidem omnino delictum est in vobis, ꝙ iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis & fraudatis, & hoc fratribus. Reperiuntur enim quidam iniqui, vt iniurij vltro in ius trahant, ne gotiũ etiã exhibituri, ni deprẽdent. Quid hic agendum? Nunquid legibus ius persequendum? Si me audies, in via properabis cum aduersario tuo rem componere, vel æquis, vel iniquis conditionibus, quo seruetur pax & concordia. Nec propterea sublati sunt iudices. Est enim in ecclesia potestas siue gladius in iudicium, hoc est, in coercendos malos. Sed seruiendum erat aduocatis & notarijs, sursum ac deorsum assidue curritandum, ambiendus fauor iudicum, multa & facienda & ferenda indigna. Et quum tempore nihil sit pretiosius, quantum hinc foret insumendum? Vide ergo quàm non aspernandum lucrum feceris celeritate finiẽdæ litis, quũ iudicio interim incertus sit exitus: neq; eñ semper superior discedit, cui causa melior. Siquidem periculum est, ne aduersarius victor tradat te iudici, iudex tradat te ministro publico, per quem ducaris in carcerem. Quo si semel coniectus fueris, iam adempta facultate componendæ rei cum aduersario, non solum lucrifeceris corpis afflictionẽ & ignominiã, verum etiã non liberaberis, donec ad assem vniuersam resoluas summam quam petebat aduersarius, quum minoris licuerit cum illo transigere, mitiore adhuc & minus irato. Admonet ergo ne iudicio contendamus, ne grauiora ob potentiam aduersarij patiamur. Sic in sarcienda amicitia, noli esse morosus expensor, vter magis sit in culpa. Hieronymus: Ad pacem & concordiam nos saluator hortatur, dum sumus in huius seculi via. Hebr. 13. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Roma. 12. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Vult ergo nos esse beneuolos & benignos, quum ignoremus diem & horam. Matthæi. 24.

Exo. 20

Audistis, quia dictum est antiquis: Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quoniam omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.

Verum vt homicidio vicinus est, qui fratri irascitur, ita tendit ad adulterium, cuius iam animus est impudicus, cuius oculi sunt adulteri. 2. Petri. 2. Oculos habentes adulterij plenos, & incessabilis delicti. Hieronymus: Si viderit vt concupiscat, vt facere disponat. Concupiscentia enim, quæ est cum animi deliberatione atque consensu in delectationem vel opus, peccatum est. Opus non addidit, quia non potuit. Si ergo concupiscamus, & opus non perficiamus, signum est quod à gratia dei protecti sumus. Sic mulieres se ornantes vt alliciant, & si non placeant, attamen pharmacum miscuerunt, etiam si nullus bibit. Deus enim intuetur cor. 1. Regum. 16.

Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proijce abs te. Expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam ignis. Et si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proijce abs te: expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam.

Non possum, inquies, oculos claudere. Imo præstat eruere oculum, quàm per eum capere iacturam. Reprimendus ergo, ne illicita intueatur. Iob. 31. Pepigi fœdus cum oculis meis,

meis, vt ne cogitarem quidē de virgine. Eccī. 9. Auerte faciem tuam à muliere compta & ne circunspicias speciem alienā. Propter speciē mulieris multi perierunt, & ex hoc cō cupiscentia quasi ignis exardescit. Claret in Holoferne, Iudith. 10. Dauide, 2. Reg. 11. Salomone, 3. Reg. 11. Sic ergo properandū est ad fastigium euangelicæ perfectionis, vt quicquid obstiterit huc eunti, protinus sit abiiciendū, quantumuis dulce, quantūuis amabile. Habet animus sua membra noxia, quæ pium est q̄ ocyssime recidere. Sic oculus consultor est siue doctor, qui si consuluerit quod est præter mandatū diuinū, abiiciendus: manus dextera amicus, qui si impellat ad opus contra dei mandatum, abscindendus: Sic & membra proiicienda nō ad organū, sed quantū ad illicitū vsum. Iuxta hunc sensum ait Apostolus Col. 3. Mortificate membra vestra super terrā. Consequenter seipsum exponens, ait: fornicationē, immunditiam, libidinē, concupiscentiam malā, auaritiā. Melius est em̄ vnius membri vitiosum actū abscindere, q̄ totius corporis opera bona amittere & damnari. Iaco. 2. Quicunq; totā legē impleuerit, offendat aūt in vno, factus est omnium reus. Nec potest quis vitare peccatum, qui occasiones non vitat peccandi. Eccī. 3. Qui amat periculum, peribit in illo.

Dictū est aūt: Quicunq; dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudij. Leui. 21. Ego aūt dico vobis, quia omnis qui dimiserit vxorem suā, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat.

Corrigit Iudæoꝝ errorem circa matrimonium, exterrēs virū, vt ne absq; causa odio habeat vxorem, fornicationis scilicet spiritualis vel corporalis, Matth. 19. Moses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras, ab initio aūt non fuit sic. Optabat lex inter coniugatos amicitiā & concordiā esse perpetuā: tamen conscia duritiei cordis Iudaici, ne quid cōmitteretur sceleratius, indulsit diuortiū, ne veneficium aut homicidium perpetraretur. Multo enim melius erat, licet lugubrem, inire discordiam, q̄ per odium sanguinem fundi. Erat libellus repudij, per quem illa poterat alteri nubere, & priori marito ius adimebatur repetendi quam abiecit, Deut. 24. Vir autem euangelica præditus mansuetudine, aut facile corriget mores vxoris, aut feret. Quando autem quæret dissidium cum vxore, qui pacem habet cum inimicis? Quando molietur exitium vxori, qui læsus non irascitur, nec offensus male vult cuiquam? 1. Cor. 7. His autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed dominus, vxorem à viro non discedere: quod si discesserit, manere innuptā, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorē non dimittat.

Iterum audistis quia dictum est antiquis: Non periurabis, reddes autem Leui. 19 domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, non iurare omnino, neq; per cælum, quia thronus dei est: neque per terram, quia scabellum est pedū eius: neque per Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis. Neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum, sit autem sermo vester, est est, non non. Quod autem his abundantius est, a malo est.

Iudæis tanq̄ infirmis concessum fuit iuramentū per deum, ne idolis exhiberent quod deo est exhibendū. Hieronymus: Qui iurat, aut veneratur aut diligit eum per quē iurat. Heb. 6. Homines em̄ per maiorem sui iurant. euangelica aūt perfectio non recipit iuramentum pro hisce rebus, pro quibus vulgus deierat. Nam in causa fidei & pietatis, etiam Christus & apostoli iurant. Hieronymus super illud Hiere. 4. Et iurabis, viuit dominus in veritate & in iudicio & in iustitia. Tres sunt comites iuramenti: veritas ex parte rei de qua iuratur, alioqui iuramentum est mendax: Iudicium siue discretio ex parte iurantis, aliàs esset temerarium: Iustitia ex parte causæ, vt sit necessitas, alioqui est iniquū. Quæcunq; hæ defuerit conditionum, tunc secundū Thomam periurium efficitur. 2. Para. 15. In omni corde suo iurauerunt domino. Psalm. 62. Laudabuntur omnes qui iurant in eo. Apud Iudæos non punitur nisi periurium. euangelica vero lex, quo tutiores simus à periurio, prorsus damnat omne iusiurandum, vt iam fas non sit iurare neq; per cælum. Cum enim in cælo empyreo maxime operetur, illicq; facie ad faciem conspiciatur, merito sedes appellatur: terra vero diuinæ potestati subiecta, & à deo in vltimo ac infimo rerū ordine collocata, scabellum pedū eius. Esa. 66. Cælum mihi sedes est, terra scabellum pedum meorum. Non est itaq; intelligendum, quasi deus in diuinitatis natura corporalia habeat lineamenta, ac situaliter sedeat, quum scriptum sit Iob. 11. Excelsior cælo est. Iurare, est

deum in teſtem adhibere. Iuſiurandi autem religio in eo eſt, ꝙ vt deus verax eſt, ita & nos verum polliceamur. Ergo qui violat iuſiurandū, veritatem dei violat & negat. Tantum ergo flagitium eſt, vt ſatius ſit omnino non iurare, q̄ peierare aliquando. Vult autē dominus ſuos eſſe tales, vt non ſit opus vllo iureiurando. Quorſum em̄ attinet iurare, ſi nemo ſit qui quenquam velit circunuenire, etiam ſi id poſſit impune, verum ſi quiſq; alterum è ſuo æſtimans animo, nemini diffidat? Nam qui vere Chriſtianus eſt, etiam ſuo incommodo conſulit commodis alienis: tantū abeſt vt vllum velit lædere. Abunde ſunt duæ voces, Non & Etiam: vt neges te facturum, quod non polliceris: præſtes, quod ſimplici ſermone te præſtaturum receperas. Si ſemper vere loquutus fueris, & nunquam iuraueris, fidem habebis apud alios. Nulli enim minus creditur, q̄ ei qui frequenter iurat. Quod ſi quid his acceſſerit, ex vitio acceſſerit oportet. Aut em̄ parum bene ſentit qui iurat, de eo cui iurat, aut diffidit is qui iuſiurandum exigit. Non ergo dixit, malum eſt, quia iuramētum in ſe malum non eſt, ſed à malo vel iurantis vel exigentis. Quæ enim prohibē tur, quædam ſecundum naturam ſuam adeo mala ſunt, vt bene fieri non poſſint, qualia adulterium, inceſtus: quædam conſiderata cum ſuperiori lege, (vt occidere hominem, cū eo quo vult deus ſontes puniri) bene fieri poſſunt. Ita iurare non licet, ſed conſideratum cum ſuperiori lege, puta vnum colē deum, id eſt, propter gloriam dei, aut vt diligas proximum ſicut teipſum, id eſt, propter neceſſitatem proximi, vel etiam ſuīpſius, ſi extorqueatur, iurare licet, ne veritas ſubticeatur & opprimatur. Sic Paulus in epiſtolis aliquoties iurauit. Referebat em̄ glorie dei, bene ſentire de Paulo gentes & Iudæos. Sic & prophetas iuraſſe conſtat.

Exod. 21. Leuit. 24 Deut. 19

Audiſtis quia dictum eſt: Oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo. Sed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram. Et qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, da ei & pallium. Et quicunq; angariauerit te mille paſſus vade cum illo & alia duo.

Lex cohibuit & coercuit libidinem vlciſcendi, vt ex iudicum arbitrio delictum talione penſaretur, hoc agens, ne longius æquo procederet vltio, & vt vel timore ſimilia patiendi, à læſione retraherentur. Hieronymus: Dominus viciſſitudinem tollens, truncat initia peccatorum. In lege retributio eſt, in euangelio gratia: ibi culpa emendatur, hic peccatorum fit remiſſio. Non reſiſtere malo. Malum vel ad rem referri poteſt, vel ad hominem. Ro. 12. Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. Docet ſummam patientiam animiq; moderationem, vt tantum abſimus à cupiditate vindictæ, vt vltro parati ſimus alteram potius iniuriam admittere, q̄ malum malo penſare. Hinc ait: Si quis te percuſſerit in vnam maxillam, obuerte ei & alteram. Non autem ſemper corporaliter talia expediunt. Vnde dominus percutienti reſpondit Iohan. 18. Si male loquutus ſum, teſtimoniū perhibe de malo, & Apoſtolus Act. 22. Si hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare? Attamen non ſolum ad flagella, ſed & ad mortem paratus fuit. Acto. 21. Ego non ſolum alligari, ſed & mori in Hieruſalem paratus ſum propter nomen domini Ieſu. Quod hic dominus ait de iudicio & Apoſtolus, 1. Cor. 6. accipiendum eſt ſecundū promptitudinem animi, ita ꝙ paratior ſit homo pati fraudem atq; iniuriam, q̄ iudicio cō tendere, deſiderio pacis internæ & quieris, & ne alij offendantur, dummodo aliunde expediat. Si enim in omnibus præinductis, percutiens, rapiens, angarians, ex noſtra longanimitate in ſua malitia confirmetur ac foueatur, expedit ei reſiſtere ſecundū iuris rationem. Si autem habeatur ſpes de eius emollitione per noſtram patientiam, ſuſtinendum eſt. Hac enim comitate tolerantiaq; fiet, vt nec is qui propenſus eſt ad lædendum, exaſperetur ad atrociora: & nos citius à moleſtia liberemur, q̄ ſi malum malo propagaretur, & ex paruo reddatur magnum, ex vno multiplex: non em̄ ignis igne, ſed aqua refrigeratur, nec animi tranquillitatem amittimus, & fortaſſis ex inimico nobis reddemus amicū noſtra bonitate. Adeo nos oportet ab omni rep̄ humanap̄ affectu, cura & gloria liberos eſſe, vt duplum concedamus ſimplum extorquenti.

Qui autem petit a te, da ei: & volenti mutuare, ne auertaris.

Sic poſſideas opes, vt eas pro fratrum neceſſitate, cuiq̄ libenter impendas. Dicis actū de re mea, ſi mea omnibus impēdero. Reſpondet Apoſtolus. 2. Cor. 8. Non em̄ vt alīs ſit remiſſio, vobis autē tribulatio, ſed ex æqualitate præſenti tēpore veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, vt & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum.

Luc. 16

Luc.16. Facite vobis amicos de mammone iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. 1. Timo. 6. Diuitibus huius seculi præcipe, non sperare in incerto diuitiarũ, sed in deo viuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendũ: bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare. Hinc Lucæ. 6. Omni petenti te, tribue: & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. Neq; vero periculum, ne res publica pericli tetur sublato vindicandi iure. Licet em̃ fontes punire, & de rebus sublatis decernere. Hic vero decernitur, ne quis alterum accuset priuatæ iniuriæ, tamen interest magistratus, vt eum qui intulit iniuriam, puniat, aut res ablatas tibi restituat. Luc. 6. Si mutuum dederitis his à quibus speratis accipere, quæ gratia est vobis? Nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiãt æqualia. Vulgare officium est, cõmodare in tempore, vt vicissim tibi commodetur. Non est puræ officium, quod spe officij redituri confertur. Nam qui mutuum dat ad vsuram, non tam impartit sua, q̃ venatur aliena. Grego. Nyssenus: Mali gnam fœnerotorum excogitationem, si quis appellet furtum & homicidium, non peccabit. Nam quid refert, suffosso pariete quemquã erepta possidere, aut fœnoris necessitate possidere illicita? Eccl. 34. Panis egentium vita pauperis est: qui defraudat illum, homo sanguinis est. Eccl. 10. Auaro nihil est sceleftius. Nihil est iniquius q̃ amare pecuniam. Hic em̃ venalem habet animam suam. Ideo Luc. 6. Mutuum date nihil inde sperantes. Quur grauaris ei dare mutuo, fortassis ad te nunquã redituræ, cui debebas & dono dare quod tibi supererat, & illi deerat? Da ergo mutuò hoc animo, vt etiam si nihil ad te fit rediturũ, tamen gaudeas opitulari proximo. Siquidem hoc copiosius rependet deus præmium, quo minus repensum aut speratum fuerit ab hominibus. Eccl. 29. Perde pecuniam propter fratrem & amicum, & non abscondas illam sub lapide in perditionem. Deut. 15. Non obturabis cor tuum nec contrahes manum, sed aperies eam pauperi, & dabis mutuum quo eum indigere perspexeris. Psal. 14. Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, in tabernaculo dei habitabit. Vnde de iusto dicitur Ezech. 18. Ad vsuram non commodauerit, & amplius non acceperit. Basilius: Considera virtutem sermonis domini, & miraberis pietatẽ actoris. Cum daturus es pauperi pietatis & diuinæ charitatis intuitu, idipsum & donum est & mutuum. Donum, ob insperatam retributionem: mutuum, ob munificentiam domini qui vice pauperis tibi restituet. Prouer. 19. Fœneratur domino qui miseretur pauperis. Vnde Luc. 6. Et erit merces vestra multa, & eritis filij altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. Glos. Duo beneficij genera: vnũ, quum aliquid beneuole damus: alterũ, quum reddituro cõmunicamus. Vtrunq; fieri debet sine spe retributionis humanæ, sed non diuinę: quia sicut deus omnis boni est principium, ita vult esse finis. Ille autem natura adeo bonus est, vt beneficium suũ conferat non solum in bonos, verum etiam in malos. Omnibus enim impartit vitam, deinde cælum & terram tot ornamentis, tot opibus, tot commoditatibus instruxit ad vsum etiam impiorũ malos sua lenitate prouocans ad resipiscentiam, bonos excitans ad gratiarũ actionem. Ingrati sunt per auersionem à deo, mali per conuersionem ad creaturas. Hiere. 2. Duo mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Quid gloriosius q̃ filium esse altissimi, per imitationem operis, gratiam adoptionis, conformitatem dilectionis, & in futuro per adoptionem gloriæ singularis? Eccl. 23. Gloria magna est sequi dominũ: longitudo enim dierum assumetur ab eo. 1. Ioh. 3. Charissimi, nunc filij dei sumus, & nondũ apparuit q̃d erimus. Scimus quoniam quum apparuerit, similes ei erimus: quia videbimus eum sicuti est. Ro. 8. Quod si filij, & hæredes: hæredes quidem dei, cohæredes aũt Christi. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculũ in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.

Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Matth. 5

Retrahit nos ab amore prauo, dilectionem inimicorum præcipiendo. Scribarũ enim erat traditio, inimicos odiendos, à sensu contrario argumentantium, dilectionis amicorum: quum tamen omnis homo, inquantum ad imaginem dei creatus, & capax ipsius esse potest per cognitionem & amorem, ex charitate fit diligendus: quia amicitia charitatis super cõmunicatione supernaturalis beatitudinis fundatur. Mali vero homines, quantumcunq; nobis alieni & aduersarij, quandiu hic in via sunt nobiscum, sunt in potentia

veniendi ad beatitudinẽ: ideo licet malitia eorũ odienda sit, secundũ illud Eccl. 12. Altissimus odio habet peccatores, & misertus est pœnitẽtibus. Sap. 14. Similiter sunt odio deo impius & impietas eius. natura tamen diligenda. Leui. 19. Ne oderis fratrem tuũ in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super eo peccatũ. Potest aũt odium cõsiderari, prout est in animo: contra hoc dicit, diligite. Est aũt diligere, velle alicui bonũ. Debemus ergo velle ipsis bona spiritualia, gratiam & gloriam, imo & corporalia, secundũ q̃d expedit eorũ saluti. Omnis eñ creatura dei bona est, 1. Timo. 4. Prouer. 24. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina illius ne exultet cor tuum, ne forte videat dominus & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam. Iob. 31. Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat, & exultaui quod inuenisset eum malum. Secundo, in effectu operis: contra hoc, benefacite: vt ijs qui nos odio prosequuntur, non solum non respondeamus odio mutuo, nec malum pro malo rependamus, sed pro conuicijs ac probris sermonem amicum ac salutiferum, ac beneficijs ad amorem prouocemus. Prouer. 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. Prunas enim congregabis super caput eius, & dominus reddet tibi. Leui. 19. Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Tertio, in verbo oris. Et orate, inquit, Quod si illi fuerint adeo efferati, vt beneficio vestro nolint vti, sed sine fine vos impetant, & maledictis ac malefactis incessant, vos tamen in medijs afflictionibus non mutetis animum vestrum, vt pro illis rogetis, vt vestris orationibus reconcilientur deo, condonatis veris criminibus, qui vos falsis criminibus deferunt apud homines, vt resipiscant. Glos. Tribus modis pugnatur contra ecclesiam: odio, verbo & cruciatu. Econtra ecclesia diligit, orat & benefacit. Diligendi ergo inimici, quia necessarium. 1. Ioh. 3. Qui odit fratrẽ suum, homicida est. Secundo, quia fructuosum, quia per hoc declaramus nos filios dei veros. Ratio eñ filiationis in quadã assimilatione constitit. 1oh. 8. Si filij Abraæ estis, opera Abraæ facite. Ephe. 5. Imitatores dei estote ficut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Chris dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationẽ & hostiam deo in odorẽ suauitatis. Matth. 5. Beati pacifici, qm̃ filij dei vocabuntur. Ipse aũt cupiens omnes seruari, tam multa bona largitur dignis & indignis, & solem suũ patitur esse communẽ, & ijs à quibus colitur, & ijs à quibus contemnitur, ac pluuiam suã patitur vtilem esse iustis pariter & iniustis, malos suo beneficio prouocans vt resipiscant, bonos excitans vt gratias agant. Sic lucem gratiæ suæ, nisi inueniat impedimentum ex parte recipientis. Iohan. 3. Lux venit in mundũ, & dilexerũt homines magis tenebras q̃ lucem. Vide quantũ bonũ dat, qui te odit & lædit, modo sustinere velis, quare inter præcipuos benefactores debet haberi.

Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne & ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est.

2 Qui redamat amantem, non amaturus nisi redametur, is multum abest ab euangelica charitate, q̃ amicos pariter & inimicos cõplectitur. Diligere eñ diligẽtes se, est naturæ. Eccl. 13. Omne animal diligit sibi simile. Non diligere diligentes, peruersitatis maximæ & voluntatis peruersæ. Hiere. 18. Nunquid redditur pro bono malum? Non diligere non diligentes, imperfectionis humanæ: Nam publicani (qui vectigalia redimunt, vnde & redemptores dicuntur, genus hominum olim infame apud Iudæos, nunc apud Christianos cum primis honestum: nec id sane mirum, cum institores ac mensarij omnibus pene anteponant, quos nec Aristoteles nec Tullius inter honestos ciues haberi vult) idem faciunt, nullam tamen à deo mercedem accipientes. Signũ ergo, quòd amici diliguntur non principaliter propter deum, sed quia amici, est, cum sic diliguntur, q̃ inimici non diligerentur. Qui enim vnum hominẽ odit, nullum vere diligit, cum sit in peccato mortali, quod charitatem excludit. Idcirco qui amat amicos, & non inimicos, non amat amicos per charitatem, sed per naturalẽ, carnalem, siue politicam amicitiã, quare à deo mercedem non accipit. Vulgaria sunt, comem & affabilem se præbere amicis, quæ non arguunt bonos, sed homines tantũ. Neq; possunt videri præclara, quæ cadunt & in malos. Luc. 6. Et si benefeceritis his qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? Siquidẽ & peccatores hoc faciunt. Non est ista beneficentia euangelica, sed beneficiorũ permutatio. Siquidẽ peccatores ab euangelicæ professionis sublimitate alieni, ductu naturæ referunt acceptũ beneficium, ingratitudinem execrantes. Quid ergo eximiũ & vltra cæteros facitis? Signat hic Græca dictio, osculo & complexu salutare, quod olim ex more fiebat

inter

inter amicos, non ſolum apud Iudæos, verũ etiam apud Græcos & Romanos, vt claret ex epiſtolis Apoſtoli. Vos igitur volo perfectos eſſe, & admirabili quadam luce bonitatis referre patrem cæleſtẽ: qui quũ ſit omnipotens, tamen ſua bonitate prodeſt omnibus, nihil à quoquam expectans mercedis. Mitis & clemens erga vniuerſos, quũ poſſit ilico, ſi velit, vlciſci. Perfectioni diuinę, quæ pleniſſima eſt & infinita, aſſimilari nemo poteſt, ſimilitudine æqualitatis, ſed imitationis, Deut. 18. Perfectus eris & abſq; macula cum domino deo tuo. Leui. 19. 20. Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum. Deus aũt dilexit nos, dando omnia nobis in adiutoriũ. Pſal. 8. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Angelos in miniſteriũ, Heb. 1. Nonne omnes adminiſtratorij ſunt ſpiritus, miſſi in miniſterium propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis? Filium in precium. Ro. 8. Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Iohan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis. Nos vero cum adhuc inimici eſſemus, reconciliati ſumus deo per mortem filij eius, Ro. 5. Non ergo Chriſtus impoſſibilia præcepit, ſed perfecta, quæ fecit Ioſeph in fratribus ſuis, Gene. 45. Dauid in Saule, 1. Reg. 24. & 26. & Abſolon, 2. Reg. 18. Stephanus pro lapidantibus orauit, Act. 7. Paulus anathema cupit eſſe pro perſequutoribus, Ro. 9. Dñs hæc & docuit & fecit, etiam facinus inimicorum excuſando. Luc. 23. Pater, ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.

Attendite ne iuſtitiam veſtrã faciatis corã hominibus, vt videamini ab eis. Alioquin mercedem non habetis apud patrem veſtrũ qui in cælis eſt. Matth. 6 T 3

Poſtquã ad ſummã virtutũ induxit, charitatem, nunc tollit inanem gloriam, quæ ſemper ſolet bene operantẽ. Vult eñ deus de operibus nos habere meritũ, Mat. 16. Filius hominis venturus eſt in gloria patris ſui cũ angelis ſuis, & tunc reddet vnicuiq; ſecundũ opera ſua. Proximos exemplũ, Mat. 5. Sic luceat lux veſtra corã hominibus, vt videant bona opera veſtra, & glorificent patrem veſtrũ qui in cælis eſt. Ipſe deus gloriã. 1. Timo. 1. Soli deo honor & gloria. Eſa. 42. Gloriã meã alteri non dabo. Vanæ aũt gloriæ cupidus, meritũ perdit, proximũ ſcandalizat, & deũ offendit. Pſal. 52. Deus diſſipat oſſa eorũ qui hominibus placent. Gala. 1. Si adhuc hominibus placerẽ, Chriſti ſeruus nõ eſſem. Sicut ergo ſuperioribus, internos affectus exigi docuit, ita nunc qualia externa debeant eſſe opera, ꝓſcribit, q̃ ſecũdũ internos affectus videant, e quibus naſcunt opera vel bona vel mala. Voluntatẽ eñ vel coronat, vel punit deus. Hieroñ. Nõ igitur virtus, ſed cauſa virtutis apud deũ mercedẽ accipit. Et ſi à recta via paululũ declinaueris, nõ intereſt an ad dexterã, an ad ſiniſtrã vadas, cũ rectũ iter amiſeris. Secundũ Dionyſiũ, bonũ eſt ex integra cauſa, omnibus ſcilicet circũſtantijs cõcurrentibus, malũ vero cõtingit omnifarie. i. quæcũq; circunſtantiarũ omittatur. Inter omnes aũt circunſtantias actus virtuoſi, propter quod, extat ꝓcipua. Ideo ait, Attendite, tanq̃ à mala beſtia. Vos eñ in hac parte cautos ac circunſpectos eſſe volo, ne quũ erit aliquod piorũ operũ præſtandũ, ideo malitis apud homines facere q̃ ſoli, vt ab alijs conſpecti, laudẽ & gloriam humanã venemini. Sic eñ eſt ſubſeruiendum hominibus, vt illos ad veſtros mores pelliciatis, non vt vos ad illorũ mores degeneretis. Verã virtutẽ vltro ſequitur ſua laus, etiam quũ fugitur. At ea tum vera laus eſt, quũ contingit non ambita, nec affectata. Sciendũ ꝙ iuſtitia nouæ legis duplex eſt: Operũ, quam imitando Chriſtũ & mandata eius implendo conſequimur, de qua hic: Fidei, qua à deo iuſtificamur, hæc gratiæ eſt: & fidem conſummatã ſequuntur bona opera, virtus. Ro. 3. Arbitramur hominem iuſtificari per fidem.

Cum ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus: amen dico vobis, receperunt mercedem ſuã. Te autem faciente eleemoſynã, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua, vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito: & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.

Noli innoteſcere hominibus vt glorieris. Hieronymus: Colligitur hypocritas eſſe, qui quodlibet faciunt vt ab hominibus glorificentur. Hypocrita græcis hiſtrionẽ ſignificat, hoc eſt, qui ficta perſona fabulã agit apud populũ, quos eoſdem actores vocamus. Quãuis quiſquis quouis modo ſimulat ac fingit, hypocrites vocari poſſit. Vis audire quid proficiant? Vtcunq; applauſerit populus, apud deum perdiderũt mercedem ſuam, qui pium opus ex animi ſyncero affectu metitur. Receperunt eñ mercedem ſuã, laudem humanã quam quæſierunt. O vanitas & miſeria infinita, ob vilem, momentaneam & fallacem laudem, diuino, cæleſti & æterno honore priuare ſeipſum. Chryſoſtomus: Sicut lampas ac-

censa celari non potest, sic nec opus iustitiæ abscondi. Non est ergo ingrata eleemosyna quæ videtur: sed quæ ideo fit vt videatur, etsi non videatur. Nesciat ergo finistra tua, Mala intentio non misceatur operi bono, quod ex bona nascitur intentione: & quantũcunq; vicinus, & si fieri potest, ipse qui accipit. Chrysostomus: Si possibile est teipsum ignorare quod facis, fit tibi hoc prorsus in studio. Est & dextera, amor dei: finistra, amor sui. Vt eleemosyna sit in abscondito, saltem quo ad desiderium cordis. Nec homini imputes q̃ benefeceris, nec tibi hoc nomine placeas q̃ dederis, sed tantum in sinu gaudeas q̃ refocillatus sit egenus. Quid tum si nesciant homines? Imo si ne ipse quidem qui iuuatur, norit autorem beneficij? Tibi satis est q̃ testem habes patrem, cuius oculos omnino nihil fugit, Is tibi reponet præmium, etiam si ab homine nihil redeat gratiæ. Eccĩ. 29. Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit, & postea resurget, & retribuet illis retributionem, vnicuiq; in caput illorum. Super scutum potentis, & super lanceam contra inimicum tuum pugnabit. Eleemosyna enim peccata diluit. Danie. 4. Peccata tua eleemosynis redime. Acto. 10. Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in cõspectu dei, (ait angelus Cornelio gentili.) Eccĩ. 3. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis. & deus prospector est eius qui reddit gratiam. A morte eripit. Tob. 4. Eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patietur ire in tenebras. Matth. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. In regnum introducit. Luc. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Tob. 4. Fiducia magna erit coram summo deo eleemosyna omnibus facientibus eam. 2. Corinth. 9. Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Hinc fieri debet prudenter. Eccĩ. 12. Si benefeceris, scito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa. Benefac iusto, & inuenies retributionem magnam: & si non ab ipso, certe à domino. Da bono animo, & ne receperis peccatorem: da humili, & ne dederis impio. Matth. 19. Vende omnia quæ possides, & da pauperibus. Luc. 19. Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus. Luc. 14. Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neq; vicinos, neq; diuites, ne forte & ipsi te reinuitent, & fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos & cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur autem tibi in retributione iustorum. Secundo, Latẽter, vt hic: & Eccĩ. 29. Conclude eleemosynam in corde pauperis, & illa pro te exorabit ab omni malo. Festinanter sine protractione. Prouer. 3. Ne dicas amico tuo, vade & reuertere, & cras dabo tibi, cum statim possis dare. Gaudenter sine perturbatione. 2. Corint. 9. Hilarem eñ datorem diligit deus. Abundanter sine diminutione. Tob. 4 Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum, etiam exiguum libenter impartiri stude. Act. 10. Erat vir quidam in Cæsarea, Cornelius nomine, timens deum, & multas faciens eleemosynas.

Matth. 6 V

Et cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuũ: & clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.

Post exhortationem operũ misericordiæ & charitatis fraternæ, quibus homo ad proximum virtuose extẽditur, docet de actu latriæ, per quem anima ad deum eleuatur, hoc est, de oratione, quæ secundum Damascenum est eleuatio mentis in deum, vel petitio decentium à deo. Hypocritæ ob nihil aliud in synagogis & in angulis, hoc est, in flexibus, vt in compitis & triuijs, orant, nisi vt sint conspicui hominibus, à quibus sanctimoniæ laudem aucupentur. Sed receperunt mercedem suam, tametsi à nullo laudentur: quare in futuro non gloriam, sed pœnam, vt sacrilegi sortientur. Pars enim eorum est illic, vbi est fletus & stridor dentiũ, Mat. 24. Simpliciter intellectũ, erudit auditorẽ, vt vanã orandi gloriam fugiat, & impedimenta eleuationis mentis in deũ: vel vt inclusa pectoris cogitatione, labijs q̃ cõpressis oremus dominũ, quod & Annam in regũ volumine fecisse legimus, 1. Reg. 2. Qui eñ in multoꝝ orat p̃sentia, nihilo segnius, imo fortasse vehemẽtius oraturus si solus esset, is orat in abdito cubiculo. Locus eñ nõ nocet, sed modus orãdi. In ecclesia ergo orandũ, quæ ob id locus dicitur orationis, Mat. 21. sed recto animo & citra ostentationẽ. Non aũt latent deũ quæ in locis fiunt abditis, imo specialiter bona talia videt per approbationẽ, 1. Reg. 16, Homo videt ea quæ patent, deus aũt intuetur cor.

Orantes

Orantes autem, nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt, putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Noli ergo assimilari eis. Scit enim pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eum. 2

Deus non verborum, sed cordis auditor est: vnde bathologiam hic loquacitatem vocauit, qua tunc vtiq; vtimur, cum non vtilia nobis à deo poscimus, vt potentiam scilicet adipiscamur & gloriam, vt inimicos superemus, & opes possideamus multas, & omnino quæ nobis nihil prosunt. Credebant ethnici deum verborum multitudine, non cordis affectu flecti, quibus nos assimilari vetat. Oportet enim nos perseuerare vtilia postulantes, & dominus factus in agonia, prolixius orauit, Luc. 22. Amat quidem rogari pater, non vt doceatur, oratione prolixa quid postulet nostra necessitas, sed vt excitetur nostra pietate ad præstandum, quod non merentur accipere segnes & oscitantes. Nos enim non narratores, sed rogatores sumus: aliud est enim narrare ignoranti, aliud petere. In illo indiciū est, hic obsequium: tibi fideliter indicamus, hic miserabiliter obsecramus: alioqui nouit ille quid nostra postulet necessitas, etiam antequam petatur. Quamuis enim prædestinatio non sit ex meritis, tamen in sua æterna prædestinatione disposuit se daturum gratiam in præsenti, & gloriam in futuro per nostras preces ac merita. Chrysostomus: Orationem solam quasi spirituale tributum anima de viscetibus suis offert deo. Vis scire quàm pretiosa sit oratio? Nulla iustitia thymiamati comparatur, nisi sola oratio. Sicut enim bene cõfecta thymiamata delectant odorãtẽ, sic oratio iusti suauis est ante deum, Psal. 140. Dirigatur domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Apoca. 8. Ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram deo. Tob. 12. Quando orabis cũ lachrymis, ego (ait Raphael) obtuli orationem tuam coram domino.

Sic ergo vos orabitis: Pater noster qui es in cælis, Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo, Amen. 3

Quod si tibi formã præscribi vis euangelicæ precatiõis, accipe dignam, qua veri synceriq; filij fraterna charitate concordes, patrem cælestem omnibus ex æquo communem compellant: à quo tametsi nobis omnia suppetant, tamen ea potissimum petenda sunt, quæ conferunt ad vitam cælestem. Nam cætera vel sua sponte, velut auctarium votis suorum adijciet, vt est benignissimus. Primum docet nos totos non aliunde pendere, quàm à patre cælesti, cui debemus quod sumus conditi, à peccatis redempti, & quicquid habemus virtutum. Quid tam auget fiducia, inflammat affectum, lætificat humilem animam, sicut deum verum velle à fidelibus vocari patrem? Deuter. 32. Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit & fecit & creauit te? Mat. 23. Vnus est pater vester qui est in cælis. Oftendit quanta bona simus cõsecuti, facti filij dei. Ro. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterũ in timore, sed accepistis spiritum adoptiõis filiorũ dei, in quo clamamus, abba pater. Nam nos semel infeliciter genitos ex Adã, rursum cœlo genuit, vbi nobis à terrenis rebus subuehendis, regnum & hæreditatem æternam parauit. Gala. 4. Quod si filij, & hæredes per deum. Vide ergo oratiõis vim, sursum te ducit, persuadetq; tibi quoniam nominas patrem deũ, ne oĩno similitudine eius careas, sed enitaris similis fieri pri imitatione. Noster intulit, non meus, vt omnes quasi fratres vnius patris habeas, Matt. 23. Omnes vos fratres estis, & ne quis sibi proprium aliquid vindicet, quum ex vnius beneficentia proficiscatur omnibus quicquid habẽt. Hinc pater vocat, quo benignũ & clementẽ intelligas, Psal. 102. Quomodo miseret pater filiorũ, misertus est dñs timentibus se. In cælis habitare dicitur, quod quũ impleat oĩa, Hier. 23. Cælũ & terrã ego impleo. Esa. 66. Cælũ sedes mea, terra aũt scabellum pedum meorũ. nihil habet fæcis aut infirmitatis terrenæ, & illic excellentius operetur, seipsum ostendens, quàmuis nullo loco circumscribatur, & quo nobis patriam ostendens, mentes nostras in cælos subuehat, & à terrenis abducat. Si ergo vis deum: cælum, non terram, specta. Vel in sanctis, quorum conuersatio in cælis est. Phil. 3. & templũ dei sunt. 2. Cor. 6. Vos estis templum dei viui, sicut dicit deus (Leuit. 26) qm̃ inhabitabo in illis. Pater noster qui es in cælis, nos aũt filij tui in terris, patrem nescimus nisi te: ex te vno pendemus, à quo nobis petenda sunt omnia, quibus opus est ad veram vitam. Fiat ergo, vt per nos tuo beneficio puros & integros, tua potentia, tua sapientia, tua bonitas magis ac magis innotescat hoĩbus: & sic per nostram doctrinam ac vitã, inter hoĩes fiat inclytũ,

& glorioſum nomen tuum, & intelligant omnem gloriam tibi deberi. Non enim eſt noſtra gloria, quũ tui muneris ſit, quicquid à nobis recte geritur, Eſaię. 8. Dñm exercituũ ſanctificate. Sed heu nomen dei per multos blaſphematur inter gẽtes. Ro. 2. Facito ergo nos ſctõs, vt & tu per noſtræ conuerſationis ornatũ glorificeris. Hactenus toto orbi regnauit ſatanas per peccatũ cui ſeruierũt homines illecti cupiditatibus impijs: tu fac vt ſublatis peccatis, aboleat tyrannis ſatanæ, nec regnet peccatũ in noſtro mortali corpore, Rom. 6. vt in dies magis ac magis inualeſcat regnũ tuũ, quod non opibus aut ſatellitio, ſed modeſtia, pudicitia, lenitate, tolerantia, fide, charitate conſtat, vt profligatis vitijs vnà cũ malis cupiditatibus, vim ſuam exerant inter homines, tuę virtutes cæleſtes, ac ſic regnes tu ſolus in nobis, citoq; triũphantis eccleſiæ regnũ conſummet, ac cito veniat vt transferamur de via ad patriam. Hoc gratiſſimi oñino ſerui eſt, neq; inhęrere præſentibus, neq; magnũ aliqd quæ videnť putare, ſed ad patrem ſemper vrgeri, ſemperq; in futura geſtire, quod certe de optima orit conſcientia, & mente terrenis rebus oĩno exuta. Et is neq; vitæ huius opibus inflatur, neq; humiliat aduerſis, ſed tanq̃ iam in ipſo cęlo habitans, vtriuſq; huius inæqualitatis immunis eſt. Fiat tandem per gratiã tuam, vt quemadmodũ in cælis, vnde prępitatus eſt lucifer cũ ſuis coniuratis, pacata ſunt oñia, & nulla aduerſus tuam voluntatem rebellio ſit a inter dei filios, ſucceſſuros in locum angelorum, ſublatis peccatis, & effuſo tuo in eos ſpiritu, tuæ voluntati pareant omnes, cunctis (quantum patitur imbecillitas humanæ naturæ) iam hoc meditantibus, quod perfecte continget in futura vita. Ale pater quos genuiſti, proſpice nobis, ne nos deficiat panis ille tuus præcipuus, gratiæ ac doctrinæ. Eccleſiaſtici. 15. Cibauit illum pane vitæ & intellectus, necnon ſuperſubſtantialis ille panis, filius tuus. Iohan. 6. Ego ſum panis verus, qui de cælo deſcendi, vt eo quotidie ſumpto, confirmemur & adoleſcamus, vegetiq; reddamur ad tua iuſſa perficienda. Lucæ. 11. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Vbi non pro diuitijs & delicijs, non pro precioſæ veſtis ornatu, ſed pro cibo tantum quotidiano iuſſit orare. Prouerb. 30. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo neceſſaria, ne forte ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam, quis eſt dominus? aut egeſtate compulſus, furer, & periurem nomẽ dei mei. Ac ne quando noſtris delictis offenſus, alienes animum tuum à nobis, ſed pro tua clementia ignoſce nobis delicta quæ per infirmitatem vitæ committimus, vt tecum pacem habeamus, quemadmodum & nos inuicem condonantes, ſi quid alius in alium deliquit, mutuam alimus concordiam, Lucæ. 11. Et dimitte nobis peccata noſtra, ſiquidem & nos dimittimus debitoribus noſtris. Qui nunc dicunt ſe culpam dimittere, non pœnam, niſi prælati ſint, videant quomodo eis deus pœnas relaxet. Habet enim me deus vt exemplar: & quod facio alij, facit & mihi. Te ergo propicio, nihil timemus: & concordia fulti, firmiores ſumus aduerſus hoſtem communem. Cui quæſumus ne tradas nos tentandos, ſi fieri poteſt. Nouimus enim illius malitiam, nouimus improbitatem & verſutiam. Quod ſi patieris nos incidere in tentationem, vt explores animi noſtri conſtantiam, tu pater optime libera nos à malo illo & peſſimo, cuius eſt tentare, ne ei ſuccumbamus, hoc eſt, dæmone qui per ſe & ſuos impugnare nos non ceſſat. 1. Petr. 5. Aduerſarius veſter diabolus tanquàm leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Sciendum, quod deus intentator malorum eſt, quia neminem tentat, Iacobi. 1. loquendo de tentatione deceptoria, quæ ordinatur ad malum tentati, ſed electos tentat probando & exercitando, quæ ordinatur ad purgationem & exercitationem tentati, non vt ſibi aliquid innoteſcat, ſed alijs, atque ſeipſum cognoſcat, Gene. 22. Tentauit deus Abraam in filij immolatione. Deutero no. 8. Vt affligeret atque tentaret, & nota fierent quæ in animo tuo verſabantur, vtrum cuſtodires, mãdata illius an non. Sapiæ. 3. Deus tentauit illos, & inuenit eos dignos ſe. Hinc Tobiæ. 12. Quia acceptus eras deo (ait Raphael) neceſſe erat vt tentatio probaret te. Oramus ergo vt in hac tentatione det nobis conſtantiam: de alia vero quæ à malo per carnem vel mundum, petimus victoriam, ne in ipſam inducamur, quàmuis ipſa inducatur in nos per impugnationem. Inducit in hanc deus permiſſiue, iuſte ſubtrahendo auxilium ſuum, noſtris exigentibus demeritis, iuxta quem modum dicitur & indurare, Exod. 7. 9. 10. Sic. 2. Theſſa. 2. Mittet illis deus ſpiritum erroris, vt credant mendacio. Apertiſſime claret. 3. Regum. 22. in ſpiritu malo, qui dixit deo: Egrediar & ero ſpiritus mendax in ore omniũ prophetarum. Quod & factum fuit domino permittente. Quo magis caueamus, ne quando excidamus à charitate patris tam benigni, commonet nos illius improbi ſatanæ, qui nunquàm non inſidiatur pijs, vt eos in ſuam retrahat tyrannidem. Amen, hęc vota tua bonitas rata velit eſſe. Crebro dominus hac dictione in euãgelio vſus eſt, ſed hic nõ ſine cauſa. Eſt eñ oñonis ſignaculũ fructuoſum, & animi recollectiuũ. Nã dicẽdo Amẽ, affectus ſummatim ferť ad oĩa ꝑducta, & renouať affectio impetrãdi: ſicq; oño cũ feruore finita, pleniorem

niorem sortitur effectum. Frustra ergo compellat patrem is, qui non est huius contuberniĳ, qui deum nec veretur, nec amat: qui sibi viuit, qui suæ gloriæ seruit magis quàm dei, qui mundanis opibus & regno inhiat, qui mauult assequi grata animo suo quàm quæ placita sunt deo, qui terrena sectatur potius quàm æterna, qui corporalia bona posthabet animi dotibus, qui dissidium habet cum fratre, qui per luxum & voluptates socorditer agit aduersus insidias diaboli.

Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cælestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.

Non absque singulari ratione hanc solam persequitur particulam, quæ nos aut filios ostendit, aut nothos. Non enim agnoscet pro filio, cuius non conuenit cum fratre. Nihil sic odit vt crudelitatem. Idcirco patris memoriam inculcat, vt reuereamur eum, quum simus eius filĳ, & non exasperemus. Non vis ignoscere conseruo, in quem tu aliquando viciſſim peccasti: & postulas à deo, vt tibi condonet tuum admissum, qui cum nulla tibi potest esse pensatio mutui delicti. Ecclesiast. 28. Qui vindicari vult, à domino inueniet vindictam: & peccata illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini reseruat iram, & à deo quærit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Ipse dum caro sit, reseruat iram, & propitiationem petit à deo? Quis exorabit pro delictis illius? Memento nouissimorum, & desine inimicari.

Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: exterminant enim facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Mat. 6 X

Non sufficit, malum non facere, sed necesse est, vt & bonum bene fiat. In voluntate enim, prima radix est meriti vel demeriti. Est autem ieiunum actus abstinentiæ, quæ est pars temperantiæ, moderata scilicet alimenti carentia ad multa vtilis. Carnis refrenationem. 1. Corinth. 9. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. 2. Corinth. 6. In ieiunĳs multis. Diuinæ offensæ placationem. Ionæ. 3. Vidit deus opera eorum, quia conuersi sunt à via sua mala, & misertus est super malitiam quam loquutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit. Iohel. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu. Psal. 34. Humiliabam in ieiunio animam meam. Satanæ deiectionem. Matth. 17. Hoc genus dæmoniorum non eĳcitur nisi in oratiõe & ieiunio. Ieiunantes ergo, ne velitis imitari quosdam non ieiunatores, sed ieiunĳ simulatores, quum re ipsa non hoc agant ob q̃d ieiunium debet adhiberi, vel ob placandum deum, vel ob corporis castigationem, quo liberior sit animus deo, & sacris rebus vacaturus, sed hoc fuco laudem inanem captãt apud homines. Matth. 23. Omnia opera sua faciunt vt videantur ab hominibus. Demoliuntur facies suas, tetrici, parumq̃ alacres, vultu inamœno ac seuero, animo forte lætante. Secundum diuersas enim animæ affectiones, facile immutatur facies. Vnde regina Hester tristem cẽlauit animum facie iucunda. Hest. 15. Sunt autem quatuor species hypocrisis. Vna, qua fingit se homo facere vel habere quod non habet, quemadmodum virgines fatuæ lampades sine oleo, Matth. 25. Altera, quum facit ob vanam gloriam, vt hic: sed recipiunt tales mercedem, sed non à deo, Iob. 20. Gaudium hypocritæ ad instar puncti. Tertia, cum mala bonis obumbrationibus depinguntur. Tales sepulchris dealbatis dominus comparat, Matth. 23. Quarta, quum simulat se velle latere, quum videri quærat, ne hypocrita, sed humilis videatur. Ecce quàm infeliciſſimum genus, animo semper inquietum. Chrysostomus: Si bonum est esse bonum, vt quid vis non esse, quod vis apparere? Nam quod turpe est apparere, turpius est esse. Quod autem formosum est in apparentia, formosius est in existentia. Aut ergo esto quod appares, aut appare quod es, Iob. 36. Simulatores & callidi prouocant iram dei. Placere hominibus ex charitate, & ob ipsorum profectum, vtile est. Romañ. 15. Vnusquisq̃ vestrum proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. 1. Cor. 10. Ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. Sed ob lucrum, vel gloriam inanem, non est bonum. Galat. 1. Si adhuc hoĩbus placerẽ, Chri seruus nõ essem. Tu aũt vncto capite & facie lota, lętitiã p̃ te feras: & is qui videt in abscõdito (Scrutat enim corda & renes, Hiere. 17. Apoca. 2.) pater tuus. Hypocrĭ seos species quot.

Malach.

Malach.2. Nunquid non pater vnus est omnium nostrum? pro inani laude mortalium solidam mercedem tibi reponet. Sapiç.10. Reddet deus mercedem laborũ sanctorũ suorũ. Prisci in gaudij signum habebãt, vngi post lotionem. In oñi ergo opere bono in deo est lætandũ. Phil.4. Gaudete in dño semper. 2. Cor.9. Hilarem eñ datorem diligit deus. Sed Iob.27. Nunquid poterit (hypocrita) in oñipotenti lætari, & inuocare deum omni tempore? Est ergo mens spũali lætitia infundenda. Psal.44. Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ. Est aliud oleum pernicioſum. Psal.140. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Et facies lauanda, id est, conscientia. Hiere. Laua à malitia cor tuum. Esa.1. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarũ. Non enim respicit deus in oblationem iniustorum. Eccl.34. Parum est enim abstinere à cibis foris, si mens intus vitijs æstuet. Esa.58. Quare ieiunauimus, & non aspexisti? humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsq; in hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester. Nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diem hominem affligere animam suam? Nunquid contorquere, quasi circulum caput suum, & saccum & cinerem sternere? Nunquid istud vocabis ieiunium & diem acceptabilem domino? Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti sunt liberos, & omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosq; induc in domum tuam. Cum videris nudum, operi eum: & carnem tuã ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur. Et anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria domini colliget te. Tunc inuocabis, & dominus exaudiet: clamabis, & dicet, ecce adsum. Tobiæ.12. Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna, magis quàm thesauros auri recondere.

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo, vbi nec ærugo, nec tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt nec furantur. Vbi enim thesaurus tuus est, ibi est & cor tuum.

Postquàm inanis gloriæ morbum eiecit, de inopia loquitur. Solent enim homines ob vanæ gloriæ studium, multa in terris possidere. Ostendit autem quàm inutile. Qui recte erogauit diuitias suas, is in tuto demum collocauit. Alioqui quod defoderis, nec tibi est vsui: ærugini & furibus obnoxium est, vt iam hinc ad te nihil redeat præter calamitosam parandi seruandiq; solicitudinem. Et tamen in hoc studium pleriq; mortales omnes curas suas conferunt, quasi paupertas miseros efficiat, diuitiæ felices. Nolite itaq; thesaurizare inordinate, superflue congregare, per solicitudinem distrahentem, & hoc in terra. Heb.13. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Psalmo.38. Aduena ego sum & peregrinus, sicut omnes patres mei. 1. Paral.29. Peregrini enim sumus coram te & aduenæ, sicut omnes patres nostri. Dies nostri quasi vmbra supra terram, & nulla est mora. Dum enim sectantur peruersi hæc falsa bona, moxq; suos dominos relictura, relinquunt æterna bona, quæ vere felices reddunt, & eripi non possunt. Omnis thesaurus, aut de metallo est, hunc ærugo siue rubigo consumit ac demolitur: aut vestibus, hunc tinea: aut preciosis lapidibus ac margaritis, quem fures tollunt. Stultum ergo thesaurizare in terra, vbi diu manere non possumus, & vbi omnia relinquenda, & quandoq; minus gratis. Psal.48. Diues cũ interierit, nõ sumet oĩa, neq; descẽdet cũ illo gloria eius. Iob. 27. Diues cum dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Claret in diuite epulone, Lucæ.16. Et in alio, qui ampliatis horreis longam sibi pollicebatur quietem, Lucæ.12. Vnde thesaurizare ex affectu auaritiæ & absque intentione necessitatis propriæ vel alienæ, malum est. 1. Timoth.6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes, errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem o homo dei hæc fuge. Iaco.5. Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miserijs vestris, quæ aduenient vobis. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, vestimenta vestra à tineis comesta sunt. Aurum & argentum verum æruginauit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Sed ex prouidentia, vt quis sibi & suis in necessarijs prouideat, non est malum, si licito fiat modo. 2. Corinth.12. Nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs. Cum enim temporalia ad spiritualia ordinentur, rationem habent in-

bent instrumenti: quare aliter appetenda vel exquirenda non sunt, nisi inquantum ad spiritualia bona adipiscenda, augenda, vel conseruanda, prosunt & conferunt. 1. Timoth. 6. Habentes victum & amictum, his contenti simus. Prouer. 15 Melius est parum cum timore domini, quàm thesauri magni & insatiabiles. Vos contra toto studio properantes ad optima perfectaq́, quo vere diuites efficiamini, recondite vobis thesauros in cęlis, copiose colligendo & prudenter reponẽdo. 2. Cor. 8. Qui parce seminat, parce & metet. Vobis ergo, non alijs tantum, prouidete thesauros, quorum custodia vos non cruciat anxia solicitudine, 1. Timoth. 6. Diuitibus huius seculi præcipe, non sublime sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in deo viuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum: bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant vitam bona. Sed heu sunt qui thesaurizant sibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei, secundum duritiam suam, & cor impœnitens, Roma. 2. & Amos. 3. Nescierunt facere rectum, dicit dominus, thesaurizantes iniquitatem, & rapinas in ædibus suis, Iaco. 5. Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus. Est & aliud malum, nimia solicitudo & distractio, quod enim vehementius amatur, hoc frequentius cogitatur. Hinc in terris thesaurizantes immoderate, cor in cęlestibus habere non possunt. Chrysostomus: Si nihil horum eueniat, quod thesaurus ærugine, tinea vel fure amittatur, non paruam tamen sustinebit iacturam inferioribus affixus, & eorum seruus effectus, à cęlestibus cadens, & nihil celsorum cogitare valens. Augustinus: Tantus in hac mortali vita debet esse amor & desiderij perueniendi ad id, ad q̃d factus es, & dolor quod ibi necdum es, ac timor ne forte non peruenias, vt nullam lætitiam sentire debeas, nisi de his quæ tibi aut auxilium, aut spem conferunt perueniendi. Sic Apostolus desiderium habuit dissolui & esse cum Christo, Philippẽ. 1. Hic thesaurus commodius non acquiritur, nisi per contemptum thesauri temporalis, in visceribus pauperum inclusi. Tobiæ. 4. Si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartire stude. Thesaurizabis em̃ tibi præmium bonum in die necessitatis. Et Mat. 19. Si vis perfectus esse, vade & vende oĩa quæ possides, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo.

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt?

Pulchrè affectum ordinat post thesaurizationẽ. Si em̃ corruptus est animus, vel inanis gloriæ, vel auaritiæ morbo, totum quod geritur, vitiosum fit oportet. Quod enim est in domo lucerna, quod est oculus in corpore, id est animus in homine. Si lux animæ non est vitiata caligine falsæ opinionum, malarumq́ cupiditatum, si mentis oculus non alio dirigit aciem, quàm ad verum scopum, quicquid agitur in vita, gratum deo est, nihilq́ non conducit ad cumulum felicitatis. Vt ergo in corpore hoc maxime prouidemus, vt oculos habeamus incolumes, sic etiam in anima intellectus & affectus conseruemus salutem. Dedit em̃ nobis intellectum deus, vt ignorantiam fugemus ẽ mentibus, vt rectum teneamus, atq; ad alia huiusmodi dirigamur ac contra diuersarum impugnationum varios incursus, hoc quasi quodam scuto vsi ac lumine, maneamus innocui atque muniti. Hieronymus: Quomodo corpus, si oculus non fuerit, totum in tenebris est: ita anima si principalem fulgorem suũ perdiderit, vniuersus sensus in caligine versabit. Si ergo adiecisti animum opum solicitudini, extinxisti lucernam obtenebrasti, animam. Quod si mens obtenebrata fuerit, quę vice luminis data est, quanta erit caligo reliquarum partium, quæ ex se lumen non habent?

Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Nõ potestis deo seruire & mammonæ. Mat. 6. Z

Ostendit quod mundana cupiditas à seruitio dei retrahit, animam spiritualiter percutit, hominem ignobilem reddit, ac deo diffidere facit. Ne ergo putes audiendos istos, qui se deo & hominibus, qui se terræ cælo q́ partientes, ita sequuntur æterna, vt tamen temporalia hæc nolint contemnere. Nihil enim aliud efficiunt, nisi dum vtrunq; captant neutro potiantur. Inter hoĩes nõ reperies duos tam commodis moribus, vt idem seruus possit duobus satisfacere. Ita fit vt alter sit deferendus, aut neutri fiet satis. Quod si dñi sint inter se diuersis moribus, aut simultate quapiã graui dissidentes, necesse ẽ vt seruus, si velit

alteri

alteri probari, alterum illum non deserat solum, sed alteri adhærens, oderit etiam quem deseruit. Qui vero sic inter se pugnant, vt deus & mammona? Deus imperat vt tua largiaris egenti: mammona iubet, vt per fas nefasq; rapias aliena. Deus, vt consulas fratri tuo periclitanti: mammona, vt tibi viuas. Christus humilitatem docuit & mititatem, Matt. 11. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Diabolus superbiam, quia rex super omnes filios superbiæ, Iob. 41. Vnde & dei æqualitatem appetijt. Esa. 14. In cælum conscendam, super astra cæli exaltabo solium meum: sedebo in montibus testamenti, in lateribus aquilonis: ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Hinc adorari à Christo voluit. Matth. 4. Hæc omnia, inquit, tibi dabo, si procidens adoraueris me. Aut ergo hunc habebit odio, & alterum illum diliget, aut huic adhærebit, & alterum illum negliget. Nos diabolum facimus dominum nostrum, sicut & ventrem deum. Philip. 3. Quorum deus venter est. Roma. 16. Huiuscemodi domino nostro Iesu Christo non seruiunt, sed suo vẽtri. Augustinus: Nemo diabolum diligit, & si sua cupiditate implicatus, subdatur ipsi. Sic nec deum potest quis vere, secundum quod consideratur vt creator ad esse, & conseruator in esse, & glorificator in perfecto esse, odisse: licet, quantum ad id quod est punitor & vindicator culpæ, à pctõribus habeat odio. Ioh. 15. Odio habuerũt me gratis. Nũc aũt viderũt & oderũt & me & patrẽ meũ, Psal. 73. Supbia eorũ q teoderunt, ascendit semp. Frustra vobis blandimini, si creditis fieri posse, quod fieri non potest, vt simul deo seruiatis & mammonæ. Vt dominus manifeste oñderẽt, q essent isti dñi, apte demonstrauit diuitiarum seruos, etiam diaboli seruos esse. Hinc Apostolus auaritiam idolorum nominat seruitutem, Colos. 3. Solerter notandum, quod non dixit, non potestis deo seruire, & diuitias possidere, sed mammonæ seruire: quia multos legimus sanctorum diuitias possedisse, & deo seruisse, vt Abraham, & Loth, Gen. 13. Iob. 1. Non enim custodierunt diuitias vt serui, sed dispensarunt vt domini, tenentes eas in vsu, non in desiderio. Hieronymus: Audiat auarus, audiat qui censetur vocabulo Christiano, non posse se deo simul seruire & diuitijs. 2. Corinth. 6. Quæ enim societas Christi ad Belial? Ambrosius: Durum & pernicioſum patitur dominum, quisquis seruit mammonæ, sua enim cupiditate implicatus subditur diabolo, & non diligit eum, quia durissimis imperijs amatores seculi quatit. Hierem. 9. Vt inique agerent laborauerunt. Contemnet deum, nec timebit. Contemnitur enim ab illis, qui peccantes, de impunitate scelerum sibi blandiuntur, putantes aut nescire deum scelera sua, aut visa statim indulgere, qui nesciunt quod dissimulando eos diuina bonitas ad pœnitentiam prouocet, Roma. 2. Cuius enim tanta misericordia credi potest, sicut eius qui donat omnia peccata conuersis, Ezech. 18. Et oleastrum facit participem pinguedinis oliuæ? Romañ. 11. Et cuius tanta seueritas, quàm eius qui naturalibus ramis non pepercit sed propter infidelitatem fregit? Romañ. 11. Non potest ergo diues & iniustus deo & mammonæ seruire.

2 Ideo dico vobis, ne soliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est, quam esca? & corpus plus quam vestimentum?

Quoniam autem diuitum vulgus, auaritiæ morbum excusare solet prætextu necessitatis humanæ, huic morbo dominus obuiare curauit: quia naturæ minimis contenta est necessitas, & vndelibet talibus quod sufficit, facile suppetit. Aut enim succurret obuia liberalitas bonorum, aut opera manuaria suppeditabit quod necessitati medeatur. Postremo si nihil horum, pater non destituet suos, totis animis inhiantibus ad cælestia, vel non solicitis hæc leuiora adijciet, qui maiora largitur. Tangit autem duo ad naturæ sustentationem necessaria, alimentum & tegumentum. Si ergo solicitudo prohibetur circa necessaria, quanto magis circa superflua & inania? Hinc serpens callidus & astutus. 2. Corint. 11. Mentem hoīs terrenis immergere studens, solicitat de tpalibus tanquã necessarijs quærendis, Gene. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Psal. 127. Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es. 2. Thess. 3. Qui non laborat, non manducabit. His habitis, solicitat ad superflua, contra quod Philip. 3. Nihil soliciti sitis, sed in omni oratione, & obsecratione peritiones vestræ innotescant apud deum. Vltimo captiuum inducit ad media illicita, vtpote per vsuras, rapinas, fraudes, Prouer. 1. Sic semitæ omnis auari, animas possidentium rapiunt. Videtur notare gulosos, d. Ne soliciti sitis vitæ vestræ quid manducetis, & vane glorioſos in vestitu, in vtroq; auaros. Luc. 16. Homo quidam erat diues, & induebatur purpura, & epulabatur quotidie splendide. Nonne vita res est precioſior quàm cibus, & corpus vestimento? Hæc tanto meliora qui dedit non solicitis, an grauabitur vilioribus hisce rebus alere tueriq; quod dedit? Triplici ex causa solicitudo temporaliũ vitiosa.

Si ipsa

Si ipsa tanquam finem quæramus, quemadmodum diues ille Luc. 12. Anima mea, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Altera ob studiũ superfluum, quo homo à melioribus retrahitur. Solicitudo enim seculi suffocat verbum, Matth. 13. Qui autem laborat & spem in deo habet, is citra solicitudinem viuit. solicitudinem enim vt à deo abducentem resecat dominus. Non enim solis necessarijs solicitudo contenta est, sed semper amplius quærit & maius, & ideo dicitur elatio in sublime. Luc. 12. Nolite quærere quid manducetis, & quid bibatis, & nolite in sublime tolli. Hieronymus: Ergo quod omnibus natura tribuit, & iumentis ac bestijs, hominibusq; commune est, huius cura penitus liberamur. Labor exercendus, solicitudo cauenda. Cæterũ de spiritualibus cibis & vestimentis semper debemus esse soliciti. Sed heu de his nouissima nobis cura. Tertia, ob timorem superfluum, ne deficiant. Hoc triplici dominus excludit exemplo. Primo, pretiosiorũ largitione. Chrysostomus: Vult dicere dñs: Quũ dederim vobis animam tam nobilem, & corpus tam bene ornatum, non remanet vobis locus de minoribus solicitandi, esca & vestimento. Secundo, animalium nutritione.

Respicite volatilia cæli, quæ non serunt, neq; metunt, neq; cõgregant in horrea, & pater vester cælestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis aũt vestrũ cogitans, potest adijcere ad staturam suã cubitũ vnum?

Si quæritis exemplum, intuemini reliqua animantia, quæ vestra gratia condidit deus, qui condidit omnia. Luc. 12. Considerate coruos, quia non seminant neq; metunt, qbus non est cellariũ, neq; horreũ, & deus pascit illos. Potuisset dominus adferre in exemplũ Iohannẽ vel Heliam, sed meminit auium, vt ostendat nos illis brutiores esse. Pascit autẽ, quia naturalẽ eis indidit industriã, ad colligẽdas escas. Notãter dñs dicit, nõ cõgregãt, quia de futuro non solicitæ, viuunt in diem, quod obuiam datur sumentes cum omni alacritate. Non enim vult excludere prouidentiam & laborem: nam ad victum habẽdum circũuolant, sed auaritiam & solicitudinem. Psal. 146. Qui dat iumentis escam ipsorum & pullis coruorum inuocantibus eum. Et pater, qui scit vester, qui vult: cælestis, qui potest. Rabanus: Quis rex militibus deuotis debitam non procurat alimoniam? Quis dominus famulis suis non ministrat cibaria? Quis pater filijs non dat alimenta? Et vos ergo destituet, quos tanto pluris facit quàm auiculas? Si vos illi curæ estis, sicut vtiq; estis, nonne superuacua est vestra solicitudo? Si destituat ille, quid vobis proderit vestra solicitudo? Vt corpus dedit suo arbitratu, ita & victum dabit suo arbitratu. Chrysostomus: Nisi deus vellet conseruare quod ipsum, ipsum non creasset: quia vero ipse instituit, vt anima cibo, corpus vestimento conseruetur, ideo vtrunq; tribuit. Quis autem vestrum cogitando tota sagacitate qua potest, adijcere potest ad staturam & ætatem suam? Cuiusque corpus, ipso ne cogitante quidem, suis auctibus crescit vsque ad præscriptam à deo magnitudinem. Siue curam abijcias, nihilo breuius habebis corpus: siue cura distorqueris, nihilo habebis procerius. Luc. 12. Si ergo neq; quod minimũ est potestis, qd de cæteris soliciti estis? Hieronymus: Si volatilibus quorum anima mortalis, quæ cum esse cessauerint, semper non erunt, deus prouidet: quanto magis hominibus, quibus æternitas promittitur? Pascit paterfamilias seruos, pascit & animalia, sed in obsequiũ filiorum: quanto magis filios? Tertio, florum pulchritudine.

Et de vestimentis quid soliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt, non laborant neq; nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Si enim fœnum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, deus sic vestit: quanto magis vos modicæ fidei?

Ambrosius: Dandum erat etiam documẽtum propter vestimentũ, sicut datũ est propter alimentum. Hinc exhortationem de vestimẽto, satis congruo confirmat exemplo. Chrysostomus: Hoc dicendo, cognoscite lilia agri, non opus prohibuit, sed solicitudinem. Non ociose agri additur, quod hortensia lilia nonnihil debere videri poterant curæ humanæ, quemadmodum ante dixerat volucres cæli, vt distingueret ab altilibus. Lilijs autem sic prospicit, vt nec Salomon rex opulentissimus ac splendidissimus, vnquam sic amictus fuerit, etiam cum maxime strepitum diuitiarum suarum ostentaret, quẽadmodum quodlibet ex his contemptis neglectisq; lilijs. Nihil enim tam elegans præstare potest hominũ cura, q̃ præstat ipsa naturæ prouidentia. Hieronymus: Reuera nec sericũ regumq; purpura, pictura, textura potest floribus comparari. Quid ita rubet vt rosa? qd

ita candet vt lilium? Violæ vero nullo superari possunt colore. Rabanus: Ipse color ornamentum est floꝝ. Beda: Salomon vestes habuit alienas, lilia propria, quas natura illis ministrat. Illi homines, istis deus ministrat. Non ergo ornatus curandus, q caducoꝝ florum est, & quo ornatur fœnũ. Chrysost. Statuto tẽpore lilia formãtur in frondibus, vestiuntur candore, implẽtur odoribus: & q̃d terra radici non dederat, deus inuisibili operatione largitur. Exiguæ fidei vocat, qa si nec de his fidentes sumus, quomodo inuisibilia speramus? Permodica fides est, quæ nec de minimis certa est.

Nolite ergo solliciti esse, dicentes: qd manducabimus? aut quid bibemus? aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.

Chrysost. Qui in rebus humanis fortunam credunt esse, non prouidentiã, neq; iudicio dei vitam suam gubernari æstimant, vel incerto duci euentu, Iob. 22. Circa cardines cæli perambulat, nec nostra considerat, ideo timẽt & desperant, quasi qui neminem habeant gubernatorem. Qui aũt se credit dei iudicio gubernari, escam suã in manu dei cõstituit. Heb. 13. Sint mores sine auaritia, contẽti præsentibus: ipse enim ait Iosue. 1. Non te deseram. Glossa: Quid amplius habet fidelis à gentili, cuius animam infidelitas solicitat? Ethnicorum ergo voces sunt, non Christianoꝝ: siquidem illi aut deũ esse non credunt, aut non agere curam mortalium, neq; didicerunt aliam esse potiorem vitam, ad quam omnis cura sit dirigenda. Itaq; dei præsidijs diffisi, & in his quæ corporis sunt felicitatẽ hominis constituentes, magna solicitudine parant, quæ ad victum vestitũq; aut reliqua corporis commoda faciũt. Gestiunt gaudio, cum hæc obtigerint: exanimãtur metu, quũ ijs imminet periculum: discruciantur mœrore, ac nonnunquam ad laqueum currũt, quũ hæc eripiũtur: ac per has curas affixi rebus perituris, nec hic viuũt suauiter, nec ad cælestium bonorum studium possunt animũ erigere. Chrysostomus: Qui creauit naturam, scit indigentiam. Quod si pater, non potest despicere filios. Nã patres etsi filijs nõ dent superflua, tribuũt tamẽ necessaria. Nec ergo aliunde nascitur ista solicitudo, nisi ex diffidentia erga patrem & potẽtissimum & liberalissimum & prouidentissimum. Sed dicet quis, quid igitur? An non parabimus opera manuaria, quo nos, vxorem, liberosq; nostros alamus? quo pauperum inopiam subleuemus? Maxime, sed absq; solicitudine. Siquidem miserum vulgus conduplicat suam miseriam, simul laborans corpore, & animo solicitum. Postremo, ad copiam spectant, nõ ad præsentem necessitatem: & in longinquũ congerunt, quasi certũ sit illos diu victuros, & nihil vnquam satis est. Prima cura sit eius boni, ad quod ista collata, nullius sunt momenti. Huius iustitiam ante omnia quærite, sitam in his rebus, quas ante docui, & toto animo hoc agite q̃d est omnium maximũ. Luc. 11. Qui quærit, inuenit. Regnum dei summum bonum, quod solum satiat appetitum. Psalm. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. & 35. Inebriabuntur ab hubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Ibi plena sufficientia, hic miseria & deficiẽtia. Iob. 14. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Ibi finis, hic via. Heb. 13. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Psal. 119. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Huius regni claritatem & magnitudinem antiqui patres agnoscentes, summo studio clamabant Esa. 64. Vtinam disrumperes cælos & descẽderes. Hoc nobis ingeritur Matth. 13. Luc. 10. Multi prophetæ & reges voluerũt videre quæ vos videtis, & non viderũt. Habet hoc regnũ quatuor cõditiones sup omnia regna mundi, quare solerter quærendũ. Aeternitas. Psal. 144. Regnũ tuum, regnũ omnium seculoꝝ. Dan. 7. Potestas eius potestas æterna, & regnũ quod non corrumpetur. Speciositas. Sapiæ. 5. Accipient regnum decoris & diadema speciei de manu domini. Puritas. Matth. 13. Mittet angelos suos, & colligẽt de regno eius omnia scandala & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis. Hubertas. Luc. 22. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus, regnũ, vt edatis & bibatis sup mensam meam in regno meo. Esaiæ. 65. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis: ecce serui mei bibent, & vos sitietis: ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini: ecce serui mei laudabũt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis. Ostendit autem modum perueniendi. Et iustitiam eius, non legis. Romañ. 10. Ignorantes dei iustitiam & suam volentes constituere, iustitiæ dei non subiecti. Hinc Philip. 3. vt Christũ lucrifaciam, & inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Iesu Christi, quæ ex deo est iustitia in fide. Ro-

Regni cælestis cõditiones quatuor.

de. Roma. 3. Arbitramur enim hominem iustificari per fidem sine operibus legis. Complectitur autem hæc iustitia tria: Vnum, vt regni insignijs figuremur. Iohan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire regnũ dei. Alterũ, vt inimicis reluctemur, q̃ sunt mũdus, caro & diabolus. Luc. 11. Qui nõ est mecũ, contra me est. Tertium, vt opera regni operemur, quæ sunt, quasi statuta quæ Christus docuit obseruare. Vnde regnũ quærere & iustitiã eius, est ipsam operibus implere, (quam, imitando Christum & mãdata eius implendo, assequimur) tantũ vt deus glorificetur, & vt nos ei p̃ oĩa placeamus. Vult ergo temporaliũ solicitudinem abijcere, quæ ab illo regno abducũt: nã tunc adijcient omnia necessaria liberalitate dei. Nam & nos curam illorũ agimus, q̃ se tros nobis manciparint, deq̃ illis soliciti sumus, tametsi seipsos ipsi negligant: quanto magis dominus? Ambrosius: Hic manifestissime dominus ostendit, non esse appetẽda hæc tanquam talia nostra bona, vt propter ipsa debeamus benefacere, si quid faciamus, sed tamen esse necessaria. Regnũ ergo dei & iustitia dei (non nostra) bonum nostrum est, & hoc appetendum, & ibi finis constituendus, propter quod omnia faciamus quæcũq; facimus. Sed quia in hac vita militamus, vt ad illud peruenire possimus, quæ vita sine his necessarijs agi non potest: adponẽtur, inq̃t, hæc vobis, sed vos regnũ dei & iustitiam eius primũ quærite. Cũ enim dixit illud primũ, quia hoc posterius quærendũ est, non tempore, sed dignitate: ostendit illud tanquam bonũ nostrũ, hoc tanquam necessariũ nostrum, necessarium aũt propter illud bonũ. Neq; enim (verbi gratia) ideo debemus euãgelizare vt manducemus: sed ideo manducare, vt euangelizemus. Si ergo quærimus cibũ vt habeamus regnum dei, facimus q̃d debemus. Augustinus: Illud quod primũ debet intẽdi, id est, æternitas, datur: & illud quod non debet intendi nisi p̃ accidens, id est, temporalitas, superadditur vel adijcitur. Quàm ergo stulti sunt, qui nimiam curam circa temporalia acquirenda, vel acquisita cõseruanda apponũt? Hinc Philip. 4. Scio abundare, scio & penuriam pati. 1. Timoth. 6. Nihil intulimus in hunc mundũ, haud dubium q̃ nec q̃c quam auferre possumus. Habentes ergo victum & quibus tegamur, his contenti sumus. Contingit sæpe, vt quo maiori amore stringuntur, eo velocius ad modum anguillæ elabantur. Luc. 12. Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te: & quæ parasti, cuius erũt? Augustinus: Non est intelligendum q̃ semper adijciãtur, quum Apostolus dicat, 1. Corinth. 4. In fame & siti, in frigore & nuditate, sed pro dispositione diuinæ prouidentiæ aliquando dantur, aliquando subtrahuntur, ad probationem, vt in Iob & Tobia, & humiliatis conseruationem. Eccl. 17. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Sicut ergo in vsu ipso hæc transitoria sunt habenda, ita etiam in oratione transitorie sunt postulanda.

Nolite ergo soliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies solicitus erit sibijpsi. Sufficit diei malitia sua. Matth. 6

Non vult vos grauari curis, quæ faciunt afflictiores, meliores non faciunt. Quod hodiernus dies obtulit, accipite cũ gratiarum actione. Quid crastinus dies sit allaturus, ipsi curandum relinquite. Si quid adferet boni, non pendebitis spe: si quid mali, non præuenietis afflictionem metu futuri mali. Quod & si pro crastino solicitus fueris, quando vacabis deo? Habet hæc vita suas afflictiones, quas nihil est necesse metu conduplicari. Satis est enim eas ferre quum venerint, vt non timor etiam nobis præsentes reddat, anteq̃ accidant. Chrysostomus: Satis malorũ adfert ipsum tẽpus, vt nõ affligamus nos solicitudine futurorũ malorũ. Ephe. 5. Videte itaq; fratres, qũo caute ambuletis, nõ quasi infipientes, sed vt sapientes, redimẽtes tẽpus, qm̃ dies mali sunt, afflictionibus & calamitatibus pleni. Crastinus ergo dies curam habebit suijpsius.

Descendens cũ discipulis, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa & Hierusalẽ, & maritima Tyri & Sidonis, qui venerant vt audirent eum, & sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabãtur a spiritibus immũdis, curabãtur. Et omnis turba quærebat eũ tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Luc. 6 A

Ostendit non in his quæ mũdus quærit, sed longe contrarijs veram consistere beatitudinem. Descẽdit ergo in planitiem multitudinis capacem. Aderat multitudo promiscui populi. Matth. 4. Abijt opinio eius in totam Syriam. Multos pellexerat & pertraxerat e longinquo auiditas audiendi sermonẽ euangelicũ, quo à morbis curarentur animorum.

Chryſoſtomus: Si iuſtitiã facere non vis, vt qd prædicatorem iuſtitiæ audis? quare magiſtrum vocas, cuius non vis eſſe diſcipulus? Et forte non pauci fama attracti, vt facie viderent de quo tãta audierant. Sic regina Saba Hieroſolymam venit audire ſapientiã Salomonis, 3. Reg. 10. & Luc. 11. Et ecce plus q̃ Salomon hic. Nonnullos ſpes ſanitatis tum animæ, tum corporis, Pſal. 6. Miſerere mihi dñe, qm̃ infirmus ſum; ſana me, quoniã conturbata ſunt oſſa mea. Hiere. 17. Sana me domine, & ſanabor: ſaluũ me fac, & ſaluus ero, quoniam laus mea tu es. Et qui vexabantur. Quatuor indicant ſpũs maligni conditiões. Naturæ ſubtilitas, quia ſpũs. Ephe. 6. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mũdi rectores tenebrarũ harũ, cõtra ſpũalia nequitiæ in cæleſtibus. 1. Petr. 5. Aduerſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Culpæ fœditas, qa immũdus, quare ſordibus peccatorum gaudet. Luc. 11. Cum immũdus ſpũs exierit ab homine, ambulat per loca arida & inaquoſa, quærens requiem, & non inuenit: quia in cœno luxuriæ & carnalis voluptatis quieſcit. Matth. 8. Si ejcis nos hinc, mitte in porcos. Malitiæ peruerſitas, quia ex pura malitia & inuidia homines vexant, quum nihil hinc vtilitatis, ſed calamitatis plurimũ acquirant. Sapiæ. 2. Inuidia diaboli intrauit mors in orbem terrarum. Nequitiæ modalitas: nam per dominum refrenãtur, ne tantum poſſint quantum volunt, vt claret Iob. 1. Ideo Iac. 4. Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis. 1. Petri. 5. Cui reſiſtite fortes in fide. Erat autem in eo fons ac plenitudo virtutis diuinæ, quæ proficiſcebatur ab eo non ſecus ac lumen à ſole, calor ab igne, ac ſalutem adferebat omnibus. Prophetæ & ſancti virtutẽ ſuã ſuperne acceperũt, nec habuerũt à ſe egredientem, quia non fontes, ſed riuuli. Sic & diſcipuli. Matth. 10. Conuocatis duodecim diſcipulis ſuis, dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorũ vt ejcerent eos, & curarent omnem languorem & omnem infirmitatẽ. Iohan. 14. Qui in me credit, opa quæ ego facio & ipſe faciet, & maiora horũ faciet. Ephe. 4 Aſcẽdens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. De quibus donis. 1. Corint. 12. Vnicuiq; datur manifeſtatio ſpũs ad vtilitatem, ſcilicet eccleſiæ. Alij q̃dem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij autem ſermo ſcientiæ ſecundũ eundem ſpiritum, alteri fides in eodem ſpiritu, alij gratia ſanitatum in vno ſpiritu, alij operatio virtutum, &c. Hæc autem omnia operatur vnus atq; idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. Cum ergo ſine pœnitentia ſint dona & vocatio dei, Roma. 11. claret & ſanctos nũc apud deũ pie inuocantibus opitulari poſſe, quemadmodũ & magis q̃ antea in terris, quũ conditio eorum melior, & perfectior charitas effecta ſit, nec cedat in detrimentum, ſed potius augmentum gloriæ diuinæ, quum huiuſmodi operibus apud Chriſtum ſe viuere teſtentur. Legimus ad contactum oſſium Heliſæi mortuum reuixiſſe, 4. Regũ. 13. Sic ad contactum ſudariorum Pauli & ſemicinctiorum languores recedebant, & ſpiritus immundi egrediebantur, Actu. 19. Quotquot ergo & nunc Chriſtum pio tangunt affectu, ſanat omnes. Tangit autem, qui credit in eum: tangitur à Chriſto, qui firmatur ab eo. Iaco. 4. Appropinquate deo, & appropinquabit vobis. Qui ergo ſic tangit & tangitur, virtute ſpiritus eius ſanatur.

Spũs maligni cõditiones q̃.

2 Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos, dicebat: Beati pauperes, quia veſtrum eſt regnum dei.

Beda: Etſi generaliter omnibus loquitur, ſpecialiter tamen in diſcipulos ſeruator oculos leuat, vt ijs qui verbum intenta cordis aure percipiunt, latius ſaporis intimi lumẽ aperiat: & qbus in monte ſedens os aperuit vt magna proferret, in eos ſtans in cãpo oculos dirigit, vt audita patienter intelligant. Conſtituũt mũdi amatores felicitatẽ in rerum abundantia, quũ tamen multis occaſio ſit malorum multorum. Pſal. 143. Beatum dixerũt populum cui hæc ſunt: (quæ præmiſerat) beatus populus cuius dominus deus eius. Malac. 3. Ergo nũc beatos dicimus arrogantes, ſiquidem ædificati ſunt faciẽtes impietatem & tentauerunt deum, & ſalui facti ſunt. Contra dñs pauperes beatos pronunciat, q opes terrenas ſpernunt q̃ liberius deo vacent. Ex ſpontanea paupertate cæteræ virtutes exordium quoddã & originẽ ſumunt, ſicut ecõtra radix omnium malorum eſt cupiditas, 1. Timoth. 6. quæ fidem impedit. Luc. 16. Audiebant hæc omnia phariſæi qui erant auari, & deridebant eum. Imo à fide excidere facit. 1. Timoth. 6. Quam quidam appetẽtes, à fide exciderunt. Hinc idolorum dicitur ſeruitus, Ephe. 5. Neceſſario ergo prima ponitur. Gregorius: Qui nihil habet in mundo quod diligat, nihil eſt in mundo quod pertimeſcat, & ideo nihil eſt ei moleſtum. Ad hoc enim Chriſtus paupertatem amplexus eſt, quo ſuo exemplo affectus noſtros à terrenis auocatos, virtutibus diteſcere faceret. 2. Corinth. 8. Scitis gratiã dñi noſtri Ieſu Chriſti, qm̃ propter nos egenus factus eſt, cum eſſet diues,

diues,vt illius inopia nos diuites essemus. Vnde Luc.14. Nisi qs renunciauerit omnibus quæ possidet,non potest meus esse discipulus. Contemnentes thesauros terrenos,cælestes aggregant. Iaco.2. Nonne pauperes elegit deus in hoc mundo, diuites in fide,& hæredes regni quod repromisit deus diligentibus se? Psal.9. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.& 33. Iste pauper clamauit,& dñs exaudiuit eũ,& ex omnibus tribulationibus eius saluauit eũ. Claret in paupere Lazaro, Luc.16. Secũdo, vt bene sit homini in corpore, quo ad cibum & potum. Sap.2. Venite,fruamur bonis quæ sunt,& vtamur creatura tanquã in iuuẽtute celeriter. Vino precioso & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis antequam marcescant: nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra, nemo vestrum exors sit luxuriæ nostrę. Vbique relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra. Esaiæ.22.1. Corinth.15. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Sed audiamus cælestem doctorem.

Beati qui nunc esuritis,quia saturabimini.

Qui nũc tenues esuritis,sitis,contenti frugalitate spernitis opes ac luxum huius mũdi,1. Corinth.7. Qui vtuntur hoc mũdo,tanquam non vtantur. Est em̃ esuries,prout est actus virtutis,scilicet abstinentiæ, qua qs sponte propter deũ corpus affligit, & spiritui subiicit.1. Corinth.9. Castigo corpus meũ & in seruitutẽ redigo. 2. Corinth.11. In fame & siti,in ieiunijs multis. Heb.11. Circuierũt in melotis,in pellibus caprinis,egentes, angustiati,afflicti. Beati ergo q̃ spretis delicijs esuriunt animi cibũ,qui est sermo diuinus,& sitiunt aquam viuam euangelici spũs, quoniam contingit eos salubribus delicijs expleri, quas desiderant. Psal.102 Benedic anima mea domino,& noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui replet in bonis desiderium tuũ.& 33. Timete dñm oẽs sancti eius,quoniã non est inopia timentibus eũ. Diuites egerũt & esurierũt: inquirentes aũt dominũ, non minuentur omni bono. Proue.13. Iustus comedit & replet animam suã, venter aũt impioꝝ insaturabilis. Ambrosius: Qui esurit,esuriẽti cõpatitur, cõpatiendo largit, largiendo fit iustus,æqualẽ se inferioribus præstat, dolũ excludit, veritatẽ requirit. Tertio, ex rerum abũdantia & vita voluptuosa sequit inepta lætitia. Prouer.2. Lætãtur cum malefecerint & exultãt in rebus pessimis. Iob.21. Tenẽt tympanũ & citharam,& gaudẽt ad sonitũ organi. Ducũt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

Beati qui nunc fletis,quia ridebitis.

Beati qui vosipsos orbastis vltro voluptatibus huius mũdi,studio pietatis euangelicę præferentes ea quæ p̃ tẽporarias afflictiones,pducunt ad æternæ vitæ gaudia,qa veniet tempus,vt versis reꝝ vicibus,dolor vester vertat in gaudiũ,& luctus in risum. Est enim tempus vitæ p̃sentis,tẽpus luctus & tristitiæ,tum ratione culpæ sine qua non transigitur 1. Iohan.1. Si dixerimus qa peccatũ non habemus,nosipsos seducimus,& veritas in nobis nõ est.tum dilatæ gloriæ. Cantic.5. Nũciate dilecto qa amore langueo. Psal.118. Exitus aquaꝝ deduxerũt oculi mei,qa nõ custodierũt legem tuam. Sic & super alioꝝ miserijs. Luc.19. Videns(Iesus)ciuitatẽ,fleuit sup illam. Iob.30. flebam quondam sup eo q afflictus erat, & cõpatiebat aĩa mea pauperi. Ridebit ergo talis in die nouissimo, Proue.31. Quarto quærit honor,vnde in superbiã eleuant. Hinc vulgus felices appellat, qbus applaudit populus,q ad honores prouehũtur,q magnificis titulis celebrantur. Matth.23. Amant primos recubitus in cœnis,& primas cathedras in synagogis,& salutationes in foro,& vocari ab hominibus rabbi.

Beati eritis quũ vos oderint homines,& separauerint vos & exprobraue 5
rint,& eiecerint nomen vestrũ tanquam malũ propter filiũ hominis. Gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cælis.

Beda: Docet eos ab hominibus insectandos,sed super homines esse beandos. qui em̃ in terris aduersa sustinent pro Christo,in cælo recipiẽt plurima dona. Vos ergo me autore beati eritis,quũ vos oderint corde,qa signum q̃ non estis de mũdo. Iohan.15. Si de mũdo fuissetis,mũdus vtiq; qd suũ erat diligeret. Galat.1. Si adhuc hominibus placerem Christi seruus nõ essem. Roma.15. Vnusquisq; proximo suo placeat in bonũ. Et exprobrauerint,verbo. Verbũ em̃ crucis pereuntibus stultitia est, & quũ vos vt execrabiles e cõtubernio suo eiecerint. Iohan.9. Iam enim cõspirauerãt Iudæi,vt si quis eũ Christum confiteretur,extra synagogam fieret.quũ in vos mea causa multa probra congesserint, 1. Corinth.4. tanquam purgamenta huius mũdi facti sumus,omniũ peripsema vsq; adhuc,quũ nomen vestrũ ac memoriã,vel abolere prorsus,vel abominabilem posteris red

dere studuerint, idq; nulla vestra culpa, sed odio filij hominis, cuius doctrinam & gloriam prædicabitis. Distinguit inter eos qui mala patiuntur. Nã quidam ob flagitia. 1. Petri. 4. Nemo vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si aũt vt Christianus, non erubescat, glorificet autem in isto nomine deũ. 1. Pet. 2. Quæ enim est gratia, si peccantes colaphizati suffertis? Sed si benefacientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud deum. De his hic, qui propter Christũ &. 1. Petri. 2. Hæc est enim gratia, si propter dei conscientiam sustinet quis tristitias patiens iniuste. Ne qd ergo ob hoc displiceatis vobis, quin potius gaudete, quum hæc vobis acciderint corde, & exultate corpore. Psal. 83. Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum. Roma. 12. Spe gaudentes. Philip. 4. Gaudete in domino semper. Beda: Non hoc à quolibet patiente, sed ab eo qui supernæ tantũ mercedis intuitu patitur, præceptum impleri potest, vt scilicet inter odia cordium, inter probra linguarũ, inter manus persequentium, æquali, imo lætiori adhuc corde versetur. Tales fuerunt de quibus Actu. 5. Ibant gaudẽtes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Odiant licet homines corde nefando, dilectũ cor Christi lædere non possunt. Separẽt, à synagoga depellant. Christus inuenit & conseruat. Exprobrent nomen crucifixi, ipse commortuos sibi conresuscitabit, & consedere faciet in cælestibus. Ecce enim merces vestra, quæ deus est. Gene. 15. Ego ero merces tua magna nimis, ait deus Abraæ. Multa, ait. Esa. 64. 1. Corinth. 2. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus se. Nam Roma. 8. Existimo quod non sint condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Et vere, qa pro paupertate temporali regnum datur æternum, pro momẽtaneo luctu lætitia sempiterna, pro fame horaria satietas plena, pro vilitate modica gloria perpetua. Et hoc in cælis, in loco tuto & amœno. Etenim si non respondebit meritis fauor hominũ malorum, tamen manet copiosa merces benefactorum in cælis. Homines nõ poterũt abolere nomina, quæ scripta sunt in cælis: non poterunt obscurare suis probris gloriam bonorum, quæ cum gloria Christi semper iungetur. Hic aperit ergo cælestis ille doctor ac canam illam suam philosophiam, quam vt traderet suis, e cælis descenderat in terras: & hanc Christianorum vulgus libenter antiquari sinimus, ac velut oboleſcere, & alias nugas agimus, cum hæc inculcanda in primis sint animis omnium. Quod si fieret, non ita passim omnes pro rebus friuolis, pro pecuniola, pro vanissimis imperij titulis, pro quauis iniuriola digladiaremur. Hæc demũ sunt quæ veros reddũt Christianos.

Luc. 6. Secundum hæc enim faciebant prophetis patres eorum. Veruntamen væ vobis diuitibus qui habetis consolationem vestram.

Qui vobis interim placetis, oblectantes animos vestros opibus, honoribus & illecebris huius mũdi, nec cogitatis breui futurũ, vt ista vana felicitas vobis auferatur, Luc. 12. Stulte, hac nocte repetunt à te animam tuam: & quæ parasti, cuius erũt? & succedat infelicitas æterno. Iaco. 5 Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miserijs vestris quæ aduenient vobis. Claret in diuite epulone. Luc. 16. Hinc Eccl. 31. Beatus diues qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecuniæ thesauris. Diuitiæ ergo si adfluant, nolite cor apponere, Psal. 61.

Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis.

Qui deliniti rerum fluxarum successu nunc ridetis, dulciq; fortuna ebrij: nã mox versis rerum vicibus flebitis, ac momentanea voluptas in perennem cruciatum commutabitur. Chrysostomus: Dic mihi, cur rides? nunc enim tempus flendi. Iaco. 4. Risus vester in luctum vertetur. Eccles. 2. Risum reputaui errorem, & gaudio dixi, quid frustra deciperis? Prouer. 14. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat.

Væ qui saturati estis, quia esurietis.

Non necessitatem carnis, sed voluptatem quærentes. Luc. 21. Videte ne grauent corda vestra crapula & ebrietate, & curis huius seculi, & superueniat in vos repentina dies illa. Romañ. 13. Carnis curam ne feceritis in desiderijs. Roma. 8. Debitores sumus nõ carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Ideo Esaiæ. 5. Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis. Cithara & lyra & tympanum & tibia & vinum in conuiuijs vestris, & opus domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis.

Væ quũ

Væ quum benedixerint vobis omnes homines. Secundum hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum.

Beda: Adulatio nutrix & fomentum est peccati, sicut oleum flammæ. Psal. 140. Corripiet me iustus in misericordia, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Esa. 5. Populę meus, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt. Ne ergo placete vobis, quũ ob falsam felicitatis speciem vobis gratulantur & applaudũt homines, ignari veræ felicitatis, quum ea quæ turpiter & impie à vobis gerũtur, laudibus vehunt. Psal. 9. Quoniã laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur. Laus ista non liberabit vos à vindicta dei, sed grauioribus etiam supplicijs dignos reddet, quod non solũ nõ puduerit impiorum facinorum, verumetiam ex malefactis laudem quæsieritis. Decet quidem vt ab hominibus laudemur, sed prius à deo.

Estote ergo misericordes, sicut & pater vester misericors est. Luc. 6. B

Ostendit quibus modis & quare proximis nostris misericordiam impendere debeamus, misericors dominus, nos miseros consolando, suam misericordiam nobis proponẽdo. Non ait, Estote potẽtes: quia angelus similitudinem potentiæ dei affectans, deiectus fuit, Esa. 14. & Luc. 10. Sic neq; sapientes. Nam scientiæ appetitus hominem immortalitatis gloria spoliauit, vt dicit Bernardus, & claret Gene. 3. dicente serpente: Eritis ficut dij, scientes bonum & malum. Esa. 5. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Sed misericordes. Nam per misericordiam culpa purgatur. Prouer. 15. Per misericordiam & fidem purgantur peccata. & 16. Misericordia & veritate redimitur iniquitas. Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum. Gratia datur & augmentatur. Prouer. 3. Misericordia & veritas te non deserant: circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui, & inuenies gratiã bonam, & disciplinam coram deo & homnibus. & 22. Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur: de panibus enim suis dedit pauperi. Gloria accumulatur. Eccl. 16. Omnis misericordia faciet locum vnicuiq; secundum meritum operum suorũ. Hinc Matth. 5. Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur. Non solum autem misericordes esse docemur, sed etiam quomodo simus insinuatur. Sicut pater vester. Matth. 23. Vnus est pater vester qui est in cælis. Malac. 2. Nũquid non pater vnus omnium nostrũ? Nũquid non deus vnus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisq; vestrum fratrem suũ? Ipse aũt misericors est, expectando nostrã conuersionẽ. Esa. 30. Expectat dñs vt misereatur vestri. 2. Pet. 3. Non tardat dñs promissionẽ suã, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiã reuerti. Inspirando cõpunctionẽ. Ose. 2. Ducam eam in solitudinẽ, loquar ad cor eius. Hiere. 31. Postq̃ conuertisti me, egi pœnitẽtiam: & postq̃ ostendisti mihi, percussi femur meũ. Remittendo transgressionẽ. Abac. 3. Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Esa. 43. Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorũ tuorũ non recordabor. Augendo retributionem. Psal. 102. Qui coronat te in misericordia & miserationibus. Huius ergo exemplo quantum in nobis est, prodesse studeamus vniuersis: & bonis, quo fiant meliores: & malis, vt nostra mansuetudine prouocentur ad meliorẽ frugẽ. Nam & ipse solem suũ oriri facit super bonos & malos, Mat. 5. Quũ ergo duplex sit miseria, Vna culpæ, Prou. 14. Miseros facit populos peccatũ. Altera pœnæ, scilicet aduersitatis & indigentiæ. Iob. 14. Homo natus de muliere, repletur multis miserijs. maxime primæ succurrendũ, quia excludit à regno, ducens ad æternã miseriam. Eccl. 30. Miserere animæ tuæ placens deo. Sed qm̃ altera nonnunq̃ adiutorio est ad gratiã & gloriã. 2. Cor. 4. Id quod in p̃senti est momentaneũ & leue retributiõis nostræ, supra modũ in sublime, æternũ pondus gloriæ operabitur in nobis: nobis tamen dei iudiciũ ignotũ, (Quis em̃ cognouit sensum dñi? aut qs consiliarius eius fuit? Ro. 11.) ideo quantũ in nobis est, subleuãda. Prou. 11. Benefacit animæ suæ vir misericors. Quisquis igitur bona temporalia vel spiritualia alijs pro amore diuino largitur, quisquis in se peccantibus indulgentiam, misericorditer tribuit, sicut sibi à dño misericordiam præstari rogat, hic proculdubio imitator dei efficitur. Licet autem ipsum imitari debeamus, nunquã tamen possumus ei æquari, quũ non solum misericors, & ipsa sit misericordia. Psal. 58. Deus meus misericordia mea.

Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini. a

Matth. 7. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Non prohibet iudicare, sed docet rectum modum. nam & Paulus iudicauit scortatorem Corinthium, 1. Corint. 5.

& Petrus Ananiam & Saphiram Actuum.5.Est enim iudiciũ ordinarium, sine quo politia stare non posset,ad quod requiritur primo legitima institutio,ne fit vsurpatum.Roman.14.Tu quis es qui alienum iudicas seruum? suo domino stat aut cadit.Sic dominus Luc.12.dicenti,magister,dic fratri meo vt diuidat mecũ hæreditatem,respõdit: Homo quis me cõstituit iudicem aut diuisorem inter vos? Secũdo,iusta prosecutio, quo ad intentionem,quæ est iustitiæ conseruatio in pauper̃ defensione & malorum repressione. Id maxime dñs exquirit,Psal.81. Iudicate egeno,humilem & paperẽ iustificate. Esa.1. Quærite iudiciũ,subuenite oppresso,iudicate pupillo, defendite viduam. Item quo ad executionem,quæ est in causæ iusta defensione.Deute.16.Iuste quod iustum est exequeris.non ergo mendacijs,dolo & fraude &c.Est & iudiciũ temerariũ,vel altera vel vtrisq; carens cõditionibus:id hic prohibetur. Omnem siquidem morbũ difficilem ab animabus nostris abmouet dominus,radicem dico suspicionis. Nam qui seipsum non confiderat,& solum attendit res proximi,illasq; taxare vult,certum quod suspicione capitur,& obliuiscitur sui.Omnino enim de se quasi non peccet sentit,& propterea alios peccãtes reprehendit,& in eo quod alios iudicat,peccat.Sic scribæ & pharisæi sibi in grauissimis peccatis ignoscentes,tamen erga fratrem iudices agebant inclementissimos, etiam ea calumniantes quæ recta sunt,sinistre interpretantes quæ dubia, exaggerantes quæ leuia erant: deniq; si quem vidissent in aliquod grauius crimen prolapsum,magis hoc agebãt vt perderent,quàm vt sanarent. Atq; hinc quoq; iustitiæ famam sibi venabãtur,quo magno supercilio sæuirent in lapsus alienos,quum id facerent nõ amore proximorum, q̃s extinctos maluerunt q̃ correctos,& tradu&tos magis q̃ emendatos, nec odio vitiorum, quũ ipsi suis vitijs longe grauioribus indulgerent.Est autem hoc Christianæ mansuetudinis & pietatis ac simplicitatis,proximi dicta facta q̃, quæ quo animo fiant,dubia sunt, in meliorem interprerari partẽ. Syncerus enim animus semper propensior est ad bene opinandum,q̃ ad male suspicandum. Augustinus:Non est sibi cõtraria diuina lectio,sed sobrium intellectũ quærit.In cõuersatiõe em̃ humana sunt aliqua,quæ rationabiliter reprehenduntur:sunt quæ non sine peccato iudicantur. Aperta em̃ mala & argui & iudicari debent.Illa autem quæ ignoramus,an bono malove fiant animo,iudicare non debemus,sed in meliorem semper partem interpretari.Veniet enim tẽpus quo iudicẽtur, quando illuminabit dominus abscondita tenebrarum,& manifestabit consilia cordium, 1.Corinth.4.De illis ergo iudicare nobis pmittitur,de quibus manifestum est quia bono animo fieri non possunt: qualia sunt quæ ab Apostolo opera carnis nominantur, Galat.5.de quibus dominus Matth.7.A fructibus eor̃ cognoscetis eos.Greg.Nazian.Nõ ergo cum acrimonia præcipites sententiã,ne similia patiaris. Fit em̃ vt iniqui nonnunq̃ iudicij exemplũ in ipsos autores recidat,& alios vicissim experiant̃ suæ vitæ censores tales,quales in alienã egerint.Qui male loquitur de proximo,peius audiet.Hinc dominus Iohan.7.Nolite secundum faciem iudicare,sed iustũ iudiciũ iudicate.Cõdemnatio vero ex iudicio nascitur.Quemadmodũ autẽ non quodcũq;,sed inordinatũ iudiciũ prohibetur,ita non quæuis alior̃ condẽnatio,sed iniusta.Non em̃ sine causa principes gladiũ portant.Roma.13.Ministri em̃ dei sunt,vindices in iram ei qui male agit.Exod.22.Maleficos non patieris viuere.Prouer.17.Qui iustificat impiũ,& q̃ condemnat iustũ,vterq; abominabilis est apud deũ.Hinc Esa.5.Væ qui dicitis bonũ malũ,& malũ bonũ,ponentes lucẽ tenebras,& tenebras lucẽ,ponẽtes amar̃ dulce,& dulce amarum.

Dimittite,& dimittemini:date,& dabitur vobis. Mensuram bonã & cõfertam & coagitatam & superefluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis,remetietur vobis.

Augustinus:Quũ multa sint eleemosynar̃ genera,quibus adiuuamur vt dimittantur peccata nostra,nihil tamẽ magis illa,quũ ex corde remittimus, q̃d in nos quis peccauit. Si contracti parciq; fuerimus erga proximũ,talem sentiemus & remunerationem.Marci.11.Quum stabitis ad orandum,dimittite si quid habetis aduersus aliquem, vt & pater vester qui in cælis est,dimittat vobis peccata vestra.Matth.18.Sic & pater meus cæleſtis faciet vobis,si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Augustinus in persona dei:Aliquid contra te teneo,aliq̃d tu cõtra alium tenes:remitte,& ego remittam.Hinc docuit in oratione Matth.6.Dimitte nobis debita nostra,sicut & nos remittimus debitorib⁹ nostris.Hinc Coloss.3.Induite vos sicut electi dei viscera misericordiæ, benignitatem,humilitatem,modestiam,patientiã,supportãtes inuicẽ & donãtes vobismetipsis,si q̃s aduersus aliquẽ habet querelã:sicut & dominus donauit vobis, ita & vos,

Bene-

Benefici etiam simus in oēs, propter eū qui dat omnibus affluenter, & non improperat, Iac.1. Augustinus: Dicit tibi Christus, da mihi, dedi tibi: habuisti largitorem, habe debitorem, habe & fœneratorem. Prouerb.19. Fœneratur domino qui miseretur pauperis. Eccl.4. Nō sit porrecta manus tua ad accipiendū, & ad dandum collecta. 2. Cor.9. Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Et quia inuitauit ad meritum, ostendit præmium. Et quoniam omnia dispositi in numero, pondere & mensura, Sap.11. Hinc & in domo patris mansiones multæ sunt, Iohan.14. & differens resurrectio erit mortuorum, quemadmodum claritas stellarū, 1. Corinth.15. Possunt & ad diuersos referri respectus. Mensura bona, ad tēporalia. 1. Tim.4. Omnis creatura dei bona est. Gene.1. Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Prouer.11. Alij diuidūt propria, & ditiores fiunt: alij rapiūt aliena, & semp in egestate sunt. Proue.3. Honora dominum de tua substantia, & de primitijs frugum tuarum da pauperibus: & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt. Mensura conferta, ad bona naturæ: Coagitata, gratiæ: Supereffluens, gloriæ. Iaco.1. Qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Psal.83. Gratiam & gloriam dabit dominus Glo. Dabunt illi, qbus iam opera impenditis misericordiæ: quia causa erunt vt deus det, quanquam & qui hinc pauperes ad felicia regna commigrāt, illic diuites facti, suffragijs & interpellationibus apud deum abunde beneficia terrena in se collata compensant, & insuper deus pro his & pro alijs suam addit gloriā. Luc.16. Facite vobis amicos de māmona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Hinc in sinum dicitur dari, quia securum & charum, id est, in intimum cordis, vt intellectus æternā veritatem contempletur, & in ea reficiatur, voluntas summa bonitate fruatur. Esa.32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in requie opulenta. Ambrosius: Non iniqua mensura rependet deus, sed est ac si dicat: Ipsa iniquitas iudicādi, & iniqua mensura tibi nocet, te punit, & sæpe nō illum de quo agis. Vel si recte iudicas & metiris, tibi prodest, te saluat, etsi aliquando non illum cui hæc impendis. Sic & in eleemosyna, quæ tamē magis pensatur quoad affectum quàm effectum. 2. Corinth.8. Si voluntas prompta est, secundum id quod habet, accepta est, non secundum id qđ non habet. Patet in vidua duo minuta offerenti, Marc.12.

Dicebat autem illis & similitudinem: Nunquid potest cæcus cæcum ducere? nonne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus super magistrum. Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. 3

Quo magis hæc infigeret animis suorum, adiecit similitudinem. gaudet enim harum rerum collationibus vti, quæ sensibus omniū notissimæ sunt. Si tu qui doctor videris eē & dux, laberis: omnibus modis cadet is, qui docetur & ducitur. Qui enim vias dei ignorat, & iustificationes eius, cæcus est, qui secundum sensum carnis & non secundum intelligentiam spiritus incedit. 2. Petri.1. Vos autem curam omnem subinferentes, ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinētiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Hæc enim si vobiscum adsint & superent, non vacuos, nec sine fructu vos constituent in domini nostri Iesu Christi cognitione. Cui enim non præsto sunt hæc, cæcus est & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum. Purus sit ipse ab omni crimine oportet, qui velit alteri præire. Quid sit agendum quomodo docebit alium, qui ipse tenetur errore? Matth.15. Sinite eos, cæci sunt & duces cæcorum. Hiere.50. Grex perditus, factus est populus meus, pastores eorum seduxerunt eos, feceruntq; vagari in montibus. Cadunt ergo primum in lacum desperationis. Prouerb.18. Impius quum in profundum peccatorū venerit, contemnit. Demum infernalis damnatiōis. Sed quoniam durum est, aliquorum perpeti obstinatam malitiam, hinc se proponit in exemplum. Matth.23. Vnus est magister vester Christus. Glossa: Si magister vester q deus est, suas non vlciscitur iniurias: discipuli qui homines sunt, magistrum secundū regulā perfectionis imitari debēt. Iohā.13. Vos vocatis me, magister & domine, & bene dicitis. Non enim par est, potiorē esse discipuli conditionem quàm magistri: satis erit perfectus, si magistro æquetur, & ipm magistrum imitetur. Quasi ergo discipulus supra magistrum erigitur, quum Christianus qs iniurias audire dedignatur, seq; suis viribus vlcisci conatur. Augustinus: Summa religionis Christianæ est, imitari quem colis.

Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ est in

oculo

oculo tuo,non conſideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo, frater, ſine, eiſciam feſtucam de oculo tuo,ipſe in oculo tuo trabem non vides? Hypocrita,eiſce primum trabem de oculo tuo,& tunc perſpicies vt educas feſtucam de oculo fratris tui.

Feſtuca quæ ſubito quidē oculū tangit,ſed cito deficit ne oculū lædat,leuia ſunt pcta, quæ difficulter vitātur,ſed faciliter purgant.1.Iohā.1.Si dixerimus qa peccatū nō habemus,noſipſos ſeducimus,& veritas in nobis nō eſt.Iac.3.In multis em offendimus oēs. Si ergo tua leuia,alioꝝ grauia æſtimas,vere cæcus es. Quur iniquū iudicē te præbes proximo,ipſe grauioribus malis obnoxius? quur in alioꝝ vitijs tam oculatus es, cū ad tua ipſius mala cæcutias,trabem in tuo oculo nō cognoſcēs,aut ſi cognoſcis,diſſimulans? Oculus,intētio cordis eſt:feſtuca,ira ſubita:nam nō iraſci impoſſibile, quū iraſcibilis ſimus naturæ.Pſal.4.Iraſcimini,& nolite peccare,ſed coercenda,ne limites excedat. Ira autē inueterata,conuertit in odiū & fit trabs,inter quod & homicidiū nihil intereſt.1.Iohan.3. Qui odit fratrem ſuum,homicida eſt. Talis aūt rationabiliter dicere nō poteſt, etſi impudenter,frater,ſine,eiſciam feſtucam de oculo tuo.Nā reſponderi illi poteſt:Medice, cura teipſum,Luc.4.& Roma.2.In quo aliū iudicas,teipſum condēnas. Quod enim eſt iſtud præpoſteꝝ iudicium? In ſuis quiſq; malis eſſe debet iudex acerrimus,in alienis mitior:ad ſua quēq; vitia decet eſſe oculatū,in alienis nō perinde curioſum.Et ſibi primum quiſq; debet eē medicus,priusq; alteri manus admoueat.Sic phariſæi,nedum diſcipulos, ſed & ipſum Chriſtū improbe notare conati ſunt:In peccatricis admiſſione,Luc.7.peccatoꝝ cōuiuatione,Matth.9.Luc.15.manuū ablutione,Marc.7. Matth.15. ſpicaꝝ confricatione,Matth.12.imo & Iohannē.Luc.7.Venit aūt Iohannes Baptiſta neq; manducans panem,neq; bibēs vinū:& dicitis,dæmoniū habet.Venit filius hominis manducās & bibens,& dicitis:ecce homo deuorator & bibens vinum,amicus publicanoꝝ & peccatoꝝ.Ideo Matth.23.Duces cæci excolantes culicē,& camelum glutientes. Audi ſimulator iuſtitiæ,qui non ex tuis bonis,ſed ex alienis malis ſanctimoniæ laudē venaris apud homines:ſi vere vis eſſe iuſtus,primū eiſce trabem de oculo tuo. Proue.18.Iuſtus in principio accuſator eſt ſui.Carpturū em alios,immaculatū oportet eſſe:magnis em obtenebratus peccatis,minora in fratre cernere non poteſt.Sed ſunt qui ſubditoꝝ parua errata grauiter puniūt,ſua magna negligentes:alij arguunt alioꝝ errata, quo ipſi iuſti appareant.Gregorius: Imperitus eſt medicus & improbus, q mederi me appetit, & vulnus proprium neſcit. Charitas em ordinata eē debet, vt homo primo ſuijpſius,dehinc proximi curā agat,& p exēplū idoneus reddat. Baſilius:Cōſiderandū quātæ ſit difficultatis alios iudicare,qa oportet primo ſeipſos cōſpiciāt & emendēt,qd oīm grauiſſimū eſt:qa cū oculus cūcta exteriora videat,tamē ſup ſe viſum nō vertit:ita & intellectus,cū alienū velociter corrigat peccatū,lentior eſt proprios percipere defectus.Priuata iudicia prohibentur:nam aliàs iudicare licitū,cū non hominis,ſed dei exerceant iudiciū.2.Para.19. Noli ergo effici iudex amarus, quaſi hoſtis exigens vindictam.

Matth.7 E Nolite ſanctum dare canibus,neq; mittatis margaritas veſtras ante porcos,ne forte cōculcent eas pedibus ſuis:& canes conuerſi, dirūpant vos.

Hieronymus:Porcus nō recipit ornatū,qui verſatur in volutabris luti. Proue.11.Circulus aureus in naribus ſuis,mulier pulchra & fatua.Pūra ergo fidei myſteria canibꝫ,hominibus paſſionibus deditis,infidelibus in impietate viuentibus,& ſpem conuerſionis in melius non habentibus:& margaritæ precioſiſſime cæleſtium gratiaꝝ,porcis in luto infrenis luxuriæ iugiter commorātibus,non cōmunicanda.Philip.3.Videte canes, videte cōciſiones.Titum.1.Malæ beſtiæ,vētres pigri.Fiunt em magis,poſtq; didicerint ſecreta, temerarij:qui vero benigno ſunt animo,honeſtiſſima ea iudicabūt.& infra:Non em ex ijs quæ didicerunt,emendantur:ſed eorum occaſione ſuperbius efferuntur,atq; inſolētia fœdiori complentur.Et ideo non exiguū lucrū eſt,in ſua ignorātia illos pmanere.Si vero diſcant,geminum eſt damnū,cū certe ipſi omnino nihil fructificent, imo magis magiſq; lædant,& tibi negocia ac mille pericula cōmoueant.Audiāt hoc loco qui impudenter omnibus ac temere copulant,deſpicabilia ea quæ ſunt reuerenda,facientes.Nam & myſteria ideo clauſis ianuis celebramus,& eos q nondū initiati ſunt,adeſſe prohibemus:non qa infirmitatē aliquam myſterioꝝ deprehēdimus,ſed qa ad participationem illorum illi adhuc,quos arcemus,infirmi ſunt. Propter hoc ipſe multa ad Iudæos in parabolis diſſerebat, quoniam non videbant videntes, Matth.13. Ne ergo detis ſanctum

canibus

canibus,& ne proiiciatis margaritas ante porcos.1.Cor.2. Animalis homo nõ percipit ea quæ sunt spũs dei.Stultitia enim est illi,& non potest intelligere,quia spiritualiter examinatur.Esaiæ.28.Quem docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte,auulsos ab huberibus.Ne quando conculcent inter pedes suos eas,& canes versi in vos,2.Timoth.3.Mali homines proficient in peius,errantes,& in errorem ducentes,lacerent & dilanient vos.

Petite,& dabitur vobis:quærite,& inuenietis:pulsate,& aperietur vobis. Omnis enim qui petit,accipit:& qui quærit,inuenit:& pulsanti aperiet. Aut quis est ex vobis homo,quem si petierit filius suus panem,nunquid lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit,nunquid serpẽtem porriget ei? Si ergo vos cum sitis mali,nostis bona data dare filijs vestris,quanto magis pater vester qui in cælis est,dabit bona petentibus se?

Imperauit magna,& difficilia ostendit quomodo perficiantur,nempe per preces cõtinuas.Hæc nempe eximia bona,vt non sunt à nobis communicanda quibuslibet,ita nõ cõtingũt à deo patre segnibus & oscitãtibus.Diues & benignus est,nulli negat,nulli inuidet opes suas, sed agnosci vult eaq; preciũ.Nõ agnoscit aũt qui segniter petit.Petite itaque,si quid opus est,& dabitur vobis: quærite,si quid ignoratis,& inuenietis afflatu spiritus paterni,quod humano spiritu percipi non poterat.Pulsate precibus, addẽdo eleemosynas in proximos,& aperietur vobis.Apud hominem nonnunquam incassum funduntur preces,vel quia non potest præstare quod rogatur, vel quia non vult.Verũ apud deum quisq;,vt par est,petit,accipit:quisquis auide scrutatur,inuenit:quisquis instanter pulsat fores,huic aperietur.Hieronymus:Pulsemus ianuã Christi,de qua dictũ est Psal. 117.Hæc porta domini,iusti intrabũt in eam.Porro recte petit,qui petit salutifera. Hinc stimuli carnis ablationem Apostolus petens,non fuit exauditus,2.Corinth.12.Sic nec filij Zebedæi confessum domini,Matth.20.& qui petit cum fidutia.Iac.1.Postulet autem in fide nihil hæsitans.Marc.11.Omnia quæcũq; orantes petitis,credite quia accipietis,& euenient vobis.Qui enim magna affectione credit, cor suũ omnino extendit ad deũ,& quid facit? Vnitur illi,& feruefactũ cor eius, magnam certitudinem sumit ꝙ voti cõpos fiat.Recte quærit,q̃ infatigabili studio.Iob.8.Si diluculo consurrexeris ad deũ,& omnipotentem fueris deprecatus,si mũdus & rectus incesseris,statim euigilabit ad te.1.Ioh.3 Charissimi,si cor nostrũ non reprehenderit nos,fidutiam habemus ad deũ: & quicquid petierimus,accipiemus ab eo,quoniam mãdata eius custodimus, & quæ sunt placita coram eo,facimus.Recte pulsat,qui pijs operibus diuinam bonitatem solicitat.Proue.28. Qui declinat aures suas ne audiat legem,oratio eius erit execrabilis.Pulsant lachrymæ, & ad ipsum domini conspectum introeunt.Eccl.35.Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam descendunt,& exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim descendunt vsq; ad cælum,& dominus exauditor nõ delectabitur in illis. Quod si non protinus accipitis quod petitur,ne diffidite tamen de benignitate patris vestri: dabit quũ opus fuerit,& quantum opus erit,si modo perseueraueritis. Differt quandoq; filioq; audire preces ad votum,vnde videtur afflictis non attendere.Iob.3.Ecce clamabo vim patiens,& nemo audiet,vociferabor,& non est qui iudicet.Sed non minus exorabilis est deus erga filios suos,q̃ homo pater erga liberos suos.Vos igitur natura procliui ad malũ.Gene.8. Sensus & cogitatio humani cordis in malũ prona sunt ab adolescentia sua,atq; etiã alijs in rebus mali plerũq;,nec non ad deũ comparati,tamen hac in parte non virtute, sed naturæ impulsu seruatis pietatẽ,vt noueritis vtilia & bona dona dare filijs vestris,quanto magis id faciet pater cælestis natura bonus? Nouit quæ conducant ad salutem ꝛternam, hæc libenter donat rogatus.Quod si per errorem rogetur noxia,pro beneficio duceret negare,quod male peteretur,sed pro optatis daret salutaria. Qui enim pater est spirituum,& natura bonus,impartiet vobis de cælo spiritum suum bonum, omnia bona largiturum,si petieritis ab ipso.

Omnia ergo quæcunq; vultis vt faciant vobis homines,& vos facite illis.Hæc est enim lex & prophetæ.

Breuem ad virtutẽ ostendit viã.Ex nobis ipsis scimus qd facto opus sit.Nam si vis beneficia accipere,benefac:si diligi ab inimicis,dilige inimicos.Impedit etiã oõnis effect⁹ per impiã cõuersationẽ.Esa.1.Cũ extẽderitis manus vestras,auertã oculos meos à vobis & cũ multiplicaueritis orationẽ,non exaudiam:manus eñ vestræ sanguine plenæ sunt.

Nemo

Nemo autem sanus sibi non bene cupit: sed vulgus hominum sic est amans sui, vt alienis malis, suis consulat commodis. Vobis non itidem faciendū: sed quales optaretis alios eē in vos, tales vosipsos præstate in alios. Hoc est compendiū & summa omniū quæ docet lex & prophetæ, quos aut si non vacat, aut per insciti am literaꝝ non potest aliquis euoluere, certe nemo non habet domi regulam, ad quam dirigat actus suos, modo rationi q̄ cupiditatibus obtemperare malit. Est enim vnū principium naturaliter notū in agibilibus, quemadmodū & illud Tob. 4. Quod ab alio oderis, fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. ad quod naturaliter inclinat synderesis, ex quo eliciūtur & deducuntur reliqua præcepta ad proximum ordinantia.

Intrate per angustam portam, quia lata porta & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionē: & multi sunt qui intrāt per eam. Quam angusta porta & arcta via quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam?

Hæc si videntur ardua ijs qui mundum diligūt, si videtis maximam multitudinem hominum diuersa sequi, ne quid animū vestrū commoueat. Vos magis spectate quo ducat hæc via, quàm, an commodū habeat ingressum: malitisq; cū paucis per angustam portā tendere ad vitam æternā, q̄ cum multis ad perditionem æternā. Nequaq̄ ergo ad multitudinem oportet aspicere, neq; hac exemploꝝ denſitate turbari, sed imitari paucos, q̄ nos itinere cautissime incedere cohortantur. Lata via quæ abducit, seculi voluptas & sine timore peccare. Eccles. 8. Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absq; timore vllo filij hominū perpetrant mala. Angusta, quæ per labores & ieiunia pāditur imitatione Christi. Iohā. 10. Ego sum ostium. Matth. 16. Qui vult post me venire, abneget semetipm, & tollat crucem suam, & sequat me. 2. Timoth. 3. Omnes q̄ pie volūt viuere in Christo Iesu, persecutionem patient. Sed onus leue propter futuras retributiones. Prouer. 4. Viam sapiētiæ monstrabo tibi, ducam te per semitas æquitatis: quas cum ingressus fueris, non arctabūtur gressus tui, & currens non habebis offendiculū. Psal. 118. Viam mandatoꝝ tuoꝝ cucurri, cū dilatasti cor meū. Quemadmodū corpulentus vel sarcinis onustus, p̄ angustam nequit intrare portam, sic neq; diues, neq; delicatus, sed per latam. Siquidem spatiosa via, quoniam neminē arctat legibus pietatis, quoniam ijs rebus adblandit quæ delectant sensus corporis, q̄ blandiūtur animi cupiditatibus, facile plurimos ad sese pellicit: sed ad breue tempus delinitos, p̄ amplam portā transmittit ad æternas calamitates inenarrabiles, & falsis bonis deceptos, æternis & veris tradit malis. Quā vero arcta, quæ ducit ad vitam? Nihil enim ostentat quod blandiat carni, multis aspera est, q̄ molesta sunt naturæ, protinus obijcit, paupertatem, ieiunia, vigilias, tolerantiā iniuriarum, castitatem, sobrietatem, sed pauci inueniūt eam. Matth. 20. Multi sunt vocati, pauci vero electi. Eccles. 1. Stultorum infinitus est numerus. 2. Timoth. 2. Nemo cronabitur, nisi q̄ legitime certauerit. Hieronymus: Latam viā non quærimus: nec inuētione opus est, sponte se offert. Angustam portā nec omnes inueniūt, nec qui inuenerint, statim ingrediūtur p̄ eam, & certantiū via est. Siqdem multi inuenta veritatis via, capti seculi voluptatibus, de medio itinere reuertuntur. Prouer. 12. Iter deuium ducit ad mortem, in semita autem iustitiæ vita. & 14. Est via quæ videtur homini recta, & nouissima eius ducunt ad mortem.

Matth. 7 D Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimētis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos.

Ostendit quàm solicite malorum vitandum sit consortiū, si rectam & expeditam vitæ prosequi volumus viā. Chrysostomus: Magna virtus boni est, cognoscere malū: & firma tutela salutis, nosse quem fugias. Nulla enim res sic bonum exterminat vt simulatio: quia malū sub boni specie velatū, dum non cognoscit, minime vitatur. Cauendū ergo ab ijs qui se vobis iungūt, speciem habentes pietatis, quū sint pietatis hostes, veluti ouilla pelle tecti, quū intus sint euangelici gregis laniatores. Blandiloquentiam prætexunt, & vitam sanctam simulant, sed intrinsecus latet aculeus. Hieronymus: Licet hoc de omnibus qui aliud habitu & sermone, aliud opere ostendūt, possit intelligi, specialiter tamen de hæreticis, q̄ quadam pietatis veste tecti, venenato animo & intētione nocendi, lupi sunt rapaces, vel exterius si copia detur persequēdo, vel interius corrūpendo. 1. Corinth. 15. Corrumpūt bonos mores colloquia mala. Secūdū scripturas, interpretatores scripturæ prophetæ dicūtur. 1. Corinth. 14. Neq; enim potest qs recte sensum scripturæ interpretari, nisi per spiritum prophetiæ, vt dicit Chrysostomus: Non em̄ volūtate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti dei homines. & ante,

Omnis

Omnis prophetia ſcripturæ propria interpretatione non fit,2.Pet.1.Dicuntur falſi,ob falſificationẽ iuſtitiæ.veniunt eñ non miſſi.Ro.10.Quomodo prædicabunt niſi mittantur? Matth.9.Rogate dominum meſſis,vt mittat operarios in meſſem ſuã.Sic Paulus & Barnabas ab apoſtolis per ſpiritũ ſanctum miſſi fuerunt.Act.13.Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos.Iohan.20.Sicut miſit me pater,& ego mitto vos.Qui aũt ſpiritu ſancto ſe miſſum dicit,probet ſicuti Paulus,Ro.15.Non audeo aliquid loqui eorũ quæ per me non efficit Chriſtus,in obedientiam gentium,in verbo & factis,in virtute ſignorũ & prodigiorum,in virtute ſpiritus ſancti.Sed Hiere.23.Nõ mittebam prophetas,& ipſi currebant:non loquebar ad illos,& ipſi prophetabant.Si ſtetiſſent in cõſilio meo,& nota feciſſent verba mea populo meo,auertiſſem vtiq; eos à via ſua mala,& à cogitationibus ſuis peſſimis.Ioh.10.Quotquot venerunt ante me,(non miſſi) fures ſunt & latrones.Fur non venit, niſi vt furetur, mactet,& perdat. Secundo, vitæ: quia in veſtimenris ouium,ſub prætextu iuſtitiæ euangelicæ.Nulla eñ falſitas inuenitur, quæ non aliqua veritate pallietur.2.Cor.11.Nam pſeupoapoſtoli ſunt operarij ſubdoli, tranſfigurantes ſe in apoſtolos Chriſti.Et non mirum.Ipſe eñ ſatanas tranſfigurat ſe in angelũ lucis.Non eſt ergo magnũ,ſi miniſtri eius tranſfigurentur velut miniſtri iuſtitiæ, quorũ finis erit ſecundũ opera ipſorum.Dominus iuſtos, oues nominat. Matth.25.Tertio,doctrinæ,nam intrinſecus lupi ſunt rapaces.2.Timo.3.Mali aũt homines & ſeducto res proficient in peius,errantes,& in errorem mittentes.Matth.22.Erratis, non intelligentes ſcripturas neq; virtutem dei.1.Timo.1.Finis aũt præcepti eſt charitas,de corde puro,& conſcientia bona,& fide non ficta.A quibus quidam aberrantes,conuerſi ſunt in vaniloquium,volentes eſſe legis doctores,non intelligentes neq; quæ loquuntur,neque de quibus affirmant.Cuius cauſa eſt,quia ſpiritu ſancto carent.Ioh.14.Ego rogabo patrem,& alium paracletũ dabit vobis,vt maneat vobiſcũ in æternum, ſpiritum veritatis, quẽ mundus non poteſt accipere,quia non videt eũ,nec ſcit eum.Habent aũt ſpiritũ erroris.3.Reg.22.Egrediar & ero ſpiritus mendax in ore omniũ prophetarũ eius.Et dixit dñs:Decipies & præualebis,egredere & fac.Hinc Acto.20.Attendite vobis & vniuerſo gregi,in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiam dei,quam acquiſiuit ſanguine ſuo.Ego ſcio quoniã intrabunt poſt diſceſſum meũ lupi rapaces in vos,nõ parcentes gregi.Et ex vobiſipſis exurgent viri loquentes peruerſa,vt abducant diſcipulos poſt ſe:propter quod vigilate.Rapiunt eñ veritatẽ ab intellectu,charitatẽ ab affectu,ſanctitatẽ ab effectu.Sic animas ab eccleſia & Chriſto ſecũ in æternũ rapiunt exitiũ.Ezech. 13.Væ prophetis inſipientibus,qui ſequuntur ſpiritũ ſuũ,& nihil vident.Quaſi vulpes in deſerto prophetæ tui Iſrael.Vident vana,& diuinant mendaciũ,dicentes,ait dominus, quũ dominus non miſerit eos,& perſeuerauerũt confirmare ſermonẽ.Væ qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus,& faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis ad capiendas animas.Et cũ caperent animas populi mei,viuificabant animas eorũ:& violabãt me ad populum meũ propter pugillũ hordei & fragmen panis,vt interficerent animas quæ non moriunt,& viuificarent animas quæ nõ viuunt,mentientes populo meo credẽti mendacijs.Chryſoſtomus:Catholici doctores,ſi peccatores fuerint,ſerui quidem carnis erunt,non tamen lupi rapaces,quia non habẽt propoſitũ perdere Chriſtianos.Quia autem plurimi bonos de malorum ingenijs exiſtimãt,vt omni eos excuſatione nudaret, intulit:A fructibus eorũ cognoſcetis eos.Non potes ergo dicere,circunuentus ſum atq; deceptus:ſiquidem manifeſtam tibi diſcretionem ex operibus oſtendit,& vt etiam diſcu teres eorum opera,præcepit,ne temere cuncta confunderes.Facile deprehendes ſimula tionis præſtigium,ſi propius inſpexeris non titulum aut veſtem,ſed ipſa facta,quæ produnt animum inſyncerum.Nam etſi quando bene docent,tamen hoc ipſum quod docent,non præſtant.Seneca:Nemo poteſt diu perſonam ferre fictam,ſed cito in naturam ſuam incidunt,quibus non ſubeſt veritas.

Nunquid colligunt de ſpinis vuas,aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fructus facit,mala autem arbor fructus malos facit.Non poteſt arbor bona malos fructus facere,neq; arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum,exciditur & in ignem mittitur. Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos. 2

Eſt ſuus cuiq; arbori peculiaris fœtus,qui ſapore prodit radicem. Chryſoſtomus:Sub ſpinis nullum animal requieſcit niſi ſerpentes,ita iuxta malos nemo pacem habet,ſed dæmones ibi habent cubilia.Vitis,Chriſtus:palmites,fideles,Iohan.15.qui vuas bonæ con-

uersationis ferunt. Sicut autem spina vel tribulus, quacũq; parte tangitur, pungit: sic iniquitate isti pleni sunt, quare euãgelicos fructus ferre non possunt. Iaco. 3. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amarã aquam? Nunquid potest fratres mei ficus vuas facere, aut vitis ficus? Sic neq; salsa dulcem potest facere aquam. Neq; eñ qui syncero est animo, potest non factis exprimere synceritatẽ affectus sui: neq; rursus qui vitiato est animo, potest ea præstare factis, quæ vere bonũ arguunt: tametsi præstigijs ac specie sanctimoniæ nonnunq̃ imponat incautis hominibus, certe deo non potest imponere. Arbori comparat hominem, eo q̃ potest à sterili peccato in virtutem inseri. Chrysostomus: Dominus non dixit, impossibile est malum ad bonum conuerti, nec bonũ negat in deterius posse labi, sed q̃diu malitiæ affixus est, non posse bonum fructum afferre. Proinde qui fucate boni sunt, dent operam, vt omisso fuco fiant boni. Nam si perseuerauerit in peruersa simulatione, metuat ne hoc patiatur à vindice deo, quod arbor infrugifera ab agricola suo. Exciditur. Mtth. 3. Iam securis ad radicem arboris posita est. Luc. 13. Arborem fici habebat quidam &c. Exciditur primo per deuitationem. Tit. 3. Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita, sciens q̃ subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit quum sit proprio iudicio condemnatus. Matth. 18. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Secundo, per mortem. Psal. 48. Diues cum interierit, non sumet omnia, neq; descendet cum illo gloria eius. Tertio, per æternam damnationem. Mat. 13. Exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum. Chrysostomus: Duæ sunt pœnæ, excidi, & in ignem mitti. Multi autem gehennam timent & horrent, ego autem casum illius gloriæ multo maiorem gehenna casum esse aio. Intolerabilis gehenna: verum si mille ponat quis gehennas, nihil tale dicit, quale est ab illa gloria beata excidere, odio Christi haberi, audire, non noui vos. Etenim decem millia fulmina melius est sustinere, q̃ faciem mansuetã videre auersam à nobis, & tranquillum illũ oculũ non ferentem videre nos. Si ergo peccatũ omissionis pœnam meretur æternã. Iohan. 15. Omnẽ palmitem in me non ferentem fructũ, tollet eum. Mat. 25. Discedite à me maledicti in ignẽ æternum: Esurijui, & nõ dedistis mihi mãducare, &c. peccatũ cõmissionis quid meretur? Vere, quantũ glorificauit se & in delicijs fuit, tantũ dabitur illi tormenti & luctus. Apoca. 18. Sap. 11. Per quæ quis peccat, per hæc & punietur. Quisquis igitur in regno dei aut nullum, aut fructũ edit sua professione indignũ, nisi resipuerit, in ignem æternum abijcietur. Secundũ Augustinum: Lupi à tribus cognoscuntur: Primũ est violentia, quia sanguine gaudet. Sic isti dissensionibus, sectis. Ro. 16. Rogo vos fratres, vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter doctrinã quã vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis. Huiuscemodi eñ domino nostro Iesu Christo non seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones seducunt corda innocentium. 1. Cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Secundũ, calumnia. Chrysostomus: Lupus tectus pelle ouina, per vocẽ cognoscitur & actũ. Ouis balat inclinata deorsum, lupus vlulat contra cælũ, hoc superbiæ, illud humilitatis est signũ. Ouis herbam manducat, lupus carnem. Sic isti contra deum & sanctos latrant. 2. Pet. 2. Fuerunt pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis: & eum qui emit eos, deum negant, superducentes sibi celerem perditionẽ, & multi sequentur eorũ luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur, & in auaritia de vobis fictis verbis negociabuntur, quibus iudiciũ iam olim non cessat, & perditio eorũ non dormitat. Tertium, impatientia. Lupus enim famis impatiens est. Quum enim propria spectent commoda, non dei honorem nec animarum salutem, cum cœperint hæc eadem aliquibus tentationibus illis subtrahi vel negari, quæ isto velamine vel consequuti sunt, vel consequi cupierunt, tunc necesse vt appareat vtrum lupus in ouilla sit pelle, an ouis in sua. Hæc Augustinus. Si ergo vitã & mores attentius obserues, inuenies eos sibi placentes, suis commodis vbiq; seruientes, elatos, vindices, inuidos, obtrectatores, gloriæ sitientes, nonnunq̃ & ventri deditos, & omnino suum negocium agentes potius, q̃ gregis & euangelij, quæ quasi ex diametro pugnant cum fructibus euangelicæ mentis.

Lupi quot modis cognoscũt.

¶ Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum.

Docet nos, si fidem absq; operibus habuerimus, nihil nobis eam profuturã: neq; enim titulus Christianum facit, sed vita: neq; protinus pro discipulis agnoscentur, qui religiosis verbis dixerint, domine domine, quum reipsa longe alijs dominis seruiant, mammonæ, ventri, ambitioni. Matth. 25. Nouissime veniunt & reliquæ vigines, dicẽtes: Domine dñe,

domine,aperi nobis.At ille respondens,ait:Amen amen dico vobis,nescio vos.Beda: Quid folia rectæ confessionis iactatis,qui bonos fructus nõ ostenditis? Iaco.2.Fides sine operibus mortua est.Gal.5.In Christo Iesu neq; circuncisio aliquid valet,neq; præputium,sed fides quæ per charitatẽ operatur.Quos igitur dignabor regno cælorum? Qui vere repudiũ miserunt terrenis cupiditatibus,& ex animo obtemperãt voluntati patris mei,cuius voluntatẽ ego vobis p ædico.Matth.3.&.17.Hic est filius meus dilectus,in quo mihi complacui:ipsum audite.Dicendo aũt,qui facit,& non,qui fecit semel,significauit q̃ is qui ad mortem vsq; perseuerauit.Luc.9.Nemo mittens manũ ad aratrum,& respiciens retro,aptus est regno dei.Matth.10.ac.24.Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit.1.Thess.4.Hæc est voluntas dei,sanctificatio vestra,vt abstineatis vos à fornicatione,vt sciat vnusquisq; vestrũ vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij,sicut & gentes quæ ignorant deũ.Vbiq; nos dominus ad plurimam conuersationis curam hortatur.Neq; ẽ accidit,vt homo honeste recteq; viuens, atq; ab omnibus vitijs liberatus,aliquando despiciatur à deo:sed & si aliquo errore teneatur,cito illum deus ad notitiam pertrahit veritatis.

Non est ẽ arbor bona,quæ facit fructus malos:neq; arbor mala faciẽs fructum bonũ.Vnaquæq; ẽ arbor de fructu suo cognoscitur.Neq; enim de spinis colligunt ficus,neq; de rubo vindemiant vuam. Luc.6 E

Ostendit non in verbis,sed in factis euangelicam consistere professionem.Arbor nãq; ad fructum ordinatur,quare non ex foliis æstimatur,sed fructibus.Fructus aũt ex radice succum suum tragit:qui si amarus est,non potest arbor fructum gignere suauem.Sin bonus,non potest arbor alium proferre fructum,q̃ suo succo respondentem.Dicitur homo arbor mala non natura,quæ bona à deo creata est.Gene.1.Vidit deus cuncta quæ fecerat,& erant valde bona.sed voluntate,quæ sicut arbor in terra,in anima radicatur,& est immediata potẽtia in opus.Si ergo malus est animus & corruptus,malum est quicquid inde proficiscitur:si syncerus,syncerũ est quicquid hinc nascitur. Suauissimus succus fidei & charitatis,fructũ fert euangelicum.Agnosce arborem euangelicam,quum fructus habes euangelio dignos,de quibus Gal.5.Fructus spiritus est charitas,gaudium,pax,patientia,benignitas,bonitas,longanimitas,mansuetudo,fides,modestia,continentia,castitas.Contra arborem malam,cuius radix amaro succo pharisaicæ superbiæ,liuoris & auaritiæ infecta est.Gala.5.Manifesta sunt opera carnis,quæ sunt:fornicatio,immunditia,impudicitia,luxuria,idolorũ seruitus,veneficia,inimicitiæ,contentiones,æmulationes,iræ,rixæ,dissensiones,sectæ,inuidiæ,homicidia,ebrietates,comessationes,& his simi lia:quæ prædico vobis,sicut prædixi,quoniam qui talia agunt,regnum dei non consequentur.Tam diu ergo bona arbor non facit fructus malos,q̃diu in bonitatis studio perseuerat.Matth.6.Si oculus tuus simplex fuerit,totum corpus tuũ lucidum erit.Et mala arbor tam diu manet in fructibus peccatorum,quàmdiu ad pœnitentiam non conuertitur.Nemo ẽ permanens in eo quod fuit,incipit esse quod cœperit.Sap.12.Erat ẽ naturalis malitia eorum.Sap.4.Fructus eorum inutilis & acerbi ad manducandum. Communiter arbor bona,& putris,& carie vitiata,folia habent similia:sed fructus dissimiles, per quos cognoscuntur.Non ergo te bonum credas,quia bonus prædicaris. Spinæ,secu li solicitudo,Lucæ.8.suffocantes verbum dei,ne fructum quidem faciat.2.Regum.23. Præuaricatores quasi spinæ euellentur vniuersi,quæ non tolluntur manibus:& si quis tangere voluerit eas,armabitur ferro & ligno lanceato:igneq; succensæ,comburentur vsque ad nihilum.Sic corda concupiscentiæ,inuidiæ,detractionis vel superbiæ aculeis plena,alijs insuauia sunt & intractabilia:virtutum exempla ac doctrinæ ministrare proximis non possunt.Ficus,vitæ cælestis dulcedinem:vua,diuinæ dilectionis signat fragrantiam.

Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonũ,& malus homo de malo thesauro profert malũ.Ex abundantia enim cordis os loquitur. 2

Thesaurus cordis,intentio est cogitationis,ex qua prouentũ operis internus arbiter iudicat.Est autem virtus,vt dicit Augustinus,habitus qua nullus male vti potest.Sicut ergo natura est operationum naturalium principium,ita virtutes & dona proferunt germina virtuosa.1.Cor.15.Plus omnibus laborauí:non ego autem,sed gratia dei mecum. Nullus autẽ vere bonus sine charitate,absq; qua nihil est homo in conspectu dei.1.Cor. 13.Hinc est vt plerunq; minora nonnulli maiori cælestis gratiæ mercede operentur,propter cordis intentionem,qua maiora vellent,si possent:& alij maiora virtutum opera

ostentantes, ob cordis incuriam tepidi, minora à domino præmia sortiantur. Vnde vidua duobus missis in donaria domini minutis, plus omnibus diuitibus dedisse, domino testę, dicitur Marc. 12. & Luc. 21. Sic malus interiori malitia, consuetudine praua & habitu vitioso, profert mala. Operatio enim arguit formam. Matth. 15. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia: hæc sunt quę coinquinant hominem. Hiere. 13. Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malũ. Si igitur in corde regnet atq; abundet virtus, gratia, charitas, ex ore prodeunt verba diuina, virtuosa & sancta: sin autem vanitas atq; peccatum, inania ac iniqua prodibunt. Matth. 12. Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui cum sitis mali? Cum autem voces sint notæ earũ quæ in animo sunt passionũ, sæpe humanum fallunt iudicium, quod cor proximi nescit nisi ex ore & opere pensare: dominus vero contrà, verba & opera ex cordis pensat radice. 1. Regum. 16. Homo videt ea quæ patent, deus autem intuetur cor. Hiere. 17. Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans cor & probans renes, qui do vnicuiq; iuxta viam suam, & iuxta fructum adinuentionum suarum. Illi ergo ex abundantia cordis os loquitur, qui ex qua intentione promantur verba, non ignorat.

Quid autem vocatis me, domine domine, & non facitis quæ dico?

Quorsum enim attinet, ꝙ me honoris gratia compellatis dominum, quum negligatis quæ præcipio? Obseruatio præceptorũ, arguit fidelem seruum, non honorifica compellatio. Luc. 12. Seruus sciens voluntatem domini, & non faciens, plagis vapulabit multis. Matth. 7. Multi dicent mihi in illa die, domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunquã noui vos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Ostendit fidem absq; operum sanctitate, etiam si fignis polleat, nihil profuturam ijs qui spiritu factis q; ipsius caruerint in illo die, quũ iam non humano iudicio, quod sæpe fallitur, sed diuino pro suis cuiq; meritis præmia designabuntur, & separabunt oues ab hœdis. Chrysostomus: In qua die? In illa, quãdo opera loquẽtur & ora tacebũt, quãdo non persona interrogatur, sed conscientia discutitur, & persona cõfunditur: vbi erũt testes non adulatores homines, sed angeli veraces. Tunc enim nec illa eis profutura, quæ nunc inter mortales diuinũ quiddam & homine maius præ se ferunt. Tum enim videtes iam æternam vitam paratam ijs, qui doctrinam euangelicam sequuti, se declararunt veros esse discipulos Christi: rursum, æternum supplicium ijs, qui ab horum consortio submouebũtur: multi metu territi, venient & agnosci iam cupient apud deum, quum apud homines simularint præcipuos quosdã & eximios Christi discipulos, euangelij præcones. Nonne in nomine tuo prophetauimus? Gratia enim per indignos efficax est, sicut per indignos sacerdotes sanctificamur. Hinc & Saul inter prophetas prophetico spiritu repletus est, 1. Reg. 10. Num & Saul inter prophetas? Et Caiphas, quũ esset summus pontifex, prophetauit ꝙ Iesus moriturus esset pro gente, Ioh. 11. & Iudas cum cæteris miracula fecit, Marc. 6. Sic non sequentes dominum, dæmonia eiiciebant, Luc. 9. & filij Sceuæ, Act. 19. Et in nomine tuo virtutes multas fecimus, atq; his factis nomen tuum illustrauimus. Tot ergo argumentis docuimus nos esse tuos, & non agnoscis nos? Tunc, licet modo dissimulem, Esa. 42. Tacui, semper silui, vt parturiens loquar. Psal. 2. Tunc loquetur ad illos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. confitebor illis: Profecto nunquã agnoui vos, ne tum quidem quũ ista faceretis. Cognitio pro charitatiua dilectione accipitur. Augustinus: Non nouit eos, apud quos fidei fuę & dilectionis characterem non inuenit. 2. Timo. 2. Nouit dominus qui sunt eius. Discedite à me nunc corpore & anima, qui corde & opere ante decessistis: & accedite illi cuius spiritum habuistis, cuius voluntati obtemperastis. Chrysostomus: Nõ dicit, qui operati estis iniquitatem, sed operamini: quia iniqui post mortem non desinent esse iniqui: nam etsi peccare non possunt, peccandi tamen voluntatem non amittunt.

Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam vobis cui similis sit. Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum supra petram. Inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & nõ potuit eam mouere. fundata enim erat super petram. Qui autem audit & non facit, similis est homini ædificanti domum suam su-

per

per terram ſine fundamento, in quam illiſus eſt fluuius: & continuo cecidit, & facta eſt ruina domus illius magna.

Quod eſt radix in arbore, id eſt, in ſtructura fundamentũ: & quod folia ſunt in arbore, hoc eſt, ædificij ſpecies, quæ foris cõtemplantibus adblanditur. Quemadmodũ ergo fructus arboris nõ poteſt eſſe generoſi ſaporis, niſi radix ſuccũ habeat generoſum: ita ſtructura quãuis foris magnifica & in altũ conſurgens, firma non erit, niſi firmo ſolidoq; fundamento nitatur. Quiſquis ergo fine delectu, Ro.2. Non eſt perſonarum acceptio apud deum. nam vult omnes homines ſaluos fieri, & ad cognitionẽ veritatis venire, 1. Timo.2 venit ad me per fidẽ, Heb.11. Accedentẽ ad deũ oportet credere quia eſt, & inquirentiũ ſe remunerator ſit, Iaco.4. Appropinquate deo, & appropinquabit vobis. & audit ſermones meos, Mat.7. nec audit verba mea hæc tantũ, ſed in intimos affectus ſuos dimittit, vt factis exprimat q̃d didicit. Ro.2. Non auditores legis iuſti ſunt apud deũ, ſed factores legis iuſtificabuntur. Iaco.1. Eſtote factores verbi, & nõ auditores tantũ: quia ſi quis auditor eſt verbi, & non factor, hic comparabitur viro conſideranti vultũ natiuitatis ſuæ, in ſpeculo. Conſiderauit em̃ ſe, & abiit, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. Hinc Lucæ.8. Qui habet aures audiendi, audiat. Pſal.84. Audiam quid loquatur in me dñs deus, qm̃ loquetur pacem in plebem ſuam. Nota duplex opus. Internum. Ioh.6. Hoc eſt opus dei, vt credatis in illum quem miſit ille. Alterũ externum, ex interiori proficiſcens per dilectionem. Gal.5. In Chriſto Ieſu neq; circunciſio valet aliquid, neq; p̃putiũ, ſed fides quæ per charitatẽ operatur. Ordinatur em̃ verbi dei auditio ad operari. Iaco.4. Scienti bonum & non facienti, peccatũ eſt illi. Aſſimilatur viro prouido. Quemadmodũ talis ædificator prudẽter egit ac fructuoſe, nec damnũ paſſus eſt, ita is cuius animus fixus eſt in doctrina promiſſisq; Chriſti, à ſolo deo præmiũ expectans recte factorũ, is aduerſus omnes malorũ iniurias, aduerſus impiorũ atrociſſimas perſequutiones, aduerſus hæreticorũ inſidias & inſultus, deniq; aduerſus omnes machinas ſatanæ, aduerſus mortem ipſam ſtabit inconcuſſus infractusq;, vſq; in diem illum, quũ perſeuerantia victrix malorum ſuam feret coronã. Iaco.1. Beatus vir qui ſuffert tentationẽ: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quã repromiſit deus diligentibus ſe. Mat.7. Deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domũ illam, & non cecidit. Tribus modis inundatio tentationũ fideles impugnat. Nam à ſua concupiſcentia tentatur quiſq; abſtractus & illectus, Iaco.1. Vel falſorũ fratrum improbitate fatigatur, vel externorũ aperrtioribus impetitur inſidijs. Quæ tentamenta dominus Matth.16. portas inferi nominat: quia nimirũ, ſi vicerint, in æternũ pertrahunt interitum. Oſee.4. Maledictũ & mendaciũ & homicidium, furtũ & adulterium inundauerunt. Chryſoſtomus: Chriſtianũ qui ſe ædificat ſuper Chriſtum, nulla res eruere poteſt. Nam quaſi in altum fodiendo, ſuam vigilanter conſcientiam diſcutit: ne quid in ea ſordidum lateat, ſolerter inquirit: cunctas à fundo cordis ſuperuacuorum cogitatuum latebras manu ſedulæ diſcretionis exhaurit, quatenus in ſe firmam quietamq; fidem petræ illi, id eſt, Chriſto præparet, ficq; vt per eius præſentiam inſuperabilis, inter ſeculi terrentis aduerſa, & proſpera blandientis perduret. Sicut em̃ Chriſtus variis hominũ perſonis vnam eccleſiam cõſtituit, erudit, & gubernat, in vitam producturus æternã. Ephe.4. Et ipſe dedit quoſdam quidem apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios vero euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores, ad cõſummationem ſanctorũ, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in vnitate fidei & agnitionis filij dei in virum perfectũ, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circunuentionẽ erroris: veritatẽ autem facientes, in charitate creſcamus in illo per omnia qui eſt caput Chriſtus. Sic bonus auditor variis virtutibus, ſupernam ſibi manſionem ædificat, in futuro cũ Chriſto lætaturus. Hinc Gloſ. ſuper illud Hebr.11. Fides eſt ſperandarũ ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium, hoc eſt, ſubſtans fundamentũ in ſpirituali ædificio. 1. Cor.3. Dei ædificatio eſtis. Ephe.2. Non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorũ & domeſtici dei, ſuperædificati ſuper fundamentum apoſtolorũ & prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templũ ſanctum in dño, in quo & vos coædificamini in tabernaculum dei in ſpiritu ſancto. 1. Cor.3. Fundamentũ aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitũ eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. 1. Cor.10. Petra aũt erat Chriſtus. 1. Pet.2. Ad quẽ accedentes lapidẽ viuũ, ab hominibus quidem reprobatũ, à deo aũt electum & honorificatum, & ipſi tanq̃ lapides viui ſuperædificamini domos ſpiritales. Et ſicut diabolus obedientes ſibi de cælis ad terrena &

Opus duplex.

peccata trahit, vbi non est fundamentũ, quia malum est sine substantia, & semper ad deteriorora præcipitat, sic malus auditor, siue sit initiatus mysterijs Christi, siue ex toto alienus à Christo, quasi in puteum sine fundo præcipitatus, non inuenit vbi se retineat, sed quũ venerit in profundũ malorũ, contemnit, Prou. 18. Matth. 7. Et omnis qui audit verba mea hæc, & nõ facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificat domũ suam super arenam, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domũ illã, & cecidit: & facta est ruina illius magna. Chrysostomus: Frequenter mirantur homines, q̃ quidã aut promissionibus flexi, aut terroribus fracti, aut persuasionibus falsorũ doctorum circunuenti, relinquunt fidei veritatẽ, & ad mendaciũ infidelitatis transmigrant. Quod si vel vnã hanc Christi sententiam caute intelligeremus & recordaremur, nunq̃ de perditione talium stuperemus. Quomodo em̃ permaneat apud deũ, qui nunq̃ stetit in Christo? Aut quomodo illũ teneat veritas, qui nunq̃ tenuit veritatem? Aut quomodo seruet eum iustitia, qui iustitiam non seruat? Quia si supra petram fidei, & non potius sup arenam perfidiæ & leuitatis consisterent, labefactari nunq̃ potuissent. Sed quia intentionem suam super ista transitoria, carnalia & caduca, in quibus nulla est stabilitas vera, posuerunt, fundamento carentes virtutũ, ideo ruina facta est magna. Corruens em̃ per peccatum anima, spiritualiter moritur. Sap. 16. Homo per malitiam occidit animam suã, ab altitudine charitatis & gratiæ p̃cipitatur, in vitiorũ voraginẽ mergitur, felicitate quoq; priuatur cælesti, ac calamitate obruitur æterna & infernali. Magna est ruina eorum qui audiunt & non faciunt. Seruus qui non nouit voluntatem domini, & fecit digna plagis, vapulabit paucis, Luc. 12. Hieronymus: Super hoc fundamentum stabile & firmũ, & per se robusta mole fundatum, ædificatur ecclesia, quod architectus posuit apostolus, quod est dominus Iesus Christus, 1. Cor. 3. Super arenam vero quæ fluida est, & coaugmentari non potest, nec in vnam copulam redigi, omnis hæreticorum sermo ad hoc ædificatur vt corruat.

Et factum est cum consummasset Iesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius. Erat autem docens eos sicut potestatem habens, & non sicut scribæ eorum & pharisæi.

Attoniti facti sunt & stupore perculsi, non principes, sed plebs innocua mirabatur, nõ facundiam verborum, sed libertatem maiorem q̃ prophetæ habebant, qui dicebant, hæc dicit dominus: Christus vero dicebat, Ego dico vobis. Nam & vigor quidam doctrinæ perfectæ, ac genuina quædam veritatis vis afflabat docilem ac simplicem multitudinem, nihil expertam simile in suis scribis ac pharisæis, qui sibi autoritatem vindicabant. Nam & miraculis testatus est, quid possit factis.

## ¶De leproso sanato, Matth. 8. Marc. 1. Luc. 5

## ARTICVLVS XXVII.

Matth. 8 F

CVm autem descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eũ turbæ multæ. Et ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicẽs: Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens: Volo, mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus: Vide nemini dixeris, sed vade, ostende te sacerdoti, & offer munus tuum quod præcepit Moses in testimonium illis.

Quantum simplex & vera apud deum valeat fides, ostendit: quoniam doctrina euangelica humanæ rationis transcendit facultatem, neq; argumẽtis humanis probabilis est, ideo miraculis confirmatur. Ioh. 10. Opera quæ dedit mihi pater vt faciam, ipsa opera testimonium perhibent de me. Hieronymus: Post prædicationem atq; doctrinam, signorum offertur occasio, vt per virtutum opera præteritus apud audientes sermo firmetur. Facile pondus apud nos illius habet oratio, quẽ in factis conspicimus potentem. Ergo quũ Iesus relicto monte venisset in planitiem, hinc atq; inde variæ hominum cateruæ ad illum confluebant, quo miracula per eum edenda, plures haberent testes. Origenes: Docẽte domino in monte, discipuli veniunt ad eum tanquã alacres, sicut domestici sicut proximi, sicut amici, sicut fratres, quibus dñs ait Mat. 5. Vos estis lux mũdi. Sed descendente de monte, secutæ sunt turbæ, quæ in montẽ ascendere nõ potuerunt, vt pigri, negligen-

negligẽtes & imperfecti. Sic modo vigilantes animæ, alacres & fideles, deum timentes & diligentes, regna cæleſtia deſiderantes, dominum ſemper ſequẽtes, poſt dominum in illum cæleſtem montem aſcendunt. Coloſſ. 3. Quæ ſurſum ſunt, quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens: quæ ſurſum ſunt, ſapite, non quæ ſuper terram. Secuti ſunt autem, non eadem mentis deuotione. Nam quidam ob doctrinæ ſanctitatem, quidam propter curioſitatem, vt noua audirent, & inſolita viderent. Alij malignitate, vt obſeruarent: nonnulli neceſſitate, vt curarentur, velut hic, Lucæ. 5. Et factum eſt, quum eſſet in vna ciuitatum, egrediendo vel ingrediendo. Erat enim hoc hominum genus ſic abominabile apud Iudæos, vt procul ſubmoueretur ab hominum conſortio, ac lex vetaret contingi. Leuit. 13. Et ecce vir plenus lepra, videns Ieſum, procidit in faciem ſuam. Marc. 1. Et genuflexo, dixit. Chryſoſtomus: Non illum petebat vt hominem artificẽ, ſed adorabat vt deum omnipotentem, humiliter adorans, & ordinabiliter poſtulans, typo quodam docturus, eos qui lepra laborarent animorum, quæ fœdior eſt ac deteſtabilior quàm corporis, vnde & qua fide deberẽt remedium petere. Pudorẽ adimebat ſalutis amor, fiduciam addebat Ieſu iam ſpectata in omnes benignitas, ſpem faciebant tot aliorum exempla, qui ſani domũ redierant. Sui ergo pudens, proſtrauit ſe in faciem, ac vocem emiſit modeſtiæ ſimul & iuſtitiæ & fiduciæ plenam. Domine, ſi vis, po. &c. Non potuit erga dominum plenior eſſe fiducia, q̃ agnita poteſtate, beneficij conferẽdi arbitrium illi deferre, qui nouit aliquoties expedire nobis, vt malis corporis affligamur, & inutilem eſſe rerum tẽporalium ſucceſſum. Hieronymus: Qui voluntatẽ rogat, de virtute non dubitat. Non dicit, ſi deum obſecraueris, curabis me, ſed ſi velis. Voluntas tua opus eſt, Pſal. 29. Vita in voluntate eius. Roma. 9. Voluntati eius quis reſiſtit? Sapiæ. 12. Subeſt enim tibi cum volueris, poſſe. Et. 16. Vitæ & mortis habes imperium. Orig. Dominum eum facit, & poteſtatẽ vniuerſorum ei tribuit. Petitio relata in voluntatem rogati, nullas patitur calumnias, reprehenſione caret, omnibus licita eſt. Si non admittitur, iuſte tamen porrigitur, ſic omnibus petere licitum eſt. At Ieſus boni paſtoris exhibens imaginem, delectatus hominis fide cum tanta modeſtia coniuncta, qui non auſus ſit petere vt mundaretur, niſi vellet ipſe qui nouit quid cuique ſit expediat, ſed tamen non dubitat poſſe ſi vellet, non auerſatus eſt impurum, Marc. 1. Ieſus autem miſertus eius, extendit manum ſuam: & tangens eum, ait: Volo, mundare, quo ſimul & voluntatis ſuæ bonitatem, & potentiæ ſuæ magnitudinem declararet. Tactus leproſi lege prohibitus fuit, Leuit. 19. Sed non ei qui mundare poterat, ſicut & mortui. Hinc & mortuum tetigit Helias. 3. Regum. 17. Et Heliſeus. 4. Regum. 4. Tetigit ergo, vt oſtenderet omnia munda mundis. Titũ. 1. Et vt humilitatem demonſtraret, docens nos nullum ſpernere, nullum contemptibilem ducere propter corporis læſionem aut maculationem, quæ à domino immittitur, cuius ipſe nouit cauſam, & quo ſe dominum legis oſtenderet, ac quod ſancta eius caro ſanctificationem communicet. Quamuis enim ſolo imperio curare potuiſſet, frequenter tamen curandis manum impoſuit, vel aliud quippiam circa ipſos egit, quo oſtenderet nos non ſolum per diuinitatis potentiam, ſed & per incarnationis myſterium redimendos. Fuit enim contactus ipſius virtuoſus. Luc. 6. Omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Matth. 6. Quotquot tangebant eum, ſalui fiebant de quacunque infirmitate. Sic mulier ſanguiflua, Matth. 9. Item vt nobis fiduciam accedendi ad ipſum daret, & omnem occaſionem trepidationis tolleret, Matth. 1. Et cum dixiſſet, ſtatim diſceſſit ab eo lepra, & mundatus eſt. Secundum Chryſoſtomum: q. d. Citius mundatus eſt, quàm dici poſſit. Quia ipſe dixit, & facta ſunt, Pſal. 148. Eo ſanauit modo, quo leproſus fuerat deprecatus. Leproſus dixit. Si vis: Reſpõdit dominus, Volo. Item potes, ait, mundus eſto, & ſic verbo & tactu mundiſſimæ ſuę carnis ſanauit. Ecce quanta promptitudo diuinæ clementiæ. Sanat enim integraliter totum hominem. Deutero. 32. Dei perfecta ſunt opera. Auguſtinus. Nunquàm dominus aliquẽ ſanauit quem non omnino liberaret, quia corpus ab infirmitate, animam à peccati contagione, indicans pœnitẽtem de omnibus oportere pœnitere. Secundo, celeriter, quàm primum inuenit nos diſpoſitos, ſanat, Eſa. 38. Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſq; induc in domum tuam: quum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur. Auguſtinus: Tardius deo videtur veniam dare, quàm peccatori accipere. Sic enim feſtinat reum à tormẽto conſcientiæ abſoluere, quaſi plus eum cruciet cõpaſſio miſeri, quàm miſerum paſſio ſua. Tertio faciliter, ſolo verbo, quia omnipotens. Matth. 8. Dic verbo, & ſanabitur puer meus. Auguſtinus: Multi & magni ſunt domine languores mei, ſed amplior eſt tua medicina. Pſal. 40. Sana animam meam, quia peccaui tibi, Hier. 7. Sana me dñe, & ſanabor: ſaluum me fac, & ſaluus ero: q̃a laus mea tu es, Pſal. 29. Domine, clamaui ad te, & ſanaſti me.

Quotupliciter dñs ſanet.

Conſolatoria & aurea ſentẽtia.

Sed sunt qui eius medicinam contemnunt. Prouer. 29. Viro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur. Mar. 1. Et cõminatus est ei, statimq; eiecit illum, & dicit ei: Vide nemini dixeris: sed vade, ostende te
2 principi sacerdotum, & offer pro emundatione tua, quæ præcepit Moses, in testimonium illis. Chrysostomus: Non simpliciter prohibet, sed ne, antequã sacerdoti se ostendat, alicui reuelaret, ne sacerdotes ob odium lepræ & Christi, eum quasi leprosum repellerent. Lex enim lepræ iudicium deferebat ad sacerdotes, Leuit. 13. Hieronymus: Mittit ad sacerdotes propter humilitatem, vt sacerdotibus deferat honorem, quibus lex iubet munera offerri. Leuit. 14. Secundo, ne legem videretur infringere. Tertio, quo maior fides esset miraculo, simulq; eriperetur ansa calumniandi sacerdotibus, q̃ sibi vindicaret autoritatem iudicandi de lepra, & ad se trahere cuperet lucrũ, quod ex mundatis à lepra soleat ad ipsos redire. Et vt tanto miraculo moti crederent, vel si non crederent, essent inexcusabiles. Ac ne post calumniam leproso struerent, qui se turbæ admiscuerit: & Christo, qui non potuerit veram præstare sanitatem. Porro, quod interdixit mundato, ne cui prædicaret quid accidisset, quum sciret non esse taciturum, Marc. 1. Et egressus cœpit prædicare & diffamare sermonem, ita vt iam non posset manifeste introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis esse, & conueniebant ad eum vndiq;. Luc. 5. Perambulabat autem magis sermo de illo, & conueniebant turbæ multæ vt audirent, & curarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autem secedebat in desertum, & orabat. Suis parauit exemplum, ne quam ex benefactis auram gloriæ venentur apud homines, licet deceat eum qui beneficio affectus est, gratum esse & officiosum, etiam si non indigeat qui bene meruit. Nec enim nostra sunt quæ deus per nos operatur. Felicius autẽ sequitur gloria fugientẽ, & speciosior contingit non affectata. Ex huiusmodi mirabilius factis indies magis ac magis inclarescebat dñi Iesu fama, dum alij quod viderant & audierant, narrant alijs. Itaq; confluebant vndiq; turbæ multitudinis indies confertiores, partim vt audirent efficacẽ illam doctrinam quæ sanat morbos animorũ, partim, vt qui morbis corporũ essent obnoxij, virtute Iesu sanarentur. Iesus autẽ facto suo docens opera bona nec ad ostentationẽ theatricam, nec ad satietatẽ esse facienda, subduxit se in desertum, atq; illic semotus ab hominum frequentia, p̃cationibus vacabat, gratias agẽs deo patri pro beneficijs quæ per filium suum largiretur hominibus. Siquidem hac vicissitudine fit, vt primum intermissio beneficij excludat satietatẽ, & excitet appetentiam, deinde qui secessit ad hominibus ad diuinum colloquium, non ad otium lusus, voluptatẽ, sed lectionẽ sacrorũ librorũ, ad precationem puram, ad gratiarũ actionẽ, contemplationem rerum cælestium deniq; ad expurgationẽ animi, si quid forte labis contractum est ex populari conuictu, instructior redeat, atq; alacrior ad munus intermissum. Pastoris assiduus cum populo conuictus, plerunq; gignit contemptum: & prodesse non potest, qui se perpetuo subducit ab hominum commercio. Admonemur hic, vt dona nostra & munera non teneamus apud nos, sed domino reddamus, maxime quum à periculis liberamur. Optima quippe beneficiorũ custos, est ipa beneficiorũ memoria, & perpetua gr̃arũ confessio: & q̃ non est vllum vitium tam fœdum, tam capitale, quod non ilico condonet agnoscẽti morbum suum, & per fidẽ euangelicam imploranti remedium à cælesti medico Iesu. Hieronymus: Lepra nostra peccatum primi hominis est, quæ à capite cœpit, quando regna mũdi desiderauit. Radix enim omnium malorũ est cupiditas. 1. Timo. 6. Vnde Giezi auaritiam secutus, lepra suffunditur. 4. Reg. 5. quæ sacerdoti vero secundum ordinem Melchisedech, Heb. 7. ostensa oblatione mundat, dicente, Luc. 11. Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Signat ergo lepra p̃ctm̃, quia contagiosum. Prouer.
Lepra q̃t & quæ fignet 13. Qui cum sapientibus graditur, sapiẽs erit: amicus stultorũ, similis efficietur. Eccl. 13. Qui tetigerit picẽ, inquinabit ab ea: & qui cõmunicauerit superbo, induet superbiam. 1. Cor. 5. Modicum fermẽti totam massam corrumpit. 1. Cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Separatiuum. Num̃. 5. Præcipe filijs Israel, vt eijciant de castris omnem leprosum. Sic angelus è cælo. Luc. 10. Videbam satanam tanq̃ fulgur de cælo cadentẽ, Esa. 14. Quomodo cecidisti Lucifer qui mane oriebaris? Homo è paradiso. Gene. 3. Emisit eum dominus de paradiso voluptatis, vt operaret terram de qua sumptus est. Psal. 118. Longe à peccatoribus salus. Esa. 59. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & deum vestrũ, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret. Finaliter in leprosorium inferni detrudet. Matth. 13. Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorũ, & mittent eos in camitum ignis. Irremediabile via humana. 4. Regũ. 5. Nunquid deus ego sum, (ait rex Israel) vt occidere possim & viuificare, quia iste misit ad me vt curem hominẽ à lepra sua? Esa. 43. Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor? Lucæ. 5. Quis enim potest peccata dimittere, nisi solus deus?

Hinc ipse

Hinc ipse suis potestatē fecit remittendi peccata. Iohan.20. Accipite spiritum sanctum, quorꝝ remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorꝝ retinueritis, retēta sunt. Ideo Eccī.21. Quasi à facie colubri fuge peccata: & si accesseris ad illa, suscipiēt te. Dentes leonis dentes eius, interficiētes animas hominū. Fili, peccastiˢ ne adiȷcias iterꝝ, sed & de pristinis depcare, vt tibi dimittantˇ. Psalˇ.50. Cor mundū crea in me deus. Apo.21. Nihil immundū aut coinquinatum intrabit in illam, aut abominationē faciēs & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitæ agni. Habemus hic formam curationis. Venit enim sine procrastinatione. Eccī.5. Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. Psalˇ.33. Accedite ad eum & illuminamini, & facies vestræ nō confundētur. Procidit cum humiliatione. Eccī. 35. Oratio humiliantis se nubes penetrat. Iudith.9. Nec superbi ab initio placuerūt tibi, sed humilium & mansuetorꝝ semper tibi placuit deprecatio. Petiȷt cum firma fide. Marci.11. Quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis.

¶De seruo Centurionis, Matth. VIII. Luc. VII.

## ARTICVLVS XXVIII.

CVm autem implesset omnia verba sua ad aures plebis, intrauit Capernaum. Cum autem introisset Capernaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus: Ego veniam, & curabo eum. Et respondens Centurio, ait: Dñe non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alio, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Luc. 7 Matth. 8 G

Militesro mani quā & cur Iudęis inuisi

Postquàm Iudæos facto docuisset synceritatē fidei facillimam esse viam ad salutem, ita mox in Centurione docet ne gētibus quidem esse præclusam, si modo adsit fides euangelio digna. Centurio officij nomen, non personæ: quia à Romanis præfectus illic positus fuerat, quibus tunc illa subiecta erat. Vnde Iohan.19. dixerunt: Non habemus regem nisi Cæsarē, quod hominum genus duobus noībus execrabant Iudæi: primū, ꝙ sint incircūcisi, & à lege Mosaica alieni: deinde, ꝙ vitæ genus infame sit vulgo. At Iesus nec hūc auersatus est, qui venerat sanandis omnibus. Orig. Accessit alienigena generatione, sed domesticus corde: alienus natione, sed proximus fide: princeps militum, sed socius angelorꝝ, rogans eum per seniores Iudæorꝝ, Lucę.7. Centurionis autē cuiusdam seruus male habens, erat moriturus, qui erat illi pretiosus. Ea res discruciabat animū hominis, non æstimantis eum ex conditione, sed ex fide & synceritate morum, & quorundam hominum interim inhumanitatē arguētis, qui seruos suos nō alio hñt loco, q̄ equos & boues. Hinc ait: Puer meus, quē vnice diligo, iacet in domo mea, non in aliena, & grauiter torquet. Est aūt hoc morbi genus, vt periculosum & molestum, ita non temere cedens arti curæ ꝙ medicorꝝ. Chrysostomus: Infirmitatem exponit, sed remedium in potestate eius, qui dicit & fiunt, relinquit. Lucæ septimo: Et cum audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorum, rogans eum, vt veniret, & sanaret seruum eius. At illi quum venissent ad Iesum, rogabant eum solicite, dicentes ei: Quia dignus est vt hoc illi præstes. Diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis. Iesus autem ibat cum illis. Pudoris erat, non diffidentiæ, ꝙ per alios dominum interpellat, quia ethnicus & militaris erat ordinis. 2. Cor.6. Quæ em̄ conuētio luci ad tenebras? Luc.7. Et cum iam nō longe essent à domo, misit ad eum Centurio amicos, dicens: Domine, noli vexari. Non enim sum dignus vt intres sub tectum meum: propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus, vt venirem ad te. Iesus vt ostenderet apud se nullam esse vilem personam, quæ fide commendaretur, ibat eo quo vocabatur. Centurio hoc sentiens, per amicos ait: Noli, plus prę stat tua benignitas q̄ audebam petere. Iudæus non sum, Centurio sum, duplici nomine Iudæis abominandus, & ob id indignus cuius tectum subeas. De seruo tantum agitur, cui periclitanti salutē precor. Eam tu verbo prę stare potes. Beda: Magna fides, qui credis dicere esse facere. Hanc fidē partim auditu, Ro.10. Fides ex auditu, partim inspiratione concepit. 1. Corꝝ.12. Alij fides in eodē spiritu. Prudenter probat corporalē dñi præsentiam non necessariam, cuius diuinitatis operationē vbiq̄ credit præsentem. Ex meipso, inquit, facio coniecturam. Si mihi peccatori & abiecto homuncioni, ac alteri subiecto, sic obediunt mei, quā-

mei, quanto magis tuis iussis qui nulli subiectus es, obedient tui? Quo ostendit, dominum non tãtum per aduẽtum corporis, sed & per angelorũ ministeria posse implere qd vellet, & sua autoritate imperare morti & morbis, vt recedant: & vitæ ac sanitati, vt veniant.

2 Audiens autem Iesus, miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraam, Isaac, & Iacob in regno cælorum. Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Dixit autem Iesus centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora.

Lucæ. 7. Et reuersi, qui missi fuerant, domũ, inuenerunt seruum qui languerat, sanum. Verisimile est, principio ipsum alios misisse, vt Lucas dicit: postea vero periculo crescente, per se accessisse. Gregorius: Dominus ad filium reguli, rogatus ire noluit, ne diuitias honorare videretur: ad seruilem conditionem, ne spernere videretur, vltro venire consensit: & qui verbo curare potuit, propter humilitatem visitare dignatur: & tamen in medio itinere verbo sanat, ne non propter humilitatem, sed impotentiam virium corporaliter ire videretur. Ir quo superbia nostra retunditur, qui in hominibus non naturam qua ad imaginẽ dei facti sunt, sed diuitias & honores veneramur, Iaco. 2. Fratres, nolite in personarũ acceptione habere fidem dñi nostri Iesu Christi gloriæ. Etenim si introierit in conuentũ vestrum vir annulum aureum habens in veste candida, introierit autem & pauper in sordido habitu, & intendatis in eum qui indutus est veste præclara, & dixeritis ei. Tu sede hic bene, pauperi autem dicatis. Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum, nonne iudicatis apud vosmetipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarum? Audite fratres dilectissimi: Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni quod repromisit deus diligentibus se? Vos autem exhonorastis pauperem. Dominus ergo sermone hominis, qui plenus erat affectus erga seruum, & modestæ opinionis de seipso ac admirabills fidutię erga dominum, delectatus substitit: admirantis speciem præ se tulit, non q̃ ignoraret hominis fidem, sed vt omnibus admirabilem redderet. Digna enim viri fides quam admiremur & imitemur, & quasi exprobraturus Iudæis, qui sequebantur, incredulitatẽ suam, tantam fidem in Israel se non inuenisse testatus est, quantam in hoc alienigena, qui nec legem nec prophetas habebat. Non q̃ in deipara, in Ioseph diumorum per angelos conscio, in Iohanne Baptista, Simeone, ac similibus non fuerit maior, sed q̃d dicitur de ijs qui sanandorum languorum gratia ad dominum conueniebant. Orig. Atten de quantum & quale sit quod dei filius admiratur: aurum, diuitiæ, regna, principatus in cõspectu eius sunt vt vmbra, nihil horum in conspectu dei admirabile est aut precio sum, sed tantum fidem admiratur, magnificat, acceptat. Vndiq; venient, quos vos vt alienigenas abominamini: per fidem irrumpentes recumbent cum Abraam, Isaac, & Iacob, quos ob fidem euangelicam profilijs agnoscent, & adhibebunt suæ mensæ, consortes æternæ felicitatis. O dulcissimi conuiuij vnanimis conuentio, hilaris congregatio, recumbent, requiescent, epulabũtur, Luc. 22. Ego dispono vobis, sicut dispositit mihi pater meus, regnum, vt edatis & bibatis super mensam meã in regno meo. Hos tres nominat, quia ipsis principaliter de terra promissionis repromissio facta fuit, quæ figura fuit patriæ cęlestis, Heb. 11. Et vt se nõ cõtrariũ legi oñderet. Multi, dicit. Nõ em̃ oẽs credũt euãgelio, Ro. 10. Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines terrę verba eorũ. Iohã. 10. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere. Filij autem regni iuxta carnis cognationem & præsumptionem, de quibus Deutero no. 32. Peccauerunt ei & non filij eius in sordibus. Esaiæ. 1. Filios enutriui, ipsi autem spreuerunt me, ob incredulitatem non solum non recipientur ad felix illud conuiuiũ, sed expellentur ad pœnas externas, qui lucem oblatam prius cernere noluerunt: tibi dabunt pœnas diffidentiæ suæ, flentes, ac stridentes dentibus suis, sero iam intelligentes, à quanta beatitudine per suam malitiam exciderint, & dolorem acuet liuor, quum videbunt alienigenas ad felicitatem & honorẽ ipsis promissum, admissos. Hinc Iohãnes ait Mat. 3. Ne velitis dicere intra vos, patrẽ habemus Abraam. Dico enim vobis, quoniam potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abraæ. Gre. Tenebræ interiores, cęcitas mentis: exteriores, nox æternę dãnatiõis. Rab. Fletus de ardore, stridor dentium de nimio frigore. Hiero. Si fletus oculorũ est, & stridor dentium, vera est ergo corpis & eorundem membrorũ quæ ceciderant, resurrectio. Conscientia arguente, dentibus stridebunt tam breui voluptate gaudia se amisisse æterna.

Magnitudo fidei cẽturionis q̃ intelligẽda.

Psal. 111.

Psal.111. Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet, desiderium peccatorum peribit. Quo sermoni dominus fidem astrueret miraculo, versus ad Centurionem, ait: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi! Rab. Fidei meritum, ostendit salutem impetrasse seruo. Nam erat fides per charitatem operans, quæ aliquid est apud deum, Gal.5. Vnde pro salute obsecrabat. Cordialiter. Chrysostomus: Pro se orare, naturæ est: pro alijs vero, gratiæ: pro se orare, rei necessitas cogit: pro altero autem, charitas fraternitatis hortatur. Vnum enim corpus sumus in Christo Iesu, singuli autem alter alterius membra, Roma.12. Habentes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes. 1. Corinth.12. Etenim in vno spiritu omnes nos in vnũ corpus baptizati sumus. Et si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: siue glorificatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Vos aũt estis corpus Christi & membra de membro, Eph.5. Nemo vnquàm carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet eam, sicut & Christus ecclesiam, qa mẽbra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Hinc legimus nedum mẽbra, quemadmodum in natura. 1. Cor.12. Sed & caput pro membris solicitum. Hebræ.9. Non enim in manufacta sancta Iesus introiuit exemplaria verorum, sed in ipsum cælum, vt appareat vultui dei pro nobis, Roma.8. Christus Iesus qui mortuus est, imo qui resurrexit, qui est ad dexteram dei, qui etiam interpellat pro nobis. 1. Iohan.2. Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustũ. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: & non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mũdi. Quid autem de spiritu sancto? Galat.4. Quoniam autem estis filij dei, dedit deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem, abba pater. Roma.8. Similiter autem & spiritus adiuuat infirmitatem nostrã. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus, sed ipse spũs postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutator corda deus, scit quid desideret spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis. Hinc & angeli pro nobis interpellant diuinam clementiam, Zacha.1. Respondit angelus domini, & dixit: Domine exercituum, vsquequo tu non misereberis Hierusalem & vrbium Iuda, quibus iratus es? & respondit dominus angelo qui loquebatur in me, verba bona, verba consolatoria. Tob.12. Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, ego obtuli orationem tuam domino. Iob.33. Si fuerit pro eo angelus loquens vnus ex millibus, vt annuntiet hominis æquitatem, miserebitur eius, & dicet, libera eum, vt nõ descendat in corruptionem, inueni in quo ei propicier. Sic & sancti apud deum perfectius feliciusq; quàm hic viuentes. 2. Macha.15. Hic est fratrum amator & populi Israel, hic est qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate Hieremias propheta dei. Verba sunt Oniæ summi sacerdotis, Iudæ apparentis. Perspicuum est, deum ob merita defunctorum benefacere viuentibus. Hinc Gene.26. Noli timere, ait dominus Isaac, quia ego tecum sum. Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum propter seruum meum Abraam. 3. Regum.11. Ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. (verba sunt Ahiæ prophetæ ad Hieroboam.) Porro vna tribus remanebit ei propter seruum meum Dauid, Hierusalem quam elegi, eo quod dereliquerit me, & adorauerit deos alienos, & non ambulauerit in vijs meis, vt faceret iustitiam coram me, & præcepta mea & iudicia, sicut Dauid pater eius. Nec auferam oẽ regnum de manu eius, sed ducem ponam eum cunctis diebus vitæ suæ propter Dauid seruum meum quem elegi, qui custodiuit mandata mea & præcepta mea. Vnde & per merita patrum implorabant auxilium & beneficium à deo, Exod.32. Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abraam, Isaac, & Israel seruoꝝ tuorum, quibus iurasti dicens: Multiplicabo semen vestrum, sicut stellas cæli, & vniuersam terram hãc de qua locutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eã. Placatusq; est dñs ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populum suum, scilicet q eos deleret ob vituli adoration em. Gene.48. Benedixit Iacob filijs Ioseph, & ait: Deus, in cuius conspectu ambulauerunt pres mei, Abraã & Isaac: deus, qui pascit me ab adolescentia mea vsq; in præsentem diem, angelus qui eripuit me de cunctis malis, benedicat pueris istis, & inuocetur super eos nomen meum, nominaq; patrum meorum Abraam & Isaac, & crescant in multitudinem super terram. Quis iam fidelium ambigat, plurima nobis bona cõtingere meritis sanctorum, in Christo & cum Christo quiescentium, & pro cõmembris solicitorum, facie ad faciem, quẽ auide sitierant, cõtemplantium? Hinc sancta mater ecclesia nedum per merita præcedentia, sed sanctoꝝ etiam preces & intercessiones deum rogat. Si eñ in terris pro Christo, periculo suo, militantes exauditi sunt, quanto magis nũc cũ ipso glorioſe regnãtes, commilitonũ immemores esse non possunt? Secundo: Humiliter. Indignum præsentia dñi se iudicans. Sic Petrus Luc.5. Exi à me dñe quia hõ peccator sum, & filius prodigus Lu.15. Iã nõ sum dignus vocari filius tuus, ac publicanus Luc.18. Publicanus à longe stans, nolebat

nolebat oculos leuare in cælum, sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus, propitius esto mihi peccatori, Psal. 50. Cor contritum & humiliatum deus non despicies. Tertio, fideliter. Dic verbo, ait, & sanabitur. Sic fiet vnicuiq; sicut credit. Credamus ergo & nos dominum Iesum Christum omnia posse, vbiq; præsentem esse, remissionem omnium peccatorum eius nobis indulgentia (si tamen eius præcepta seruamus) largiri, vt mereamur audire cum centurione: Vade, & sicut credidisti fiat tibi.

## ¶De filio viduæ suscitato. Lucæ. VII.

### ARTICVLVS XXIX.

Luc. 7 H

ET factum est deinceps, ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim, & ibant cum eo discipuli eius, & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ. Et hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa.

Solet diuinæ pietatis dignatio omnibus vere desolatis, nedum imploratus succurrere, sed quàm sæpe insperatus occurrere, prout hic ostendit. 2. Cor. 1. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Dominus ergo quo latius spargeretur semen euangelicæ doctrinæ, frequenter aliunde alio cõmigrauit, non curru subuectus aut æquo sed ibat humiliter incedendo, in ciuitatem Naim Galilææ miliario secundo sub monte Thabor. Aderant discipuli & turba non parua, verborum eius dulcedine allecti, Iohã. 6. Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Quotidie enim fama ipsius increbrescebat. Et ecce noui miraculi occasio, effertur funus magna hominũ frequentia. O misera hominum conditio. Effertur mortuus qui erat filius vnicus matris viduæ. Sic fic. Diues cũ interierit, non sumet omnia, neq; descendet cum illo gloria eius, Psal. 48. 1. Pet. 1. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Exaruit fœnum, & flos eius decidit. Hinc Eccl. 10. Quid superbis terra & cinis? Gene. 3. In sudore vultus tui vescêris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Vbi ergo videris efferri mortuum, vbi perspexeris quempiam, qui vel inopia, vel diuitijs & delicijs transegit vitam, agere animam, teipsum agnosce, teq; ad idem para. Eccl. 38. Memor esto iudicij mei, sic enim erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie. 2. Reg. 14. Omnes morimur & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. Quemadmodum triplex mors, ita & triplex sepultura ad quam efferemur. Naturæ, cuius stimulus peccatum. 1. Corin. 15. Gene. 2. Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali, ne comedas. In quacunq; enim die comederis ex eo, morte morieris. Romañ. 2. Stipendia peccati mors. Sapiæ. 1. Quoniam deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Impij autem manibus & verbis accersierunt illam. Romañ. 5. Per vnum hominem in hunc mundum intrauit peccatum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Huius sepultura, terra. Psal. 48. Simul insipiens & stultus peribunt, & relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra eorum domus illorum in æternum, Ecclesiastes. 2. Moritur doctus similiter & indoctus. Culpæ, quando deus deserit animam. Deute. 30. Elige vitam, vt & tu viuas, & semen tuum post te, & diligas dominum deum tuum, atq; obedias voci illius, & illi adhæreas. Ipse enim est vita tua, & longitudo dierum tuorum. Coloss. 3. Cum autem apparuerit Christus vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Ipse autem per fidem inhabitat corda nostra. Ephe. 3. Sapiæ. 16 Homo per malitiam occidit animam suam, Ezech. 18. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Cuius sepultura corpus, quod licet à foris pareat hominibus speciosum, intus tamẽ plenum est rapina & iniquitate, Matth. 23. Apoca. 3. Nomen habes quod viuas, & mortuus es. Gehennę, quando nec anima corpus, nec deus animam delectabiliter viuificat. Psal. 48. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. Ideo dicit Pro. 11. Mortuo homine impio, nulla erit vltra spes. Psal. 33. Mors peccatorum pessima. Huius sepultura in inferno, vt claret de diuite epulone, qui in inferno positus, eleuauit oculos suos cum esset in tormentis, Luc. 16. Vere oculos quos modo deliciæ claudunt, tunc pœna aperiet. Esa. 28. Tantummõ sola vexatio intellectum dabit auditui. Preciosa vero in conspectu domini mors sanctorum eius, Psal. 115. Apoc. 14. Beati mortui qui in domino moriuntur. Etiam iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Opera enim illorum sequunt illos. Parum est corpus efferri, si anima cum domino maneat, dicens Psal. 72. Pars mea deus in æternũ. Maximum, à gratia animam, tametsi per pœnitentiam ad vitam redire licet, Ezech. 18.

Nolo

Nolo mortem morientis, dicit dñs deus: reuertimini & viuite. Horrendum, à consortio dei & sanctorũ: quia regressus non est ob chaos magnũ & firmatũ inter viuentes & mortuos, Luc. 16. Ideo Eccl. 14. Memor esto qm̃ mors non tardat, & testamentum inferorũ quod demonstratũ est tibi. Siquidẽ statutũ est hominibus semel mori, post hoc aũt iudicium, Heb. 9. Psal. 88. Quis est homo qui viuet, & non videbit mortẽ, eruet ab inferis animam suã? Merito ergo nos quotidiana exercitatione ad eam parare debemus, vt dicere possimus illud Psal. 118. Paratus sum & non sum turbatus. Virgines em̃ quæ paratæ erant, intrauerunt cum sponso ad nuptias, insipientibus exclusis Matth. 25. Hinc admonet dñs Luc. 12. Ideo & vos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Primum ergo omniũ quum infirmitate pulsamur, conscientia dispicienda, ait enim dñs paralytico Ioh. 5. Vade, amplius noli peccare, ne deterius tibi contingat. Vnde Luc. 13. ficũ infructuosam excidi præcepit, vt ne terrã quidẽ occuparet. Si folia, non fructus, ferenti maledixit, Marc. 11. hinc precibus dñs pulsandus. Ezechias lachrymis & precibus, &. xv. annorũ vitam impetrauit, & ab inimicis liberationẽ, 4. Reg. 20. Nonne & dñs partẽ mortis hora instante anxius orauit? Matth. 26. Pater mi, si possibile est, transeat calix iste à me. Cuius exemplo voluntatẽ nostram semper diuinæ subijcere debemus voluntati, qui nouit quibus quid expediat, melius q̃ nos, d. Veruntamen nõ sicut ego volo, sed sicut tu, Mat. 26. Subinde de sepultura ordinandũ, exemplo sanctorũ patrũ. Vnde Abraam agrũ emit pro sepultura Saræ à filijs Heth, Gene. 23. vbi & ipse sepultus est, Gene. 25. & Isaac, Gene. 35. & Iacob. Gene. 49. maximis sumptibus ex Aegypto eductus. Sic Ioseph ordinauit ossa sua per filios ibi tumulanda, Gene. 50. Hinc Tobias filio ait, ibidem. 4. Cum acceperit deus animã meã, corpus meum sepeli. Cum aũt & ipsa cõpleuerit tempus vitæ suæ, sepelies eam circa me, loquitur de vxore. Sic Ioseph iustus & nobilis, ac Nicodemus rabbi & pharisæus, corpus domini honorifice, prout mos erat Iudæis, sepelierũt Iohan. 19. Esa. 11. Et erit sepulchrum eius glorioſum. Sic curauerunt Stephanũ viri timorati Act. 8. Demum domus ordinanda. Vnde dominus per Esaiam mandauit Ezechiæ Esa. 38. Dispone domui tuæ, quia morieris tu & non viues. Inuenimus in sacris literis, quemadmodum sancti patres, primo prolem benedicebant. Non em̃ parui momenti benedictio est paterna. Eccl. 3. Benedictio patris firmat domos filiorũ. Vnde Isaac de benedictione Iacob ait Gene. 27. Benedixi ei, & erit benedictus. Sic Iacob filijs benedixit Ioseph Geñ. 48 &. 49. Benedixit singulis, benedictionibus propriis. Sic dominus suis pacem suam reliquit & dedit, Iohan. 14. Secundo instruebant. Gene. 49. Congregamini & audite filij Iacob, audite Israel patrem vestrum &c. Tobias filium instituit quemadmodum se haberet ad deum. Tobiæ. 4. Omni tempore benedic deum, & pete ab eo vt vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant. Omnibus autem diebus vitæ tuæ in mente habeto deum, & caue ne aliquando peccato consentias, & prætermittas præcepta dei nostri. Sic Dauid, 1. Para. 28. Tu autem Salomon fili mi, scito deum patris tui, & serui ei corde perfecto & animo voluntario. Omnia em̃ corda scrutatur dominus, & vniuersas mentium cogitationes intelligit. Si quæsieris eum, inuenies: si autem dereliqueris eum, proijciet te in æternum. Secundo, ad seipsum. Tob. 4. Superbiã nunquã in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Consiliũ semper à sapiente require. Tertio, parentem. Tob. 4. Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius. Memor esse debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te in vtero suo. Quarto, vxorẽ. Tob. 4. Attende tibi ab omni fornicatione fili, & præter vxorem tuam nunquã patiaris crimen scire. Quinto, proximũ æqualem. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. Sexto, mercenarium laborantem. Quicunq; tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat. Leui. 19. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsq; mane. Iaco. 5. Ecce merces operariorũ qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorũ in aures domini Sabaoth introiuit. Septimo, mendicum indigentem. Ex substantia tua fac eleemosynã, & noli auertere faciem tuã ab vllo paupere. Ita em̃ fiet, vt nec à te auertatur facies domini. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum, etiam illud libenter impartire studebibere cum peccatoribus. Panẽ tuum cũ esurientibus & sitientibus comede, & de vestimentis tuis nudos tege. Octauo, substantiam temporalẽ, indicando pecuniã depositam apud Gabelum. Hinc de Abraam dicitur Gene. 25. Deditq; Abraam cuncta quæ possederat, Isaac: filijs aũt concubinarũ largitus est munera. Et separauit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc viueret, ad plagam orientalẽ. Sic Iacob rationabili ex causa partem vnam

dedit Ioseph extra fratres suos, Gene. 48. Eccī. 33. Filio & mulieri, fratri & amico, nō des potestatē super te in vita tua, & non dederis alij possessionē tuam, ne forte pœniteat, & deprecēris pro illis. Dum adhuc superes & aspiras, non immutabit te omnis caro. Melius est enim vt filij te rogent, q̄ te respicere in manus filiorum tuorū. Tob. 4. Noli timere fili, pauperē vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus deum, & recesseri mus ab omni peccato, & fecerimus bene. O felix & nunq̄ obliuiscendum testamentum. Quid tum restat, nisi pacatissimo animo spiritum patri spirituum commendare? Sic seruator omnibus rite & perfecte in cœna & cruce ordinatis, Pater, ait, in manus tuas com mendo spiritum meum, Luc. 23. nobis & modū & fiducia emigrandi commonstrans, in se omnium suorū animas membrorū patri offerendo. Exemplo latronis misericordiā postulemus, qui iustitiam prætendere non possumus, Luc. 23.

Quam cum vidisset dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterunt. & ait: Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri suæ.

Erat em̄ flebile, primū quod adolescens in ipso vitæ suæ flore, vitæ exemptus, deinde quod viduæ filius vnicus periisset, quæ mariti solatio orbata, totam vitæ spem collocauerat in filio. Hiere. 6. Luctum vnigeniti fac tibi, planctum amarū. Ideo dominus misertus est eius. Psal. 145. Dominus custodit aduenas, pupillum & viduam suscipiet. Hiere. 22. Pupillum & viduam nolite contristare, neq̄ opprimatis inique. Iaco. 1. Religio munda & immaculata apud deum & patrem hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum. Esa. 1. Quærite iudiciū, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Sed heu ibidem: Pupillo non iudicant, causa viduæ non ingreditur ad eos. Ideo Esa. 10. Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei, vt essent viduæ præda eorū, & pupillos diriperēt. Quid facietis in die visitationis & calamitatis de longe venientis? Ad cuius confugietis auxiliū? & vbi derelinquetis gloriā vestram, ne incuruemini sub vinculo, & cū interfectis cadatis? Deut. 10. Deus magnus & terribilis & potens, qui personam non accipit nec munera, facit iudicium pupillo & viduæ, amat peregrinū, & dat ei victū atq̄ vestitū. Eccī. 35. Nonne lachrymæ viduæ ad maxillas descendunt, & exclamatio illarum super deducentē illas? A maxilla ascendunt ad cælos, & dominus exauditor nō delectabitur in illis? Clementissimus misertus viduæ, sese q̄ illi quæ consolatorē non habebat, efficacem consolatorē præbuit, & verbis & re opitulaturus, d. Noli flere. Non spiritualem, sed corporalē prohibet fletum. Nam dominus videns ciuitatē, fleuit super illam Luc. 19. & Apostolus lugebat eos qui peccauerunt, & nō egerunt pœnitentiā, 2. Corī. 12. Chrysostomus: Iubens cessare à lachrymis qui consolatur mœstos, monet de p̄sentibus amicis defunctis consolationē recipere, resurrectionē sperantes. Sic Dauid pro vita filij orans cū lachrymis, mortuū flere noluit, d. Propter infantē dū adhuc viueret, ieiunaui & fleui. Dicebā em̄: Quis scit si forte donet mihi eum dñs & viuat? Nunc aūt quia mortuus est, quare ieiuno? Nunquid potero eum reuocare amplius? Ego vadā magis ad eum, ille vero non reuertetur ad me. Eccī. 22. Modicū plora super mortuū, quoniam requieuit. Apoc. 14. Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Est em̄ præsens hæc vita miseriis plena & ærumnis. Iob. 14. Homo natus de muliere, breui viuens tēpore, repletur multis miseriis. &. 7. Militia est vita hominis super terrā. Hinc Psal. 119. exclamat: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus. & Apostolus erat desiderium habens dissolui & esse cū Christo, Philip. 1. Hieronymus super illo. 1. Thess. 4. Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut cæteri qui spem non habent. Si nos defunctos plangimus, quos tamen resurrecturos credimus, quid faceremus si mori tantum præciperet deus? Voluntas eius sufficeret vtiq̄ ad solatium, cui nullum præponere iubemur affectum. Pagani & infideles causam habent lugendi, resurrectionē ignorantes, nō aūt Christiani. Ideo cū fideli Iob dicere debemus, qui omni substantia & filiis sublatis, dixit, Iob. 1. Dominus dedit, dñs abstulit: sicut dño placuit, ita factū est: sit nomen domini benedictum. Eccī. 38. Fac luctum vno die vel duobus secundum meritum eius, propter detractionem. A tristitia enim festinat mors. Cyrillus: Non solo verbo peragit miraculum, sed & loculum tangit, vt cognoscas efficax esse sacrū Christi corpus ad humanā salutem. Est em̄ corpus vitæ, & caro verbi omnipotentis, cuius habet virtutē. Tetigit loculum, inquit. O inops humana cupiditas, cui magna in vita nō sufficiunt palacia in morte

non

non locus, sed loculus datur. Hic vtraq; turba intenta in euentũ, tum ea quæ comitabatur viduam, tum ea quæ dominũ. Diuina em̃ dispẽsatione factũ est, vt plures testes essent miraculo. Iesus ergo versus ad adolescentẽ, imperiose, sicut habens vitæ & mortis imperium, Sap. 16. loquutus est. Ipse em̃ claues habet mortis & inferni, Apo. 1. Alij sancti orando & deũ inuocando, sicut Heliseus, 4. Reg. 4. Marc. 16. In nomine meo dæmonia eijcient. Ilico veluti à somno excitatus, resedit in loculo. Augustinus: Eos qui dormiunt nobis, excitare possumus vt surgant: si quis nobis sit mortuus, quantũcunq; impellimus, nõ surgit: quia vero Christo omnes dormiunt, ideo facilius facit à morte surgere, q̃ nos dormientes à somno. Inter dicere dñi & facere, nulla distãtia est. Ipse em̃ dixit, & facta sunt: mãdauit, & creata sunt, Psal. 148. Quoq; certius esset vitæ redditæ argumentũ, cœpit loqui. Quumq; iam exilisset à loculo adolescens, ac Iesu adhærens, per quẽ intelligebat vitam sibi esse redditã, gratias ageret, dñs tradidit illũ matri suæ, vt viuũ eum domũ reduceret suis inambulantẽ pedibus quẽ mortuũ quatuor baiulis extulerat. Sic peccator vocẽ audiens Christi, erigitur per spem veniæ, loquitur per confessionẽ fidei & culpæ, redditur matri ecclesiæ per absolutionem. Comparatur em̃ peccator mortuo, quia frigidus. Hiere. 6. Sicut frigidã facit cisterna aquã suam, sic frigidã facit malitia animã. Chrysostomus: Qui non habet illũ ignẽ, quem dñs venit mittere in terrã, in hyeme est, etsi fuerit in media æstate, & nihil boni fructus producit. Matth. 24. Et qm̃ abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorũ. Secundo, quia ponderosus. Prou. 18. Impius cũ in profundũ venerit peccatorũ, contemnit, & sequitur eũ ignominia & opprobriũ. Gregorius: Peccatũ quod per pœnitentiã non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Imo in infernũ demergit. Luc. 16. Psal. 37. Qm̃ iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Imo ideo grauis. Esa. 43. Veruntamen seruire me fecisti in peccatis tuis, p̃buisti mihi laborẽ in iniquitatibus tuis. Tertio, quia fœtidus. Ioel. 1. Computruerunt iumenta in stercore suo. Hinc dæmones in porcos petebãt ingressum. Mat. 8 Filius prodigus pascebat porcos, Luc. 15. August. Tres mortuos legimus à dño suscitatos visibiliter, millia inuisibiliter. Q aũt non plures visibiliter, quis nouit? non em̃ omnia scripta sunt, Ioh. 21. Sed forte non sine causa tres cõmemorati. Quæ em̃ fecit corporaliter, voluit spiritualiter intelligi. Suscitauit puellã in domo, Mat. 9. & signat peccatũ in conscientia latens. Adolescentẽ in porta, & est peccatũ in actu. Lazarũ in sepulchro, Ioh. 11. & est peccatũ in consuetudine. Hiere. 13. Si mutare potest Aethiops pellã suã, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cũ didiceritis malũ. Portitores corporis sunt, quatuor elementa, quæ ob naturalẽ pugnã indesinenter portant ad sepulchrum. Iob. 14. Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Animæ aũt, qui perseuerantiam faciunt in peccatis, portitores sunt, Fiducia vitæ longioris, quemadmodũ diues Luc. 12. qui ampliatis horreis longam & quietam fibi in epulationibus promittebat vitã. Dixit aũt ad illum deus: Stulte, hac nocte repetunt à te animã tuam: & quæ parasti, cuius erunt? Esa. 38. Dum adhuc ordirer, succidit me. Contemplatio culpæ alienæ. Eccl. 32. Peccator homo vitabit correptionẽ, & secundũ voluntatem suã inueniet cõparationẽ. Præsumptio facilis veniæ. Eccl. 5. Ne dicas, miseratio domini magna est, multitudinis peccatorũ meorũ miserebitur. Misericordia em̃ & ira cito ab illo proximant, & in peccatores respicit ira illius. Ne tardes conuerti ad dñm, & ne differas de die in diem. Subito em̃ venit ira illius, & in tẽpore vindictæ disperdet te. Adulatio nequitiæ fraudulentæ. Esa. Populi meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. Surge ergo qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus, Ephe. 5. Augustinus: Laborat homo ne moriatur, moriturus: & non laborat vt non peccet, in æternum victurus.

Peccatoris ad mortuum comparatio.

Accepit aũt omnes timor, & magnificabant deum, dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia deus visitauit plebem suam. 3

Viso tam insigni miraculo, à seculis inaudito, magnus intuentiũ subsequutus est stupor, ita vt laudes dei prius tacentia ora resonarent. Nihil aũt adhuc altũ de Christo Iudæi suspicabantur, nisi q propheta quispiã esset insignis. Propheta quidẽ erat, prout ipse testatur. Luc. 13. Non capit prophetã perire extra Hierusalẽ. & Mat. 13. Nõ est propheta sine honore nisi in patria sua. Sed ille, de quo Deut. 18. Prophetã de gente tua & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi dñs deus tuus, ipsum audies. Dñs em̃ prophetarũ, sicut & rex regũ, Apoc. 19. & dominus dominantiũ. Magnus ergo potentia. Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. &. 10. Eum timete, qui postq̃ occiderit, habet potestatem animã & corpus mittere in gehennam. Act. 10. Præcepit nobis prædicare & testificari,

ſtificari, quia ipſe eſt qui conſtitutus eſt à deo iudex viuorum & mortuorꝝ. Clementia. Eſa.16. Et præparabitur in miſericordia ſolium eius. Eccl.2. Secundū enim magnitudinē illius, ſic & miſericordia illius cū ipſo eſt. Sapientia. Coloſſ.2. In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ dei abſconditi. Gloria. Ioh.1. Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre. &.17. Pater, quos dediſti mihi, volo vt vbi ego ſum, & illi ſint mecū, vt videant claritatem meā quā dediſti mihi, quia dilexiſti me ante mundi conſtitutionē. Viſitauit plebem ſuam, vt medicus ægrotū. Matth.9. Non eſt valentibus opus medico, ſed male habentibus. Paſtor ouem. Ezech.34. Sicut viſitat paſtor gregem ſuum, in die quando fuerit in medio ouium ſuarum diſſipatarum, ſic viſitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus diſperſæ fuerant. Luc.1. Benedictus dominus deus Iſrael, quia viſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ. Vtinam quotidie nos viſitare dignetur gratiæ ſuæ illuſtratione.

Luc.7 Et exijt hic ſermo in vniuerſam Iudæam de eo, & omnem circa regionem.

¶De volentibus ſequi Chriſtum, Matth.8. Luc.9

## ARTICVLVS XXX.

Matth.8 I Videns autem Ieſus turbas multas circum ſe, iuſſit diſcipulos ire trans fretū. Et accedens vnus ſcriba, ait illi: Magiſter, ſequar te quocunqꝫ ieris. Et dicit ei Ieſus: Vulpes foueas habēt, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet.

Cupiens ſcriba in numerꝫ diſcipulorꝫ illius recipi, quem viderat à turbis tanti fieri, ob potentiam in miraculis edendis, non vt illius doctrinā vitamqꝫ ſequeretur, ſed vt ex eius miraculis ſibi gloriam & quæſtum compararet, vocem dignā futuro diſcipulo protulit, ſi voci reſpondiſſet animus. Quocunqꝫ (ait) ieris inſeparabiliter, ſiue proſpera ſint, ſiue aduerſa. At Ieſus nec importunitatē hominis reppulit, nec animū inſyncerū exprobrauit, ſed nec illum ſibi fore diſcipulū idoneum, nec ſe illi magiſtrū accommodum, & quiſquis huius mundi commoda ſpectaret, ſtulte ſe illi adiungeret, qui nec opes, nec gloriam, nec regnū huius mundi vel haberet vel quæreret, ſed ſummā paupertatem, ignominiam, ſummā afflictionem amplecteretur, adeo vt nec illa ſuppeterent, quæ volucribus & beſtijs non deeſſent. Nam volucres nidos habent, in quibus requieſcunt & pullos ſuos enutriunt. Filius aūt hominis, hoc eſt, Adæ, adeo deſtitutus eſt omnibus huius mundi præſidijs, vt nihil vſquā habeat, vbi vel caput reclinet. Nō eſt ergo idoneus ſectator, qui quicquā habet in hoc mundo, quo ſemet oblectet, aut in quo cōquieſcat. Omnibus renunciet oportet, qui me ſequi volet. Sic filijs Zebedæi gloriā regni poſtulantibus, amaritudinem & ignominiā propoſuit paſſionis. Matth.20. Poteſtis bibere calicem quē ego bibiturus ſum? Summā tenuit paupertatem, quo ſe Meſſiam declararet, qm̄ ſic prophetæ venturū prædixere. Hiere.14. Quare quaſi colonus futurus es in terra, & quaſi viator declinans ad manendū? Zach.9. Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Hieruſalē. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluator, ipſe pauper. Secundo, vt veras in cælo diuitias quærendas oſtenderet. Matth.6. Theſaurizate vobis theſauros in cælis. Tertio, vt nobis æternas diuitias procuraret. 2.Cor.8. Scitis gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cum eſſet diues, vt illius inopia vos diuites eſſetis. Hic ergo quoniam integro animo, ſed auaro, quemadmodū Simon Act.8. ſequi voluit, reiectus eſt.

2 Luc.9 Alius aūt de diſcipulis eius, ait illi: Domine, permitte me primū ire & ſepelire patrem meū. Ieſus autem ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Ait aūt ad alterum: Sequere me. Ille aūt dixit: Domine, permitte mihi primū ire & ſepelire patrem meum. Dixitqꝫ ei Ieſus: Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos, tu autem vade & annuncia regnum dei.

Dominus volentes ſequi repellit, nolentes retinet. Nam deus eſt, intus videt & in cute ſeruos. Quos videt eſſe aptos, retinet & eligit, non tam nolentes, q̄ voluntate nutantes: quos aūt ineptos, repellit non tam volentes, q̄ ſequi ſimulantes. Inſinuans aūt dominus, omni-

omnibus officijs carnalibus præponendũ esse negociũ salutis, inquit: Nihil tibi iam cũ patre mortuo, qui te dedicasti vitæ cælesti. Non deerunt qui sepeliant. Sine vt terræ mandent, qui terrena diligunt: mortuũ infodiant terræ, qui viui mortui sunt, atq; etiã sepulti. Vbi enim Christus non est, mors est, quum ipse sit vita nostra. Coloss. 3. Qui per fidem habitat in cordibus nostris. Ephe. 3. Anima eẽ quæ peccauerit, morietur. Ezech. 18. Sic vidua quæ in delicijs est, viuens mortua est, 1. Timo. 5. Oportet sane & parentes venerari, sed magis venerari deũ. Voluit ergo nos hinc discere, nihil esse vtilius, magisq; necessarium nobis doctrina cælesti, vt & si magna sint quæ obire vrgeant, incumbere tamen omni diligentia atq; vigilantia debemus. Quid eẽ facilius quidve breuiori tempore peragi potest q̃ sepelire patrem? Quod si nunc tam breui tempore propter sepulturam abesse à spiritualibus vetitum est, perpende quo supplicio digni sunt, qui semper à doctrina Christi absunt, qui vilia nimiumq; abiecta secularium negocia rerum, necessarijs anteponunt. Ego autẽ efficaciam doctrinæ illius vehementer admiror. Nam quũ adolescentem sibi perpetuo affixerit, à mille veluti immoderato fletu ac dolore, aliorumq; quæ hinc oriri solent, eripuit. Erat eẽ verisimile, post parentis sepulturam ad testamenti legisq; latoris considerationem deuenire, dein in aliud ex alio, quasi vndarũ fluctibus distractus, procul à portu salutis iactaretur. Quæ ne illi acciderent, secum ipsum esse iubet, eumq; suis volentem affigit ac coniungit. Væ ergo ijs qui monasticen professi, ad mundana regrediuntur negocia. Vult enim dominus spiritualia transitorijs præponi: & quicquid impedimentum salutis potest afferre, relinqui.

Et alter ait: Sequar te domine, sed permitte mihi primum renunciare his qui domi sunt. Ait ad illum Iesus: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno dei. 3

Infinnabat is, q̃ familiaritatem quandam adhuc habebat cum mundo, & nõ affectus fit vt apostoli, qui mox vt audierunt Christum, sequuti sunt, nihil aliud curiosius perquirentes, Mat. 4. & 9. Luc. 5. Excluserat dñs excusationẽ illoꝝ, qui p̃textu peitatis differũt curam & studium salutis æternæ. Sed his deteriores sunt, qui causatione rerum domesticarum prorogant ac procrastinant salutis negocium, quod ad primam statim occasionem peragendum est. Summum & arduum est hoc negocium, quod qui semel aggressus est, eum oportet perpetuo studio progredi ad perfectiora, nec deflectere animum ad curas sordidas rerum fluxarum. Est enim aratrum, quo cordis ager excolitur per vitiorum extirpationem, & spiritualium insertionem ac fœcundationem, quo bonorum operum producat fructum. Non ergo cum vxore Loth respiciendum Gene. 19. quæ in statuam versa est salis. Matth. 5. Quod si sal infatuatus fuerit, ad nihilum valet vltra, nec cum filijs Israel corde, nedum corpore, redeundum in Aegyptum, Exod. 16. Qui enim perseuerauerit vsq; in finem, saluus erit, Matth. 10. 2. Pet. 2. Melius enim erat illis non cognoscere viam institiæ, q̃ post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. Contingit enim eis illud veri prouerbij: Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti, Prouer. 26.

¶De quietatione maris, Matth. 8. Marc. 4. Luc. 8

## ARTICVLVS XXXI.

ET ascendente eo in nauiculam, sequuti sunt eum discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus. Ipse vero dormiebat, & accesserunt discipuli eius ad eum, & suscitauerunt eum, dicentes: Domine, salua nos, perimus. Et dixit eis Iesus: Modicæ fidei, quid timidi estis? Tunc surgens, imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei? Matth. 8 K

Quàm potenter omnium necessitatibus dominus subuenire & possit & velit, ostenditur. Origenes: Cum multa & magna & miranda ostendisset in terra, transit ad mare, vt & ibidem adhuc excellentiora opera demonstret, quatenus terræ & maris se dominum

esse cunctis demonstret. Marc. 4. In illa die cū sero esset factū, ait illis: Transeamus contra. Luc. 8. Transfretemus trans stagnū. Erat em̄ lacus magnus, more Hebrꝛoꝝ mare dictus. Gene. 1. Congregationesq; aquarū appellauit maria. Marc. 4. Et dimittentes turbā, assumunt eum ita vt erat, in nauim: & aliæ naues erant cū illo. Chrysost. Vbi miraculoꝝ erat ostensio, iubet turbam adesse: vbi aūt tentationum & timorum insurrectio, athletas orbis terraꝝ, quos excitaturus erat, tātū assumit, quatenus eos doceret tanq̄ perfectos viros in periculis non deficere, & in honoribus moderata de se sentire. Non em̄ potuit efficacius eos docere, nihil metuendum his qui fidunt Iesu. Sic enim ad tentationes exercebantur, & in fide confirmabantur. Origenes: Sequuti sunt non dupli corde, sed simplici, mansueti, pij, spernentes mundum. Sequuti sunt aūt, non tantum gressus eius sequentes, sed magis sanctitatem & iustitiam consectantes. Luc. 8. Et nauigantibus illis obdormiuit, & descendit procella venti in stagnum, & compellebantur, & periclitabātur. Mar. 4. Et facta est procella magna venti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis. Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens. Non ignarus quid venturū esset. Non enim ex se orta est tēpestas, sed eius imperio qui educit ventos de thesauris suis, Psal. 134. Qui posuit mari terminum suum arenam: dixit enim: Vsq; huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos, Iob. 38. Magna tempestas magnū ostendit miraculū, quo suam ostendit potentiā discipulis rogātibus. Vult em̄ dominus rogari, quo occasionem habeat dandi cū largissimus sit, quāuis sciat quid opus sit nobis antequā rogemus eum. Luc. 11. Petite, & accipietis. Dormiebat corpore, sicut ad puteum fatigatus de itinere lassus sedebat. Ioh. 4. corporis humani veritatem demonstrans, sed vigilabat diuinitate. Psal. 120. Ecce non dormitabit neq; dormiet, qui custodit Israel. Dormit nobis Christus, quando fide negligentius agimus. per fidem em̄ habitat in cordibus nostris, Ephe. 3. quare nonnunquā tempestas oritur tribulationū, quo periculo agnito dominum excitemus. In fidei enim naui, per mare huius mūdi ad portum salutis tendimus. Sed. 2. Timo. 3. Qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persequutionē patientur. Ioh. 15. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si me persequuti sunt, & vos persequentur. &. 16. Hæc loquutus sum vobis, vt in me pacē habeatis. In mundo pressurā habebitis, sed confidite, quia ego vici mundū. 1. Ioh. 5. Hæc est victoria quæ vincit mundū, fides vestra. Dormit ergo tepidis, vigilat perfectis. Quod capite innixus ceruicali, dormiebat, depinxit quodā ænigmate, quantū immineat periculi rebus humanis, quoties ij dormiunt, huius mundi cōmodis deliniti, qui vices Christi susceperūt. Ezech. 13. execratur eos qui consuunt puluillos sub omni cubito, & ceruicalia sub omni capite. Quod tū exhibuit Iesus, id hodie nobiscū agitur. Quàm alte & periculose indormiūt hodie puluillis huiusmodi & ceruicalibus p̄lati, qui voluptatibus dediti, qui regnādi libidine temulenti, qui nummis cōgerendis affixi, nec gregis cōmissi curā vllā agunt, nec suæ salutis meminerunt, neq; tantulū cōmuni periculo cōmouentur, vt experrecti secū cogitent: Quid facio demēs? Grex dñi mihi cōcreditus est pascendus, ac propediem veniendum erit ad tribunal æterni iudicis, qui pro his ouibus quas meæ curæ cōmisit, precioſum sanguinē suū fudit. Quid illi respōsurus sum? Heu periclitatur populus, nec est qui Christū
2 excitet. Imo nolunt excitari, & habēt qui somnū hunc pestilentissimū foueant, occinētes ad aurē blando susurrio, euge euge. Marc. 4. Et excitant eū, & dicūt illi: Magister, non (est tibi curæ) ad te pertinet quia perimus? Luc. 8. Præceptor, perimus. Orig. Ò veraces, ò benedicti Chri discipuli, saluatorē vobiscū habetis, & periculū timetis? vita vobiscū est, & de morte soliciti estis? Nō credebāt se tutos, nisi ipso vigilante, nihil adhuc diuinitatis in illo suspicantes. Chrysost. Mirū certe, salutē ex eo petebant, & tamen eo p̄sente perire timebant. Confidere em̄ oportet, & si magnæ insurgunt procellæ, qm̄ vtiliter dispensatoia. Proinde Iesus volens eos aduersus omnes, quāuis atrociū maloꝝ insultus, intrepidos & inuictos reddere, tantum illoꝝ formidinem increpauit, d. Marc. 4. Quid adeo timidi estis? Necdū habetis fidem? Obiurgantis, non interrogantis, est. Luc. 8. Vbi est fides vestra? De duobus redarguit, q̄ pusillæ mentis, & modicæ essent fidei. Nam non solum erat in eis timor naturalis ex imminentia periculi, sed ex hæsitatione fidei. Chrysostomus: Ecce prius eos increpat q̄ mare. Hunc enim timorem non operabatur tentationum inductio, sed mentis imbecillitas. Merito ergo eos non incredulos, sed pusillæ fidei arguit: quia ex mirabilibus quæ iam fecerat, intelligere debuissent diuinitatem eius, & nihil timere ipso præsente, siue vigilare siue dormire videret, id quod neq; intellexere, neq; fecere. Quo autem ostenderet se elemētorum omnium dominum, increpauit ventos ac mare. Marc. 4. Exurgens, cōminatus est vento, & dixit mari: Tace, obmutesce. Et cessauit ventus, & facta est tranquillitas magna. Quo magis perspicuum esset hæc geri non viribus

humanis

humanis, sed virtute diuina, quæ operatur in instanti, de magna turbatione facta est tranquillitas magna. Nihil enim surdius aut impotentius mari commoto, quod naturaliter diu etiam post commotionem concutitur, & tamen ad domini iussum repente versum est in summam tranquillitatem. Psal. 146. Magnus dominus & magna virtus eius. Et. 88. Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas. Chrysostomus: Somnus hominem monstrauit, tranquillitas deum: nam imperare creaturis, virtus ipsius est creatoris: quia cui imperatur, imperantem sentit. Omnis enim creatura sentit creatorem, & quæ apud nos insensibilia sunt. Nulla nauis mergitur quæ sequitur Christum: quantuuis iactetur fluctibus, quantumuis periclitetur, incolumes perueniunt ad portum. Ad omne periculum, vel tribulationem vsque ad animæ exitum, similiter & contra delicias & honores, quæ non minimi animam submergentium fluctuum, fortitudo animi tenenda, vt neque in bono per superbiam erigamur, neque in malo per impatientiam frangamur. Et si ipse dominus dormiat, pio somno nostram patientiam & tolerantiam expectans, vel impiorum pœnitentiam & conuersionem sustinens, alacriter accedamus ad eum orationibus instantes, atque cum propheta dicentes, Psalmo. 43. Exurge, quare obdormis domine? exurge, & ne repellas in finem. Exurge domine, adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum, Psalmo. 43. Et ipse surgens, imperabit aereis dæmonum spiritibus, malos homines in bonorum persecutionem concitantibus, & compescens dicta regum iniquorum vt voluerit. Non enim est hominis via, vt dirigantur gressus eius. Hieremiæ. 10. Psal. 68. Saluum me fac domine, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam, Lucæ. 8. Qui timentes, mirati sunt, adinuicem dicentes: Quis putas hic est, quia & ventis & mari imperat, & obediunt ei? Mirati sunt Christum imperantem, & creaturam obedientem. Omnino præfert quiddam homine maius, quandoquidem non solum morbi & dæmones, verumetiam venti & mare obediunt imperanti. Moses virga percutiens mare rubrum, diuisit, Exodi. 14. Helias & Heliseus precibus Iordanem diuisere. 4. Regum. 2. Hic imperat, & obediunt creaturæ, & non supergrediuntur iussionem eius: & solum hominum genus, quod ad similitudinem dei honorificatum est, cui verbum & prudentia data est, ij soli homines resistunt, ij tantummodo inobedientes sunt, ij soli contemnunt: ideoq; & ij soli iudicio damnabuntur, & à iustitia punientur velut deteriores bestijs, vel his quæ sine spiritu sunt & anima in hoc mundo. Ideoq; & ipsi omnis creatura inobediens facta est, Sapientiæ. 5. Etiam propria caro, Galatas. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum.

¶De duobus dæmoniacis, Mat. 8. Marc. 5. Luc. 8.

## ARTICVLVS XXXII.

ET cum venisset Iesus trans fretum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes dęmonia, de monumentis exeuntes, sęui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam. Et ecce clamauerunt, dicētes: Quid nobis & tibi Iesu fili dei? Venisti huc ante tempus torquere nos? Mat. 8 L

Cum venisset trans fretum in terrā Gerasenorū, ab vrbe celebri, quæ est Arabiæ, contigua monti Galaad in tribu Manasse, haud procul à lacu dissita dicto Tyberiadis, ecce maioris miraculi occasio. Marc. 5. Exeunti ei de naui, statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis. (Luc. 8. occurrit illi vir qui habebat dæmonium iam tpibus multis, & vestimento non induebatur, neq; in domo manebat, sed in monumentis) & neq; catenis iam quisquam poterat eum ligare, quoniam sæpe cōpedibus & catenis vinctus, disrupisset catenas, & compedes comminuisset, & nemo eum poterat domare, & semper die ac nocte in monumentis & montibus erat clamans, & concidens se lapidibus. Erant duo, prout dicit Matthęus, sed vnus sęuior, de quo Mar. & Luc. in quo erat legio. Nemo audebat illos ad Iesum adducere, sed hos adduxit inuitos tacita virtus Iesu. Quum enim ad strepitū hospitū processissent è latebris suis impetum facturi in eos, quē admodū consueruntmox vt viderunt Iesum eminus, vi cæleſti attracti subitoq; mutati, accurrerunt ad illū. Mar. 5. Videns autē Iesum à longe, cucurrit, & adorauit eū: & clamās voce magna, dixit: Quid mihi & tibi Iesu fili dei altissimi? Adiuro te p deū ne me torqueas. Dicebat em̄ illi: Exi spūs immunde ab hoīe isto. Luc. 8. Obsecro te ne me torqueas. Bono suo vidit Iesum. Iesus em̄ misertus hominis, imperabat spiritui vt exiret. Inuitus autem ille relinquebat veterem suam possessionē, quin & illud metuebat, iam ad-

esse diem, quo forent æternis addicendi supplicijs, malorꝫ omniũ, quibus hic affligunt homines, pœnas daturi, neqꝫ posthac finerentur hominibus esse molesti. Tanta em̃ eorꝫ est malitia, vt grauissimus ipsis sit cruciatus, si non liceat lędere homines. Non voluntatis ista confessio fuit, quam præmium sequitur confitentsi, sed necessitatis extorsio quæ cogit inuitos. Veluti si serui fugitiui post multum temporis dominum suum videant, & nil aliud, quàm de verberibus deprecentur. Sic cruciabantur impij spiritus, nec ferebant vim diuinam, vt sibi mali conscij, sentirent nouum quendam & occultum cruciatum, etiam priusquàm ille loqueretur. Ambrosius: Non nouerunt diuini consilij dispensationem. Si enim cognouissent, nunq̃ dñm glorię crucifixissent. 1. Cor. 2. Hinc scdm Hilariũ. Magis suspicati q̃ nosse credendi sunt dæmones dñm, Nunc autem quum tempus sit meriti & demeriti vsqꝫ ad iudicium, sicut angeli boni nobis adsunt in bonum, Psal. 90. Angelis suis deus mãdauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis, Hebræ. 1. Omnes enim administratorij sunt spiritus, missi in ministerium, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis, ita mali ad nostram exercitationem, Ephe. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus prncipes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spũalia nequitiæ in cælestibus. 1. Pet. 5. Aduersarius vester diabolus tanq̃ leo rugiẽs circuit, quærens quem deuoret. Hinc licet secum portent pœnam, non tamen consummatam, quam infernalibus flammis alligati habebunt. Matth. 25. Qui paratus est diabolo & angelis eius, cui nunc reseruantur. 2. Pet. 2. cauſantur se ante tempus cruciari, si ab hominum cruciatu, nimio odio exagitati, arceantur. Sentiebant etiam Iesu vocem efficacẽ, & omnipotentem, cui volentes nolentes parere cogerentur. Iesus, quo omnibus notior esset miraculi magnitudo. Marc. 5. interrogauit eum: Quod tibi nomen est? Et dicit ei: Legio mihi nomen est, quia multi sumus. Et deprecabatur eum multum, ne se expelleret extra regionem. Nullum est magnum peccatum, sine magna caterua vitiorum. O peruersam dæmonis malitiam, non deprecatur veniam, non aliud beneficium petit, vt ipsi sit melius: pro beneficio ducit, si liceat illic viuere, vbi plurima sit nocendi occasio. Sapiæ. 2. Inuidia diaboli intrauit mors in orbem terrarum. Sic venit in paradisum, in serpente decipiens mulierem, Gene. 3. Sic intrauit Iudam, vt domini perficeret traditionem, Iohan. 13. Sic commouit Dauid vt numeraret populum. 2. Regum. 24. Quid plura? nusquàm non cessat impugnare sanctos. Hinc contra Iob affuit inter filios dei, Iob. 1. Vnde Lucæ. 22. ait dominus: Simon, ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Ecce vnde victoria, Iac. 4. Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Sed præmisit. Appropinquate deo. 1. Pet. 5. Cui resistite fortes in fide. Non enim quantum vult. potest, sed quantum deus pro nostra exercitatione permittit, vt patet Iob. 1 & hic. Vnde sequitur.

Erat autem non multum ab eis grex multorum porcorum pascens: Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes, abierunt in porcos. Et ecce magno impetu abijt totus grex per præceps in mare, & mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt, & venerunt in ciuitatem, & nunciauerunt hæc omnia, & de ijs qui dæmonia habuerant. Et ecce tota ciuitas exijt obuiam Iesu, & viso eo, rogauerunt eum, vt transirent a finibus eorum.

2 Dæmones ergo videntes se virtute diuina vehementer vrgeri, ne sine noxa abirent, tanta erat malitia, hoc deprecabantur, quo vel suffocatis porcis contristent dominos illorum, vt ne Christum susciperent. Dominus aũt qui nouit malis malorum conatibus vti in bonum, concedit, quo crudelitatem illorum erga homines commonstret, nisi auerterentur per deum, & miraculum euidentius redderetur & famosius, ac Gerasenis occasionem præstaret conuersionis, per impetum immaturæ mortis quam fugiunt omnes. Pestilente enim flagellato, stultus sapientior erit, Prouerbiorum. 19. Necnon vt hominis nobilitas declararetur, ob cuius salutem, cæterarum rerum quàmuis grauis iactura est negligenda. Ambrosius: Dignior bestijs est homo, quum pro duorum hominum salute duo millia porcorum perierint, Marci. 5. Caueant homines, ne porcorum similes inueniantur, in luto voluptatum versantes: In tales enim animos commigrant dæmones, mittentes illos præcipiti perditione in mare huius vitæ, vt suffocentur. Solicitudo enim seculi & fallacia diuitiarum suffocant verbum, Mat. 13. Hiero. Erubescat Manichæus, si de eadẽ substantia, & eodẽ autore hoim bestiarumq̃ sunt animæ, quomodo ob vnius hominis salutem duo

millia

milia porcorum suffocantur? Ex hoc intelligimus, quod cum spiritus maligni intrant in homines immundos, non mittit eos deus, sed permittit idipsum efflagitantibus eisdem spiritibus: quodq; sine diuino permissu non possunt ne in porcum quidem vilissimum animal intrare, tanto minus quæ bona sunt contingere. Non enim possunt, nisi quantum permittuntur? Imo coartantur, ne tantum possint quantum volunt, Iob. 1. Marc. 5. Qui autem pascebat eos, fugerunt, & nuntiauerunt in ciuitatem & in agros, & egressi sunt videre quid esset factum, & venerunt ad Iesum. Et vident illum qui à dæmonio vexabatur, sedentem, vestitum, & sanæ mentis, (Luc. 8. ad pedes eius) & timuerunt. Et narrauerunt illis qui viderant, qualiter factum esset ei qui dæmonium habuerat, & de porcis, Luc. 8. Et rogauit eum omnis multitudo Gerasenorum, vt discederet ab ipsis, quia magno timore tenebantur. Fugerunt pastores, tam insolito stupendoq; miraculo territi, & ne damnum ipsis imputaretur. Bonus ille pastor ouium, succurrit periclitanti gregi, Iohan. 10. Cæterum vbi deplorati perditiq; gregis pastores sunt similes, & internecione perit grex, & pastores territi nihil aliud quàm fugiunt. Viderunt duos homines ex nudis iam vestitos, ex phreneticis sanos, ex rabidis quietos, adeo vt sederent ad Iesu pedes, agnoscentes autorẽ suæ salutis. Sed quoniam erant crassi maliq;, magis metuebant virtutem Iesu, quàm amabant bonitatem, ac pluris faciebant iacturam porcorum, quàm salutem hominum tristitia affecti, timebant ne grauius quiddam essent passuri: rogabãt vt discederet à finibus eorum. Qui si pernouissent eum, obnixe rogassent, vt venire dignaretẽ in fines eorũ, hoc facturus in animis illorum, quod in duobus fecerat dæmoniacis. Erat enim fuga pastorum occasio salutis, sed ipsi intelligere neglexerunt. Oportebat em̃ mirari virtutem seruatoris, & illi credere. Qualis enim esset vita illorum, porci declarabant, quos dæmones hominum vicarios sibi postularunt. Disce ergo quod vbi vita ẽ porcina, nõ manere Christum, sed diabolum, Lucæ. 8. Iesus autem ascendens nauim, reuersus est, & rogauit eum vir à quo dæmonia exierant, vt cum eo esset. Dimisit autem eũ Iesus, dicens: Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit deus. Et abijt per vniuersam ciuitatem, prædicans, quanta illi fecisset Iesus, Marc. 5. Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis, quanta tibi dominus fecerit, & misertus sit tui. Rogabat ergo, vt liceret esse in illius comitatu, cui salutem debebat, & ne, si quando dæmones eum inuenissent solum, iterum se adirent. Dominus autem illum sua virtute saluum remisit, malens illum habere præconem quàm comitem, quod id magis multorum expediret saluti. Vide quàm alienus à fastu dominus: non enim dixit, annuncia quæ ego tibi feci, sed deus. Ipse tamen curatus, diuina illustratione edoctus, tanquàm gratus, per omnes ciuitates prædicabat, qualis fuisset, & qualis esset beneficio Iesu factus. Ea regio decem ciuitates complectitur, vnde & decapolis dicta. Nec inanis fuit omnino dæmoniaci prædicatio, credidere multi, & admirati sunt, Marc. 5. Et cum ascendisset Iesus in nauim, rursum trans fretum conuenit turba multa ad eum, & erat circa mare, Lucæ. 8. Et factum est cum rediisset Iesus, excepit illum turba. Erant autem omnes expectantes eum. Hac imagine nimirum docuit nos dominus Iesus, nullis quamlibet impijs, non esse non offerendam euangelij gratiam: Inuitis tamen & aspernantibus non esse obtrudendam, sed rursus ita discedendum ab illis, vt scintillam aliquam relinquamus veræ pietatis, olim fortassis per occasionem emicaturam. Reuersus est itaq; Iesus vnde venerat, videlicet in Galilæam, vbi iam celebris erat & admirandus omnibus. Redeuntem excepit ingens multitudo, quæ magnis desiderijs expectarat Iesu reditum à Gerasenis.

¶ De paralytico sanato. Matthæi. 9. Marci. 2. Lucæ. 5.

## ARTICVLVS XXXIII.

ET ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Videns autem Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat. Mat. 9 M

Ostendit diuinæ benignitatis magnitudinem omnibus obuiam & paratam, quæ plus semper præstat q̃ postuletur. Conscensa ergo naui traiecit, quo naturæ assumptæ declarat veritatẽ, & nos informat, mare huius seculi nõ nisi per lignũ crucis transire, & ad salutis portum pueuire. Chrysostomus. Nauigio transiit, q pedes potuit: nõ sic mũdani, q ambulãt in magnis & mirabilibus supra se, humilia de se nõ sentiẽtes. Mar. 2. Et iterũ intrauit

Caperna

Capernaum post dies octo,& auditum est, q̄ in domo esset, & conuenerunt multi, ita vt non caperent neq; ad ianuam, & loquebat eis verbū, Lucæ.5. Et factū est in vna dierum & ipse sedebat docens. Et erant pharisæi sedentes & legisdoctores, qui venerant ex oī castello Galilææ & Iudææ & Hierusalem,& virtus domini erat ad sanandū eos. Hinc hominem difficillimi morbi sanat, vt sanādo tantū morbum, sanaret & mirabilem pharisæorum insaniam, qui nō ad discēdum, sed insidiandū aduenerāt Iesu, cuius gloria suam obscurari tenebant. Vere virtus domini erat ad sanandū, nō tam corporaliter quàm spiritualiter in anima, Psal.102. Qui propiciatur oībus iniquitatibus tuis, qui sanat oēs infirmitates tuas.1. Cor.1. Nos prædicamus Christū crucifixum, Iudæis q̄dem scandalū, gentibus autem stultitiam: ipsis autem vocatis Iudæis atq; Græcis, Christū dei virtutem, & dei sapiētiam. Verum virtutem, quocūq; fugias, sua sequit gloria, nō aliter quàm vmbra corpus. Quemadmodū enim dns Bethleem cunis suis nobilitauit, Nazareth educatiōe celebrem reddidit, Aegyptū fuga sua felicē fecit, ita Capernaum frequenti cōmoratiōe, atq; inibi proditis miraculis velut adoptauit in patriam. Huc autem veluti furtim reuersus est, prius abdens sese in domū, quàm aduentus ipsius innotesceret vulgo. Verum vt non potest latere sol, ita nō potest esse clàm dns Iesus. Beata domus, in quam immigrauit dns Iesus, & à qua nunquam recedit, Iohan.14. Si q̄s diligit mē, sermonem meū seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eū veniemus, & mansionem apud eū faciemus.1. Iohan.4. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Dominus ergo docens nos, vbiq; primam habēdam esse rationem animæ, posteriorem corporis, in primis impartiebat eis sermonem euāgelicū, quo sanant animorū morbi. Totus autem Iesus, q̄niam fons erat oīs salutis, nihil aliud spirabat, quàm vim quādam diuinam ad sanandos homines, cuius rei gratia venerat in terras, Luc.6. Virtus de illo exibat, & sanabat oēs. Luc.5. Et ecce viri portātes in lecto hominem, (Mar.2. qui à quatuor portabat) qui erat paralyticus, & quærebāt eū inferre, & ponere ante eū: & nō inueniētes qua parte illum inferrēt præ turba, ascenderūt super rectū, & per tegulas summiserūt eum cū lecto in mediū ante Iesum. Morbus erat insanabilis, iamq; inueteratus, aditus importunus, & tamen certam spem illis porrigebat domini bonitas cum pari potentia coniūcta. Tantū in hoc labor erat, vt miser veniret sub oculos Iesu. Siquidem ille iam sanitati proximus est, qui relictis latebris peccandi, vt miserabilis semet offert conspectui Iesu, suam agnoscens calamitatem, & illius expectās benignitatem. Hieronymus: Paralysis, typus est corporis, quo piger iacet in mollitia carnis, habens desiderium salutis: & corporis ignauia, & duplis cogitationibus, ac si eneruatus in membris, offendit: quem quatuor portāt, quorū per fidem paralytico dimittuntur peccata, scilicet prudentia & fortitudo, temperantia & iustitia. Morbus erat nulli non miserandus, sed longe miserabilior erat animus vitijs obnoxius. Vnde dominus declarans morbum esse ex peccato, primū soluit peccatum. Turba ergo quæ in foribus nolebat locum dare misero, coacta est ex alto labenti cedere. Quid autem inter hæc mitissimus medicus? Non exprobrat impudentiam & importunitatem, non destomachatur abominando spectaculo irruptum sermonem suum, sed potius approbans ardorem fidei baiulorum, quamuis oportuit non minorem esse fidem ęgroti, qui sic demitti se vel iusserit, vel passus sit, ostendens simul, esse diuinius ac magis appetendū liberari à morbis animorū, quàm corporis, conuersus ad decumbentem, vt circumstantibus fidem etiam etq; etiam commendaret, bono animo, inquit, esto fili, Hiere. O mira humilitas, despectum & debilem & totis membrorū compagibus dissolutum, filium vocat, quem sacerdotes tangere dedignabant. Filius siquidem creatione. Deuter.32. Nonne ipse est pater tuus, qui possedit, fecit, & creauit te? Nunc autem fide & peccatorū remissione. Iohan.1. Dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Gal.3. Oēs vos filij estis per fidem quæ est in Christo Iesu. Sic & Zachæus quęrens videre dominum quis esset, filius dictus est Abraæ, Lucæ.19. Confide, ait, oīa ēm possibilia sunt credenti, Marc.9. Sic cæcis ait, Matth.9. Creditis quia hoc possum facere vobis? Secundum fidem vestram fiat vobis, Luc.5. Homo, remittuntur tibi peccata tua. Augustinus: Hominem vocat, quia peccator: filium, quia peccata remittunt. Glo. Tu homo peccator es, ego deus qui peccata dimitto. Amabilis iste medicus qui purgat naturam, annihilat culpam, & prę-
2 stat gratiam. Luc.5. Et cœperunt cogitare scribæ & pharisæi, dicentes: Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus deus? Quum foris non auderent propter turbam, in corde murmurabant, deum non reuerentes, sed homines. Eruditio enim literarum sacrarum eos nihilo reddebat meliores, sed ad calumniandum propensiores. Non enim dixerat: Ego remitto, sed remittuntur. Sed ipsi ad calumniandum nunq̄ non procliui, sic acceperunt, quum diuinam quandam potentiam hæc vox sonaret. Sacer-

dotes pro

dotes pro peccatis orabant, Leuit.5.&c. hic autem homo quũ sit, dei potestatem sibi vsurpat, Esa.43. Ego sum, ego sum q deleo iniquitates tuas. Hinc morti ipsum obnoxium iudicabant, quũ blasphemus iubeatur lege occidi, Leui.24. Iob.14. Quis potest facere mundũ de immundo cõceptum semine? nonne tu qui solus es? Hinc Psal. 50. Cor mundũ crea in me deus, & spm̃ rectum innoua in visceribus meis. Scienduin quod autoritatiue & principaliter peccata remittit deus, ministerialiter homo, Iohan.20. Quoꝝ remiseriris peccata remitunt eis, gratia formaliter, tanquam forma oñe contrarium sibi expellens. Quia ergo, vt dicit Beda, pro culpa animæ corpus infirmat, ideo prius animã oportuit curare, docens hoc medicos, verus medicus animarꝝ, vt quum ad corporꝝ curam vocant, q primũ & ante omnia ingerant ægrotis, vt animarum medicos aduocent.

Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere, dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, surge & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et surrexit, & abijt in domum suam. Videntes autem turbæ, timuerunt, & glorificauerunt deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

Iesus autem qui diuinam potestatem suam remittendis peccatis subindicauerat scribis, etiam peculiari signo declarat eandem, declarans sese non latere, quid quisq; cogitet. 1. Regum. 16. Homo videt ea quæ patent, deus autem intuetur cor. Hiere. 17. Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans cor, & probans renes. Glossa: Volens dominus saluos facere peccatores, & occultorum se reuelatione deum demonstrat. Q.d. Ea potestate qua cogitationes vestras intueor, possum etiam hominibus peccata dimittere. Vt quid peruerse iudicatis inuidia excæcati? Siquidem ex scripturis & operibus cognoscere poterant, ipsum esse per quem salus promittebatur. Iohan.5. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. Illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Si crederetis Mosi, crederetis vtique & mihi, de me enim ille scripsit. Iohan.10. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Hieronymus: Vtrũ sibi paralytico peccata dimissa fuerint, ipse solus nouerat qui dimittebat: Surgere autem & ambulare, omnibus manifestum erat qui videbant. Fit ergo visibile signum, vt probetur inuisibile. Accipite ergo visibile documentum, quod filius hominis habeat in sese perpetuam ac propriam potentiam in terris remittendi peccata cunctis, qui syncera fide quærunt ipsius opem. In terra, ait, quia in inferno nulla est redemptio. Psalm. In cælo non est peccatum. Matth.16. Quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cælis. Marc.2. Tibi dico, surge. Ad hanc vocem alacer erexit sese, quasi nunquam sensisset aliquam paralysim, ac sublato in humeros lectulo, per confertam hominum multitudinem egressus est. Datus est locus exeunti, qui negatus est aduenienti: & qui prius decumbens gestabatur à quatnor baiulis, nunc etiam lecto gestando sufficit. Chrysostomus: Id quod fuit signum infirmitatis, fit signum sanitatis. Glossa. Magna virtus, vbi fine mora salus imperium comitatur, Luc.5. Et confestim consurgens coram illis, tulit lectum suum in quo iacebat, & abijt in domum suam magnificans deum. Quemadmodum in miseriis ad deum recurrimus auxilium petentes, Psalmo.6. Miserere mei domine quoniam infirmus sum.2. Paralip.20. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Sic post acceptum beneficium gratias agere dubemus, ne ingrati inueniamur. Psal.102. Benedic anima mea dominum, & noli obliuisci omnes retributiones eius. 1. Thessa.5. In omnibus gratias agite. Lu.5. Et stupor apprehendit omnes, & magnificabant deum, & repleti sunt timore, dicentes: Quia vidimus mirabilia hodie, Marc.2. Abijt inde coram omnibus, ita vt miraren tur omnes, & honorificarent deum, dicentes: Quia nunquam sic vidimus. Glossa: Merito qui aderant, relictis blasphemijs, stupentes ad laudem conuertuntur tantæ maiestati. Ex tanto nanque prodigio, magnitudinem potentiæ, sanctitatem q; domini Iesu pensantes, suam mox fragilitatem & culpam clarius aduerterunt. Imo quasi coacti sunt intueri, vnde orta est formido vltionis diuinæ, & pauor reuerentialis ad autorem miraculi, non intelligentes quod Christus in hoc venerat, non vt perderet nocentes, sed vt redderet innocentes. Glorificauerunt deum, qui talem potestatem dedit hominibus, vt simplici verbo & peccato condonaret, & morbũ insanabilẽ adimeret. Dicebãt aũt inter sese:

Conspe-

Conſpeximus hodie mirabilia, quæ nec audiuimus vnquam facta, neq; legimus. Scribis autem ſic erat impoſitum ſilentium, vt magis etiam exacerbarentur inuidia, nimirum magis quærentibus ſuam gloriam quàm dei, qua per Ieſum indies illuceſcentem ſe videbant obſcurari. Quanto anima præſtantior corpore, ſic curatio animæ difficilior curatiõe corporis. Sicut autem dominus non ſolum morbos curat, ſed & virtutem dat, ſic in morbis animæ curandis virtutem infundit, vt operemur mandatum. Surgendum ergo à carnis illecebris, & caro ſpiritui ſubigenda, Gala. 5. Qui Chriſti ſunt, carnẽ ſuam crucifixerũt cum vitijs & concupiſcentijs, & in domum interioris conſcientiæ redeundum, ne peccemus, Pſal. 118. In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccẽ tibi. Ac ſemper corde feſtinandum in domum non manufactam, æternam in cælis. 2. Cor. 5. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus, Hebræor. 13.

De conuiuio Matthæi, vide ſupra, ar. 24. m. 2.

¶De ieiunio diſcipulorum Iohannis, Mat. IX. Marc. II. Luc. V.

ARTICVLVS XXXIIII.

Mat. 9 N

TVnc acceſſerunt ad eum diſcipuli Iohannis, dicentes: Quare nos & phariſæi ieiunamus frequenter, diſcipuli autem tui non ieiunant? Et ait illis Ieſus: Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere quam diu cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies cum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt. Nemo autem committit commiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus. Tollit enim plenitudinem eius a veſtimento, & peior ſciſſura fit. Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres, alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt, & ambo conſeruantur.

Diſcipuli Iohannis qui quodam humano affectu ſubinuidebant Ieſu, de magiſtro ſuo Iohanne veluti de præſtantiori gloriantes, iuncti phariſæis, adeunt Ieſum: nec verentur illum in os calumniari, quod nimis indulgenter haberet ſuos diſcipulos, minusq; ſeuere inſtitueret, quàm Iohannes ſuos, quum arctiorem quandam diſciplinam videretur polliceri. Iohannes enim quum eſſet confinium legis mox ceſſaturæ, quædam tradebat quæ nõ prorſus horrebant ab inſtitutis phariſæorum, quum Chriſtus, qui multorum opinione Iohanne videbatur inferior, indulgentius ac mollius haberet ſuos, in his duntaxat quæ ad corporales obſeruationes pertinent. Duabus autem rebus phariſæi potiſſimũ capiebant apud populum opinionem ſanctimoniæ, ieiunijs & precationibus, Marc. 2. Et erant diſcipuli Iohannis & phariſæi ieiunantes, Luc. 5. Quare diſcipuli Iohannis ieiunant frequẽter, & obſecrationes faciunt, ſimiliter & phariſæi, tui autem edunt & bibunt? Non eſt dubium quin præcepta legis ieiunia obſeruarent. Peccarunt in hoc primo, quia ſecundum Hieronymum iungebant ſe phariſæis, quos nouerant à magiſtro ſuo Iohanne condemnatos, Matth. 3. Secundo, quod Chriſtum calumniabantur, quem magiſtri ſui vocibus ſciebant prædicatum. Tertio, ſe de ieiunio iactando, Matth. 6. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciẽ tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, ſed patri tuo qui videt in abſcõ
2 dito. Ad hanc quæſtionem, quoniam ipſum petebant, non diſcipulos, dominus clementius reſpondit, quàm paulo ante fecerat, diſcipulis ſuis patrocinans, nos interim docens euangelicam charitatem, quæ lenis eſt malis proprijs, diligentiorem eſſe in propellendis malis alienis. Hinc reſponſionem ab Iohannis teſtimonio mutuatur. Is enim apud eos qui ipſum Chriſtũ ſuſpicabantur, de Ieſu teſtificans, ait: Qui habet ſponſam, ſponſus eſt, Iohan. 3. quod cooptet ſibi nouam ſponſam, id eſt, eccleſiam, veteri mortua, hoc eſt, ſynagoga, Ieſum indicans ſponſum, ſe autem amicum ſponſi. Hinc ſermonem eis ad memoriam dominus reuocauit, Pſal. 18. Tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. 2. Cor. 11. Deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Filij ſunt, qui fidem habẽt per dilectionem operantem. Gala. 5. & 3. Omnes vos filij dei eſtis per fidem, Luc. 5. Nunquid poteſtis filios ſponſi, dum cum illis eſt ſponſus, facere ieiunare? In his quæ corporis ſunt, & ad legis accedũt cęremonias, lenior eſt noſtra inſtitutio: ſed in his quæ ſunt animæ, longe ſeuerior eſt. Teneri adhuc ſunt, ac toti pendent à ſponſo. Huius non erit illis diuturna copia. Veniet autem tempus quum orbabuntur ſponſo: tum hauſto ſpiritu cęleſti facti ſit miores, non ſolum ieiunabunt, idq; ſua ſpõte, verumetiam fortiora magisq; maſcula præ-

ſtabunt

stabunt volentes & alacres. Nolite eis interim inuidere hanc lætitiam, non diu duraturã. Sinite illos hac indulgentia leniter duci ad perfectiora. Nam gaudij magnitudo non sinit eos, quàm diu cũ ipsis est sponsus, meminisse tristium. Mœstum aũt quid est ieiuniũ, non natura sui, sed comparatione illorum qui adhuc infirmiores sunt. Nam perfectioribus qui ad sublimioris philosophiæ fastigium peruenire volunt, iucũda quædam res est, & valde amabilis. Discipuli mei, quoniam per me custodiuntur, ieiunio non indigẽt: quũ autem corporalem abduxero, per ascensionem, ipsis præsentiam, Iohan. 16. Exiui à patre, & veni in mundũ: iterꝙ relinquo mundũ, & vado ad patrem, diuinitate semper cum ipsis permansurus. Matth. 28. Ecce ego vobiscum sum vsqꝙ ad consummationem seculi, & missi fuerint ad prædicandum, tunc ieiunabunt & orabũt, vtpote ad maiora se præparantes. Actu. 13. Ministrantibus autem illis & ieiunantibus. Marc. 2. Nemo assumentum panni rudis assuit vestimẽto veteri: alioqui aufert supplemẽtum nouum à veteri, & maior scissura fit. Vetera veteribus, noua nouis cõgruunt: quæ si miscеas, nõ solum inanem cõsumis operam, verumetiã eos quos in melius mutare conaris, reddis deteriores. Donec renatus qs fuerit, & veteri homine depositо per passionem meam, nouum hominẽ induerit, nõ potest sæuiora ieiunij & continẽtiæ sustinere præcepta, ne p austeritatem miniam, etiam credulitatem quam nũc videtur habere, amittat. Roma. 12. Rationabile obsequium vestrum. Eccles. 7. Noli esse iustus multum, neque plus sapias quàm necesse est, ne obstupescas. Vinum nouum in vtres nouos mittendum est, & vtraqꝙ conseruant. Lucæ. 5. quia ferunt vim vini, nec dissiliunt feruescente vino. Ego meos totos nouos eẽ volo, eosqꝙ mihi paulatim sic fingo, vt olim fortes ac firmi queant euãgelicæ doctrinæ vim perferre. Iohãnes vetustis vtribus non est ausus aliud, qꝙ vetus vinũ cõmittere. Nihil earum reꝝ meis ꝑcipio, qꝙ quicqꝙ habẽt confine cũ carnali legis obseruatione, ne si vel paululum admisero, toti relabant eo vnde volo eos totos esse alienissimos. Scio qꝙ sit difficile nouam hãc & spiritualem doctrinam cõmendare ijs qui iam diu veteribus assueuerunt. Vix enim placet quicquam diuersum cuiquam, ab eo cui diu assueuerit, protinus eñ offenditur ad gustum inusitatę rei, Luc. 5. Et nemo bibẽs vetus, statim vult nouum: dicit enim vetus melius est. Nam carnalibus spiritualia dulciter non sapiunt, quãuis in se dulcissima sint, 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spũs dei. Eph, 4. Deponite vos secundum pristinam cõuersationem veterẽ hoiem, qui corrumpit secundum desideria erroris. Renouamini aũt spũ mentis vestræ, & induite nouum hoiem qui secundum deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Suggillat seruator phariſæoꝝ inueteratam in maiorum traditionibus mentem, & ob id minus idonei euangelio.

¶De puellæ suscitatione & de hæmorrhoissa, Matt. IX. Mar. V. Luc. VIII.

## ARTICVLVS XXXV.

HAec illo loquẽte ad eos, ecce princeps vnus accessit & adorabat eũ, dicẽs: Dñe, filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manũ tuã super eã, & viuet. Et surgẽs Iesus, sequebatur eũ & discipuli eius. Matth. 9 O

Quàm benigne dñs pijs supplicãtiũ succurrat votis, declarat, quo nobis fiduciam postulandi tribuit. 2. Cor. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiaꝝ & deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Luc. 8. Et ecce venit vir cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat, & cecidit ad pedes Iesu, rogans eũ, vt descenderet in domum eius, quia vnica filia erat ei fere annoꝝ duodecim, & hæc moriebat. Marc. 5. deprecabatur eum multum, dicẽs: qm̃ filia mea in extremis est. Quia enim propriũ est rogantium, propriam augere miseriam, ideo vt amplius prouocaret dominum, dixit eam mortuam, prout Matthæus dicit. Ilico ergo benignus Iesus, Marc. 5. abijt cum illo, & sequebatur eum turba multa, & comprimebant eum. Ecce inter eundum alterius occasio miraculi.

Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur annis duodecim, accessit retro & tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se: Si tetigero tantũ vestimentum eius, salua ero. At Iesus cõuersus, & vidẽs eam, dixit: Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. 2

Mulier bis misera, postꝙ malæ valetudini accesserat inopia. Marc. 5. quæ fuerat multa perpessa à compluribus medicis, & erogauerat omnia sua, nec quicqꝙ profecerat, sed magis de-

gis deterius habebat, cum audisset de Iesu, venit in turba retro, & tetigit vestimẽtũ eius. Dicebat enim &c. Postq; ergo cœpit diffidere medicis, cœpit esse saluti vicinior. Deus enim nulli libentius opitulatur, q; quem humana destituere præsidia. Hæc cum summã fiduciã de Iesu concepisset, quũ immũda esset, ob pietatem non accessit manifeste, ne repulsam pateretur: & quanuis putabat se latere, sperabat tamen se sanitatem consecuturam si tãgeret: & accessit retro, atq; tandem eluctata per collidentium se globos hominũ, tetigit extremam oram vestis illius, quæ in cõpressu multitudinis huc & illuc ferebatur. Luc. 8. Accessit retro, & tetigit fimbriam vestimẽti eius. Iudæi enim sicut religione, ita & vestitu erant distincti ab alijs nationibus. Nume. 15. Loquere filijs Israel, vt faciant sibi fimbrias per angulos quatuor palliorum, ponẽtes in eis vittas hyacinthinas: quas cũ viderint, recordabuntur omniũ mandatorũ domini, nec sequentur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes, sed magis memores præceptorum domini faciant ea, sintq; sancti deo suo. Marc. 5. & confestim siccatus est fons sanguinis eius, & sensit corpore q̃a sanata eẽt à plaga. Rabanus: In desperatis causis magna est gratia extrema necessitas. vnde desperans hæc mulier ab omni humano auxilio, didicit ex vestimẽtis Christi habere salutẽ: & docuit nos, quantum sit corpus in sacramẽto susceptum, quæ in fimbria tantum mõstrauit salutis. Credidit, dixit, & tetigit: quia his tribus, fide, verbo & opere, omnis salus acquiritur. Sanguinis patitur fluxum, qui ingenti carnalium delectationum fluxu pollutus fluit, atq; à cœtu iam fidelium segregatur. Psalm. 50. Libera me de sanguinibus deus deus salutis meæ. Tangat ergo manu fidei, quia virtus de illo exit & sanat omnes. Luc. 6. Iac. 4. Appropinquate deo, & appropinquabit vobis. Marc. 5. Et statim Iesus cognoscẽs in semetipso virtutem quæ exierat de illo, conuersus ad turbam, aiebat: Quis tetigit vestimenta mea? Glossa: Non quærit vt doceatur, sed vt mulier cõfiteatur ad miraculi manifestationem, in dei laudem, & astãtium ædificationem, ac archisynagogi cõfirmationẽ. Iesus enim pro suo beneficio nihil aliud præmij flagitat, nisi cõfessionẽ mali, & agnitionem clemẽtiæ diuinæ. Luc. 8. Negantibus aũt oñibus, dixt Petrus & qui cũ illo erãt: Præceptor, turbæ te comprimũt & affligũt, & dicis, quis me tetigit? Etenim Iesum euntẽ in ædes archisynagogi densissima hominũ turba comitabatur, partim quia non poterat diuelli à Iesu, partim quo spectatores fierẽt rei gerendæ, & rogantis nobilitas acuebat spectandi desiderium. Et dixit Iesus Luc. 8. Tetigit me aliquis. Nam & ego sensi virtutem de me exisse. Subindicabat non se de vulgari contactu loqui, de quo sentiebãt discipuli. Marc. 5. Et circũspiciebat videre eam quæ hoc fecerat. Luc. 8. Videns aũt mulier quia non latuit, tremẽs venit & procidit ad pedes eius, & ob quam causam tetigerit eũ, indicauit coram omni populo, & quemadmodum cõfestim sanata sit. Hæc dominus teste turba prædicari voluit, non vt pudefaceret mulierculam, aut sibi laudem apud homines vindicaret, sed vt exemplo doceret omnes, quãtum valeret firma fiducia, ac mulieris exemplo confirmaret fidem archisynagogi, quam intelligebat nõnihil vacillare, simulq; pharisæis suam exprobraret incredulitatem. Hieronyms: Iuxta legem qui mulierẽ mẽstruatam & sanguine fluentem tetigerit, immundus est, Leuit. 15. hæc ideo tangit dominum, vt ipsa sanguinis vitio curaretur. Marc. 5. Ille autem dixit ei: Filia, fides tua te saluã fecit, vade in pace, & esto sana à plaga tua. Pius dominus mulierem trepidam ac metuẽtem, ne iratus dominus suum beneficium repeteret, consolatus est. Bono animo esto filia, fides tua te saluam fecit. Ideo filia, quia fides tua te saluam fecit. Non ait, Ego te saluam feci, quo vanam gloriam vitandam ostenderet, & fidei meritum extolleret. Vade cum pace, tranquillo ac securo animo. Volo enim vt hoc meũ beneficiũ sit tibi perpetuũ. Matth. 5. Adhuc eo loquente, veniunt nuncij ad archisynagogum, dicẽtes: quia filia tua mortua est, quid vltra vexas magistrum? Nam viuæ salutem dare posse credebant, mortuæ vero vitam reddere non posse, & ideo non esse causam, vt pergat molestare Iesum. Lucæ. 8. Iesus autem audito hoc verbo, respondit patri puellæ: Noli timere, crede tantum, & salua erit. Vidit enim obstupuisse & cõsternatum esse animum ipsius, quare blãdo ipsum subleuauit alloquio.

5 Et cum veniſſet Ieſus ad domum principis, & vidiſſet tibicines, & turbã tumultuantẽ, dicebat: Recedite, non enim eſt mortua puella, ſed dormit. Et deridebant eum. Et cum eiecta eſſet turba, intrauit & tenuit manũ eius, & dixit: Puella, ſurge. Et ſurrexit puella, & exijt fama hæc in vniuerſam terram.

Luc. 8. Et cum veniſſet ad domum, non permiſit intrare ſecum quenq;, niſi Petrũ, Iacobum & Iohannem, & patrem & matrem puellæ. Flebant autem omnes & plangebant illam.

illam. Solet enim vulgus hominũ acerbius ferre mortem iuuenum quàm senum, quum nihil sit optabilius quàm tum emori, quum dulcissimum est viuere, priusquã animus multis huius vitæ malis cõtaminatus est. Non enim refert quàm diu vixeris, sed quàm bene. Sapiæ.4. Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neq; annorũ numeto computata. Cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Placens deo factus est dilectus, & viuens inter peccatores, translatus est. Raptus est, ne malitia mutaret intellectũ eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia. Consummatus in breui, expleuit tempora multa. Placita enim erat deo anima illius. propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. Esa.65. Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus. Quod autem deriserunt eũ, scientes quia mortua esset, Luc8. testimoniũ amplius dederunt miraculo q̃ vere mortuam suscitarit. Erat quidem alijs mortua, à quibus excitari non potuit, sed non ipsi, qui facilius à morte posset excitare, quàm alius à somno. Deo enim omnia viuunt. Sed ipse ob hoc non desistebat ab incepto, docens nos, non ob prauorũ derisionem iter bonorũ operũ deserere inceptum. Sic Dauid à Michol derisus, ait 2. Regũ.6. Ludam coram domino, & vilior fiam plus quàm factus sum, & ero humilis in oculis meis. Hieronymus: Non erant digni vt viderent mysteriũ resurgentis, qui resuscitantẽ deridebant, & ne gloriã affectare videretur. Marc.5. Et tenens manũ puellæ, ait: Thabita cumi, quod est interpretatũ, Puella, tibi dico, surge. Syrorũ lingua est. Et cõfestim surrexit puella & ambulabat. Quo certior esset fides miraculi, non solũ vitam reddidit, sed & vires & alacritatẽ. Si mortuus fueris peccatis, tunc surges quando apprehendet manũ tuã, ita vt opereris. Psal.143. Emitte manũ de alto, libera me & erue me. & 72. Tenuisti manũ dexterã meã, & in volũtate tua deduxisti me, eiecta turba, & tumultuatione sedata. Beda: Nisi secularium curarũ multitudo à corde eijciatur, anima quæ intus iacet mortua, non suscitatur. Dũ enim se p̃ vniuersas cogitationes spargit, ad considerationem sui sese nullatenus colligit. Notandũ q̃ mulierẽ saluauit fide propria, filiã mortuã fide aliena. Hinc admonet Iohãnes. 1. Ioh.5. Qui scit fratrẽ suũ peccare peccatũ non ad mortẽ, petat, & dabitur ei vita peccãti nõ ad mortẽ. Roma.6. Stipendia peccati mors. Ideo Roma.10. Fratres, voluntas quidẽ cordis mei & obsecratio ad deũ fit pro illis ad salutẽ. Quisquis ergo à morte animæ, Christo manũ sibi confortante, resipiscit, non modo resurgere à sordibus vitiorũ, sed & in bonis continuo proficere debet operibus, ac tunc necesse habet pane verbi satiari diuini. Eccl 15. Cibauit illum pane vitæ & intellectus. Matth.4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo ꝺd procedit de ore dei, & sacrosancti altaris particeps effici. Luc.8. Et iussit illi dare manducare. Marc.5. Erat aũt annorũ duodecim. Et obstupuerunt stupore magno. Et præcepit illis vehementer, vt nemo id sciret. Quo mors fuerat flebilior ob teneram puellæ ætatẽ, hoc huberius erat gaudiũ de resuscitata. Iesus aũt nec præmiũ exigẽs ab illis, nec gratiarum actionẽ, tantũ mandauit vt darent illi cibũ. Nã edere, non solum vitæ, sed & prosperæ valetudinis indiciũ est. Promulgari autem prohibuit, simul vt ipse vitaret suspicionẽ affectatæ gloriæ. Hoc potissimũ agendũ erat apud synagogæ primores, qui nihil non faciebant ad laudem humanam emerendam, simul vt illi maiori cũ fide prædicarent quod gestũ erat, etsi tacere iussi, tamen pharisæis suis, & synagogæ proceribus rẽ gestam quam viderant, denarrarẽt. Virtus enim diuina occultari non potest. Marc.6. Et egressus inde, abijt in patriã suam, & sequebantur eũ discipuli eius.

¶De duobus cæcis, Matth. IX.

## ARTICVLVS XXXVI.

ET transeunte inde Iesu, secuti sunt eum duo cæci, clamantes & dicẽtes: Miserere nostri fili Dauid. Cum autem venisset domum, accesserunt ad eum cæci, & dicit eis Iesus: Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei: Vtique domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum. Et comminatus est illis Iesus, dicens: Videte ne quis sciat. Illi autem exeuntes, diffamauerũt eum in tota terra illa. Matth. 9 P

Ex rumore miraculorum spem conceperãt adipiscendæ salutis, præsertim quum audissent

dissent illius beneficentiam nulli non patere, quantumuis humili. Sed quũ eum nec cernere possent nec adire, ingenti clamore, quem sanitatis amor & ardor fidutiæ exprimebat, procul appellabant Iesum, ac precibus addentes blandimentum, filium Dauid nominãt in salutem missum. Matth. 22. Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Dicunt ei: (pharisæi interrogati) Dauid. Distulit dominus in via beneficium, quo euidẽtius fieret miraculũ, semper hoc agens, vt Iudæos ad credulitatem prouocaret, ac pharisæis
2 suam incredulitatem multis modis & rebus exprobraret. Porro quum ventum esset ad ædes, admissi sunt, qui pertinaci spe fuerant secuti. Hieronymus: Primum eorum discutitur fides, vt sic veræ fidei lumen accipiant. Omnia enim possibilia sunt credenti. Marci. 9. Dominus ex humilitate fugiens iactantiæ gloriam, prohibuit diuulgari: illi autem gestientes noua felicitate, tanto magis sparserunt famam Iesu per vniuersam illam regionem, non vt inobedientes, sed vt grati. Nam etsi gloria vana fugienda, beneficiatus tamen esse debet gratus. Et ob id dominus apud se manentes vult nihil dicere, narrare vero apud alios gloriam dei.

Egressis autem illis, ecce obtulerunt illi hominem mutum, dæmonium habentem: & eiecto dæmonio, loquutus est mutus: & miratæ sunt turbæ, dicẽtes: Nunquam apparuit sic in Israel. Pharisæi autẽ dicebant: In principe dæmoniorum eijcit dæmonia.

Longe miserrimus oblatus est, dæmonio obnoxius, quod linguæ vsum adimebat, vt
3 homo nec mentis esset compos, vt salutem optaret: nec linguæ, vt postularet. Vnde quũ non esset morbus naturalis, per alios est adductus, neq; fides ab eo exacta, sed statim curatus. Hieronymus: Sicut cæci lumen recipiunt, sic & muti ad loquendũ lingua laxatur, vt confiteatur eum quẽ ante denegabat. Turbæ ergo demirantes tantã celeritatem miraculorum, æque paratam in omni (quamlibet immedicabilium) genere, dicebant: Nullus vnquam exortus est in gente Israelitica, qui tam multa prodigia tam facile patraret. Nam potestate, non precatione curabat vt prophetæ. Iohan. 15. Si opera non fecissem in eis quæ alius nemo fecit, peccatũ non haberent. Contra pharisæi iam indies glisscente liuore cæci, quũ quæ gerebantur in oculis omniũ, inficiari non possent, tamen vt animos multitudinis illũ suspicientis, ab eo alienarent, calumniantur illum eijcere dæmonia non virtute diuina, sed ope principis dæmoniorũ Beelzebub. Hieronymus: In turba confessio nationum est: pharisæi autem quia virtutem dei negare non poterant, opera calumniantur, de quibus Mich. 3. Audite principes Iacob & duces domus Israel: Nunquid nõ vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonũ, & diligitis malũ? Qui violenter tollitis pelles eorũ desuper eis, & carnẽ eorũ desuper ossibus eorũ. Qui comederunt carnẽ populi mei, & pellem eorũ desuper excoriauerunt, & ossa eorũ cõfregerunt, & conciderunt sicut in lebete, & quasi carnem in medio ollæ. Summæ stultitiæ sermones ipsorum. Esto quod dæmones eijceret vti seruiens principi dæmonum, quod est impossibile: morbos igitur & peccata quomodo soluebat, & regnum dei prædicabat? Dæmon enim contra morbos auget, (vt patet Iob. 1.) & à deo separat.

¶De admiratione turbæ super doctrina Christi, Matth. 13. Marc. 6.

## ARTICVLVS XXXVII.

Marci. 6. Q

ET facto sabbato, cœpit in synagoga docere: & multi videtes, admirabantur in doctrina eius, dicẽtes: Vnde huic hæc omnia? Et quæ ẽ sapientia quæ data est illi? & virtutes tales q̃ per manus eius efficiũtur? Nõne hic est faber filius Mariæ, frater Iacobi & Ioseph & Iudæ & Simonis? Nonne & sorores eius hic apud nos sunt? Et scandalizabãtur in illo.

Tam atrox malum inuidia, vt semper obscuret bona, nec illa ab inuidis videri sinat. In synagogis publice & libere docuit, quare non potuerunt calumniari à lege diuersa eum docuisse. Hic obfuit euangelico negocio, quod tamen prodesse debuerat, nisi vulgus hominum notis ac familiaribus inuidere mallet quàm fauere, quum exotica stulte miretur, hoc ipso præclarum esse iudicans aliquid, quod e longinquo venerit aliquid. Hinc comprobantur inuidi & insipientes, existimantes ignobilitatem & obscuritatem in causa esse quo quis minus placeat deo. Quid obstaret, magnũ illũ in miraculis? Oportebat sane magis glo-

gis gloriari, ꝙ tantum bonum patria illorum protulerit. Matth.13. Et veniens in patriã ſuam, docebat eos in ſynagogis eorum, ita vt mirarentur & dicerent: Vnde huic ſapiẽtia hæc & virtutes? Nonne hic eſt fabri filius? Hieronymus: Mira ſtultitia Nazarenorũ, mirantur vnde habeat ſapientiam ſapientia, & virtutem virtus. 1. Corinth. 1. Nos prædicamus Chriſtũ dei virtutem & dei ſapientiam. Suſpicantur fabri filium, ſed error Iudæorum, ſalus noſtra eſt & hæreticorũ condemnatio. In tantũ enim cernebant hominẽ Ieſum Chriſtũ, vt fabri putarent filium. Luc. 3. Vt putabatur filius Ioſeph, Iohan. 7. Quũ hic literas ſcit cum non didicerit? Hilarius: Vere fabri filius, ſed qui fabricat corpus & animam & omnia noſtra, æternæ vitæ reddit membrorum miniſteria. Nam ipſe fabricatus eſt auroram & ſolem. Matth. 13. Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioſes, & Simon & Iudas? & ſorores eius nonne omnes apud nos ſunt? Vnde ergo huic omnia iſta? Vnde iſte ſubito factus alius, ad nos redit, docens ac miraculis pollens? An credit ſeſe nobis ignotum eſſe? Docet Hieroñ. quatuor modis dici fratres. Natura, vt Eſau & Iacob, Petrus & Andreas. Secundo gẽte, qua oẽs Iudæi inter ſe fratres vocant. Exod. 21. Si emeris fratrẽ tuũ q eſt Hebræus. Et Apl'us ad Roñ. 9. Optabam eñ ego ipſe anathema eſſe à Chro pro fratribus meis. Tertio familia, cũ ex vna radice multa generis turba diffundit. Gene. 12. Abraam filiũ fratris ſui Loth, fratrẽ noïauit. Ne ſit iugiũ, inqt, inter me & te, fratres eñ ſumus. Quarto, affectu. Pſal. 132. Ecce q̃ bonum & q̃ iucundum habitare fratres in vnũ. Iſtis vltimis duobus modis loquitur euangelium hic. Fratres q̃dmodis dicantur.

Et dicebat illis Ieſus, quia non eſt propheta ſine honore niſi in patria ſua, & in domo ſua, & in cognatione ſua. Et non poterat ibi virtutem vllam facere, niſi paucos infirmos impoſitis manibus curauit, & mirabatur propter incredulitatem illorum.

Chryſoſtomus: Quemadmodũ in operibus atq; ſignis non accuſant quæ facta ſunt, ſed falſas cõfingunt cauſas, dicẽs: In Beelzebub eĳcit dæmonia, ſic etiam hic nõ vilipẽdunt doctrinam, ſed ignobilitatẽ generis reſpuunt. Ipſe vero nõ conuiciatus eſt, ſed mirabili manſuetudine reſpondit, taxans illorum craſſum ac nimis populare iudicium, qui hominẽ nõ ex ipſius virtutibus, ſed ex fortunæ generiſq; ſplendore æſtimarẽt. Nã Amos ſycomoros vellicans & paſtor, in prophetam electus, Amos. 7. Hieremias puer ſpũ prophetico illuſtratus, Hiere. 1. Hieronymus: Propemodũ naturale eſt ciues ſemper inuidere ciuibus. Solemus enim familiares homines cõtemnere, & externos in admiratione habere. Quemadmodũ autem medicus nõ poteſt benefacere ægroto, qui nõ recipit pharmacum, non ꝙ ars medici ſit inefficax, ſed ꝙ culpa ſit in ægrotis, ſic dominus ob incredulitatem illorum pauca ſigna fecit. Hieronymus: Non ꝙ dominus illis incredulis facere non potuerit virtutes multas, ſed ne multas faciens, ciues incredulos grauius condẽnaret. pauca tamen fecit, ne excuſationem haberent incredulitatis.

¶De operarijs in meſſem mittẽdis. Matth. IX.

## ARTICVLVS XXXVIII.

ET circuibat Ieſus omnes ciuitates & caſtella, docens in ſynagogis eorum, & prædicãs euangelium regni, & curans omnem languorem & infirmitatem. Videns autem turbas, miſertus eſt eis, quia erant vexati & iacentes, ſicut oues non habentes paſtorẽ. Tunc dicit diſcipulis ſuis: Meſſis quidem multa, operarĳ autem pauci. Rogate ergo dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. Matth. 9 R

Ieſus itaq; tanquam bonus paſtor obambulabat, magnis & paruis euangelium prædicans, non conſiderando potentiam nobilium, ſed ſalutem credentium, animis ſimul & corporibus omnium mederi ſtudens in ſynagogis, quo ad audiendum verbum dei ſolebant conuenire, docens euangelium regni cælorum: per ipſum enim demõſtratur, & ad ipſum ingreſſus habetur. 1. Corinth. 15. Notũ vobis facio fratres euangelium quod prædicaui vobis, quod & accepiſtis, in quo & ſtatis, per quod & ſaluamini. Vnde Roñ. 1. Nõ erubeſco euangelium. Virtus enim dei eſt in ſalutem omni credenti. Obiter etiam ſanauit omne morbi genus, omnẽq; ſpeciẽ malæ valetudinis, quo ſermoni fidem faceret, & ipſos inexcuſabiles oſtenderet. Iohan. 15. Si opera non feciſſem in eis quæ alius nemo fecit, pec-

cit, peccatum non haberent. Nūc aūt excusationē non habent de peccato suo. 1. Cor. 1. Quoniam & Iudæi signa petūt, & Græci sapientiam quærunt. Sic Moses mittendus in Aegyptum, ait Exod. 4. Nō credent mihi, neq; audient vocem meam, sed dicēt, nō apparuit tibi dñs. Tunc dñs dedit ei signum virgæ, quæ proiecta, versa fuit in serpētē, &c. Porro quū Iesus videret turbas vndequaq; cōfluentes, & indies frequētiores, iam auidas salutis ac doctrinæ melioris, in pharisæis aūt lupos agentibus, non pastores, nullam esse spem gregis, iamq; populū miraculis vtcūq; præparatū ad accipiendam euangelicā doctrinam, dixit: Excitatus est ardor plurimorū, qui maturi videntur audiendæ euangelicæ doctrinæ. sed vbi sunt qui suscipiant prædicandi docendiq; negociū? Vbi, qui pure syncereq; doceāt, neq; gloriā humanā neq; quęstum affectantes, sed ea synceritate tradentes, qua me videtis tradere? Ezech. 34. Væ pastoribus Israel, q pascebāt semetipsos. Nonne greges à pastoribus pascūtur? Lac comedebatis, & lanis cooperiebamini, & q̄d crassum erat occidebatis, gregē aūt meū nō pascebatis. Quod infirmū fuit, nō cōsolidastis: & q̄d ægrotum, nō sanastis: quod cōfractum, nō alligastis: & quod abiectū, nō reduxistis: & quod perierat, nō quæsistis. Sed cū austeritate imperabatis eis & cum potentia, & dispersæ sunt oues meæ, eoq; nō est pastor, & factæ sunt in deuorationē omnium bestiarū agri. Et dispersæ sunt, & errauerūt greges mei in cūctis montibus, & nō erat q requireret. Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meū de manu eorū, & cessare faciam vt vltra nō pascant gregem meum, nec pascāt amplius pastores semetipsos: ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas. Et ego pascam oues meas, & ego eas accubare faciam, dicit dominus. Quod perierat, requiram: & quod abiectū erat, reducam: & quod cōfractum fuerat, alligabo: & quod infirmū fuerat, cōsolidabo: & quod pingue & forte, custodiam: & pascam illas in iudicio. Vos aūt greges mei, hęc dicit dominus deus: Ecce ego iudico inter pecus & pecus arietum & hircorum. Nō ergo oportet negligere tantam hominū multitudinē iam flagrantem studio cælestis doctrinæ. Rogate ergo vt ipse mittat. Roma. 10. Quomodo prædicabunt nisi mittantur? Nō enim parui est momenti, sanum habere pastorem. Eccl. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis rector ciuitatis, tales & inhabitantes eam. Hinc Moses orabat. Nume. 27. Prouideat dominus deus spirituū omnis carnis, hominem qui sit super multitudinem hanc, & possit exire & intrare ante eos, & educere eos & inducere, ne sit populus domini sicut oues absq; pastore. Hiere. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meū, & pascēt vos scientia & doctrina. 1. Pet. 5. Pascite q in vobis est gregē dei, prouidētes non coacte, sed spontanee, secundum deum: neq; turpis lucri gratia, sed volūtarie: neq; vt dominātes in cleris, sed forma facti gregis ex animo: & cū apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcessibilem gloriæ coronā. 1. Timoth. 5. Qui enim bene p̄sunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborāt in verbo & doctrina. Vnde. 1. Corinth. 15. Plus oīnibus laboraui, non ego aūt, sed gratia dei mecū. Gratia dei sum id quod sum.

## ¶De missione apostolorum, Matth. 10, Marc. 6. Luc. 9.

## ARTICVLVS XXXIX.

Matt. 10. S

ET conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituū immundorum, vt eijcerent eos, & curarent omnē languorē & omnē infirmitatem. Hos duodecim misit Iesus, præcipiens eis & dicens: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel.

Marc. 6. Et vocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos. Hactenus quidem dñs per se gessit euangelij negocium, duodecim apostolos interim varijs modis formans atque instituens, velut post acceptum spiritū sanctū in prædicandi munus successuros, eoq; factorum ac sermonum suorum perpetuos testes esse voluit. Verum vt interim ipsi quoq; specimen aliquod sui darēt in tanti muneris functionē, & viuo adhuc domino, sui periculum facerent, quos ad hoc munus vt præstantissimos selegerat, simul collectos omnes eodem instruit sermone, ne quid inter se discreparent, ab eodē præceptore missi, & ijsdē mandatis astricti, docendi munus cum autoritate delegat, vt ad exemplar quod in præceptore conspexerant, alibi docerent populum. Ab vno mittuntur omnes pari potestate, ne qua nasceretur inter eos æmulatio. Bini, vt fraternæ cōcordiæ meminissent, & frater fra-

ter frātrem ſubleuaret. Frater enim qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma, Proue. 18. Nunc operæ precium eſt audire quid illis mādauerit, quove viatico ſuos legatos inſtruxerit. At primum quidem præſcribit eis prædicandi limites, non q̄ vllum hominū genus abominandū duxerit, ſed ne Iudæis daret anſam cauſandi, ſe ſpretos fuiſſe, ſibiq̄ gētes ac Samaritanos fuiſſe prælatos: ſimulq̄ quoniam ſciebat Iudæos maxime rebellaturos euangelio, noluit illis quicquam excuſationis eſſe reliquū, ſed omnibus eſſe perſpicuum, eos ſuapte peruerſitate ſubmotos à regno dei, & gentes ſua ſimplici fide fuiſſe receptas. Actuū. 13. Vobis oportebat primum loqui verbum dei: ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Sic enim nobis præcepit dominus. Poſtq̄ em̄ reſurrexit, & glorificatus eſt, daturus ſpiritum ſanctū, dixit Matth. 28. Euntes docete omnes gentes. Actu. 1. Eritis mihi teſtes in omni Iudæa & Samaria, & vſq̄ ad vltimum terræ. Sed ad oues, inquit, ite, vt reſipiſcant ad ſalutem. nec enim oēs phariſaica ſunt malitia infecti, ſunt enim & inter hos, oues, ſimpliciter p ignorantiam errantes, quæ doctæ monitæq̄ reſipiſcent, ac vocem audient boni paſtoris. Sic Paulus. 1. Timoth. 1. Qui prius blaſphemus fui & perſecutor & contumelioſus, ſed miſericordiam dei conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate.

Euntes autem prædicate, dicētes: Appropinquabit regnum cælorum. Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones eijcite. Gratis accepiſtis, gratis date.

Sic auſpicabimini prædicationem, quēadmodum à me factū videtis. Primus em̄ iuſtitiæ gradus eſt, abſtinere à peccatis: & primus ad ſanitatem gradus eſt, agnoſcere morbum. Eodem modo & Iohannes prædicauit quo & diſcipuli iuſſi ſunt, Mat. 3. vt definēte lege, ſecundū Hieronymū euangeliū oriatur. Secundū Chryſoſt. apoſtolis conceſſum eſt id prædicare. Nihil enim quod ad corpus pertinet, nihil quod ad hos ſenſus, nec ſimilia Moſi & prophetarum, ſed noua quædam & inaudita, qualia priores non docuerunt, qui terrena hæc bona promittebant, ſed regnum cælorum, & totam illam beatitudinem prædicare iubentur. Erat enim regnum diaboli in hoc mūdo, Mat. 4. de quo nō eſt regnum Chriſti, Iohan. 19. Regnū meū non eſt hinc. Sancti autem per fidem vicerūt regna, Heb. 11. Euangelicam autem fidē hæc ſequitur gratia, quam comitatur colluſtratio animæ: quo fit deinde regnū animæ, quo Chriſtus in nobis regnat. Luc. 17. Regnum dei intra vos eſt. Proinde ne defit fides, & obſcuris doctoribus & noua docētibus, armat eos miraculis, quo ſermoni fidem faciant. Nihil autem ſic decet doctorem, vt humilitas & diuitiarum contemptus. Ne ergo ſuperbirent q̄ talia dona haberent, & darēt, ait: Gratis accepiſtis. & vt diuitiarum eſſent cōtemptores, adiecit: Gratis date. 1. Corinth. 4 Quid enim habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Hinc 1. Petr. 4. Vnuſquiſq̄ ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrātes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ dei. 1. Corinth. 12. Vnicuiq̄ datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. Hieronymus: Sicut ego ſine precio do vobis hanc poteſtatem, & vos gratis date, ne euangelij gratia corrumpatur venalitate. Gloſſa: Ne Iudas qui loculos habebat, de prædicta poteſtate pecuniam congregare vellet, (quemadmodum Simon Acto. 8.) nequitiam eius reprimit dominus.

Nolite poſſidere aurum & argentum, neque pecuniam in zonis veſtris, non peram in via, neq̄ duas tunicas, neq̄ calceamēta, neq̄ virgam. Dignus eſt enim operarius cibo ſuo.

Volo vos expeditos hanc obire legationem, nullis onuſtos ſarcinis, nulla ſolicitudine obſtrictos, quo toti vacetis delegatæ functioni. Hiſce tribus rebus ſolet cudi moneta, q̄ primum ærea fuit ac ferrea: vtrūq̄ em̄ ſignificat dictio Græca, deinde argentea, poſtremo aurea, vt contra acciderit pecuniæ & moribus hominū, qui ex aureis degenerarunt in plus q̄ ferreos. Marc. 6. Et p̄cepit eis ne quid tollerent in via, niſi virgam tantum: non peram, non panē, neq̄ in zona æs, ſed calceatos ſandalijs, & ne induerentur duabus tunicis. Qui diuitias detrūcarat, propemodum & neceſſaria vitæ amputat, vt apoſtoli doctores veræ religionis, q̄ inſtituebāt oīa prouidentia dei gubernari, ſeipſos oſtenderent nihil de craſtino cogitare. Quicquid remorat euangelij negocium, reijciendū eſt. Virga ſubleuat ambulantem, nec remorat iter, ſed promouet. Baculus aūt vt onerat, ita aduerſus vim geſtari ſolet: quare nō tollendus in via, neq̄ pera reponendo commeatui, neq̄ zona reponēdis nummis, neq̄ binas tunicas. In duabus tunicis videt duplex veſtimētū

oſtendere. Non quo in locis Scythiæ & glaciali niue rigentibus, vna quis tunica debeat eſſe cõtentus, ſed quo in tunica veſtimentum intelligamus, ne alio veſtiti, aliud nobis futurorum timore ſeruemus. Sandaliis vero, vt plantas pedum aduerſus ſaxorum aut veprium iniuriam defenderent. Nec eſt quod ſoliciti ſint, cogitantes vnde nudis ſuppeterent neceſſaria. Pater enim cæleſtis cuius agunt negocium, non ſinet operarios fraudari mercede ſua. Dixit aũt, cibo, non luxu. Neq; eñ deliciari oportet doctorem.

3 In quamcũq; aũt ciuitatẽ aut caſtellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus ſit, & ibi manete donec exeatis. Intrantes autem domũ, ſalutate eam, dicentes: Pax huic domui. Et ſiquidẽ fuerit domus illa digna, veniet pax veſtra ſuper illam: ſi autem nõ fuerit digna, pax veſtra vertetur ad vos.

Luc. 19. Et in quamcunq; domũ intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis. Nec opus eſt diuerti in diuerſoria meritoria, ſed primum interrogate, num quis ſit illic probitate vitæ commendatus, & auidus regni cæleſtis, in eius ædes diuertite, non mutantes hoſpitium, donec euangelij negociũ hortabitur in aliam demigrare ciuitatẽ. Hieronymus: Teſtimonio vicinorum eligendus eſt hoſpes, ne eius infamia prædicatio lædatur, q dignus efficitur tam quod accipiat quàm conferat. Ambroſius: Dat conſtantiæ mãdatum generale, vt hoſpitalitatis ac neceſſitudinis iura cuſtodiant: & ideo domus eligenda, vt mutãdi hoſpitij neceſſitudinisq; violãdæ cauſa nõ ſuppetat. Apoſtolica doctrina eſt. 1. Timoth. 3. Oportet epiſcopũ teſtimoniũ habere ab ijs qui foris ſunt. Neque diſcurrant, vt leues iudicentur aut ventri dediti. Domũ ingreſſi, priores ſalutate eam. nec eñ erit inanis veſtra ſalutatio. benedictio ſiquidem veſtra apud ſolos dignos manebit.

Et quicunque non receperit vos, neque audierit ſermones veſtros, exeuntes foras de domo vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris. Amẽ dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorræorum in die iudicij quam illi ciuitati.

Marci. 6. in teſtimonium illis. Luc. 9. Super illos. Nolo igitur adeo cuiquã vos eẽ ſupplices, aut adulantes ob res neceſſarias, vt ſi non receperint, puluerẽ excutiatis pedum in teſtimonium laboris veſtri, q; prædicatio euangelica ad illos peruenerit. Sibi imputent exitium ſuũ qui perire maluerint, quum licuerit ſanari: vos nihil aliud venatos eẽ apud illos, niſi ſalutem proximoꝝ, vt ne puluerem quidem iactura volueritis illos afficere. Tolerabilius. Ergo & inter peccatores diuerſa ſunt ſupplicia.

Matt. 10. T Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ,

Armauerat eos miraculis, de cibis bonam fidutiam illis fecerat apertis dignoꝝ ianuis, inſtruit nũc de vera prudentia & inuicta patientia, plenaq; in deum fidutia, grauia quæ ventura erant prædicens, & ſuam præſcientiã manifeſtans. Conſolatur vero quod dicit, Ego mitto. Iſtos ergo puniendos deo relinquite, vos aduerſus oẽs iniurias ſeruate mãſuetudinem: & ita velitis omnibus prodeſſe, vt nec à malis laceſſiti referatis iniuriã. Nõ eſt quod metuatis. mittimini velut oues inermes. ſimplices, innoxij, in mediũ luporum, ſed à me mittimini. Nolim vos quoq; malis illorum irritatos, verti in lupos: ſed hoc modis omnibus agere, vt lupi veſtra lenitate deliniti, vertant in oues. Chryſoſtomus: Erubeſcant igitur qui contrafacientes, quaſi lupi ſuos aduerſarios perſequuntur, cũ videant innumeros lupos ab ouibus vinci pauciſſimis. Et certe quouſq; oues ſumus, aduerſarios facile vincimus: cum vero in naturam luporum tranſimus, tũc ſuperamur. nullum enim tunc à paſtore nobis adeſt patrociniũ, qui non lupos, ſed oues paſcit. Sola in ijs erat mittentis virtus. Vt ſciatis quomodo conuerſandum in medio nationis prauæ atq; peruerſæ, præſtabit ſerpentina prudentia, ne quam præbeatis anſam calumniandi doctrinam: columbina ſimplicitas, vt de omnibus bene mereri cupientes, neminem lædatis, ne prouocati quidem. Per prudentiam malum deuitandum, per ſimplicitatem non faciendũ. Quemadmodum ſerpens colligit ſe in gyrum ac circulum, ne caput quo modo offendatur: ita nobis faciendum eſt, vt tueamur caput noſtrum Chriſtum, qui per fidem habitat in cordibus noſtris, Ephe. 3. reliqua eueniant vtcunque fas eſt, & auris obturanda, ne vocem audiamus incantantis, Pſal. 57. Sit ergo prudentia ſimplex, non vulpina. Iob. 36. Simulatores & callidi prouocant iram dei. Eccl. 2. Væ duplici corde, & labijs ſceleſtis, & manibus malefacientibus, & pctõri terrã ingredieti duabus vijs. Proue. 14. Vir verſutus odio-

odioſus eſt. Sit & ſimplicitas non rudis aut indiſcreta. Prouer. 11. Simplicitas iuſtoꝝ diriget eos. Sap. 1. Sentite de dño in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum. Hinc 2. Corinth. 11. Timeo ne ſicut ſerpẽs ſeduxit Euam aſtutia ſua, ita & ſenſus veſtri corrũpantur, & excidant à ſimplicitate quæ eſt in Chriſto Ieſu.

Cauete autem ab hominibus: Tradent enim vos in concilijs, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos, & ad præſides & reges ducemini propter me in teſtimoniũ illis & gentibus. Cum autem tradẽt vos, nolite cogitare qũo aut quid loquamini. dabitur eñ vobis in illa hora quid loquamini. Nõ eñ vos eſtis qui loquimini, ſed ſpũs patris veſtri qui loquitur in vobis.

Cauete ergo ab illis hominibus malis, ne detrimentum ſalutis & gratię inferant vobis terrendo vel blandiendo. Hiere. 9. Vnuſquiſq; ſe à proximo ſuo cuſtodiat, & in oñi fratri ſuo non habeat fidutiam: quia omnis frater ſupplantans ſupplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & vir fratrem ſuũ deridebit, & veritatẽ non loquentur: docuerunt enim linguam ſuam loqui mendacium vt inique agerent, laborauerunt. Mich. 7 Ab ea quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui: quia filius contumeliam faciet patri, & filia conſurget aduerſus matrem ſuam, nurus aduerſus ſocrum ſuam: & inimici hominis, domeſtici eius. Eccl. 32. A filijs tuis caue, & à domeſticis tuis attende. Excitabit veſtra doctrina magnos in orbe tumultus, ideo animus iã præparãdus aduerſus oñe malorum genus, ne conturbent cum inciderint. Tradent enim vos tanquam maleficos, in concilia & conſeſſus iudicum & ſenatorum, flagellabunt vt ſceleroſos, quin etiam vt reipublicæ ſubuerſores producemini ad præſides, non ob veſtra demerita, ſed mea cauſa. Atque hæc omnia quum prohibere liceat, fieri patiar, vt oñibus teſtatum ſit ac perſpicuum, illos ſuopte vitio perire, qui tot miraculis, tot beneficijs, qui tam obuia doctrina, qui veſtra ſimplicitate, lenitateq; prouocati, tam odioſe reiecerint ſalutem oblatam. Quum igitur ad tam multos pauci, ad tam potentes infirmi & inermes, ad tam eruditos idiotę producemini, ne ſitis anxij quomodo cauſam veſtrã ſitis acturi, iudicioꝝ, legũ, foriſq; rudes & imperiti. Vt victus vobis vbiq; citra veſtrã ſolicitudinẽ ſuppetet, ita ſuppeditabitur oratio. Non prohibet ſagacem cõſiderationem, quum 1. Petri. dicatur, Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationẽ de ea quæ in vobis eſt ſpe. ſed ne in nobis ſimus præſumẽtes. Eſt enim noſtrũ, cõfiteri: ſapienter reſpõdere, dei. Ne ergo ſuſpiceris naturalem in reſpõdendo eſſe idoneitatẽ. ait ſpiritũ ſanctũ loqui in ipſis. Huius præſidio fretos, nõ oportet vllis maloꝝ procellis turbari. Luc. 21. Ego dabo vobis os & ſapientiã, cui nõ poterunt reſiſtere & cõtradicere oñes aduerſarij veſtri. Actu. 6. Nõ poterant reſiſtere & cõtradicere ſpiritui qui loquebatur.

Tradet aũt frater fratrẽ in mortẽ, & pater filium, & inſurgent filij in parẽtes, & morte eos afficient. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit.

Nullus enim inter eos pietatis affectus, quorum fides diuerſa. Nam frater oblitus germanæ charitatis, pater oblitus pietatis naturalis, filius abiecta omni reuerẽtia, pios perſequetur. Quid multis? Omnibus inuiſi reddemini propter odium nominis mei. Non feret hic mũdus ſuperbia, ambitione, auaritia, cæterisq; vitijs & cupiditatibus vndiq; corruptus, doctrinam cæleſtem, nimiꝝ aduerſantem ſtudijs ſuis. 1. Iohan. 3. Nolite mirari fratres, ſi odit vos mundus. Iohan. 15. Si de mũdo fuiſſetis, mundus vtiq; quod ſuũ erat diligeret. Quia vero de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Galat. 1. Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem, (ſcilicet in malo.) Nam Roma. 15. Vnuſquiſq; proximo ſuo placeat in bonum ad ædificationem 1. Corinth. 10. Sine offenſione eſtote Iudæis & gentibus & eccleſiæ dei, ſicut & ego p oĩa omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant. Qui perſeuerauerit in fide per dilectionem operante, ſaluus erit. Luc. 9. Nemo mittens manum ad aratrum, & aſpiciens retro, aptus eſt regno dei. Ezech. 33. Cum receſſerit iuſtus à iuſtitia ſua, feceritq; iniquitates, morietur in eis: & cum receſſerit impius ab impietate ſua, feceritq; iudicium & iuſtitiam, viuet in eis.

Cum ergo perſequẽtur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam. Amẽ dico vobis, non conſummabitis ciuitates Iſrael, donec veniat filius hominis.

Cum illa quæ plena horroris erant abſoluerit, ad feliciora rurſus animũ deducit. Nõ iuſſit cominus perſecutores accedere, ſed fugere, non ſolum quo incolumes perſeuerẽt,

verum-

verumetiã vt hac occasione latius spargat rumor euãgelicæ doctrinæ. Si fuga vergit in detrimentũ fidei, iustitiæ, subditorum, nequaquam fugiendum. Bonus enim pastor animam suam ponit pro ouibus suis, Iohan. 10. Imo Iohan. 3. In hoc cognouimus charitatem dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. O deus meus, quid respõdebimus in extremo examine, qui non salutẽ tuorum, sed tua ad luxum quærimus? Sin aũt personalis est aut videtur persecutio, pro vtilitate ecclesiæ fugiendũ. Sic Christus quandoq; fugit, Matth. 12. Iohan. 8. 10. 11. & Paulus Actu. 9. Helias, Iezabel, 3. Regũ. 18. Non peragetis omnes ciuitates Israel, antequam veniat filius hominis. Cæcitas enim ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentiũ intraret, & sic omnis Israel saluus fieret, Roma. 11.

Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum. Sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius: & seruo, sicut dominus eius. Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos.

In hoc, exemplũ vobis edetur, quanta toleranda sint euangelij præconibus. Quæ omnia quidem vel hoc nomine vobis debent tolerabiliora videri, ꝙ me vidistis nullũ non probri & afflictionis genus esse perpessum. Non est discipulus supra magistrum, alioqui iam non discipulus, quia superior & potior. 1. Iohan. 2. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Hortatur ergo ne timeant propter eum infamiæ maculis conspurcari, suam erga ipsos familiaritatem manifestans, domesticos vocans. Ephe. 2. Non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici dei. Hinc ecclesia, domus dei dicitur. 1. Timoth. 3. Si ergo me patrẽfamilias tam indignis cõuicijs affecerunt, vt spurcissimo conuicio Beelzebub appellarint, quid mirum, si idem audebunt in seruos familiæ? Scio graue malum videri infamiam, ac morte propemodum acerbius. Prouer. 22. Melius est nomen bonum quàm diuitiæ multæ, super argentũ enim & aurum gratia bona. Eccles. 7. Melius est nomen bonũ quàm vnguenta preciosa. Prouer. 15. Fama bona impinguat ossa, sed laus est, non infamia, quæ ob euangelium infertur ab impijs. Diu pressa laus, maiori cum luce solet erumpere. Hinc. 1. Corinth. 4. Per infamiam & bonã famã, &c. Quid enim glorioſius q̃ pro Christo pati? Philip. 1. Vobis donatũ est pro Christo nõ solũ vt in eum credatis, sed vt etiã pro illo patiamini.

Matt. 10. V

Nihil est enim opertum, quod non reueletur: & occultum, quod nõ sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, p̃dicate super tecta.

Ostendit libere euangelicam doctrinam omnibus proponendã, nec ob vllius aut gratiam aut metum veritatem deserendam, quæ finaliter triumphabit. Hieronymus: Nolite timere persecutorũ sæuitiam & blasphemantiũ rabiem: qa veniet dies iudicij, in quo & vestra virtus, & illorum nequitia demonstrabitur. Licet nunc traducant, postea tamẽ claros reddent vos. Sap. 5. Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos q̃ se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, gementes præ angustia spiritus, dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt quos aliquãdo habuimus in derisum, & in similitudinem improperij: nos insensati vitam illorũ æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est. Apoc. 22. Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere vnicuiq; secundum opera sua. Hinc 1. Corinth. 4. Itaq; nolite ante tẽpus iudicare, quoad vsq; veniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarũ, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuiq; à deo. Hoc ergo agendum vt laude digna geramus, non vt laudem affectemus. Nihil habet pudendum aut celandum euangelica doctrina, fucos nescit, vult in lucem omnium proferri, nec cuiusquam veretur cõscientiam. Roma. 1. Non erubesco euangelium. virtus enim dei est in salutem omni credenti. 1. Corinth. 1. Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: ipsis autem vocatis Iudæis & Græcis, Christũ dei virtutem & dei sapientiam. Quod ergo in secreto vos docui. Matth. 13. Vobis datum est nosse mysterium regni cælorum, illis autem non est datum. Marc. 4. Seorsum discipulis suis diſſerebat omnia. publice & libere prædicetis. Esa. 56. Clama, ne cesses. quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorũ, & domui Iacob peccata eorum. & 40.

Super

Super montem excelsum ascẽde tu, q euangelizas Sion, qui euãgelizas Hierusalẽ, exalta in fortitudine vocẽ tuã. Nã etsi nõ oẽs obediant euãgelio, Roma.10. inueniet tamẽ in q-bus fructificet. Esa.55. Et qũo descẽdit imber & nix de cœlo, & illuc vltra nõ reuertit, sed inebriat terrã & infundit eã, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti: sic erit verbũ meũ quod egreditur de ore meo, nõ reuertetur ad me vacuũ: sed faciet quæcũq; volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud.

Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & corpus & animam perdere in gehennam.

Dicendi libertatem pericula sequuntur. Erũt fortasse qui contemnant infamiam, cæteraq; mala, mortem vero quis posset contemnere? Sed breuibus verbis de immortalitate animæ orationem fecit. Iure enim timendi, si totum hominẽ occideret: Nunc autem etsi maxime velint, non possunt: quare nõ timẽdi inordinato & carnali timore. Prouer.29. Qui timet hominẽ, cito corruet: qui sperat in domino, subleuabit. Hinc Esa.51. Quis tu vt timeas ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnũ ita arescet, & oblitus es domini factoris tui? Psal.15. Deũ non inuocauerunt, illic trepidauerũt timore, vbi nõ erat timor. Luc.12. Ne terreamini ab his qui occidũt corpus, & post hæc nõ habent amplius quid faciant. Animæ enim vitam naturæ nec gratiæ auferre possunt, quum immortalis sit. Sap.3. Iustorũ animæ in manu dei sunt, & non tanget illos tormentũ mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Non excludit timorem naturalem. Cœpit enim Iesus pauere, Marc.14. Hic tamen timor per rationẽ moderandus. Is vere metuendus, qui vt totũ hominem condidit, ita potest totum hominem æterno damnatum exitio tradere gehennę. Hiere.10. Quis nõ timebit te o rex gentium? Chrysostomus: Eũ qui potest animã perdere, non timemus: eũ qui non potest corpus perdere, sed interficere, timemus. Corpus enim quod tyrannus ad tempus extinguit, nõ perit omnino: redditur enim in resurrectione longe melius, sed idem. Quid aũt refert, an pslequutor auferat vitam, an morbus aliusve casus? Certe glorioſius est ob euangelium mortẽ oppetere quæ quanq; est violenta, non tamen veniet ante diẽ. Quandocũq; veniet, nõ veniet absq; prouidẽtia diuina: nec patietur occidi nos deus, nisi quũ maxime expediet nobis mori. Chrysostomus: Timidorum est mortẽ formidare. nũc enim mũnus est necessariũ naturæ iam corruptæ, quæ nõ est fugienda, sed tanq; malorum terminus amplectenda. Fiat voluntarium, quod futurum est necessarium: offeramus deo pro munere, quod pro delicto redditur. Stipendia enim peccati mors. Roma.6. & 5. Per vnũ hominẽ peccatum in mundum intrauit, & per peccatũ mors. Hieronymus: Vallis nemorosa erat plena q; delicijs, vt Hier.7. in qua lucus idolo cõsecratus, vbi filios suos dæmonijs initiabãt, q gehẽnon appellabat, id est, vallis filiorũ Ennon, & cõminatur dñs locũ illũ se impleturũ cadaueribus mortuorũ, vt nequaq; vocet topheth & Baal, sed polyandriũ, id est, tumulus mortuorum: quare futura supplicia huius loci vocabulo designant. Duplicẽ aũt esse gehennam, nimĩ frigoris & ignis, in Iob.24. plenissime legimus.

Nonne duo passeres asse veneunt? & vnus ex illis non cadet super terrã sine patre vestro. Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis vos.

Hortatur consideratione diuinæ dispositiõis, omnia ordinãtis & præmiantis, cor nos habere securum & imperterritum. Prouer.28. Iustus quasi leo confidens, absque terrore erit. Hieronymus: Si sine dei prouidentia parua animalia nõ decidũt, quanto magis homo q apostolica fultus est dignitate? Sap.8. Attingit à fine vsq; ad finẽ fortiter, & disponis oĩa suauiter. & 11. Oĩa in mẽsura & numero & pondere disposuisti. & 12. Tu autem dñator virtutis cũ trãquillitate iudicas, & cũ magna reuerẽtia disponis nos. Subest eñ tibi cũ volueris, posse. Ne tanq; derelicti turbarent, ait: An metuitis vos, qs ex oĩbus delegit ad hoc negotiũ, ne passurus sit ante tẽpus interire, qd adeo nõ negligit, vt etiam oẽs capitis vestri plios habeat numeratos? Hieronymus: Immẽsam dei erga homines oftẽdit prouidẽtiã, & ineffabilẽ signat affectũ, qd nihil nostrũ lateat deũ: etiã parua & ociose dicta, eius scientiã non effugiant. 1. Corinth.15. Mortui resurgẽt incorrupti. Hinc de martyribus in 2. Mach.7. legimus: Post hũc tertius illudi, & linguã postulatus, cito protulit, & manus constanter extendit, & cum fiducia, ait: E cælo ista possideõ, sed propter dei leges nũc hæc ipsa despicio, quã ab ipso me ea recepturum spero. Si ergo pluris estis

patri

patri passeribus innumeris, non est quod metuatis, ne quid in vos possint homines secus quàm illi visum est, qui vestri iugem agit curam. 1. Pet. 5. Humiliamini sub potenti manu dei, vt vos exaltet in tempore visitationis, omnem solicitudinem proiicientes in eũ, quoniam ipsi cura est de vobis. Heb. 13. Sint mores sine auaritia, cõtenti præsentibus. Ipse em̃ dixit: Nõ te deseram, neq; derelinquam, ita vt cõfidenter dicamus: Dominus mihi adiutor est, nõ timebo quid faciat mihi homo.

Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eũ coram patre meo qui in cælis est. Qui autem negauerit me coram hominibus negabo & ego eum coram patre meo qui in cælis est.

Ostendit quanta sit merces, deum, nõ homines, timentium. Actu. 1. Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa & Samaria vsq; ad vltimum terræ. Psal. 118. Et loquebar de testimonijs tuis in cõspectu regum, & nõ confundebar. Chrysostomus: Non solum ille proditor est veritatis, qui mẽdacium pro veritate loquitur: sed etiam qui nõ libere pronunciat veritatem quam oportet, aut nõ libere defendit. Iohan. 12. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus qui in cælis est. Nõ est autẽ delicata hæc professio, non enim profitetur, nisi qui vita quoq; declarat se credere dictis meis. Abnegauit autem qui sic viuit, vt quicquam anteponat mihi. Luc. 6. Quid vocatis me, domine dñe, & nõ facitis quæ dico? Titũ. 1. Cõfitentur se nosse deum, factis autem negant. Quid ergo timerent, quandoquidem habituri sunt ante cælestis patris cõspectum, filium coæqualis dignitatis, potestatis & regni, cõfitentem eos, & negãtem interfectores eorũ, ac à cõsortio beatorũ excludẽtem, & æternis supplicijs deputãtem? Quid em̃ est cõfiteri, nisi in cõsortium beatorũ admittere, & participes gloriæ æternæ, & regni cælestis efficere? Luc. 22. Vos estis qui pmãsistis mecũ in tẽtationibus meis: & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnũ, vt edatis & bibatis sup mẽsam meã in regno meo.

Matt. 10 X

Nolite arbitrari quia venerim pacem mittere in terram: non veni pacẽ mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam: & inimici hominis, domestici eius.

Ostendit doctrinæ euangelicæ energiam, ab omni carnali affectu ac mũdano hominem separantis, quo firmius Christo hæreat. Nõ enim diluta res est, nec facilis euangelij professio: præmia quidem ingentia, sed ad hæc ptinacibus animi studijs grassandũ est, non cõtingent ociosis, ac oscitantibus & cessantibus. Violenta manu sunt asserẽda. Oẽs prophetæ pacem denunciant affuturam tempore Messiæ. vt qd ergo ipse gladium mittit? Psal. 71. Orietur in diebus eius iustitia & abundãtia pacis. Esa. 2. Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium. Domus Iacob, venite, ambulemus in lumine dei nostri. Sed nõ vbiq; bona est concordia, sed bonum quandoq; dissidium. Psal. 72. Zelaui super iniquos, pacem peccatorũ videns. Sic dñs in turris Babel ædificatione dissidiũ misit linguarũ, Gene. 11. Quum ergo euangelica doctrina plerisq; sit inuisa, & hæc tam ardens sui studiũ requirat, vt oporteat omnes humanos affectus quantumcũq; cedere, fieri nõ potest quin magna dissidia inter coniunctissimos etiam exoriantur: dum & ij qui mũdum deamant, citius sæuient in sibi charissimos, q̃ vitia quibus assueuerũt, relinquant: & quos semel attigit ardor euangelicæ charitatis, nullis affectibus se patiẽtur auelli ab eo quod cœperũt amplecti. Sed felix dissidium, quod syncera prouehit, putria resecat: felix gladius, qui noxias cupiditates ab animo recidit. Per se quidem res pacifica est euangelium sed aliorũ vitio cõcitatur seditio. Omnibus offert salutem, quam si amplecterentur oñes, nullum esset dissidium. Verum expedit resecari noxia, quo magis inter puros constet vera sancta'q; concordia, Iohan. 14. Pacem meam do vobis, pacẽ relinquo vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis. Esa. 57. Non est pax impijs, dicit dominus, scilicet vera & interna, Psal. 36. Mansueti hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis, Ephe. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, Actu. 10. Verbum misit deus Israel, annuntians pacem per Iesum Christum. Hieronymus: Bellum missum est bonum, vt rumperetur pax mala. Sermo enim fidei, gladius est, nos auellens à consuetudine familiarium & cognatorum, ad pietatem impedientium, Ephe. 6. Et gladium spiritus, quod est verbum dei, Heb. 4. Viuus est sermo & efficax, & penetrabilior oñi gladio ancipiti, pertingens vsq; ad diuisionem animæ & spiritus. Sensualis enim appetitus, à spũs gratia segregatꝰ

gregatur. Hinc de Christo Esa.49. dicitur: Posuit os meũ vt gladiũ acutũ. Vere acutũ. Nullus est eñ naturæ aut amicitiæ nexus tam tenax, quem hic gladius non queat dirumpere. Psal.44. Obliuiscere populũ tuum & domũ patris tui. Gene.12. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Chrysostomus: Non dicit, separare à patre, sed aduersus patrẽ: quia non corporalẽ, sed spiritualem ab eo separationẽ requirit. Non eñ verisimile est, quod corporaliter iubeat relinquere patrẽ, qui dicit: Honora patrem tuũ, Exod.20. Luc.12. Putatis quia veni pacem mittere in terram? Non dico vobis, sed separationem. Erunt enim quinq; in domo vna diuisi, duo in tres, & tres in duos diuidentur. Sed hactenus constabit hoc bellum, vt qui stant à vobis, contemnant tantum hostes, non lædant autem, quod quidẽ in ipsis est: seruent etiam, si queant.

Qui amat patrem aut matrem plus q̃ me, non est me dignus: & qui amat 2
filium aut filiam super me, non est me dignus.

Danda est opera, ne reipub. status turbet. publicis magistratibus in oĩbus obtemperandũ est, nisi p̃scribant impia. Aequũ eñ est vt p̃scripta dei, hominũ p̃scriptis p̃ponderent. Si patris autoritas auocet ab euãgelio, magis obtemperandũ est patri cælesti q̃ terreno. Ordo eñ requirit, vt deus super omnia toto corde diligat, Matth.22. Deut.6. Hinc anima propria, inde proximus, deinde corpus propriũ. Sed inter proximos maxime parentes, nec ob cuiusq̃ amorẽ, fauorẽ, seu intuitũ recedendũ est ab amore & cultu diuino. Impia eñ pietas est, sic indulgere parẽtibus hoĩbus, vt deũ patrẽ offendas. Hinc, 1. Reg.2 Magis honorasti filios tuos q̃ me. (ait dñs Heli.) Quicũq; honorificauerit me, glorificabo eũ, qui aũt contemnũt me, erũt ignobiles. Gene.22. Quia fecisti hãc rem, & nõ pepercisti vnigenito tuo propter me, benedicẽs benedicã tibi. Tunc ergo odiendi, quãdo volunt à Christo auertere: alioqui obsequens in talibus, non est Christo dignus, vt ipsius sit discipulus, & vt ipse sit merces eius. Gene.15. Ego ero merces tua magna nimis.

Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Qui 3
inuenit animam suam, perdet illam: & qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam.

Ne videatur esse mirũ, dei voluntatem omnibus humanis præferre affectibus, quum nihil sit homini vita charius, nisi quis hanc quoq; cõtemnat euãgelij gratia, & semper paratus ad omne mortis & supplicij genus, tollat crucem suã & sequatur me quotidie, non est me præceptore dignus discipulus. Exeamus ergo ad eum extra castra, improperium eius portantes, Heb.13. Ioh.19. Et baiulans sibi crucẽ, exiuit in eum qui dicitur caluariæ locum. 2. Cor.4. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circunferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Gala.5. Qui eñ Christi sunt, carnẽ suã crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs suis. 1. Cor.15. Sicut portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginẽ cælestis. Quemadmodũ autem pręposterus amor parentum, aut filij, odium est verius q̃ amor, quum vtriq; sit noxius, ita præpostera cura seruandæ vitæ, verũ est exitium vitæ. Qui vitam quæ in carne est custodire volens, ab euangelio deficit, in æternum mittit supplicium. Eccl.18. Si præstes animæ tuæ concupiscentias suas, faciet te in gaudium inimicis tuis. Luc.6. Væ vobis qui ridetis nunc, quia flebitis. Væ vobis diuitibus qui habetis hic cõsolationẽ vestram. 1. Cor.6. Esca ventri, & venter escis. Deus aũt hunc & has destruet. Iob.21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernа descendunt. Hinc mali conqueruntur Sap.5. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam aũt domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarũ iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquã vmbra, & tanquã nuncius præcurrens. Ioh.12. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternã custodit eam. Nec eñ perit anima quũ ob euangelij professionem occiditur, sed in æternum seruatur. vere aũt perit, si breuem in corpore moram impietate depascitur, quanquam ne tum quidem viuit in corpore, quę viuit inuisa deo. Apo.3. Nomẽ habes q̃ viuas, & mortuus es.

Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eũ qui me misit. Qui 4
recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedẽ prophetæ accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedẽ iusti accipiet. Et quicunq; potum de- 5
derit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine discipuli, amen dico vobis non perdet mercedem suam.

Non est periculũ,ne,si contingat à parentibus,cognatis & affinibus ac amicis destitui,non sint qui tectũ aut victũ suppeditent. Vt eñ nunquã defuturi sunt qui aspernentur & persequantur,ita nunquã non erunt qui syncero refocillent affectu. Atq; vt illos,vobis non vlciscentibus,sed bene precantibus,olim grauissime puniet deus,qui se spretum interpretatur,quũ vos spernimini:ita his pro vobis,etiã si nihil referatis gratiæ, mercedẽ amplissimã reponet. Sibi eñ deus vult imputari,si quid suis impensum fuerit. 2. Cor. 5 Pro Christo legatione fungimur,tanquã deo exhortante per nos,obsecramus pro Christo,reconciliamini deo. Luc. 10. Qui vos audit,me audit:& qui vos spernit,me spernit. Chrysost. Quid est,mercedẽ prophetæ vel iusti accipiet? id est,qualẽ mercedẽ ille habet qui propter deũ peregrinatur,talẽ habet & ille qui suscipit peregrinantẽ:& fiunt ambo æquales,& qui propter deũ refrigerat,& qui propter deũ laborat. Eccl. 12. Benefac iusto, & inuenies retributionẽ magnã:& si non ab ipso,certe à dño. Hieronymus: In omni professione zizanium mixtũ est tritico. Dicit ergo non personas esse suscipiendas, sed nomina,& mercedẽ non perdere suscipientes,licet indignus fuerit qui susceptus sit. Chrysostomus: Ne alia quidẽ causa seculari, neq; propter has caducas morales q; res,sed solum quia propheta sit vel iustus. Hilarius: Qui prophetã recipit,habitantẽ in propheta recipit,is q; dignus mercede prophetæ. Non eñ peccatis hominis,sed discipuli nomini honor p̃stitus est. Ab hoc lucro nec fortunæ tenuitas quenquã arcebit. Hic eñ affectus dantis æstimatur in ratione præmij,non doni preciũ. Vt aũt non refert, quantũ sit quod datur,sed quo affectu,cuiusve nomine detur,ita non refert, quantus sit ille cui præstatur officium. hoc satis est,quod meus est discipulus,vt mihi possit imputari pro magno beneficio. Chrysost. Qui aquæ frigidæ mercedẽ constituit,puto & quod sine opere bonæ voluntati reddet mercedẽ. 2. Cor. 8. Quod si voluntas prompta est,secundum id quod habet accepta est, non secundum id quod non habet. Hinc Heb. 13. Beneficentiæ & communionis nolite obliuisci. talibus eñ hostijs promeretur deus. Roma. 12. Necessitatibus sanctorum communicantes.

Y Et factũ est cũ consummasset Iesus verba hæc, præcipiens duodecim discipulis suis,(Mat. xi.) Egressi circuibant castella,euãgelizantes & curãtes vbiq;,(Luc. ix.) prædicabant vt pœnitentiam agerent,& dæmonia multa eijciebant,& vngebant oleo multos ægros,& sanabantur, (Marc. vi.)

Cum finẽ fecisset mandandi, transiit inde vt doceret & p̃dicaret in ciuitatibus eorũ, Matth. 11. quo semoti à p̃ceptore, sui periculũ facerẽt, vt & ipse pro sua portione p̃dicaret euangeliũ in ciuitatibus Iudæorũ. Inuenerunt qui p̃dicationẽ pronis acciperent auribus. Nec defuit miraculorũ parata vis,quæ fidẽ conciliaret dictis hominũ, quamlibet humilium & ignotorũ. Non erat illud oleũ pharmacum,(quis eñ eodẽ pharmaco mederetur morbis omnibus?) sed sacramentũ. Oleo visibili inungebatur cutis,& sanabatur corpus: sed oleũ euangelicum per vnctum nostrũ Iesum erat inungendũ animis,mox à morbis vitiorũ curandis. Hinc natũ apparet,q; hodie sacro oleo inunguñ periculose laborantes, non perinde vt conualescant,atq; vt tutius hinc emigrent. Iaco. 5. Infirmaꝫ quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ,& orent sup eũ,vngentes eũ oleo in nomine dñi,& oratio fidei saluabit infirmũ,& alleuabit illũ dñs:& si in peccatis sit, remittentur ei.

Vnctionis extremæ vis & vsus

## ¶De interrogatione Iohannis, Matth. 11. Luc. 7

## ARTICVLVS XL.

Matth. 11 Z IOhannes autem cum audisset in vinculis opera Christi,mittens duos de discipulis suis,ait illi: Tu es qui venturus es,an alium expectamus?

Quũ passim editis maraculis,doctrina q; mirabili,indies magis ac magis increbresceret fama Iesu per vniuersam Iudæam & in regionibus Iordani finitimis,vbi prius Iohannes p̃dicauerat ac baptizarat Iesum,discipuli Iohannis iam dudũ subinuidentes gloriæ Iesu,de quo nihil adhuc eximiũ sentiebant,tam ob paupertatẽ suam q̃ suorũ,de Iohanne vero magistro suo nescio quid homine maius suspicabantur. Luc. 7. Et nunciauerunt Iohanni discipuli eius de omnibus his. Ioh. 3. Rabbi,qui erat recũ trans Iordanẽ, cui tu testimoniũ perhibuisti,ecce hic baptizat,& omnes veniunt ad eum. q.d. te deserto. Porro Iohannes vir absolutæ sanctimoniæ,gaudens euenire iam quod ipse p̃dixerat, suam opinionẽ quæ maior erat decrescere, Iesu famã indies inclarescere, sentiens q; discipulorũ

cipulorum suorꝫ subinuidos affectus, vt illorꝫ infirmitati mederetur, & ab se alienatos, Ie su velut ad manum traderet, conuocauit duos de discipulis suis, qui suis verbis hæc illi re ferrent. Duos misit, ad veritatis confirmationẽ. Deut. 17. Matth. 18. In ore duorꝫ vel triũ testium stet omne verbũ. Vt ergo pluribus argumentis certiores eos redderet, mittit ad Iesum, vt vel visis miraculis credant Christũ Iohanne maiorẽ esse. Chrysostomus: Qui à spiritu sancto didicerat, Iohan. 1. Qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto: & ego vidi & testimonium perhibui, quia hic est filius dei. qui vocem patris audierat, Matth. 3. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. qui cæteris prædicauerat, Ioh. 1. Ecce agnus dei, ecce qui qui tollit peccata mundi. qui testimoniũ perhibuerat, Ioh. 1. Non sum ego Christus. nunc dubitat? Absit. Non enim minus illuminatus fuit q̃ prophetæ, qui Christũ nedum nasciturum, sed & passurũ, resurrecturum, & ascensurum prædixerant. Esa. 7. Ecce virgo concipiet & pariet filium. &. 53. Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum. Non ergo sibi, sed alijs consulere studuit, quos nimiũ sibi nouit affectos, quo se etiam Messiam negauit, & Christo maiorem. Hinc Ioh. 3. Qui de terra est, de terra loquitur: qui de cælo venit, super omnes est: & quod audiuit & vidit, hoc loquitur. Tu es ille venturus in lege & prophetis promissus, à patribus expectatus? Gene. 49. Ipse erit expectatio gentiũ. Ioh. 6. Hic est vere propheta qui venturus est in mundũ. Act. 19. Iohannes baptizabat baptismo pœnitentiæ populum, dicens in eum qui venturus esset post ipsum, vt crederent, hoc est, in Iesum.

Et respondens Iesus, ait illis: Ite, renunciate Iohãni quæ audistis & vidistis. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundant̃, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizant̃: & beatus est q̃ non fuerit scandalizatus in me.

Renunciare iubet, vt ille accepta occasione hac, amplius de ipso testimonium pehiberet, vnde & enumerat miraculorꝫ opera, quæ per prophetas prænunciata fuerant. Lu. 7 Cum aũt venissent ad eum viri, dixerunt: Iohannes baptista misit nos ad te, dicens: Tu es ille qui venturus es, an alium expectamus? In ipsa aũt hora multos curauit à languoribus suis & plagis & spiritibus malis. & cæcis multis donauit visum. Nouerat enim certius esse testimonium quod de factis proficiscitur, q̃ à verbis, præsertim si quis ipsi sibi testis sit. Glos. Cessent verba, loquantur opera. Iohan. 10. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibẽt de me. Esa. 35. Deus ipse veniet, & saluabit nos. tunc aperientur oculi cæcorꝫ, & aures surdorꝫ patebunt: tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorꝫ. Esa. 42. Ecce dedi te in fœdus populi, in lucem gentiũ, vt aperires oculos cæcorum. Deniq; iuxta Esaiæ vaticiniũ, pauperes & humiles amplectuntur lætũ salutis æternæ nuncium, quem feroces & arrogantes aspernantur. Esa. 61. Euangelizare pauperibus misit me. Matth. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorꝫ est regnum cælorum. Iaco. 2. Nonne pauperes elegit deus in hoc mundo, diuites in fide, & heredes regni, quod repromisit deus diligentibus se? Ne in personarꝫ acceptione regnum dei consistere crederetur. Spiritualiter cæci sunt, qui infidelitate vel errore cæcatũ habẽt intellectum. Sap. 2. Excæcauit illos malitia sua. Hinc Matth. 15. Cæci sunt & duces cæcorꝫ. Esaiæ. 42. Quis cæcus nisi seruus meus? & quis surdus nisi ad quẽ misi nuncios meos? ij necesse habent à Christo illuminari, qui illuminat omnẽ hominẽ venientem in hũc mundũ, Ioh. 1. Nam lux est mundi. Ioh. 8. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Qui ergo præsentia, futuris neglectis, diligunt, diuitias in saccum pertusum cõgregant, Aggei. 1. & nesciunt quis possessurus sit eas, Psal. 48. clament ad dñm, Psal. 12. Illumina oculos meos ne vnquã obdormiam in morte. Claudi qui obliquũ habent affectũ, qui sciunt & non faciunt, partim dominũ, partim mundũ sequentes. 3. Reg. 18. Vsquequo claudicatis in duas partes? si dominus est deus, sequimini eum. ij rectificari habẽt per charitatem necesse. August. Pes animæ, amor est: si rectus, charitas: si curuus, cupiditas. Psal. 118. Gressus meos dirige secundũ eloquium tuũ. Heb. 12. Remissas manus & genua dissoluta erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicans quis erret, magis aũt sanetur. Leprosi sunt immunditiam carnalis concupiscentiæ sectantes. Hac laborant diuites & potentes. 4. Reg. 5. Naaman erat vir potens & diues, sed leprosus. 1. Cor. 6. Qui fornicatur, in corpus suũ peccat. ij per dominũ necesse habẽt mundari. Psal. 50. Cor mũdum crea in me deus. Nam de corde exeunt cogitationes malæ, fornicationes, adulteria, furta, homicidia &c. hæc sunt quæ coinquinant hominẽ. Surdi, ad legẽ dei. Prouer. 28. Qui declinat aurem suã ne audiat legẽ, oratio eius erit execrabilis. Item. 21. Qui obturat aurem suã ad clamorẽ pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. ij necesse habent per

gratiam emolliri. Ezech. 11. Auferam cor lapideũ de carne eoꝝ, & dabo eis cor carneum, vt in præceptis meis ambulent. Heb. 3. Videte fratres ne forte sit in aliquo verstrũ cor malum incredulitatis discedendi à deo viuo, sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Mortui per peccatũ. Apo. 3. Nomen habes ꝙ viuas, & mortuus es. Sap. 16. Homo eñ per malitiã occidit animã suam, ñ nisi per gratiam Christi resurgere non possunt. Heb. 9. Sanguis Iesu Christi emundabit conscientiam nostrã ab operibus mortuis. 1oh. 5. Amen amen dico vobis, quia qui verbũ meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternã: & in iudicium non venit, sed transiet à morte ad vitã. Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc est, quando mortui audient vocẽ filij dei, & qui audierint, viuent. Beatus aũt est, cuius animo successus tantus euangelij non p̃buerit occasionẽ mali. Vt eñ operꝝ magnitudo nonnullis mouebit inuidiam, ita corporis huius infirmitas nonnullis erit offendiculo. Hoc modeste taxauit inuidiam discipulorꝝ Iohannis, sed sic, vt nec apud populum pu descerent, sed taciti secũ agnoscerent vitium suũ, tẽperato modis omnibus responso, vt & ipse fugeret arrogantiæ suspicionẽ, & maiorẽ fidem faceret discipulis, & illorꝝ affectioni mederetur potius q̃ traduceret: simul subindicans futurꝝ, vt ignominia crucis, qua maxime peragendũ erat mysteriũ regni cælorꝝ, multos alienaret à doctrina euangelica. Scandalizati fuerunt quidã in Christo ex infirmitate, ficut discipuli. Matth. 26. Omnes vos scandalũ patiemini in me in ista nocte. Ideo per Christũ reuocati. Aliqui ex malignitate. In p̃dicatione. Matth. 15. Scis (ait Petrus) quia pharisæi audito hoc verbo, scandalizati sunt? At ille ait: Sinite illos, cæci sunt & duces cæcorꝝ. Alij in operatione. Mar. 6 Vnde huic hæc omnia? & scandalizabant in illo. Quidã in corporis cõmunione. Ioh. 6. Multi audientes ex discipulis eius, dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eũ audire? Sciens aũt Iesus apud semetipsum quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc vos scandalizat? Quidã in crucifixione. 1. Cor. 1. Prædicamus Christũ crucifixum, Iudæis quidẽ scandalũ, gentibus aũt stultitiam. Grego. Visis tot miraculis tantisq; virtutibus, non scandalizari quisq; potuit, sed admirari: sed infidelium mens graue in illo scandalũ pertulit, cũ eum & post tot miracula morientẽ vidit. Stultum quippe hominibus visum est, vt pro hominibus autor vitæ moreretur: & inde contra eum homo scandalum sumpsit, vnde ei debitor fieri debuit vt honoraret. Nam tanto deus ab hominibus amplius honorandus est, quanto & pro hominibus indigna suscepit.

5 Illis aũt abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Iohanne: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? etiam dico vobis, & plusquã prophetam. Hic est enim de quo scriptum est, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

Iohannis vitam vt constantissimã collaudat, ne populus argueret Iohannẽ assentationis & leuitatis. Hieronymus: Quia eñ turba circunstans interrogationis mysterium nesciebat, putans Iohannẽ dubitare de Christo quẽ ante monstrauerat digito, vt intelligerent Iohannẽ non sibi interrogasse, sed discipulis, quærit. Amolitur eñ ab eo omnẽ inconstantiæ suspicionem, & illius de se testimonio fidem & pondus arrogat, sic extollens illius eximias virtutes, vt Messiæ titulum non tribuat, quem aliquandiu illi tribuere conabantur, 1oh. 1. & Luc. 3. Existimante aũt populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de 1ohãne, ne forte ipse esset Christus. Expediebat eñ vt populus q̃ optime sentiret de Iohanne, qui tam præclare testificatus fuerat de Iesu, quod esset filius dei, ꝙ esset agnus qui tolleret peccata mundi, ꝙ esset is qui baptizaturus esset igni & spiritu sancto. Ne cui, inquit, obrepat suspicio leuitatis de Iohanne. Alioqui si talis visus est vobis, qui leuium hominũ more mutet sententiã, vt quod prius affirmauit, post reuocet in dubium, Quid existis videre? arundinẽ quæ agitatur, nec sibi constat? Sed ab hac suspicione facile illum vindicat perpetua vitæ totius austeritas. Sed agedum, quid existis videre? Num hominem mollibus vestitum, vt delicijs & ambitione corrumpi potuerit? Lucæ. 7. Ecce qui in veste preciosa sunt & delicijs, in domibus regum sunt, quibus luxus vitæ ꝙ deliciæ conueniunt, atq; inter hos locus est inconstantiæ & adulationi. Illum adulari nescisse carcer indicat, vestis & vitæ austeritas. Matth. 3. Ipse aũt Iohannes habebat vestimentũ de pilis camelorꝝ, esca aũt eius erat locusta & mel syluestre. Grego. Nemo putet in luxu &

gloria

gloria pretiosarū vestium peccatū non esse: quia si hoc culpa non esset, nequaquā Iohannem dominus de vestimenti austeritate laudasset, nequaquā Petrus fœminas à pretiosarum vestium appetitu compesceret, d.1.Pet.3. Non in veste pretiosa. Triplici ex causa homines vestiuntur. Ob indigentiam. Gene.3. Fecit dominus Adæ & Euæ tunicas pelliceas, & induit eos, & emisit eum dñs de paradiso voluptatis, vt operaretur terrā de qua sumptus est. Secundo, propter vanitatem & voluptatem. Luc.16. Homo quidā erat dives, qui induebatur purpura & bysso. Esa.3. Erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium. Tertio, propter pœnitentiam ad domandā carnem, vt Helias 4. Regū.1. & Iohannes. Attende quid dixerit, In domibus regum sunt, non pontificū aut sacerdotum. Non ergo probum decet Christianū mollia gestare, ac rigidā vitam, austeramq; prædicationem vitare aulas magnatum, & mollium hominū palatia declinate. Remota falsa opinione, commendando indicat quis sit. Magnū aliquod spectaculū fuerit oportet, quod vos tam frequentes pertraxerit in desertum. Si prophetā, non estis fraudati spe vestra. Omnino prophetā vidistis, & plusquā prophetam. Ille se Messiam non esse, palam testatus est. Luc.1. Et tu puer propheta altissimi vocaberis. Nam venturū prænunciauit, Ioh.1. Venisse digito demonstrauit, Iohan.1. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Legis & prophetarū finis. Luc.16. Lex & prophetæ vsq; ad Iohannē. Hinc de eo olim vaticinatus est Malachias.3. q̄ præcursor esset Messiæ iam aduentantis, vt non solū illum in longū oraculo promitteret, sed & de proximo digito ostendere posset. Hierony. Quia ad priuilegiū prophetale baptistæ accessit p̄mium, vt dñm suū baptizaret, angelū eū dicit non naturæ societate, sed officij dignitate. Ioh.1. Fuit homo missus à deo, cui nomē Iohannes. Ante faciē, Iohā.1. Vt manifestetur in Israel, propterea ego veni in aqua baptizans. Luc.1. Præibis ante faciem dñi parare vias eius. Marc.1. Luc.3. Vox clamantis in deserto, parate viam domini, rectas facite semitas eius. Illud obseruandum, quod digressis discipulis, Iohannem commendauit, ne adulari videretur ipsis præsentibus magistro, & ne ipsi in elationem insurgerent tanta præconia audientes de suo magistro.

Vestiendi causæ q̄t.

Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Iohanne baptista. Qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo. A diebus autem Iohannis baptistæ vsque nunc, regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Omnes enim prophetæ & lex vsque ad Iohannem prophetauerunt. Et si vultis recipere, ipse est Helias qui venturus est. Qui habet aures audiendi, audiat.

Matth.11 A

Lucæ.7. Maior inter natos mulierū propheta Iohanne baptista nemo est. Non cæteris prophetis & patriarchis cunctisq; hominibus Iohannē prætulit, sed cæteris æquauit. Non em̄ statim sequitur, vt si alij maiores eo non sint, ille maior alioꝝ sit. Qui ergo de Iohanne magnifice sentiunt, recte sentiunt. Est tamen vnus eo maior virtute & dignitate, qui tamen iuxta popularē æstimationem, minor est illo in regno dei. Quoniam multas Iohannis laudes dixerat, vt ne putent quod & se maior sit ille, inquit: Ego minor & natu iunior, & iuxta vestram opinionem inferior, maior illo sum in regno dei, hoc est, in spiritualibus & cæleſtibus bonis. Iohan.3. Qui de cælis venit, super oēs est. Erat & minor angeloꝝ, qui natura digniores & cōprehensores. Sic & modo sancti cū deo, maiores ijs qui sunt in prælio. Aliud est em̄, coronā victoriæ possidere: aliud, in acie adhuc pugnare.3.Reg.20. Ne glorietur accinctus æque vt discinctus. Hactenus expectabatur doctrina cæleſtis, quā patriarchaꝝ typi, quā vatum oracula per ænigmata quædā promiserāt: nunc Iohānes animos excitauit multoꝝ ad euāgelicæ doctrinę studiū, vt ab exordio p̄dicationis illius vsq; ad hūc diē, ad hanc fidei violētia perrumpant, etiā peccatores & ethnici, & nolētibus volētibus vobis vi diripiāt. Hilarius: Itaq; regnū cælorū vim patitur, quia gloria Israel patribus debita, à prophetis promissa, à Christo oblata, fide gentiū occupatur & rapitur. Grandis etiā violentia, in terra nos esse generatos, & cælorū sedem quærere: possidere per virtutē, quod non meruimus per naturā. Relinquere patrē & matrē, & animū suū contemnere, quanta vis? Matth.3. Pœnitentiā agite, appropinquat regnum cælorū. Gal.5. Qui Christi sunt, carnē suam crucifixerunt cū vitijs & cōcupiscentijs suis. Omnes typi quibus lex designarat Messiam venturū, simul atq; Iohannes venit, omnia prophetarū vaticia quæ promittebant venturū, desierunt rem futurā promittere. Stulte em̄ expectatur quod adest. Ego ergo ille de quo loquuti sunt. Nō em̄ impleti fuissent, nisi

ego veniſſem. Nihil ergo expectetis vlterius. Hierony. Non excludit prophetas poſt Iohannẽ futuros. Nam Act. 11. & 21. Agabum prophetaſſe legimus, & quatuor filias Philippi, Act. 21. ſed quod lex & prophetæ quos ſcriptos legimus, quicquid prophetauerũt, de dño vaticinati ſunt venturo, quẽ Iohannes veniſſe monſtrauit. Quo clarius conſtet, non aliũ prophetã qui Meſſiam annunciet, ventur̃ poſt hac, Iohannes eſt ille qui quẽ Malachias. 4. ſub nomine Heliæ, quẽ victus ac veſtitus auſteritate, quẽ libertate in arguendis regibus retulit, ventur̃ eſſe p̃dixit, anteq̃ veniret Meſſias. Luc. 1. Ipſe p̃cedet ante illum in ſpiritu & virtute Heliæ. Si cui ſunt aures, vt admittat veritatẽ, audiat: ſi quis obturarit aures ſuas, ſibi imputet exitium ſuũ. Eccl. 3. Auris bona audiet cũ omni cõcupiſcentia ſapientiam. Contra Deut. 29. Non dedit vobis dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ poſſint audire vſq; in præſentem diem.

Et omnis populus audiens, & publicani, iuſtificauerunt deum baptizati
Luc. 7. baptiſmo Iohannis: phariſæi autem & legiſperiti conſilium dei ſpreuerunt in ſemetipſis, non baptizati ab eo. Ait autem dominus: Cui ergo ſimiles dicam homines generationis huius? & cui ſimiles ſunt? Similes ſunt pueris ſedentibus in foro, & loquentibus ad inuicem & dicentibus: Cantauimus vobis tibijs, & non ſaltaſtis: lamentauimus, & non ploraſtis. Venit enim Iohannes baptiſta neq; manducans panem, neq; bibens vinum: & dicitis, dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicitis: Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. & iuſtificata eſt ſapientia ab omnibus filijs ſuis.

Nihil omiſſum eſt q̃d ad mouendos animos omniũ facit: & tamen multi tã pertinaciter increduli ſunt, vt nec auſteritate Iohãnis territi, nec dñi ciuilitate beneficentiaq; deliniti, recipiant q̃d totiam ſeculis ex fide prophetar̃ expectarunt. Diuerſis vijs tentatũ eſt idẽ à nobis, neutra profectũ eſt apud quoſdã morioſos & incredulos. Veteres diuerſis harmonijar̃ modis, varios mouebant affectus. Venit Iohãnes ſingulari auſteritate vitæ pœnitentiã prædicans, & pœnitentiæ p̃bens exemplũ. & dicunt, dæmonium habet, tantum abeſt vt imitetur. Matth. 11. Venit ille filius hominis, manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax & potator vini, publicanor̃ & peccator̃ amicus. Quia manducat & bibit cũ eis, Matth. 9. Erat vere amicus peccator̃, quos venit quærere & ſaluũ facere, Lu. 19 Amans naturã, non vitia. Sap. 11. Diligis enĩ omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eor̃ quæ feciſti. Pro quibus & animã dedit, Matth. 20. Hinc ſua lenitate & comitate ipſos ad pœnitentiam prouocare ſtuduit. His rebus adeo quidã non ſunt cõmoti ad reſipiſcentiam, vt quod factũ eſt ad emendandos vos, verteritis ad calumniã. Qui non cõmouetur auſteritate, ſolet comitate vinci. At iſta natio ad omnẽ occaſionẽ fit deterior. Sic & multi omnia facta & dicta alior̃, in peiorẽ interpretantur partẽ, facientes ſibi de melle venenũ: & bona quæ volunt vel noñ poſſunt imitari, malunt detrahendo vituperare, q̃ humiliter venerari. Sed quo pluribus modis prouocata eſt ad ſalutẽ, hoc omnibus erit euidentius, eã ſuapte malitia periſſe, ac dei ſapientia, cuius hæc omnia conſilio geruntur, iuſtitiæ laudẽ feret apud ſuos filios, quum viderint eos qui magni iuſtiq; videbantur apud homines, ob incredulitatem ſuam repulſos à regno cælorum: contrà, peccatores & publicanos ob fidei promptitudinem admiſſos ad æternam ſalutem. Hieronymus: Sapientia non quærit vocis teſtimonium, ſed operum. Iuſtificata eſt ergo, id eſt, honorata non à phariſæis, ſed à filijs ſuis, hoc eſt, ijs qui ſuſceperunt Ieſum & Iohannem. Prouer. 18. Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi dixeris ea quæ verſantur in corde ſuo. 1. Corin. 2. Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei, ſtultitia enim eſt illi, nec poteſt intelligere quia ſpiritualiter examinatur.

¶De conuerſione peccatricis, Luc. 7

ARTICVLVS XLI.

Luc. 7 G

ROgauit aũt illum quidam de phariſæis vt manducaret cum illo: & ingreſſus domum phariſæi, diſcubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit q̃ Ieſus accubuit in domo phariſæi, at-

tulit

tulit alabastrum vnguenti: & stans retro secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.

Ecce consequutum est quiddam, in quo res ipsa poneret ob oculos, quod docuerat de iustis repellendis & peccatoribus recipiendis. Vnde exemplar nobis vere pœnitentis ob oculos ponitur, in peccatrice illa infami, omnibus modis exibilanda, si pharisæo credimus: sin vero Christo, vt par est, nemo ea magis idoneus ad euangelium. Rogabat illum quidam pharisæus, quod genus præ cæteris cognitione legis & sanctitatis opinione turgebat. Act. 23. 26. Nec dedignatus est Iesus, q nulli sui negabat copiam. O qualis hospes. Sapientiæ. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Vere gratiose inuitandus, imo affectuose suscipiendus qui seipsum inuitat. Lucæ. 19. In domo tua oportet me manere, ait Zachæo, & Apocaly. 3. Ego sto ad ostium & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Inducitur mulier famosa in ciuitate, quæ erat peccatrix, quo animemur ad pœnitentiam. Dicitur de Maria Magdalena, quod septem dæmonia ab ea eiecta fuerint, Marc. 16. Lucæ. 8. Nihil autem peccato fœdius. Prouerb. 14. Miseros facit populos peccatum, nihil abominabilius, quandoquidem qui peccat, non tam à deo se ablegat, quàm gratia priuat, stercoribus inquinat. Iohel. 1. Computruerunt iumenta in stercore suo. Vt ergo cognouit quod clementissimus Iesus, qui nullum repellebat ab sese, qui malis omnium omnibus promptissime mederetur, illic adesset, sibi tota displicens, sed ingenti fiducia de Iesu benignitate concepta, irrupit in ædes pharisæi, ardor animi omnem pudorem excusserat, quum non esset ignara, quanto fastu soleat pharisaicum genus auersari peccatores, quũ ipsi intus grauibus maderent vitijs, Iohannis sexto: Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Omnis qui audiuit à patre, & didicit, venit ad me, Romañ. 10. Ergo fides ex auditu? Sed non omnes obediunt euangelio. Chrysostomus: Corpore infirma non erat, nec corporis gratia accessit, sed animæ directione, quum tamen plurimi hodie plus corporum, quàm animarum quærant salutem, curiosius cibum corporis in mensa, quàm animæ in altari. Est autem alabastrum, vt dicit Beda, genus marmoris, in quo incorrupta seruantur vnguenta. Olim qui voluptatibus carnis seruiebant, vnguentis impendio delectabantur, præsertim in conuiuijs. Quod ergo tempore vanitatis ad voluptatem, nunc ad pietatem vertit. Et quoniam verecundia est, quasi principium pœnitentiæ, retro stetit: Sic publicanus à longe stans, non audebat oculos in cælum leuare. Lucæ. 18. Eccleſiast. 4. Pro anima tua ne confundaris dicere verum. Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. Vnde semetipsam intus erubescens, sua peccata melius factis quàm verbis confessa est, plenius Christo quàm sibi cognita noscens, Psalmo sexagesimo primo: Effundite coram illo corda vestra. Sed sunt quibus frons meretricis facta est, nolentes erubescere, Hieremiæ tertio: Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis, Prouerbiorum secundo: De quibus dominus Lucæ sexto: Væ vobis qui ridetis nunc, quia flebitis. Omnia ergo quondam inhonestæ voluptatis instrumenta, vertit in obsequium illius, qui solus est amandus. Oculos, quos olim spectaculis & scenicis ludis inquinauerat, stibio ad turpitudinem depinxerat, salubri lachrymarum, imbre expurgauit. His enim conscientia mundatur. Psalm. 118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei quia non custodierunt legem tuam. Et. 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Hieremię secundo: Scito & vide, quia malum & amarum est dereliquisse te dominum, & non esse timorem eius apud te. Capillis, quos antehac consueuerat ad carnis voluptatem vngere, tingere, comere, auro intexere, pedes terfit. 1. Petri tertio: Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus, sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu dei locuples. Sic ore, quo vana & lasciua protulerat, Iesu pedes osculabatur, Romanorum sexto: Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Membra Christi superfluis refocillanda, Matthæi vicesimo quinto: Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Ecclesia bonorum operum odore inflammanda. 2. Corinthiorum. 2. Christi bonus odor sumus in omni loco. Sed Romanorum. 2. Per vos nomen dei blasphematur inter gentes.

Alabastrũ quid.

Videns autem pharisæus, qui vocauerat eum, ait intra se, dicens: Hic si esset propheta, sciret vtique, quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia 2

peccatrix est. Et respondẽs Iesus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erant cuidam fœneratori, vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon, dixit: Aestimo, qa is cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti.

Pharisæus hæc conspicatus, quum fauere debuerit mulieri tanto affectu se ingerenti, tanta modestia sese deijcienti, tot iudicijs testanti vitæ prioris pœnitudinem, cum amare debuerit Iesu mansuetudinem, nullum hominem à se repellentis, prouocatur ad vtriusque calumniam. Si esset propheta qualis habetur, sciret publicam esse peccatricem, nec se tangi permitteret. Existimabat enim sanctos homines pollui, si cum peccatore, vel colloquium habuissent. Hic erat fastus falsæ iustitiæ, qua sibi placebant, deo displicentes. Quæ enim sancta sunt, coinquinari non possunt, nisi vitiorum contagionem participent. Habitauit in Sodomis Loth. Genesis. 19. 2. Petri. 2. Aspectu & auditu iustus erat, habitans inter eos qui de die in diem animam iusti iniquis operibus cruciabant. Iob frater fuit draconum & socius struthionum, Iob. 30. Sic sancti lucent in medio nationis prauæ & peruersæ, sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes, Phil. 2. Glossa. Pharisęus de falsa iustitia superbus, nulla compassione motus, suæ fragilitatis oblitus, ægrum reprehendit de ægritudine, & medicum de subuentione. Gregorius: Necesse est cum peccatores conspicimus, nosmetipsos prius in illorum calamitate defleamus, quia in similibus aut lapsi sumus, aut labi possumus. 1. Corinthiorum. 10. Qui stat, videat ne cadat. Galat. 6. Fratres, si præoccupatus fuerit quis in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans temetipsum, ne & tu tenteris. Gregorius: Vera iustitia compassionem habet, falsa indignationem. Respondet dominus ad cogitationem, quo se plus quàm prophetam, deum ostendit. 1. Regum. 16. Homo videt ea quæ patent, deum autem intuetur cor. Hieremiæ. 7. Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans cor, & probans renes. Familiariter ipsum vocat ex nomine, vt reddat attentum. Ne ergo proderet impiam illius cogitationem conuiuis cæteris, (nam & viris euangelicis etiam ciuilitas debet esse curæ: quia & si proximus sit arguendus opportune, importune, temen in omni patientia & doctrina. 2. Timothei. 4.) proposuit parabolam, qua eum arrogantem ostendit, proximum iudicando, & insipientem, tot charitatis & pœnitudinis indicia non considerando & fidei. Obserua hic tria: Primũ, Iudicem æquissimum deum, qui corda scrutatur & facta, tutaturq; semp suos, ac recipit ad se confugientes. Secundum, peccatricem factis animi mœrorem declarantem, quæ multa quidem debuit, sed veniam ac condonationem vera confessio meretur. Tertium, pharisæum iustitia externa turgidum, alienæ famæ obtrectatorem. Debuit hic multa, nempe Christo fidem, sed non præstitit superbia inflatus, debuit & pro peccatis pœnam, sed soluendo non erat. Omnes debitores deo creditori, qui dona sua ad vsurã nobis collocauit. Matth. 25. Sed pauca rependimus, & vtinam non beneficia magna ingratitudine repensaremus. Nec etiam quisquam ex se soluendo est. Augustinus: Nec antiquorum quicunque iustorum præter Christi fidem, salutem potuit inuenire. Act. 4. Non em̃ est in aliquo alio salus. Nemo etiam viribus suis, dei exclusa pietate, soluendo est. 2. Corinthiorum. 3. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis tanquam ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex deo est. Quod autem dicit, debuisse quingentos & alterum quinquaginta significat quinque sensibus nos debita contraxisse. Mat. 6. Remitte nobis debita nr̃a. Donauit ergo in solidum vtrique quod debebat. Vter igitur horum vehementius amare debet creditorem tam liberalem? Quo efficacius concluderet, & Simonis arrogantiam humiliaret, responsum exquirit. Sic Matth. 22. Cuius est imago hæc & superscriptio? Simon non intelligens quorsum tenderet hæc parabola, simpliciter respondit. Existimo &c. Glossa. Secundum homines plus fortasse offendit, qui plus debuit, sed misericordia domini causa mutatur, vt amplius diligat, qui plus debuit, si gratiam consequatur. Exigit enim gratitudo, vt eum vehementius ames, à quo tot beneficijs es affectus. Recte iudicasti. Hoc docemur, veritatem à quocunque prolatam, non contemnere ex odio vel personæ paruitate.

Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti, hæc autem ex

quo

quo intrauit,non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxiſti,hæc autem vnguento vnxit pedes meos.Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa,quoniam dilexit multum . Cui autem minus dimittitur,minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata . Et cœperunt qui ſimul accumbebant,dicere intra ſe: Quis eſt hic qui etiam peccata remittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te ſaluam fecit. Vade in pace.

Conuerſus autem ad mulierem animi propenſione,vt mœſtam erigeret: vides,inquit, hanc,quam tu peccatricem vocas,toto corporis habitu præ ſe ferentem pœnitentis imaginem? Huius peccatricis pietas longe vincit tuam iuſtitiam qua tibi places.Numerat officia charitatis. Aquam pedibus meis non dediſti, quod eſt de conſuetudine hoſpitalitatis. Gene.18.19.24.Hinc Apoſtolus de vidua ait.1. Timoth.5. Si hoſpitio recepit,ſi ſanctorum pedes lauit.Hęc lachrymis,Chryſoſtomus: Sicut vbi vehemens imber prorũpit,fit ſerenitas, ſic lachrymis effuſis oritur mentis tranquillitas, & perit caligo reatuum: & ſicut per aquam & ſpiritum,ita per lachrymas & confeſſionem denuo mundamur. Et capillis,qui præcipuum ſunt ornamentum mulierum.1. Corin.11. Mulier ſi comam nutriat, gloria eſt illi. Oſculum in ſignum charitatis,Romañ.16.Salutate inuicem in oſculo ſancto. Ipſa pedes plus appreciata etiam vnxit.Noli ergo perpendere quantum peccarit,ſed conſidera quantum amet.Charitas enim operit multitudinem peccatorum .1.Petri. 4. Gregorius: Quid fratres mei dilectionẽ eſſe credimus,niſi ignem? quid culpam,niſi rubiginem? Tanto ergo peccati conſumitur,quanto peccatoris cor magno charitatis igne concrematur. Prouerb.10.Vniuerſa delicta operit charitas. Quo ergo grauius peccauit, hoc ſibi magis diſplicet, ac me cuius gratuita clementia liberata eſt à peccatis, vehementius amat. Vos vobis iuſti videmini ob legis obſeruationem, neque multum habere quod vobis ignoſcat deus,& ideo frigidius amatis condonantem.Chryſoſtomus: Opus eſt nobis feruenti animo,quia nihil impedit hominem fieri ſpiritualiter magnum. Nullus ergo in peccatis conſtitutus deſperet,nemo virtuoſus dormitet,neque confidat,ſæpe enim meretrix præcedit eum, neque iniuſtus diffidat, poſſibile enim eſt primos ſuperare.Matth.20. Erunt primi nouiſſimi,& nouiſſimi primi.Nihil fuerat illa confeſſa verbis, ſed euidentius confeſſa eſt factis,efficacius precata eſt lachrymis, Pſalmo.37. Domine, ante te omne deſiderium meum,& gemitus meus à te non eſt abſconditus.Hinc audire meruit: Remittuntur tibi peccata tua.Pſamo.31.Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Felix abſolutio,ſed non ſine precibus,nõ ſine lachrymis.Duo ſunt in peccato: Culpa,quæ ex dei liberalitate remittitur,quum nullum bonum meritoriũ poſſit eſſe in nobis ſine gratia,quam ante culpæ remiſſionem habere non poſſumus.Sapientiæ.1.In maleuolam animam non introibit ſpiritus ſapientiæ. Quæ enim ſocietas luci ad tenebras? 2.Corinth.6. Sed dimiſſa culpa & habita gratia,remanet pœna,vt patet Exodi.32. Et.2.Regum.12.Ad cuius remiſſionem facit opus noſtrum charitate informatum. Obſerua quod non dixit, ego remitto, cauſa docendæ humilitatis, & vitandæ ſcandalizationis,nec tamen potuit. Phariſæi enim ſcientes ſcriptum, Eſaiæ.43. Ego ſum qui deleo iniquitates tuas,Iob.14. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine, niſi tu qui ſolus es? intra ſeſe cogitabant. Quis eſt hic qui tantum ſibi ſumit, vt autoritate ſua remittat etiam peccata,quod nemo prophetarum,aut patriarcharum vſurpauit ſibi? Ne ſacerdotes quidem aliud ſibi vindicant, quàm orare pro peccatis populi. Ieſus ergo cognitis illorum cogitationibus,quo magis confirmaret animum mulieris,ac pro mœſta lætam domum remitteret, ait illi: Fides tua te ſaluam fecit. Gregorius: Cæleſtis medicus ægrotos reſpuit, quos de medicamine deteriores fieri videt.Non dixit,ego te ſaluam facio,quo inuidiam illorum minueret,& illud ad credendum induceret,diſcentes ſalutem ex fide eſſe. Beda: Quia quod petijt ſe poſſe accipere non dubitauit,iam eñ ſpem abillo acceperat à quo ſalutem quærebat.Oſtendit ergo fidem per dilectionem operantem ſalutem conferre,quæ aliquid eſt apud deum.Galatas quinto: Vnde præmiſit remiſſa peccata multa, quia dilexit multum,ac indicia ipſa dilectionit ſubiunxit. Plenitudo enim legis eſt dilectio, Romanorum decimotertio: Et vinculum perfectionis,Coloſſenſes tertio: Vade,inquit,in pace. Beda: Ne à via iuſtitiæ labaris in viam ſcandali,Romanorum.5.Iuſtificati ex fide,pacem habeamus ad deum.Nam fructus ſpiritus eſt charitas,gaudium,pax.Gala.5.Eſa.57.Non eſt pax impijs,dicit dominus. Iohan. 16. In mundo preſſuram, in me pacem habebitis. Phil.4.Et pax dei quę exuperat oẽm ſenſum,cuſtodiat corda veſtra & intelligẽtias vras.

Peccato duo meſſe

Ipſa eñ

Ipſa enim ad æternam perducit pacem. Lucæ .2. Nunc dimittis ſeruum tuum domine, ſecundum verbum tuum in pace. Quemcunq; ergo ſui pigere cœperit, ad Ieſum properet: in hunc effundat, quod prius prodigere ſolitus eſt in impias voluptates. Huius obſequio conſecret omnia membra ſua, quæ prius ſeruiebant fœdis cupiditatibus. Sibi patitur imputari, quicquid officij impenſum fuerit proximis etiam infimis. Iam qualis eſt conuiuator, talis & conuiuæ.

¶De occiſione Iohannis, Matth.14. Marc.6.

## ARTICVLVS XLII.

Marc.6 C

ET cum dies opportunus accidiſſet, Herodes natalis ſui cęnam fecit primcibus, tribunis, & primis Galilææ. Cumq; introiſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi, ſimulq; recumbentibus, rex ait puellæ: Pete a me quod vis, & dabo tibi. Et iurauit illi, quia quicquid petieris, dabo tibi, licet dimidiũ regni mei. Quæ cum exiſſet, dixit matri ſuæ: Quid petam? At illa dixit: Caput Iohannis Baptiſtæ.

Quum iuxta morem ethnicorum celebraret diem Herodes natalem, in quo nihil voluptatum genialium non adhibebatur, quem diabolus ad impium facinus idoneum adinuenit. Raro enim conuiuijs malorum deeſt impietas. Vaſthi regina repudiata, Heſter.1. Ammon occiſus.2. Regũ.13. Natalitium diem celebrauit & Pharao, ſed Ioſeph è carcere liberauit. Gene.41. Herodes vero, cui libido dominabatur, iuſtum in carcere decollauit. Prouerb.23. Noli eſſe in conuiuijs potatorum, nec in comeſationibus eorum qui carnes ad veſcendum conferunt: quia vacantes potibus, & dantes ſymbola, conſumentur. Magis lugenda dies, Iob.14. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs, qui quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. Cum ergo natalitijs ſuis cœnam faceret primatibus, tribunis, qui millenis præfecti ſunt, laſciua geſticulatione ſaltauit in medio ad menſam filia Herodiadis & Philippi, indecora laſciua q; geſticulatione vt delectaret conuiuas. Quo enim turpius ſaltauit, hoc magis placuit regi iam bis inſano, vt qui pręter amorem inceſtę mulieris, & iam vino incaluerat, & conuiuis, quo plures haberet ſuæ crudelitatis teſtes. Ait ergo regali magificentia. Et ſi dimidium vſque regni mei petieris, dabo tibi. Pollicetur, haud inſcius quid petitura ſit, cum iuramento, vt intercedente iureiurando, non poſſet non interficere innocentem, quaſi inuitus, ſed legi adactus, lege contra legem abutens. Chryſoſtomus: Tu perſpice quomodo totum illud ſatanicum erat ſpectaculum. Nam primum temulentia & delicijs conſtabat, vnde nihil vnquam probe factum eſt. Deinde ſpectatores omnes erant corrupti, & ille qui conuiuio præerat, omnium corruptiſſimus. Tertio, voluptas atque licentia omia dicendi, audiendi atque faciendi maxima in ipſis erat. Quarto, puella (propter quam matrimonium fieri non poterat) quæ abdi & occultari propter conceptum matris debebat, ingreditur, omnia palam faciens, & omnes meretrices virgo impudentia ſuperans. Temporis quoque ipſius importunitas, ſcelus Herodis mirum in modum amplificat. Nam quando gratias agere deo oportebat, qui eum eo die in lucem produxit, tunc nefandiſſimam cædem committit: quando vinctum abſoluere ex gaudio debuit, tunc ad vincula iniquiſſima iuſſu ſuo mors acceſſit. Puella ergo ne perderet tantam occaſionem, & mox hac regij pectoris abuteretur libidine, quemadmodum hanc fabulam matris inſtinctu cœperat agere, non audet ilico petere, quid vellet: ſed egreſſa è conuiuio, conſuluit matrem. At inceſta mulier nihil cunctata, neque quicquam habens charius morte ſanctiſſimi viri, verita ne quando Iohanni reconciliatus regis animus dirimeret inceſtas nuptias, ſuaſit filiæ, ne quid peteret, niſi vt abſque mora ſibi daretur in diſco caput Iohannis Baptiſtæ. Digno operi ſaltationis, dignum ſaguinis precium. Chryſoſtomus: Audiatis hæc virgines, quæ tripudijs communem fœminarum ſexum & ſaltationibus deturpare non veremini: audiatis viri, qui magnifica conuiuia ebrietate plena conſectamini. Vbi ſaltus laſciuus, ibi diabolus certe adeſt. Eſaiæ tertio: Pro eo quod eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & ambulabant, & pedibus ſuis compoſito gradu incedebant, decaluabit dominus verticem filiarum Sion, & dominus crinem earum nudabit.

Dina

Dina egressa vt videret mulieres regionis illius, per Sichem filium Emor oppressa fuit. Quare per Simeon & Leui fratres ipsius, ipse Sichem cũ tota ciuitate interfectus fuit, Gene.34. Filij Israel immolatis dijs hostijs, sederunt manducare & bibere, & postea surrexerunt ludere, Exo.32. quare quasi.23. millia hominum interfecta sunt.

Cumq; introisset statim cum festinatione ad regem, petiuit, dicens: Volo vt protinus des mihi in disco caput Iohannis Baptistæ. Et contristatus est rex propter iusiurandum, & propter simul discumbentes noluit eam contristare: sed misso spiculatore, præcepit afferri caput eius in disco: Et decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit illud matri suæ. Quo audito, discipuli eius, venerunt, & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in monumento. 2

O docilem ad flagitium, & morigeram filiam. Caput, inquit, Iohannis: Velut hunc missum pluris factura, quàm dimidium regni. Hieronymus: Dissimulat mentis suæ malitiam artifex homicida, cum tristitiam in facie, & lætitiam haberet in mente. Scelus excusat iuramento, vt sub occasione pietatis impius fieret. Vultu mœrorem simulans, iurisiurandi religionem prætexit, præsertim quod tot conuiuis testibus interposuisset. Hic mihi vide præposteram regis religionem, quum sit nihil illis familiarius, quàm omia fœderum, ac religionum vincula dirumpere, hic irreligiosa religione stultissimi iurisiurandi constrictus est. Hieronymus: Vult omnes sceleris sui esse consortes, vt in luxurioso impuroq; conuiuio cruentæ epulæ deferrentur. Si propter iusiurandum fecit, si patris aut matris, vel certe ipsius Herodiadis postulasset interitum, facturus fuerat an non? Nulli dubium quin illi dare veraciter tristis abnueret. Quod in se ergo repudiaturus erat, contemnere debuit & in propheta. Incautum Dauid rescidit iuramentum rogatu Abigail. 1. Regum. 25. Hinc dominus admonet, Matth. 5. Ego autem dico vobis non iurare omnino. Condigni inuitatore suo conuiuæ, vbi nullus inuentus est, qui innocentis prophetæ, etiã inter festa mortem vetaret, pſertim cum rex assumpta specie tristitię se coactum hoc facere protestaret, effetq; opportunum quo hortatu conuiuantiũ à promisso scelere reuocari deberet, si non intellexissent illum industria hæc præstruxisse, imo etiam ipsos quoq; par eiusdem sceleris amor irretiret. Non ergo mirum, si reges aliquando audent nefaria, quum tales habeant animos incestis amoribus & crapulæ deditos, conuictores, vel timidos, vel crudelitatis fautores. Ne ergo leuis aut periurus videretur, iussit fieri quod optarat puella. Ad matrem omnium malorum artificem ac fontem redit ferale præmium. Chrysostomus: O conuiuium diabolicum, o spectaculum satanæ, o iniquum tripudium, & mercedẽ tripudij multo nequiorem. Cædes enim omnium sceleratissima excogitatur, & qui coronari, & laudibus in cælum vsq; efferri merebatur, percussus securi iacebat. Qui dæmones deuicit, eius caput post cædem ad mensam ferebatur. Nam talis res est luxuria, quod non petulantes solum, sed etiam homicidas facit. Beda: Sed quid est quod electos suos dominus tot passionibus & mortium generibus patitur consumi, nisi vt nos his perspectis, in aduersis minus doleamus, ac potius discamus omne gaudium æstimare cum in varias tentationes inciderimus? Iaco. 1. Quem enim diligit dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit, Hebræorum. 12. Non enim erat graue talibus, tormenta pro veritate temporalia perpeti, quæ perpetuis nouerant remuneranda gaudijs. Optabilem habebant mortem, quæ naturæ necessitate ineuitabilis imminebat, confesso Christi nomine, cum palma vitæ perennis excipere. Hinc Philippẽ. 1. Vobis donatum est non solum vt in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini. Et bene, quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, Romañ. 8. Cum ergo tam eximios regni cælestis hæredes, tanta in huius exilio mortalitatis pati viderimus, quid nobis restat agendum, nisi vt tanto magis humiliemur in conspectu pij conditoris ac redemptoris nostri, quanto nos patenter aduertimus, eos nec vitæ imitatione sequi posse, nec mortis, Iacobi. 5. Exemplum accipite fratres exitus mali, & longanimitatis, & laborisq; & patientiæ, prophetas qui locuti sunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Discipuli honorifice dederunt sepulturæ. Glos. ord. Iohannes apud Sebasten occisus, apud Machærunta sepultus. Sancti patres solicitam semper de honesta sepultura habuerunt curam. Sic Abraam pro sepultura Sarai agrum emit ab Ephron quadringentis siclis argenti probatæ monetæ. Et confirmatus est ager, & antrum quod erat in eo, Abraæ in possessionem monumenti à filijs Heth, Gene. 23. Illic sepelierunt ipm filij sui Isaac & Ismael. 3

Gene,

Gene.25. Adiurauit Iacob filium suum Ioseph, ne in Aegypto, sed in terra promissionis cum patribus suis, sepeliretur, Gene.47. Quod Ioseph maximis fecit expensis, Gene.50. Sic Ioseph ossa sua in exitu filiorũ Israel de Aegypto, ordinauit transferenda in terram patribus promissam, Gene.50. Id quod fecerunt Exod.13. Hinc Tob.4. Cum acceperit deus animam meam, corpus meum sepeli. Cum autem mater tua compleuerit tempus vitę suę, sepelies eam circa me, Eccl.38. Fili, in mortuum produc lachrymas: & quasi dira passus, incipe plorare: & secundum iudicium contege corpus illius, & ne despicias sepulturam illius, Actu.8. Curauerunt Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum. De domino prędixit Esa.11. In illa die radix Iesse qui stat in signum populorũ, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius glorioſum. Hoc claret Iohan.19. quum Ioseph & Nicodemus more Iudæorum dominum sepelierunt.

Mat.14 Et venientes nunciauerunt Iesu. Quod cum audisset Iesus, secessit inde in locum desertum.

Tam immane facinus renuntiantibus discipulis, secessit, speciem quidem præbens humani timoris, reuera docens nos, aliquando principum furori cedendum esse, ne benefactis irritati, & lædant innoxios, & ipsi reddantur sceleratiores. Vitare enim licet impios ad facinus paratos, quo prodesse liceat bonis. Sed & nec omnes eadem constantia perseuerant in tormentis, qua se torquendos offerunt, quare non temere se offerendum tormẽtis. Hinc Mat. 10. Cum persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam.

De probatica piscina, par.2. Ar.9.p.

¶De opinione Herodis de Christo, Mat.14. Mar.6. Luc.9.

ARTICVLVS XLIII.

Mat.14 D Lucę.9 IN illo tempore, audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu, & ait pueris suis: Hic est Ioohannes Baptista, ipse surrexit a mortuis, & ideo virtutes operantur in eo. Audiuit autem & Herodes tetrarcha omĩa quæ fiebant, & hæsitabat, eo quod diceretur a quibusdam, quia Iohannes surrexit a mortuis, a quibusdam vero quia Helias apparuit, ab alijs autem quia prophe ta vnus de antiquis surrexit. Et ait Herodes, Iohannem ego decollaui. Quis est autem ille de quo ego talia audio? & quærebat videre eum.

Herodes Antipas, tetrarcha Galilææ, filius eius qui pueros Bethleemiticos trucidauit, varios hominũ rumores de Iesu irridens, ait: Iohannem ego decollaui, & quomodo vos arbitramini ipsum viuere & miraculis pollere? Quum autem Iesu miracula essent tam crebra, tamq; euidentia, vt nemo posset causari commentitia: tam salutifera, vt nullus calũniari posset ea per malos dæmones geri, dixit suis: Hic de quo tam mira narrant, non est Iesus, qui iampridem periit interfectus à patre in turba puerorum Bethleemiticorum, sed est Iohannes qui surrexit à mortuis: & ideo iam factus diuinior claresci miraculis. Quia eñ in vita signũ nullum fecerat, Iohan.10. Putauit per resurrectionẽ eũ hoc donũ à deo accepisse, vt miracula faceret. Omniũ eñ opinio futura resurrectionẽ credentiũ, fuit, hominẽ resurgere excellentioris virtutis q̃ antea, vt semen iactũ in terra, maiores & fructus, & ramos producit. 1. Corin.15. Seminat in infirmitate, surget in virtute: seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Tu hic aduerte, q̃ ingentes habet virtus vires. Nã hic Herodes adeo Iohannẽ exhorruit, vt à nimia formidine, vel de resurrectione philosopharetur. Chrysostomus: Peccatores scientes nescientesq;, quẽcunq; strepitũ pertimescunt, peccatũ enim, nemine arguente, hominẽ prodit, nemine accusante condẽnat, ac pigrũ, & timidum reddit delinquentẽ, Sapiæ.17. Frequenter enim præoccupant pessima, redarguente conscientia. Cum enim sit timida nequitia, data est in omnium condẽnationẽ. Sẽper enim præsumit sæua pturbata conscięntia. Hic iam intellige, q̃ sint præpostera impiorũ iudicia. Iohannẽ qui nullis inclaruerat miraculis, creduntreuixisse: Iesum, cuius tot modis diuina virtus declarata est, pertinacissimẽ negant reuixisse. Quin etiam regum impiorum stoliditatem considera: fatetur Herodes Iohannem reuixisse, fatetur illum nunc demum plus valere, quàm valuerat viuus: & tamen propemodum iactat quod illum occiderit. Proinde quærebat occasionem videndi illum, non vt melior fieret, sed vt suæ satisfaceret curiositati: aut si videretur, idem huic faceret quod fecerat Iohanni, Iesus autem quũ hæc non ignoraret, non fecit illi sui copiam.

De redi-

¶De reditu apostolorum, Luc.9.Marc.6.

## ARTICVLVS XLIIII.

ET reuersi apostoli,narrauerunt illi quæcunq; fecerant. Luc.9
Marc.6. Et cõuenientes ad Iesum, renunciauerunt ei omnia quæ egerant & E
docuerant.& ait illis:Venite seorsum in desertũ locũ,& requiescite pusillũ. Erãt
eñ qui veniebãt & redibãt multi,& nec spatiũ manducandi habebant,Marc.6
Et assumptis illis,secessit seorsum in locum desertum qui est Bethsaidæ.

Redeunt peracta legatione,& simul sese congregant ad Iesum totius negocij caput. Ab eo mandatis acceptis discesserant concorditer, vt in vnius nomine agerent pariter, quicquid agerent:ad eundem redeunt concorditer, cupientes approbari quod gestum erat.Exponunt itaq; totius legationis historiam,magna alacritate cõmemorantes singula,& q̃ res ex animi sententia successisset.Dominus autem comprobata illorum syncera fide,sed coercita gloria,abduxit illos in locum solitarium.Quiescere facit eos,vt sciant prælati,laborantes in verbo & doctrina dignos quibus detur sua quies,& non semper intendant laboribus.

¶De refectione turbæ, Matth.14.Marc.6.Luc.9

## ARTICVLVS XLV.

POst hæc abijt Iesus trans mare Galilææ,quod est Tiberiadis. Et sequebatur eum multitudo magna,quia videbant signa magna super his qui infirmabantur. Subijt ergo in montem Iesus,& ibi sedebat cũ discipulis suis.Erat autem proximũ pascha dies festus Iudæorum. Iohan.6. F

Omnipotentiam suam dominus magnifice demonstrauit, doctrinã suam supernaturalem confirmando.Qui eñ à communi hominum opinione aliena asseuerare volunt, sua dicta signis quibusdam insolitis necessum est obfirment,modo suæ doctrinæ fidẽ haberi velint.Marc.6.Et ascendentes in nauim,abierunt in desertum locum seorsum,& viderunt eos abeuntes,& cognouerunt multi,& pedestres de ciuitatibus cucurrerunt illuc, & præuenerunt eos.Redit Iesus vltra lacum, more Hebræorum mare dictum.Gene.1. Congregationesq; aquarũ appellauit maria.qui ob ciuitatem Tiberiadem,in honore Tiberij sic dictam, Tiberiadis dicitur,in prouincia Galilææ.atq; huc proficiscentem sequuta est ingens hominũ multitudo,partim allecta multitudine miraculorum,quia viderant eum insolita virtute tollentem morbos hominũ,partim vt ab eo sanarentur qui morbis immedicabilibus tenebantur,partim illius inhiantes doctrinæ.Subijt in montem, volẽs mystica quædam discipulis communicare,id quod semper solebat facere:quia opus est vt ab omni tumultu liberetur,locumq; quærat securum,& ab omni strepitu purum,si quis talia velit loqui.Beda:Non simpliciter sedebat cum discipulis suis,sed diligenter loquens eis & instruens,ad seipsum conuertit.Miraculum editurus, ascendit in montem: nam quemadmodũ à magnitudine pulchritudineq; creaturarum creator laudatur & cognoscitur deus,Sap.13.sic à signis,deitatis potestas percipitur, & sequentium fides iure laudatur.Obserua quod festũ fuerit Iudæorũ,non Christi.Esa.1.Neomeniam & sabbatũ & festiuitates alias non feram.iniqui sunt cœtus vestri.Kalendas vestras & solennitates vestras odiuit anima mea.facta sunt mihi molesta.Amos.5.Odi & proieci festiuitates vestras,& non capiam odorem cœtuum vestrorũ. Quid de nostris dicturus est festis? Marc.6.Et exiens,vidit turbam multam Iesus,& misertus est super eos,quia erant sicut oues non habentes pastorem,& cœpit eos docere multa.Lucæ.9. Et excepit eos,& loquebatur illis de regno dei:& eos qui cura indigebant,sanabat.Pharisæi cum essent pestilentes & rapaces,non pascebant populum,sed deuorabant:propterea derelictis illis,ad Christũ verum pastorem turbæ congregantur.vnde & ipse alimoniam eis suppeditat, & primum huberiorem & honestiorẽ,nempe verbum dei,deinde & corporalẽ. Ezech. 34.Væ pastoribus Israel qui pascebant semetipsos.Ecce ego ipse super pastores requirã gregem meũ de manu eorum,& cessare faciam vt non pascant vltra gregem mum,nec pascant amplius semetipsos:ecce ego ipse requiram oues meas,& visitabo eas,& pascam eas in montibus Israel,in riuis & in cunctis sedibus terræ.Marc.6.Et cũ iam hora multa fieret,Luc.9.Dies aũt cœperat declinare.Matth.14.Vespere aũt facto,accesserũt ad eum

discipuli eius dicẽtes. Marc. 6. Desertus est locus hic, & iam hora prætertꝫt. dimitte illos, vt euntes in proximas villas & vicos, emant sibi cibos quos manducent. Matth. 14. Iesus aũt dixit eis: Non habent necesse ire, date vos illis manducare. Marc. 6. Et dixerunt ei: Euntes emamus ducentis denarijs panes, & dabimus illis manducare. Discipuli nec dum perfecte sentiẽtes de Iesu, (sic em̃ visum est sapientiæ diuinæ, paulatim illos ad perfectionem fingere, quo firmior esset rerum gestarũ fides, simulq; ipsos doceret, quibus rationibus aliorum infirmitati mederentur) admonent præceptorem instare noctem. Iesus autem, vt ostenderet non defuturum cibum his, qui toto pectore vacarent euangelicæ doctrinæ, simulq; hoc agens, vt euidens esset miraculum quod decreuerat edere, dixit non esse necesse.

Iohan. 6 2

Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippũ: Vnde ememus panes vt manducent hi? hoc aũt dicebat, tentans eum. ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisq; modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri: Est puer vnus hic, qui habet quinq; panes hordeaceos & duos pisces. Sed hæc quid sunt inter tantos?

Beda: Quòd subleuasse oculos Iesus, & venientẽ ad se multitudinẽ vidisse perhibetur, diuinæ pietatis indiciũ est: quia cunctis ad se venire cupiẽtibus, gratia misericordiæ cælestis occurrere consueuit: & ne quærendo errare possint, lucem sui spiritus aperire. Vbi ergo turbam doctrina pauit mente, mox cibo pauit corporali corpore, ostendens se esse qui dat escam omni carni & spiritui & menti. Obserua quoniam oculi domini acutissimi sunt perspiciendo. Prouer. 15. In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos. Heb. 4. Omnia em̃ nuda & aperta sunt oculis eius. Benignissimi in miserando. Psal. 118. Aspice in me & miserere mei. 33. Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Amorosissimi in attrahendo. Matth. 9. Vidit hominem sedentem in telonio, & ait illi: Sequere me. Et surgens, sequutus est eum. Sic Petrus & Andreas, Iohannes & Iacobus, Matth. 4. Terribilissimi in discutiendo. Deute. 32. Vidit dominus, & ad iracundiam prouocatus est. Marc. 6. Et dixit eis: Quot panes habetis? Ite & videte. Et cũ cognouissent, dicunt: Quinq; & duos pisces. Sic præparat animos discipulorum suorum ad certi miraculi fidem, vt primum velit eis notam & animaduersam esse cibariorum penuriam, ac multitudinem quæ subiecta erat oculis, esse copiosam, & panes quos ipsi porrigerent suis manibus Iesu, ac populo distribuerent, esse perpaucos, postremo cophinos, quos ijdem e conuiuij reliquijs collegerant, esse multos ac plenos, ne quid vel non intelligerent, vel non animaduerterent, vel post non meminissent. Nouerat enim rudes suorum adhuc & obliuiosos animos. Claret q̃ non soliciti fuerint discipuli Iesum sequentes de commeatu, quamq; plebeio vilíq; cibo contenti fuerint. Chrysost. Discamus nos qui voluptati attendimus, quid comederint viri isti venerabiles, apostoli dñm sequentes, cũ suo magistro. Confundimur vtiq; intra nos, videntes regem nostrũ in tanta penuria & paupertate. Est tentatio multiplex. Quædã ad malũ irritãs, sic tentat diabolus & caro. Iac. 1. Vnusquisq; tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deus aũt intentator malorum est. Ipse em̃ neminẽ tentat. Alia probans, & hoc tripliciter: Aut vt tentatus innotescat tentanti, nec sic deus tentat, sed homo: Aut alteri, sic deus tentauit Abraam Gene. 22. & Tob. 12. Quia acceptus eras deo, necesse erat vt tentatio probaret te. &. 2. Hanc autem tentationem ideo permisit illi dñs euenire, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob. Aut sibijpsi. Deut. 8. Et recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te dñs deus tuus quadraginta annis per desertũ, vt affligeret te atq; tentaret, & nota fierent quæ in tuo animo versabantur, vtrũ custodires mãdata illius an non. Sic tentauit Philippum. Beda: Tentat Philippum, vt tarditatem suæ fidei, quam magistro sciente ipse nesciebat, tentatus cognoscat, & facto miraculo castiget. Viderat enim miraculum conuersionis aquæ in vinum: sed magis expendit, quàm exiguum esset ipsis pecuniæ subsidium: ad hæc, quàm ingens hominum multitudo: quare respondit, ducentorum denariorum panes non posse sufficere, non ad saturandos istos, qui iam longa inedia famelici erant, sed vt vel paululum gustantes, famis periculum effugerent. Sic solet humana ratio solum carnalia spectare, nec longius q̃ ad præsentia prospicere, quę nisi adsint, iam desperat, nescia quò se vertat. Contrà solet fides. Hæc in spem contra spem credit, Ro. 4.

Oculi dñi quales.

Tentatio quotuplex

Philip-

Philippus igitur in nummos, non in dei verbum respexit, quo ait Matth.6. Quærite primum regnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiȝcientur vobis. Hinc Mosi ait dominus Nume.11. Nunquid manus dñi inualida est? Nunc videbis vtrum sermo meus opere compleatur. &.20. Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiȝs Israel, non introducetis hos populos in terram quã dabo eis. Non ergo ignorans quæsiuit, sed vt cognito defectu, appareat illum non inanis gloriæ studio, sed necessitate ad operandum miraculum procedere. Eodem fere morbo quo Philippus, tenebatur & Andreas, nec eñ omnino diffidebat panes posse crescere, sed ad moderatam portionem, quemadmodum sub Heliseo.20. panes in.100. homines diuisi fuerunt, 4. Reg.4. quare quinq; panes adsufficientiam multiplicari tantæ multitudinis, impossibile iudicauit. Non sic Dauid Psal.36. Iunior fui, etenim senui, nec vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. & Iob.13. Etiam si occiderit me, in ipso sperabo.

Dixit ergo Iesus: Facite homines discumbere. Erat autem fœnũ multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinq; millia. Accepit ergo Iesus panes: & cũ gratias egisset, distribuit discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantũ volebat. Vt aũt impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorũ ex quinq; panibus hordeaceis & duobus piscibus, quæ superfuerunt his qui manducauerant. Iohan.6

Chrysostomus: Considera quonã pacto ex omnibus mentes erigit, & differentiam demonstrat. Si quidẽ non visis panibus, Marc.6. Præcepit illis vt accumbere facerẽt omnes secundũ contubernia super viride fœnũ. Et discubuerunt in partes per centenos & quinquagenos. Vt intelligas quæ non sunt, tanquã ea quę sunt, ei subdita esse. Ro.4. Qui vocat ea quæ non sunt, tanquã ea quæ sunt. Matth.14. Qui ait eis: Afferte illos mihi huc. Paruerunt apostoli dño, populus paruit apostolis, tanta erat fiducia in pastore Iesu. Neq; eñ responderunt: nos igitur enecas, si hoc pusillũ quod habemus, das istis: sed attulerunt vniuersum commeatum. Luc.9. Acceptis aũt quinq; panibus & duobus piscibus, respexit in cælum, & benedixit illis, & fregit, & distribuit discipulis suis, vt ponerent ante turbas. Matth.14. Et dedit discipulis panes, discipuli aũt turbis, & manducauerunt omnes, & saturati sunt. Primo ergo sustulit oculos in cælum, indicans à patre cælesti proficisci quicquid opus est humanis vsibus: gratias agens, quo ostendit ante cibum gratias deo agere. Secundo, benedixit. Grego. Benedictio dei aliud nihil est, nisi donorũ diuinorum collatio, & eorũ multiplicatio. Vnde in principio mundi creaturis benedixit, conferens eis naturalẽ virtutem, & quia panũ multiplicatio supernaturalis fuit, ideo singulari benedictione indiguit. Quia ergo diabolus nobis per ea quæ ad vsum sunt, nocere studet, vt dicit Chrysost. ideo per orationẽ cibus benedicendus. 1. Timo.4. Omnis creatura dei bona est, & nihil reiȝciendũ, quod cum gratiarũ actione percipitur. Sanctificatur eñ per verbum & orationẽ. 1. Cor.10. Siue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriã dei facite. Coloss.3. Omne quodcunq; facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu facite, gratias agentes. Tertio fregit & distribuit. Nã inter distribuentis manus, ipsius arbitratu crescebat, quantũ sciebat omnibus saturandis suffecturũ, etiam vsq; ad largã redundantiam, quo certior esset miraculi fides. Ipse eñ satiat animã inanem, & animã esurientem implet bonis, Psal.106. Quemadmodum in nuptiis vinũ fuit optimum, Ioh.2. sic cibus hic sapidissimus. Nec mirũ, quum de manna dicatur Sap.16. Paratum panem de cælo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatẽ. Comederunt ergo omnes, nõ ad luxum, sed ad saturitatem. Docuit ergo & nos, non oportere parcam in pauperes esse beneficentiã. Prouer.3. Honora dominũ de tua substantia, & de primitiȝs omnium frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt. &.11. Aliȝ diuidunt propria, & ditiores fiunt: aliȝ rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Alio quoq; argumento dñs procurauit certitudinem facti, ne quis præstigium aut imaginationẽ esse causetur, iubens colligi fragmenta. Chrysost. Non quidẽ ostentatio superflua fuit, sed ne putaretur phantasma quod factũ erat propter quod & ex subiecta materia miraculũ fecit. Ego aũt non solũ miror multiplicationẽ panũ, sed & certitudinem superfluoȝ cophinoȝ, qui nec plus nec minus fecit esse superfluum, sed tantũ quantũ volebat secundũ numerum apostoloȝ, ne & Iudas expers relinquatur, sed haberet etiã hoc 5

miraculum, quod ſibi deũ monſtret eſſe magiſtrũ ſuum, ac inde vtilitatem capiat, quãuis ipſe ob ſuam malitiam in condemnationẽ verterit. Noſtra etiam hic negligentia redarguitur, qui per ſocordiam multa negligimus, multo labore parta, quũ non minor ſit virtus quærere, q̃ parta tueri. Docuit ergo exemplo, alimentorũ reliquias prudenter ſeruari, & vtiliter expendi. Matth. 14. Manducantium aũt fuit numerus quinq; millia virorũ, exceptis mulieribus & paruulis. Virtutis magnitudo indicatur. Moſes manna populum paſcebat, ſed pro ſingulorum vſu dabatur. nam quod ſupererat, vermibus conſumebatur. Exo. 16. Helias viduam paſcens, ſuppeditabat quantũ ſatis erat, 3. Reg. 17. Ieſus autẽ vt dominus, reſidua facit. Beda: Qui ſigna ac mirabilia domini ſaluatoris noſtri recte, cũ legunt vel audiunt, accipiunt: non tam in his quid foris ſtupeant, attendunt, q̃ quid horũ exemplo intus agere, quid inde myſticũ perpendere debeant, inſpiciunt. Appropinquãte feſto, dñs multitudinem ſequentẽ verbo ſalutis pariter & opere curationis erigebat.

Paſcha quid.

Paſcha aũt tranſitus dicitur: quo datur intelligi, q̃ quoſcunq; dñs interna munerũ ſuorũ ſuauitate recuperat, ad ſalubrem profecto tranſitũ præparat, vt carnis videlicet concupiſcentias, mentis ſublimitate tranſcendant, infirma mundi deſideria, proſpera pariter & aduerſa cæleſti ſpe & amore conculcent: & ſi necdũ anima vel carne ad ſuperna valeant pertingere, quia hoc nimirũ in futuro promittitur, quicquid tamen carnale quaſi altum cõplecti conſpiciunt, cõparatione æternorũ quaſi nihilum deſpiciunt. 1. Ioh. 2. Nolite diligere mundũ, neq; ea quæ in mundo ſunt. Eos ſiquidẽ ſatiat, qui ſe in deſertum ſequuti, verbũ ſalutis audierant, non qui in ciuitatibus, id eſt, mundi luxu gaudebant. Oculi eñ eius in pauperẽ reſpiciunt, Pſal. 10. Oculos vero ſuperborũ humiliabit, Pſal. 17. Mundani eñ filiquis paſcuntur porcorũ, Luc. 15. Filij Iſrael non fuerunt paſti manna quandiu fuerunt in Aegypto, nec quandiu farinam habuerunt Aegypti ſecũ, nec mare tranſierunt. Super fœnũ diſcumbere, eſt carnales voluptates frenare. Gene. 2. Formauit igitur dñs deus hominem de limo terræ. Eſa. 40. Vox dicentis, Clama. Quid clamabo? Omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius quaſi flos agri. Exiccatũ eſt fœnum, & flos eius decidit.

Pane quotuplici cibemur.

Hinc Ecci. 10. Quid ſuperbis terra & cinis? Cibat pane corporali. Gene. 3. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Pſal. 144. Aperis tu manũ tuam, & imples omne animal benedictione. Lachrymarum, Pſal. 79. Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in menſura. Pſal. 41. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Pſal. 118. Exitus aquarũ deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam. Sed domino frangẽte. dulceſcunt. Pſal. 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Verbi diuini, Matth. 4. Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore dei. Pſal. 118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo. Eccĩ. 15. Cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum. Corporis dominici, Iohan. 6. Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Hordeaceus malis, Iohã. 6. Durus eſt hic ſermo, quis poteſt eum audire? 1. Corꝝ. 11. Qui manducat & bibit indigne, iudicium ſibi mãducat & bibit, non dijudicans corpus dòmini. Cœleſti, qui totus dulcis. Luc. 14. Beatus qui manducabit panem in regno dei. Luc. 22. Vos eſtis qui permanſiſtis mecũ in tentationibus meis, & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus, regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. Secundum Bedã, quinq; panes, libri quinq; ſunt Moſi, hordeacei propter auſteriora legis edicta, & tegmina literæ, quibus interior ſenſus erat abditus: quem nemo niſi Chriſtus, cæteriq; apoſtoli ab ipſo illuminati, aperuerunt. Adduntur duo piſces, pſalmi & prophetæ, quibus propius acceditur ad diuinitatis myſteria & humanitatis Chriſti, qui cibus animæ eſt. Sunt & duo piſces, piſcatorum libri: quia prædicatio Chriſti quæ per apoſtolos effulſit, euangelica & apoſtolica ſcriptura reſplendet. Ita ſaluator diſciplina legis ſpiritalis, & noui teſtamenti mirabili doctrina, fidelium animas ad vitam alit æternam. Iubentur autem populis apponere. Cooperatores enim ſumus dei, 1. Corinth. 3. Qui nos fecit idoneos miniſtros noui teſtamẽti, ait Paulus 2. Corinth. 3. Apoſtoli enim legis velamen & prophetarum abdita nobis reſerarunt. Deinde & duodecim fidei articulos ex omnibus diuinis eloquijs, quaſi catalogum quendam deſcripſerunt, quo totus orbis terrarum cognoſcit, colit, & veneratur deum. Quibus ſuccedunt paſtores. Ephe. 4. Et ipſe dedit quoſdã quidem apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios vero euangeliſtas, alios aũt paſtores & doctores ad conſummationem ſanctorũ, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti. 1. Pet. 5. Paſcite qui in vobis eſt gregem domini. Id autem maxime in nobis cauendum, ne diuina in nobis verba pereant, ne dominicæ paſſionis fragmẽta intereant. Fide colligũtur fagmenta hæc, amoriſq; affectu poſſidentur.

Illi ergo homines quum vidissent quod fecerat Iesus signum, dicebant: Quia hic est vere propheta, qui venturus est in mundum.

Chrysost. Vide gulam vulgi: quũ mirabiliora faceret, non admirabantur: & ecce propter cibum dicunt, Hic est vere propheta ille iam diu expectatus, qui venturus erat in mundum. Deut.18. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis suscitabit tibi dominus, ipsum sicut me audies. Iohan.17. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Christus cum venerit, nunquid plura signa faciet quàm hic facit? Beda: Recte dicebant dominum prophetam magnum, magnum salutis præconem in mundum futurum. Ipse enim se prophetam nominat. Lucæ.13. Non capit prophetam perire extra Hierusalem. Qui diuinitate nobiscum est vsq; ad consummationem seculi, in qua venturus per humanitatem, redditurus vnicuiq; secundum opera sua. Augustinus: Sic propheta dominus, vt dominus prophetarum: sicut angelus, dominus angelorũ. Magnificabant ergo Christum, gratias agentes deo, Iohan.6. Nihil enim dignum deo pro impensis tribuere possumus beneficijs, nisi gratias agendo laudare, id quod à nobis requirit, non ob suum, sed nostrum profectum. Primo, quia bonorum nostrorum non eget, Psal.15. Secundo, quia omnia nostra, ipsius sunt dona. 1. Paral.29. Tua domine sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, reddimus tibi. Tertio, quia nostram excedunt facultatem. Psalm.115. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo.

Et statim coegit discipulos suos ascendere nauim, vt præcederent eum transfretum ad Bethsaidam, cum ipse dimitteret populum. Et cum dimisisset eos, abijt in montem orare. Iesus autem cum cognouisset quia venturi essent vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus. Vespere autem facto, solus erat ibi. Marc.6 Iohan.6 Matth.14

His rebus peractis, Iesus docere cupiens, vbi satisfactum est necessitati ventris, non ad lasciuiam vel somnum, sed ad precationem esse fugiendum, precationi vero solitudinem competere: compulit suos abire ad lacum, & priores transmittere, se demissa turba sequuturum. Hieronymus: Quo sermone ostenditur, eos inuitos à domino recessisse, dũ amore præceptoris, ne punctum quidem temporis ab eo volunt separari, ne illo absente naufragia sustinerent. Docuit sos orare. Nocte orandum, & seorsum orandum, quia preces quiete & tranquillitate opus habent. Oportet enim sine distractione orare. Orat solus patrem: id ad naturam humanam referas: nam opera eius inter deum & hominem diuisa sunt. Subduxit autem sese solus clanculum, sic, vt non sentiretur aufugisse. Ad regnum vocantibus furtim subduxit sese, ad crucem rapientibus vltro occurrit, Iohan.18. euidens exemplar exhibens his qui vices ipsius essent gesturi. Videntes eñ ipsum pium, liberalem & compassiuum, secundo in omnibus sapientem, tertio potentem etiam supra naturam, dignum arbitrati sunt regem ipsum fore, inuitis etiam quibuscunq;. Ipse vero re ipsa docet nos, parua esse quæ maxima putantur in hoc mundo. Quærẽtibus gloriam in cælis, mundi gloria fugienda est. Humilitatis ergo decor amplectendus. Philip.2. Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu. Reges gentium dominantur eorum, Lucæ.22. Matth.20. Gene.10. Ipse cœpit esse potens in terra. (scilicet Nemroth.) Ab hoc exiuit prouerbium, Quasi Nemroth robustus venator coram domino. Fuit autem principium regni eius Babylon. Osee.4. Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterũt, & non cognoui. Iob.34. Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. Hinc Psal.78. Effunde iram tuam in regna quæ te non nouerunt. Eccl.10. Sedes ducum superborum destruxit deus, & sedere fecit mites pro eis. Radices gentium superbarum arefecit deus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus. Regnum à regno transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelis, ac diuersos dolos. Christus autem rex humilis nunc, olim erectus & magnus. Psal.71. Deus, iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Zacha.9. Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator, ipse pauper. Sed Hiere.23. Ecce dies veniunt, dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustũ, & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. Lucæ.1. Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Apocalyp.19. Et habet in vestimento suo & in femore suo scriptum, Rex regum & dominus dominantium.

¶De ambulatione Christi supra mare, Matth.14. Marc.6. Luc.6.

## ARTICVLVS XLVI.

Marc.6 H

CVm sero esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra. Et videns eos laborantes in remigando, erat enim ventus contrarius eis. Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare, & volebat præterire eos. At illi vt viderunt eum ambulantẽ supra mare, putauerunt phantasma esse, & exclamauerunt. Omnes enim videbant eum, & conturbati sunt. Et statim loquutus est cum eis, & dixit eis: Confidite, ego sum, nolite timere,

Vbi non est Iesus, nox est, periculũ est, turbatio est. Glos. ord. Vespere fluctuat nauis, dum sol iustitiæ occidit. Voluit aũt absentia sua magis accendere desiderium suoꝝ, atq; interim maiori miraculo parabatur argumentũ. Abest ille nonnunquã, sed non destituit suos in finẽ. Ad tempus videtur interdũ destituere, vt exerceat rebus aduersis, vt instituat ad firmã de se fiduciam. Circa quartã vigiliam noctis, hoc est, sub diluculũ venit. Hieronymus: Quo ostendit tota nocte periclitatos, & extremo noctis atq; in consummatione mundi, eis auxilium præbituꝝ. Ista tria aggrauabant periculũ, quia nox, quia in medio maris, & quia iactabatur magnis fluctibus. Matth.14. Nauicula aũt in medio mari iactabatur magnis fluctibus. Viderunt ambulantẽ perinde quasi solidã terrã calcaret, vt se nõ terræ solũ, sed omnium elementoꝝ dominũ declararet: ac præ se ferebat, ac si vellet eos præterire. Sic eñ patitur aliquando suos hærere in malis, quasi negligat, quũ nunquã deponat curam illoꝝ. Sic post resurrectionẽ finxit se longius ire, Luc.24. quo imperfectionem fidei suoꝝ ostenderet, & desiderium magis accenderet. Matth.14. Videntes eum supra mare ambulantẽ, turbati sunt, dicentes: quia phantasma est. & præ timore clamauerunt. Nam propter noctẽ & timorẽ, ipsum non cognoscebant: ideo velut impotentes facti, quia spectrum credebant, exclamauerunt. Ille aũt non passus diutius suos exanimari metu, protinus voce nota cõpellabat eos, significans nullam quamlibet atrocem mundi tempestatẽ, formidabilem esse his, quibus adest dominus. Vbiq; ergo exigit fidem. Ego sum, non spectrum. Ad hanc vocem ilico redditus est illis animus. At Petrus qui semper singulari amore flagrabat ad Iesum, nihil omnino credens difficile quod ille iuberet, dixit Matth.14. Domine, si tu es, iube me ad te venire super aquas. At ipse ait: Veni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat supra aquam, vt veniret ad Iesum. Videns vero ventũ validum, timuit: & cũ cœpisset mergi, clamauit, dicens: Domine, saluum me fac. & continuo Iesus extendens manũ suam, apprehendit eum, & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitasti? Non dixit, iube me ire super aquas, sed venire ad te. Nam illud ostentationis est, hoc autem amoris ad Christum. Hierony. In omnibus locis ardentissimæ fidei inuenitur Petrus: qua ipsum confitetur filium dei, Matth.16. eadem vadit ad ipsum. Ardebat eñ fides, sed humana fragilitas titubabat. paululũ autẽ relinquitur tentationi, vt fides augeatur, & intelligat se non facilitate postulationis, sed potentia domini conseruatum. Chrysostomus: Non potuit alios expectare, sed feruore victus, alios præcurrit, nõ charitatem suã solum, sed & fidem ostendens, quia non credebat solum Christũ supra mare ambulare, verũ etiam alijs id posse concedere, ausus est id petere, vt cũ eo citius esse possit. Vnde ait: Iube me venire: non, ora vt veniam. Ob imbecillitatem vero fidei fluctuat. Naturæ eñ humanæ hæc est conditio, vt difficilioribus nonnunq; superatis, fluctuet ac succumbat minoribus: quod Helias, Moses ac Dauid passi sunt. Ad magnitudinẽ miraculi confert, ꝙ non supra tranquillum, sed turbulentum mare ambulauerit. Non sufficit autem habere fidem vehementem, ac temporariam, sed oportet habere perpetuam ac constantem, neq; despicere quantum sit periculi, aut quid nostræ possint vires, sed quid ipse fidenti possit præstare. Hieronymus: Quid nobis dicendum, qui huius fidei modicæ ne minimam quidem habemus portiunculam?

2

3 Et ascendit ad illos in nauim, & cessauit ventus, & plus magis intra se stupebant.

Beda: Stupebant quidem carnales adhuc discipuli virtutum magnitudinem, necdum tamen in eo veritatem diuinæ maiestatis cognoscere valebant.

Non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum.

Matth.

Mat.14.Qui aũt in nauicula erant,venerunt ad eum,dicentes:Vere filius dei es.Conſpecto eñ tam admirabili ſigno, ſentiebant in illo quiddam homine maius eſſe.Sic electis ſuis ſubuenit,quos licet ad tempus ſinat aduerſitatibus agitari,tamen quum proſpicit,q̃d mox perituri ſint,niſi ipſe ſuccurrat,manus porrigit adiutrices.Pſal'.22.Nam & ſi ambulauero in medio vmbræ mortis,non timebo mala,quoniam tu mecum es.Eſa.43. Noli timere,quia redemi te,& vocaui te nomine tuo,meus es tu.Cum pertrãſieris per aquas tecum ero,& flumina non operient te.Cum ambulaueris in igne,non combureris,& flamma non ardebit in te:quia ego dominus deus tuus,ſanctus Iſrael,ſaluator tuus.Hinc Pſalmo.36.Cum ceciderit,non collidetur:quia dominus ſupponit manum ſuam, Pſalm.117. Impulſus euerſus ſum vt caderẽ,& dominus ſuſcepit me.Cæterum vt dominus demonſtraret ſuis, virtute diuina geri totum quod gerebatur, nec eam tempeſtatem caſu fuiſſe ſedatam.Iohan.6.ſtatim nauis fuit ad terram,in quam ibant,quæ paulo ante hinc atq; inde procul aberat à littore.

Et cum transfretaſſet, venerunt in terram Geneſareth, & applicuerunt. Cumque egreſſi fuiſſent de naui,ſtatim cognouerunt eum, & percurrentes vniuerſam regionem illam, cœperunt in grabatis eos qui male habebant, transferre, vbi eum audiebant eſſe. Et quocunque introibat in vicos, vel in villas,aut ciuitates,in plateis ponebant infirmos:& deprecabãtur eum,vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent:& quotquot tangebant eũ, ſalui fiebant.

Iam eñ ex ſuperioribus miraculis fides illorum ſumpſerat incrementum:quare poſtq̃ agnouerunt eum prius viſum,miſerunt qui per vniuerſam illam regionem diuulgarẽt adeſſe Ieſum.Obſeruabaẽ eñ à multis,quocunq; ſe conferret:& aderat ſemper importuna, turba, magis ſolicita de tollendis morbis corporum quàm animorum.

De prædicatione Euchariſtiæ, par.2,ar.12,v.

¶ De miſſione diſcipulorum,Lucæ.10.

## ARTICVLVS XLVII.

POſt hæc autem deſignauit dominus,& alios ſeptuagintaduos,& miſit illos binos ante faciem ſuam, in omnem ciuitatem & locum quo erat ipſe venturus, & dicebat illis: Meſſis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. Ite,ecce ego mitto vos, ſicut agnos inter lupos. Luc.10 I

Oſtendit quanta diligentia euangelicum ſemen ſpargendum ſit & ſuſcipiendum.Hinc enim præter apoſtolos è numero diſcipulorum, & alios ſeptuaginta deſignauit, qui ſua prædicatione p̃pararent animos audientium in aduentum domini,quemadmodum ante duodecim ſelegerat apoſtolos.In cuius figura,filij Iſrael venerunt in Elim, vbi fuerunt duodecim fontes & ſeptuaginta palmæ. Binos miſit in mutuæ charitatis commendationem.Iohan.15.In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.Mutuam conſolationem.Eccleſiaſtes.4.Melius eſt duos eſſe ſimul quàm vnum.Habent enim emolumentum ſocietatis. Si vnus ceciderit,ab altero fulcietur.Væ ſoli,quia cum ceciderit,non habet ſubleuantem.Prouerb.18.Frater qui adiuuatur à fratre,quaſi ciuitas firma.Veritatis confirmationem.Deu.17.Mat.18.In ore duor̃ vel trium teſtiũ ſtat omne verbum.Et quia duos populos in vnum ouile congregaturi erant. Semp dñs ſicut in primo aduentu,& in ſcdo ad iudiciũ,ſic & ad cor hoĩs veniẽs,p̃mittit ſibi viã p̃parãtes.Hinc de Iohanne Lu.1.Præibis ante faciem dñi parare vias eius. Inſtruxit autem ad munus euangelicæ prædicationis, quemamodum prius inſtruxerat Apoſtolos duodecim,reddens cauſam quare auxiſſet numerum.Late ſpargitur euangelij rumor, & plures accendunttur auiditate doctrinæ cæleſtis,apti congregari in horreum Chriſti eccleſiã militantẽ per fidẽ & ſpem,ac poſt in triumphantem per gloriæ ſuſceptionẽ.Nec in vno tñ agro circũciſionis,ſed & in oñi regione præputij.Iohan.4. Videte regiones,qñ iam albæ ſunt ad meſſem.Sed qui ſyncere doceãt & verbo & exemplo,pauci.Beda: Sicut meſſis multa,eſt omnis turba credentiũ:ita operarij pauci,apoſtoli & imitatores eorum.

Gregorius: Ecce mundus totus ſacerdotibus plenus eſt, & tamen in meſſe domini rarus operarius inuenitur: quia officium quidem ſacerdotale ſuſcipimus, ſed opus officij nõ implemus. Rogandus dñs, vt ipſe extrudat celeriter vel inuitos, qui idoneos facit miniſtros noui teſtamenti. 2. Cor. 3. Et Ioh. 15. Sine me nihil poteſtis facere. Ipſe eñ dominus meſſis qui dicit: Ecce ego mitto vos. Et Ioh. 20. Sicut miſit me pater viuens, & ego mitto vos. Videat quiſq; qualem ſe operarium exhibeat: quia Mat. 13. In tempore meſſis dicã meſſoribus. Colligite primum zizania in faſciculos ad comburendũ, triticum autem meũ congregate in horreũ. Hinc. 2. Timo. 2. Solicite cura teipſum probabilem exhibere deo, operarium inconfuſibilem, recte tractantem verbum veritatis. Veri eñ operarij dicendi ſunt qui quærunt opus & onus, fataguntq; prodeſſe, non qui quęrunt ociũ ac honorẽ, & optãt præeſſe. Sed heus ſunt operarij ſubdoli. 2. Cor. 11. Ite, inquit, non ſegniter iniunctum implentes munus. Ego, qui potens ſum in aduerſis ſuccurrere, mitto vos, ſicut agnos, pios, innocentes & obedientes: inter lupos, ob crudelitatem, perſecutionem atq; duritiam. Iohan. 10. Lupus rapit atq; diſpergit. Frement potentes & mali aduerſus doctrinam veſtrã. Non mitto vos vt quenq̃ lædatis, ſed vt ſimplices & innoxij, ſtudeatis omnibus prodeſſe, & ex lupis facere agnos. Eſa. 11. Habitabit lupus cum agno.

Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamẽta, & neminem per
2 viam ſalutaueritis. In quamcunque domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui. Et ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: ſin autem, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes, quæ apud illos ſunt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite trãſire de domo in domum.

De victu ne quidem ſoliciti ſitis, nunquàm vobis deerit quod naturæ neceſſitati ſatis eſt. Expediti ite ad negotium euangelicum. Omnem illorum vſum ſuppeditabunt hi, qui à vobis docentur. Quid ergo vobis neceſſarius ſacculus, vel peraꝰ Lu. 22. Quando miſi vos ſine ſacculo vel pera & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobisꝰ At illi dixerunt: Nihil. Ambroſius: Tanta prædicatori debet eſſe cum deo fiducia, vt præſentis vitæ ſumptus, & ſi non prouideat, ſibi tamen certiſſime non defuturos ſciat, ne, dum mens occupatur ad tẽporalia, minus prædicet æterna. Nam cum nullus ſit dominus, qui operarium ſuum cibo diurno dignum nõ æſtimet, ne putes dominũ cæleſtem & ſuperbonũ, ſuũ operariũ dignũ cibo, ſua indies ad neceſſaria quæcunq; prouidentia, non exiſtimaturum. Ne occupemini in hominũ ſalutationibus & curioſitatibus, quibus à prædicatione impediamini. Non prohibet offerri ſalutem, quum domum præcipiat ſalutandam, & ipſe fœminas ſalutauerit, Matth. 28. ſic Maria Eliſabeth, Luc. 1. ſed ne occaſione ſalutationis, remoraret prædicationis negotium. Sic Heliſeus præcepit Giezi. 4. Regũ. 4. Si occurrerit tibi homo, non ſalutes eum: & ſi ſalutauerit te quiſpiam, non reſpondeas ei. Ac ne de tecto quidem ſitis ſoliciti, erunt qui vos excipient, tantum præſtate vos puros & incorruptos euãgelicæ prædicationis miniſtros. Intrantes domum, primũ precemini pacem toti familiæ, pacẽ inquam pectoris, quæ eſt tranquillitas mentis ex remiſſione peccatorꝰ, & reconciliatione ad deum, Romañ. 5. Iuſtificati ex fide, pacem habeamus ad deum. Ephe. 2. Ipſe eſt enim pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. Hinc angeli cecinerunt, Lucæ. 2. Gloria in altiſſimis deo, & in terra pax, Pſal. 118. Pax multa diligentibus legem tuam. Hæc perducit ad æternam pacem in cælis. Eſa. 32. Et ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta. Quod ſi fuerit homo mitis, auidusq; manſuetæ doctrinæ, proderit illi veſtra precatio, & amplectetur hoſpitem bene ominantem: ſi minus, non pœniteat bene precatos fuiſſe. Non enim peribit vobis merces oblati officij. Eſa. 26. Domine, dabis pacem nobis: pacem, quoniam in te ſperauimus. Non paruũ donũ, dei pcipere pacem, quæ exuperat omnem ſenſum, Phil. 4. Quicunq; libenter receperit vos ac prompte, apud illum manete, non affectantes delicias, edentes quæ ab illis offeruntur, ſine delectu nulloq; faſtidio. Erant qui dicerent, quaſdam creaturas ſuapte natura malas, quod improbat Apoſtolus. 1. Timo. 4. Omnis creatura dei bona eſt, & nihil reijciendum quod cũ gratiarꝰ actione percipitur, ſanctificatur enim per verbum dei & orationem. Alij ob legis prohibitionem immunda reputabant, quæ per Chriſtum fuit abolita. Actu. 10. Quod deus purificauit, tu ne immundũ dixeris. Hinc. 1. Cor. 10. Si quis infideliũ vocat vos ad cœnã, & vultis ire, oñe quod vobis apponit, mãducate, nihil interrogãtes propter cõſcĩam. Vbi de idolothytis loquit. Sic Roma. 14. Non tamẽ excludit ordinationem eccleſiæ, quæ

per ſpm

per ſpiritum ſanctum regitur, qui omnem docet veritatem. Iohan.16. de delectu ciborũ certis temporibus habendo, quemadmodum apoſtoli ordinarunt, vt fideles abſtinerent ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine & ſuffocato & fornicatione. Actu.15. Væ ergo his qui præter neceſſitatem (quę legem non habet) in ſcandalum proximorũ, eccleſiæ ordinationem contemnunt. Roma.14. Si propter cibum frater tuus contriſtatur, iam non ſecundum charitatem ambulas, noli cibo tuo illum perdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt. Bonum eſt non manducare carnem, neq; bibere vinum, neq; in quo frater tuus ſcandalizatur, aut offendit, aut infirmatur. Mat.18. Væ homini per quem ſcãdalum venit. Aequũ eſt autem, vt qui laborat in euangelico negotio, viuat ex eorum liberalitate quibus laborat, ſi aliunde non ſuppetat vnde viuat. Nam laborantẽ agricolam oportet primo de fructu ſuo edere. 2. Timo. 2. Sic dominus ordinauit his qui euangelium annuntiant, de euangelio viuere. Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnũ eſt ſi veſtra carnalia metamus? 1. Cor. 9. Illud item cauendum, ne ex illis ædibus in alias demigretis: quaſi faſtidito priori hoſpitio, lautius & inſtructius quæratis.

Et in quamcunque ciuitatem intraueritis, & ſuſceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis, & curate infirmos qui in illa ſunt, & dicite illis: Appropinquabit in vos regnum dei.

Quo gratiores ſitis hoſpites, maioriq; cum fide prædicetis regnum dei, curate ægros, idq; gratis & prompte, neminem reiicientes. Non terrena, ſed cæleſtia promittite. 2. Corinth. 6. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Videtis argumenta virtutis diuinæ, præparate animos veſtros ad innocentię ſtudium. Pelluntur morbi corporum, profligabuntur, & animorum morbi peccata. Cum em̃ in anima quis ſanatus fuerit, tunc venit in eum regnum dei. Ab ægrotante enim longe eſt, quandoquidem peccata in eo regnat. Quo contra Roma. 6. Peccatum non regnet in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius. Lucæ. 17. Regnum dei intra vos eſt.

In quamcunque autem ciuitatem intraueritis, & non ſuſceperint vos, exeuntes in plateas eius, dicite: Etiam puluerem qui adhæſit nobis de ciuitate veſtra extergimus in vos. Tamen hoc ſcitote, quia appropinquabit regnum dei. Dico vobis, quia Sodomis remiſſius erit in illa die, q̃ illi ciuitati. 3

Si nemo fuerit vos dignatus hoſpitio, nolite illic ſupplices ambire hoſpitium: ſed publice palamq; dicite. Gratis obtulimus vobis nuncium ſalutis æternæ: quoniam autem ſpernitis officium noſtrum, nihil volumus à vobis beneficij: etiam puluerem extergimus, in teſtimonium à nobis oblati, & à vobis ſpreti feliciſſimi nuncij, qui nolentibus ingeri non debet. Illud tamen ſcitote, q̃ ſiue receperitis, ſiue non receperitis, in proximo eſt vobis regnum dei. Si receperitis, veniet veſtro bono: ſin minus, veniet veſtro malo. Hac vindicta vos eritis contenti, ſicubi ſpreuerint vos. Veniet illis vltio ſuo tempore. Nam illud affirmo vobis, quod in illo die ſupremi iudicij mitius agetur cum Sodomis, quàm cum illa ciuitate, quæ tantam benignitatem dei gratis oblatam ſpreuerit. Omnes mirantur ſæueram dei vindictam in Sodomis: ſed hoc illos ſubleuat, quod non fuerint tot modis prouocati ad reſipiſcentiam.

¶De maledictionibus ciuitatum, Matth.11. Lucæ.10.

## ARTICVLVS XLVIII.

TVnc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ ſunt plurimæ virtutes, quia non egiſſent pœnitentiam. Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent. Veruntamen dico vobis: Tyro & Sidoni remiſſius erit in die iudicij, quam vobis. Et tu Capernaum, nunquid in cælum exaltaberis? Vſque in infernum deſcendes: quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, forte manſiſſent vſque in hunc diem. Veruntamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remiſſius erit in die iudicij, q̃ tibi. Matth.11 K

Dominus

Dominus veluti demiratus quorundam inuicibilem malitiam, ad alioꝙ terrorem cœpit exprobrare ciuitatibus: quæ, quum in his plura miracula prodidisset, & homines sanasset, & tam multa docuisset, tamen ad pœnitentiam vitæ prioris compunctæ non sunt. Itaq; non naturæ, sed voluntatis malitia fuit. Nam si naturæ fuisset, & Petrus & Andreas mali fuissent, qua de Bethsaida. Tyrus & Sidon, gentiles erant ciuitates: Bethsaida autem & Corozaim, Iudææ. Dicit ergo Iudæos deteriores Sidonijs, hoc est, gentibus: quia illi naturalem legem transgressi sunt, ipsi autem cum hoc & Mosaicam, ac beneficia, & documenta domini spreuerunt, sibi placentes ꝙ Israelitici generis essent. Luc. 12. Seruus sciens voluntatem domini, & non faciens, plagis vapulabit multis, Luc. 10. Olim in cinere & cilicio sedentes pœniterent, sicut Niniuitæ ad prædicationem, Ionæ. 3. Hieronymus: Cur ergo eis non prædicauit acturis pœnitentiam? Facilis responsio. Nam ignoramus dei iudicia, & singularum dispensationum eius sacramenta nescimus, Psal. 65. Venite & videte opera domini, terribilis in consilijs super filios hominum. Hinc exclamat Apostolus Roma. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quà incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ illius. Propositum fuerat domino, Iudææ fines non excedere, ne iustam pharisæis & sacerdotibus pſecutionis occasionẽ daret. Vnde Apostolis ante passionem præcepit, Mat. 10. In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel. Bethsaida & Corozaim damnantur, ꝙ præsenti domino non crediderunt. Tyrus & Sidon iustificantur, ꝙ apostolis illius crediderunt. Non quæras tempora, cum credentium intuearis salutem. Lucę. 10. Et tu Capernaum in cælum exaltata, vsq; ad infernum demergeris, eo ꝙ talem sortita inhabitatorem, non sis emendatior facta. Christus enim eam inhabitatione sua exaltauit, sed nihil profuit non credendo: qa opibus tumens, delicijs affluens, animo & elatione cælo appropinquare videbatur. Psal. 72. Posuerunt in cælum os suum, & lingna eoꝝ transiuit in terra. Abdi. 1. Si exaltatus fueris vt aquila, & inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit dominus. Iob. 20. Laus impiorum breuis, & gaudium hypocritę ad instar puncti. Si ascenderit vsq; in cælũ superbia eius, & caput eius nubes attigerit, quasi ſter quilinium in fine pdetur: & qui eũ viderãt, dicent, vbi est? Ideo Eccl. 7. Humilia valde spiritum tuum, quoniam vindicta carnis impij, ignis & vermis. Huiusmodi exprobramina per Esa. 1. traijcit filijs Israel. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe dñi sui, Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam filijs sceleratis. Dereliquerunt dñm, blasphemauerunt sanctum Israel, alienati sunt retrorsum. Hieronymus: Ideo exprobrat, quia post factas virtutes: & signa quàm plurima, non
2 egerunt pœnitentiam, Iohan. 15. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, Luc. 10. Qui vos audit, me audit: & ꝙ vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Quanquàm estis legati, tamen qm̃ meo nomine venietis, & inæstimabile donum dei annuntiabitis, non erit leuis condemnatio spernentium. Ne sitis animo tristi, non ẽ iniuria vestra, sed transit in deum. Cõsolatio igitur sit vobis, ꝙ hæc dei sit iniuria, sicut contra ne gloriemini, vel sapite sublime, quod quidam vos audiunt. Non em̃ vestrum est opus, sed meum. Ezech. 3. Domus Israel nolunt audire te, qa nolunt audire me. 1. Thess. 4. Itaq; qui hæc spernit, non hoiem spernit, sed deum, ꝙ etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. Marc. 3. Et veniunt ad domum, & conuenit iterũ
3 turba, ita non possent neq; panem manducare. Et cum audissent sui, exierunt tenere eum. Dicebant em̃, quoniam in furorem versus est. Vbi descensum est ad humiliora in domum tanta importunitate instabat turba, vt audirent Iesum, & sanarent à morbis, vt non esset ocium apostolis sumendi cibi. Hæc oĩa quæ gerebantur, vbi rumor pertulisset ad cognatos Iesu, quibus nota erat carnis infirmitas, quum de diuina potentia nihil suspicari possent hoĩes crassi, Iesum cũ humili sodalitio sursum deorsumq; vagari, trahere post se cateruas hoĩm, noua quædam inaudita docere, profligare morbos, eijcere dæmones: furori tribuebant, ꝙ offensi corporis imbecillitate, non poterant ascribere diuinæ potentiæ. Itaq; qm̃ erant cognati, iuxta leges humanas putabant esse sui officij, vt mentis impotem, & à spiritu quopiam arreptum, vinculis coercerent. Sic qui contemptis rebus terrenis oĩbus, atq; ipsa etiam vita, cęlestem philosophiam toto pectore amplectunt, insani vident his, qbus nil sapit, nisi terrenũ & caducũ. Et hoc iam impium iudicium à suis propinquis tulit dominus, ne quid offendantur sui discipuli, si similia contingat audire à suis.

¶De dæmoniaco curato, Matth. 12. Lucæ. 11.

## ARTICVLVS XLIX.

Et erat

ET erat eiiciens dæmonium,& illud erat mutum, & cum eiecisset dæmo Lucæ.11
nium,locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Quidam autem ex L
eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Et alii tentantes, signum de cælo quærebant ab eo.

Quemadmodum gratia,vt fons scaturiens in vitam æternam.Iohan.4. semper proficere facit in melius,Psal.83.Ibunt de virtute in virtutem,videbitur deus deorum in Sion, sic peccatum de malo ruere facit in peius, & tandem impius cum in profundum peccatorum venerit contẽnit.Prouer.18.Hoc claret hic.Chrysostomus: Magna & miranda nequitia dæmonis,vtrũq; ingressum oppilauerat,per quæ illis crediturus erat,auditum & visum,& tertium linguam,ne confiteretur.Mat.12. Tunc oblatus est ei dæmonium habens cæcus & mutus.Ecce qd malus dæmon agit in animis spiritui sancto reluctantiũ. Audire em̃ non possunt sermonẽ dei,multo minus eloqui valent,nisi dñs effugarit omnes dæmoniacas affectiones. Mat.15.Filia mea male à dæmonio vexatur. Vere male peccatrix anima vexatur.Nam excæcatur,ne cælestia,terrenis contemptis,contempletur,sed vt talpa in terra viuat. Psal.105. Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.Sapiæ.2.Excæcauit em̃ eos malitia sua.2.Cor.4.In quibus deus huius seculi excæcauit mentes infidelium,vt non fulgeat illuminatio euangelii gloriæ Christi,qui est imago dei.Iohan.3.Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, q̃ lucem.Redditur mutus à laude dei. Eccles. 15. Non est speciosa laus in ore peccatoris. Contra Eccl.51. Dedit mihi dñs linguam mercedem meam,& in ipsa laudabo eum. A proximi ædificatione.1.Iohan.4.Ipsi de mundo sunt,& ideo de mundo loquuntur,&mundus eos audit.A proprii delicti confessione.Sic Adam in mulierem, mulier in serpentem præcepti transgressionem retorsit. Gene.3.Sed Prouer.18.Iustus in principio accusator est sui.Sic Dauid.2. Reg.12.Peccaui dño.Et ait Nathan:Dominus quoq; peccatum tuum transtulit à te.Mat.12. Et curauit eũ ita, vt loqueretur & videret:& stupebant omnes turbæ,& dicebant:Nunquid hic est filius Dauid? Hieronymus: Tria signa in vno homine facta sunt:cæcus videt,mutus loquit,obsessus à dæmonio liberatur.Quod tunc quidem carnaliter factum ẽ, sed & quotidie cõpletur in conuersione gentium,vt expulso dæmone,primum fidei lumen aspiciant,deinde in laudes dei prius tacentia ora laxentur.Pharisæi quum audissent vocem populi dicẽtis:Num hic est ille filius Dauid,quem promittunt prophetæ? Iesum quidem ipsum non aggrediuntur,à quo semper discedebant inferiores,sed multitudinis animos conantur ab illius admiratione diuertere.Mar.3.Scribæ qui ab Hierosolymis descenderant, dicebant: quoniam Beelzebub habet.Mat.12.Pharisæi autem dicebant:Hic non eiicit dæmones,nisi in Beelzebub principe dæmoniorũ.Q.d.Non potest hic esse filius ille Dauid,vt vos suspicamini:siquidem ille veniet suffultus potestate diuina. Remigius:Odio solo agitati,nihil sordidius inueniẽtes quod dño obiicerent,sustinere non valentes vt turbæ ipsum laudarent,& Christum prædicarent.Chrysostomus:Inuidia non considerat quid ,sed tantum vt dicat.Nulla em̃ peior malitia inuidia.Adulter breui complet delectationem suam,inuidus autem nunquam quiescit:sed sicut scarabæus nutritur stercore, ita inuidus infortuniis aliorum.Signum quærebant tentantes,vt si non ostenderet,causarentur cætera facta præsidio Beelzebub:si ostenderet,tum aliud in eo reperirent quod calumniarentur.Signa petebant,sed credere noluerunt,imo impugnauerunt.1.Cor.1.Iudæi signa petunt.Iohã.4. Nisi signa & prodigia videritis,non creditis. Signanter è cælo petebant,quo plane constaret,illum cum deo habere commercium qui in cælis est:& cum dæmonibus immundis quorum præstigia nasci solent è terra,nullum.Quemadmodum Iosue solis fecit stationẽ Iosu.10.Esaias solis retrogressionem.Esa.38.4.Reg.20. Helias ignis descensionem q consumpsit holocaustum.3.Reg.18.Item duos viros quinquagenarios cum suis.4.Reg.1.Sed semper paratam habebant calumniã.Si em̃ quæ oculis videbant, & manu contrectabãt, calumniabantur:respondissent, vtiq; & Magos in Aegypto è cælo signa ostendisse.

Ipse autem vt vidit cogitationes eorum,dicit eis:Omne regnum in se diui- 2
sum,desolabitur, & domus supra domũ cadet.Si autem & satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius, quia dicitis in Beelzebub me eiicere dæmonia? Si autem in Beelzebub ego eiicio dæmonia,filii vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro, si in digito dei eiicio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum dei.

Dominus

Dominus cognita,& si non audita,nequitia illorꝝ,conuersus ad pharisæos,sic temperat responsum suum, vt illorum insanum conuicium manifestissima ratione refellat: nec tamen in illos regerat contumeliã,sed potius amanter inuitet ad salutem amplectendam. Sicut enim ostendit opus potentiæ,dæmonem expellendo:sic & sapientiæ,ipsos rationabiliter conuincendo. Marc.3. Et conuocatis eis,in parabolis dicebat illis. Quo rem omniũ sensibus redderet euidentem,exemplis quibus contradici non potest,aggreditur. Primo, ostendendo se deum q̃ potest, & hoc cogitationes eorum, vt sibi probe notas, prodendo. Beda: Non ad dicta,sed cogitata respondet, vt vel sic cogerentur credere potentiæ. 1. Reg.16. Homo videt ea quæ patent,deus autem intuetur cor. Hiere.17. Prauum est cor hominis & inscrutabile,quis cognoscet illud? Ego dñs scrutans corda & renes. Secundo,ex parte communitatis,quæ siue politica sit vt regnum,siue œconomica, vt domus familias, diuisa stare non potest. Nam sicut concordia paruæ res crescunt,sic discordia maximæ dilabuntur. Mat.12. Omne regnum diuisum contra se,desolabit: & oñis ciuitas vel domus diuisa contra se,non stabit. Eccl.26. A tribus timuit cor meum,& in quarto facies mea meruit: delaturam ciuitatis,collectionẽ populi,calumniam mendacẽ,super mortem oĩa grauia. Dolor cordis & luctus,mulier zelotypa. Prou.29. Hoĩes pestilentes dissipant ciuitatẽ, sapientes vero auertunt furorẽ. Eccl.28. Susurro & bilinguis maledictus. Multos enim turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem. Ciuitates muratas diuitum destruxit,& domos magnatorꝝ effodit. Virtutes populorum concidit, & gentes fortes dissoluit. Lingua tertia mulieres viratas eiecit,& priuauit illas laboribus suis. Qui respicit illam,non habebit requiem,nec habebit amicum,in quo requiescet. Ideo Eccl.25. In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram deo & hoĩbus: concordia fratrũ, amor proximorꝝ,& vir & mulier sibi bñ cõsentientes. Quomodo ergo consentaneum est,vt quum omnes dæmones sint hostes hominum, nec aliud sitiant quàm illorum exitium,quorum saluti miserè inuident, nunc adeo eorum faueant saluti,vt hac de causa dæmon pugnet cum dæmone? Certum est ergo argumentum,illius regnum in breui casurum: ac destructo illius regno,q̃d supereſt,nisi vt existat regnum dei? Marc.3. Si satanas consurrexerit in semetipsum, dispertitus est,non poterit stare,sed finẽ habet. Tertio,ex parte aliorum eiicientium,ne dicerent quod esset obedientia in principem suum. Quod si hoc persu adet vobis odium mei,me præsidio Beelzebub eijcere dæmonia, isti iuuenes filij vestri, quos vidistis idem facientes, in quo eiiciunt? Sola fidutia in deum faciunt quicquid faciunt. Hieronymus: Coartat eos dominus interrogatione prudenti, vt confiteantur spiritus sancti opus. Q. d. Quod si expulsio dæmonum in filijs vestris,deo,non dæmonibus, deputatur: quare idem opus in me non eandem habeat causam,qui non longo exorcismo,sed vnico verbo eiicio potenti? Discipuli itidem mei simplices & idiotæ,nescientes artes malitiosas magicorum,in meo nomine, sola fidutia ad deum,faciunt quicquid faciunt. Ideo ipsorum simplex credulitas,vestram condemnabit incredulitatem,quæ gloriam dei oppugnat, qui calumniari mauultis quàm imitari. Lucæ .10. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutẽ inimici,& nihil vobis nocebit. Imo & non sequentes ipsum,in nomine ipsius eijciebant. Luc.9. Præceptor, vidimus quendam in nomine tuo eiicientẽ dæmonia, & prohibuimus eum, qa non sequitur nobiscum. Et ait ad illos Iesus: Nolite prohibere. Qui enim non est aduersum nos,pro nobis est. Sic Mat.7. Multi dicent mihi in illa die,domine,domine,nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis,q̃a nunquàm noui vos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Si ergo illi in nomine meo eiiciunt dæmonia,manifestum est,mihi opus non esse alterius virtute. Matth.12. Si autem ego in spiritu dei eiicio dæmones, igitur peruenit in vos regnum dei. Quod Iohannes instare dicebat, destructo regno diaboli. Lucæ.1. Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui. Obserua quod sicut digitus eiusdem substantiæ est cum alio corpore, ita & spiritus sanctus est eiusdem substantiæ cum patre & filio. Nam & filius brachium dicitur. Esa.53. Et brachium dñi cui reuelatũ est Sic Exo.8. Digitus dei est hic. Huic ergo regno æquum est vobismetipsos adiungere,& satanæ regno mox interituro abducere. Iohan.12. Nunc iudicium est mundi,nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Non ergo cedit volens,neque ex pacto. Hieronymus: Peruenit regnum dei,de quo Lucæ.17. Regnum dei intra vos est. Et Iohan.1. Medius vestrum stetit,quem vos nescitis. Vel certe, quod Iohannes prædicauit, Matth.3. Pœnitentiam agite,appropinquauit regnum cælorum. Est tertium regnum scripturæ sanctæ, quod auferetur à Iudæis, & dabitur genti facienti fructus eius, Matth.21.

Cum fo-

Cum fortis armatus custodit atrium suũ, in pace sunt ea quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens, vicerit eũ, vniuersa arma eius auferet in qbus confidebat, & spolia eius distribuet. Qui non est mecum, contra me est: & q non colligit mecum, dispergit.

Irreuocabile bellũ est satanæ cum deo, res nullis conditionibus cõponenda. Aut vincet, aut vi expelletur. Quarto ostendit ex parte potestatis. Matt. 12. Quomodo potest quisq̃ intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem? Fortis armatus, diabolus. Iob. 41. Non est potestas sup terram quæ ei comparetur. Armatus est multiformi astutia, longa experientia, naturali industria & scientia. Iob. 1. Circuiui terrã & perambulaui eam. Hinc Euam seduxit astutia sua, 2. Cor. 11. Hiero. Nõ debemus eẽ secuti, aduersarius noster, fortis victoris quoq; vocibus comprobat. Atrium, mũdus q totus in maligno est positus, 1. Iohan. 5. in quo vsq; ad dñi aduentum, male parto potiebat imperio, quia in cordibus infidelium sine vlla contradictione quiescebat. Vnde & princeps mũdi dicitur Iohan. 12. Nam captiui tenebant ab eo ad ipsius voluntatẽ, 2. Tim. 2. quia falsam & malam habẽt pacem, cum dño suo dãnabiliter cõcordantes. Psal. 72. Zelaui super iniquos, pacem peccatorũ videns. Hanc dñs venit tollere, Matth. 10. quum sit mortifera. Esa. 57. Non est pax impijs, dicit dñs. Superuenit fortior, qa de cælo. Iohã. 3. Qui de cælo venit, sup omnes est. 1. Cor. 1. Nos aũt p̃dicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autẽ stultitiam: ipsis autem vocatis Iudæis atq; Græcis, Christum dei virtutem & dei sapiẽtiam. Iob. 9. Si fortitudo quæritur, robustissimus est. Sapiens corde est & fortis robore, qs restitit ei & pacẽ habuit? Vicit, tẽtationem viriliter refellendo, passionem patienter tolerando, infernum potenter spoliando. Ose. 13. Ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne. Apo. 5. Vicit leo de tribu Iuda radix Dauid. Per quem & nos vincimus. Hilarius: Contusam à se in tẽtatione prima omnẽ zabuli indicat potestatem: qa nemo domũ fortis intrauit, eiusq; vasa diripuit, nisi fortẽ alligauerit. Iaco. 4. Appropinquate deo, & appropinquabit vobis: resistite aũt diabolo, & fugiet à vobis. 1. Petr. 5. Cui resistite fortes in fide. Chrysostomus: Non solum dæmones vasa diaboli sunt, sed vniuersi homines qui male viuunt, illi adhærent. Hactenus Beelzebub tyrannidem exercuit in homines peccatis obnoxios, malisq; cupiditatibus addictos. Chrũs sublatis hominũ peccatis, Beelzebub cũ suo satellitio protriuit: & quos ille per iniustitiam possidebat, per innocentiam deo vindicauit, & angelo tradidit fido custodi. Roma. 6. Nũc vero liberati à peccato, serui aũt facti deo, habetis fructũ vestrum in sanctificationẽ, finẽ vero vitã æternã. Ephe. 4. Ascendẽs in altũ, captiuã duxit captiuitatem. Esa. 8. Voca nomen eius, accelera, spolia detrahe, festina p̃dari. Qui ergo non est in parte mea, aduersarius est mihi. & hoc ipso lædit, qa quũ fauere debeat, nõ fauet. Hieronymus: Opera diaboli operibus saluatoris cõparari non possunt: ille cupit animas tenere captiuas, Chrũs liberare: ille p̃dicat idola, iste vnius dei notitiã: ille trahit ad vitia, iste ad virtutẽ reuocat. Qũo ergo possunt habere cõcordiã inter se, quorũ opera sunt diuersa?

Cum immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa 3 quærens requiem, & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatam. Tunc vadit & assumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.

Ostenso rationabiliter se nõ dæmonis, sed dei virtute miracula operari, declarat causam quare tantã sibi imponebãt calumniã, quod nunq̃ vel patres ipsorũ alicui fecerũt, simulq; ænigmate signãs grauius dãnandos eos q aliquousq; progressi ad iustitiã, relaberentur ad pristina vitia, quàm qui nunquam cognita luce veritatis euangelicæ perseuerassent in caligine vitiorũ. Matth. 12. Ideo dico vobis, omne pctũ & blasphemia remittetur hoĩbus: spũs aũt blasphemiæ, nõ remittet. Et quicũq; dixerit verbũ cõtra filiũ hominis, remittetur ei: qui aũt dixerit cõtra spiritũ sanctũ, nõ remittetur ei neq; in hoc seculo neq; in futuro. Marc. 3. Qui aũt blasphemauerit in spiritum sanctũ, nõ habebit remissionẽ in æternũ, sed reus erit æterni delicti. Hiero. Qui scandalizatus carne mea, me hominem tantũ arbitrat, quod filius sim fabri, Marc. 6. & fratres habeã, homo vorator & potator vini, Mat. 11. talis opinio absq; blasphemia, quanq̃ culpa nõ careat erroris, tamẽ habet veniam propter corporis vilitatem. Qui aũt manifeste intelligẽs opera dei, cũ de

virtute negare non possit, eadē stimulatus inuidia calumniatur, & Christū deiq; verbū, operaq; spūs sancti dicit esse Beelzebub, isti non dimittet, neq; in presenti seculo, neq; in futuro. Error & ignorātia veniam meret: destinata malitia aduersus bonitatē dei, prouocātis, qūo veniā impetrabit? Omne itaq; peccatū & blasphemia in proximū, deū, vel sanctos, proueniēs ex ignorātia vel infirmitate, remissibile est: sed procedēs ex certa malitia, impugnatione agnitæ veritatis, vel inuidētia fraternæ gratiæ, ex se irremissibile est crimen, quoniā obuiat principio quo fit remissio, hoc est, bonitati diuinæ. Iohan. 8. Nōne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Matth. 12. Aut facite arborem bonam, & fructū eius bonū: aut facite arborem malam, & fructū eius malū. Siquidem ex fructu arbor cognoscitur. Hiero. Syllogismus hic est ineuitabilis, qui vtroq; cornu premit. Si, inquit, diabolus malus est, bona opera facere nō potest: si autem bona sunt quæ facta sunt & cernitis, sequitur vt non sit diabolus qui ea facit. Neq; em̄ fieri pōt, vt ex bonis malū, & ex malis bonū oriatur. Omnino sicut ex fructu arbor, ita & ego ex miraculis agnoscor. Iohan. 5. Ipsa opera quę ego facio, testimoniū perhibēt de me, quia pater misit me. Iohan. 10. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Sed vos nō creditis, quia non estis ex ouibus meis. Matth. 12. Progenies viperarū, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Ex abundantia cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala. Dico aūt dico, quoniam omne verbum ociosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Quoniam in Abraam, gloriabantur, ostendit quod non sint ex Abraam, sed ex progenitoribus se dignis, dolosis & inuidis. Q. d. Ex vobis ipsis cōiecturam facite: nam vos, quales estis talia loquimini, & opera vestra declarant quē habeatis spiritum. Vt enim ex succo radicis fructus trahit saporem, ita ex eo quod reconditū est in corde, nascitur oratio. Mala cogitatio soli cogitanti pestifera est: at oratio mala, cordis venenū fundit in multos. Obscœne loquēs, plura habet in corde: qa ibi thesaurus absconditus. Paruam enim partem declarat, sic & qui bona. Ociosum verbū onus est arboris, non fructus, qui nulli est vsui: & hoc ipso noxius est, quia sine fructu audientis, tempus & aures occupat, quum in hoc data sit lingua, vt ea profimus nobis & proximis, vt hoc organo celebremus gloriā dei. Hieronymus: Ociosum verbum est, quod sine vtilitate loquentis dicitur & audientis. Si omissis seriis rebus, de friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. Cæterum qui scurrilia replicat, & cachinnis ora dissoluit, & aliqd profert turpitudinis, hic nō ociosi verbi, sed criminosi tenebitur reus. Ex verbis tuis aut iustus pronunciaberis, si bona prodierint ex bono corde: aut iniustus condemnaberis, si mala ex malo corde prodierint. Prouer. 12. De fructu oris sui vnusquisq; satiabitur bonis, & iuxta opera manuum suarum retribuetur ei. Eccles. 12. Cuncta quæ fiunt, adducet dominus in iudicium, & pro omni errato, siue bonum siue malum sit. Hinc Eccl. 14. Beatus vir qui non est lapsus verbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti. Hinc Prouer. 13. Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. Iaco. 3. Ecce lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis. In ipsa benedicimus deum & patrem, & in ipsa maledicimus homines qui ad imaginem dei facti sunt. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Ideo Psal. 38. Dixi, custodiā vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me. Ephe. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Cum immundus spūs exierit de homine, ambulat per loca arida. Matth. 12. quærens requiem, & non inuenit. Tunc dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. & veniens, inuenit eam vacantē, scopis mundatam, & ornatam. Beda Timendus, non exponendus est hic versiculus, ne culpa quam in nobis extinctam credebamus, per incuriam nos vacādo opprimat. Quemcunq; em̄ post baptisma siue prauitas hæretica, siue cupiditas mundana arripuerit, mox omnium prosternit in ima vitiorum. Exul enim veteri hospitio, obambulat corda sanctorum, ab omni mollitie fluxarum cogitationum & humore libidinis immunia, callidus tentator explorans, si quos ibi nequitiæ suæ gressus figere possit: sed quietem nō inuenit, quia animæ fortes & nequaq̄ molles, suis machinationibus viriliter resistunt. In solo enim prauorum corde diabolus gratā sibi inuenit requiem, qui à vitijs pristinis in baptismo per gratiam Christi mundati, à bonis operibus vacant, simulatis tantum ornati, sed non armati euangelicarum præsidijs virtutum. Videns enim purgatum, sed vacuum hospite esse locum, nec à quoquam occupatum, non contentus ipse remigrare solus, plenitudinem assumit vitiorum, quum non solum mali sunt, sed & speciem bonitatis affecta

tis vir-

tis virtutibus per hypocrisim ostentare nituntur. Sic nouissima fiunt peiora prioribus: quia de difficili reducibilis, qui se simulatis credit actibus iustum. 2. Petri. 2. Melius erat viam veritatis non agnoscere, quàm post agnitam retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. Matth. 12. Sic erit generationi huic pessimæ. Quo enim maioribus ostentis & beneficijs prouocati fuerint ad pœnitentiam, hoc atrocior eos manet pœna, nisi maturius resipiscant. Exiuit enim spiritus immundus à Iudæis, quando segregati fuerunt per legem à gentibus idololatris: reuertebatur, quando iuit per gẽtium solitudines quæ d omino crediderunt. At vbi vidit eos dei & angelorum præsidio priuatos, ornatos tamen vanis obseruatiunculis legalium, & relapsos ad priora crimina, venit & inhabitauit cum multo maiore numero dæmonum. Nam tandem ad hoc impietatis deuenerunt, vt quicquid maiores peccassent in occidendis prophetis, conspirando aduersus Mosen, id septuplo sceleratius renouarent in filium dei, & in huius discipulos, quem in synagogis blasphemare non cessant.

Factum est autem cum hæc diceret, extollens quædã mulier vocẽ de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portauit, & hubera quæ suxisti. At ille dixit: Quin imo, beati qui audiunt verbũ dei, & custodiunt illud. Luc. 11. M

Mira & stupẽda spũs sanctus per simplices operari solet, quo magis veritas fidei elucescat. Hinc 3. Esdr. 4. Magna est veritas & præualet. Igitur pharisæis & scribis domini miracula calumniantibus, mulier simplex doloq; carens, admirans sermones domini tam sapientes & efficaces, illa celebrat, nihil reuerita insipientium pharisæorum furorẽ, quemadmodũ Matth. 21. pueri laudes Christi prædicabant, quemadmodũ scriptũ erat. Psal. 8. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos, vt destruas inimicum & vltorem. Ostẽdit autem ipsum deum, per quem beatificamur. Nam cum natura simus oẽs filij iræ, Ephe. 2. si ipse beatificat & saluificat, ita vt per ipsum & propter ipsum mater beata, necessum est ipsum fore deũ qui saluare possit de manu fortis armati. Vnde Matth. 1. Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluũ faciet populum suum à peccatis eorum. Duo enim requirebantur ad hoc, vt quis humanum saluare posset genus. Vt esset deus qui posset, & homo qui vellet. Ideo dictus nõ solum Iesus, sed & Christus. i. vnctus. Mat. 1. De qua natus est Iesus, qui vocatur Chrs. Vnctus eñ fuit præ participibus suis oleo lætitiæ. hoc plenitudine gr̃æ, Heb. 1. Vnde Ioh. 1. Vidimus eũ plenũ gratiæ & veritatis. Cooperatur enim vnctio ad redẽptionẽ generis humani: quia nisi plenus gratia, alijs dare nõ posset. Iohan. 1. De plenitudine eius omnes nos accepimus, & gratiam pro gratia: quia lex per Mosen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Commendat autẽ spũs sanctus per os huius mulieris primo à maternitatis dignitate, contra hæreticos veram carnem in Christo negantes. Beatificat autem corpus tanq̃ magis notum quo Christo ministrauerat, cum tamen nihil habeat beatitudinis nisi ab anima. Ideo Elizabetha, spiritu sancto illuminante, primo animã, deinde corpus. Luc. 1. Beata quæ credidisti, qm̃ perficient in te quæ dicta sunt tibi à dño. Augustꝰ. Beatior fuit Maria concipiendo fide Christũ, q̃ carne. Secundo, à virginitatis puritate. Non eñ dixit, beati parentes, sed venter, in quo spũs sancti operatione conceptus. Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascet ex te sanctũ, vocabitur filius dei. Matt. 1. Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariã coniugem tuã. Quod eñ in ea natũ est, de spũ sancto ẽ. Fuit ergo virgo sancta corpe & spũ, cogitans quæ domini sunt. 1. Corinth. 7. Nam tanta prole promissa, de virginitate seruanda solicita, ait Luc. 1. Quomodo fiet istud, quoniã virum non cognosco? Gaudet ergo hoc priuilegio sola, vt tunica vnici sit mater filij, quem cũ patre habet cælesti vnigenitum. Quis ad tantã virginis dignitatem nõ obstupescat? Imo ad tantã dei humilitatẽ, vt sese in vnius corpusculi angustias includeret? Philip. 2. Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens. Galat. 4. At vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorꝫ reciperemus. Ecce quantũ bonũ nobis p matrẽ dñi prouenit. Hinc eñ gloriamur in spe gloriæ filiorꝫ dei, Ro. 8. Ipsa aũt in spe gloriæ matris dei. Vñ Elizabeth admirabũda ait Luc. 1. Vñ hoc mihi, vt veniat mr̃ dñi mei ad me? Hinc ipsa ait: Fecit mihi magna q̃ potẽs ẽ, & sanctũ nomẽ eius. Vere magna, imo maxima ipse fecit. Apl'us ait 2. Cor. 3. Qui nos idoneos fecit ministros noui testamenti. An non matrem? Respexit, inquit, humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicẽt omnes generationes. Hieremiam in gentibus prophetam futurum, in vtero sanctificauit, Hiere. 1. Iohannem præ-

eurſorem ſpiritu ſancto repleuit, Luc.1. cuius natiuitas plurimis cauſa gaudij fuit. Quid de matre dicendum? Apoſtolo teſte 1. Corinth.6. Qui adhæret deo, vnus ſpiritus eſt cũ eo. Ipſa & corpore & mente deo coniuncta. Habuit quatuor conditiones matrum ad filios ſolitas, vt claret ex euangelijs. Autoritas iubendi. Prouer.1. Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. Luc.2. Fili, quid fecisti nobis ſic? Deſcendit cum illis Nazareth, & erat ſubditus illis. Neceſſitas diligendi. Eſaiæ.49. Nunquid poteſt obliuiſci mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? Sic probauit Salomon veram infantis matrem 3. Reg.3. Luc.2. Dolentes quærebamus te. Facilitas impetrandi. 3. Regũ.2. Pete à me (ait Salomon) mater mea. Neq; enim fas eſt vt auertam faciem tuã. * Vnde Iohan.2. defectum vini dominus ad petitionem matris ſuppleuit. Iohan.2. *Fili, inquit, vinum non habent. Intimitas compatiendi. Luc.2. Tuam ipſius animam pertranſibit gladius, Iohan.19. Stabat iuxta crucem Ieſu mater eius. Tertio, à ſeruitutis ſedulitate, quia hubere de cælo pleno lactauit, haud dubium quin & cætera quàm diligentiſſime miniſtrauit. Nam deduxit in Aegyptum & reduxit, Matth.2. Subſequuta fuit ꝑdicantẽ, aſtitit morienti. Quam dominus ipſam ſingulariter, in extrema mortis ſuæ anxietate diſcipulo commendauit, non dubium quin in cælis honorifice in throno gloriæ iuxta ſe collocarit. Iohan.12. Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus q eſt in cælis. In cuius figura de Salomone dicitur 3. Regum.2. Surrexit rex in occurſum eius, adorauitq; eam, & ſedit ſuper thronum ſuũ. Poſitusq; eſt thronus matri regis, quæ ſedit ad dexteram eius. In domo enim patris manſiones multæ ſunt, Iohan.14. Vnuſquiſq; autem propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem, 1. Corinth.3. Sed quoniam Chriſti matrem eſſe, vnicum eſt & ſingulariſſimum donũ, non renuit, ſed perficit mulieris prædicationem, adijciens vniuerſale præconium, ad quod omnes valent pertingere. Quin imo ſic eſt, nec tantum hoc, ſed & beati qui audiũt verbum dei. Pſal. 118. Beati qui ſcrutant teſtimonia eius, in toto corde exquirunt eum. Pſalm̃.48. Audiam quid loquatur in me dominus deus. Nec hoc ſatis, ſed & cuſtodiunt illud. Pſalm̃.118. In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Sic ergo cuſtodiendum in corde per iugem meditationem. Pſalm̃.102. Et memores ſunt mandatorum ipſius ad faciendum ea. In ore per deuotam collationem. Deuter.6. Erũt verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque conſurgens. In opere per debitam executionẽ. Iacobi.1. Eſtote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes voſmetipſos. Roma.2. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. 1. Iohan.3. Non diligamus verbo neq; lingua, ſed opere & veritate. Seruandum ergo ſic in animo ne effluat, ne diabolus tollat, nec ſolicitudine ſuffocetur, vt aliquando producat fructum æternæ ſalutis. Sed quis tam ardenter audiuit, tam diligenter cuſtodiuit vt Maria? Luc.2. Maria autem conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo. Hanc igitur tantæ dignitatis, eminentiæ virginem nullo dignabimur honore? Indigni certe habebimur æternæ hæreditatis, cum benedicta hac matre participatione in cælis, ſi nullum ei volumus deferre honorem in terris, quæ nimirum omni laude eſt digniſſima. Nõne ipſa angelico mirifice prædicata eſt præconio, & gratia plena, in honoratiſſima ſalutatione quæ e cælo allata eſt? Luc.1. Nonne à ſancta Elizabeth ſpiritu ſancto plena, benedicta eſſe inter mulieres, ſicut & prius ab angelo eſt pronũciata? Nonne & de illa acclamauit filio eius benedicto in ſecula, mulier illa ſynceræ fidei & deuotiõis, voces blaſphemantium ſcribarum & phariſæorum hac laudatoria confeſſione retundens? Beatus venter qui te portauit, quam quidem egregiam matris laudem, & ipſe filius reſponſione ſua approbauit. Nos igitur ab angelo tantopere laudatam, & à ſpiritu ſancto in beata Elizabeth, & in illa muliere de turba extollente vocem ſuam, tantis laudum titulis honoratam, nequaquam honorabimus, nec vlla laude celebrabimus? Abſit, quoniam teſte Damaſceno, honor ad ipſam matrem, in illum qui ex ipſa natus eſt, reuocatur. Quare contra dei matris inhonoratio, etiam Chriſti ex ea nati inhonoratio eſt, quemadmodum in euangelio de patre teſtatur Iohan.5, Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui miſit illum.

## ¶De matre & fratribus Ieſu, Matth.12. Marc.3. Luc.8.

## ARTICVLVS L.

Adhuc

ADhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres ſtabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant, quærẽtes te. At ipſe reſpondens dicẽti ſibi, ait: Quę eſt mater mea? & qui ſunt fratres mei? Et extendẽs manum in diſcipulos, dixit: Ecce mater mea & fratres mei. Quicũq; enim fecerit voluntatem patris mei qui in cælis eſt, ipſe meus frater, ſoror & mater eſt. Matt.12. N

Aduenerunt cognati Ieſu, comitantes matrem ipſius, cupiẽtes illum conuenire de rebus aliquibus familiaribus, qui more Hebræo fratres dicuntur. Sic Abraam filium fratris ſui Loth, fratrem nuncupauit. Gene.13. Ne ſit iurgium quæſo inter me & te, fratres enim ſumus. Dominus docere volens minimũ eſſe tribuendum talibus affectibus, quoties negocium agitur euangelicum, pluris autem faciẽdam cognationem animorum q̃ corporum, quæ virtute, nõ ſanguinis propinquitate, conciliatur, quæq; longe patet latius, nũcianti reſpondit. Hieroñ. Non quod negaret matrẽ & fratres, exire contẽpſit, ſed quod reſponderet inſidianti. Luc.8. Non poterãt adire eum præ turba. Marc.3. & foris ſtantes, miſerunt ad eũ, vocãtes eũ, & ſedebat circa eum turba, & dicũt ei: Ecce mater tua & fratres tui foris quærũt te. Et reſpondens, ait: Quæ eſt mater mea & fratres mei? Et circunſpiciens eos qui in circuitu eius ſedebant, ait: Ecce mater mea & fratres mei. Si vere, inquit, cognatos noſſe vultis, quiq; mihi ſunt chariſſimi, ſpirituum affinitatem magnifico, non corporum. Hanc ſibi quiſq; parare poteſt. Vt per euãgelium noua natiuitas eſt, ita eſt & cognatio. Non agnoſco cognationem cuiuſquam, niſi per fidem renaſcatur ex patre cæleſti, iamq; vt filius germanus patri cæleſti ad æterna vocãti obtemperet. Hieronymus. Iſti ſunt mater mea, qui me quotidie in credentium animis generant. Gala.4. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. 1. Cor.4. In Chriſto enim Ieſu per euangeliũ ego vos genui. Iſti fratres mei, qui faciũt opera patris mei. Fratres ergo ſciamus nos eius eſſe & matrem, ſi voluntatem patris eius implemus, vt & cohæredes ſimus eius qui non in ſextibus, ſed in factis diſcernit.

¶ De petentibus ſignum de cælo, Matth.12. Luc.11.

## ARTICVLVS LI.

TVnc reſponderũt ei quidã de ſcribis & phariſæis, dicẽtes: Magiſter, volumus a te ſignum videre. Qui reſpondẽs, ait illis: Generatio mala & adultera ſignũ quærit, & ſignum non dabitur ei niſi ſignũ Ionæ prophetæ. Sicut eñ fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Matt.12. O

Phariſæi, diſſimulato furore animi, blandioribus verbis aggrediuntur Ieſum veluti iã illi credituri, ſi in gratiam ſuam miraculum aliquod ederet ipſis, ſeq; dignũ, qui ſibi vindicaret ſpiritum dei, & qui ſemper in ore haberet patrem cæleſtem. Hieronymus: Sic ſigna poſtulant, quaſi quæ viderant, ſigna non fuerint: & hoc de cælo proficiſcens, quod declaret ipſum deo charum eſſe, & illius virtute facere quæ facit. At dominus ſciens ſubdolam illorum cogitationem & obſtinatam malitiam, qui non in aliud poſcerent ſignũ, niſi vt hic quoq; nouam calumniandi ſumerent occaſionem, præſertim quum facilius ſit calumniari quæ de cælo oſtenduntur, q̃ ea quæ coram cernuntur oculis, audiuntur auribus, tanguntur manibus. Non ferens tantam peruerſitatem, reſpondit velut auerſus ab eis, & apud ſe indignatus. Luc.11. Turbis autem concurrentibus cœpit dicere: Generatio hæc, generatio nequam eſt. ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei niſi ſignum Ionæ prophetæ. Nam ſicut fuit Ionas ſignum Niniuitis, ſic erit & filius hominis generationi iſti. Generationem nequam vocat, quia doloſe tentabant, quum ob ſigna præcedentia credere & obedire illos oporteret, tunc ſignum petunt. Adulteram, quia dimiſerat virum, hoc eſt, deum, & iuxta Ezech.16. multis ſe amatoribus copulauerat, hoc eſt, dæmonibus adhærendo. Malam, ſiue prauam. Nam vt dicit Chryſoſtomus, beneficijs ſemper peiores reddebantur, vt qui tanquam ingrati, non conuertebantur Chriſti lenitate & manſuetudine. Sic Moſes Deute.32. Generatio praua atq; peruerſa, hæccine reddis domino populo ſtulte & inſipiens? Nunquid non ipſe eſt pater tuus qui poſſedit te,

& fecit & creauit te? Gens absq; consilio est & sine prudentia, vtinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Sequitur: Mea est vltio, & ego retribuam in tempore, vt labatur pes eorum. Iuxta est dies perditionis, & adest festinãt tempora. Hinc Psal. 77. Ne fiant sicut patres eorum, generatio praua & exasperans. Hieronymus: Moderatio dei ac pietas, solũ nostrum reditum quærit, ac cupit longa sua bonitate saluare. Si nõ conuertimur, si duri colli sumus, si in peccatis vsq; ad mortem illicite perseueramus, assi due peccantium nõ miserebitur deus. Roma. 2. An ignoras qm̃ benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? secũdum aũt duritiã tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi irã in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuiq; secundũ opera sua. Generationi ergo huic malæ minimeq; simplici, q̃ gloriaꝝ patrẽ habere deũ, iactãs se de progenitore Abraam, sed longe alios habet, nẽpe viperas, Matth. 3. & 12. sat erit signi, si quẽ sua malitia occiderũt, videant virtute diuina reuiuiscere.

2 Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabũt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce plusquam Iona hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam, quia venit a finibus terræ audire sapientiã Salomonis. Et ecce plusquam Salomon hic.

Niniuitæ, quos præ vobis vt ethnicos & idololatras contemnitis, Hieronymus: Iudicabunt non potestate, sed comparatione. Ionas triduo prædicauit, ego tanto tempore? ille Assyrijs, ego Iudæis populo dei: ille peregrinis, ego ciuibus, imo nihil signorum faciens, ego tanta faciens signa, Beelzebub calumniam sustineo. Causam ergo iustissimã damnationis ostendit. Sic & Sodomorum damnationem prius Abraæ exposuit, quod nec decem viros iustos offenderit, Gene. 18. 19. Sic Hiere. 7. dicitur: Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem & orationem, & non obsistas mihi, qa non exaudiam te. Nonne vides quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hierusalẽ? Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cæli, & libent dijs alienis, & me ad iracundiam prouocant. Ad prophetæ ignoti vocẽ de ventre ceti redeuntis expauefacti, crediderunt, deieceruntq; sese ad pœnitentiam: mihi autem, quũ resurrexero, non credet generatio hæc: quare cõdemnabitur, q̃ neq; Niniuitas sunt imitati, quanuis maior nunc hic assit quàm Ionas. Sic regina Saba, ad rumorem e longinquo allatum, relicto regno patriaq; sua, tã longo itinere profecta est ad regem Salomonem, non metu aliquo commota, sed auiditate sapientiæ, quæ fuit à legis doctrina aliena. Et tamen in hoc loco quiddam est Salomone maius: & quod adest contemnitur.

Luc. 11. Nemo accendit lucernam, & in abscõdito ponit, neq; sub modio: sed supra candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen videãt. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lucidũ fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum. Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

Ostendit doctrinæ suæ sapientiam, toti mundo fore conspicuã, non in gente Iudæorum tantum. Esa. 49. Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas. Dedi te in lucẽ gentiũ, vt sis salus mea vsq; ad extremũ terræ. Nec enim incredulorum obstinata malitia bonis obesse debet. Itaq; proferenda est in publicum veritas, in malorum atrociorem perniciem, in bonorũ salutem. Hiere. 26. Noli subtrahere verbũ, si forte audiãt, & cõuertantur, vnusquisq; à via sua mala, & pœniteat me mali, quod cogitaui facere eis propter malitiã studiorũ eorũ. Hinc 23. Si steti̇ssent in cõsilio meo, & nota fecissent verba mea populo meo, auertissem vtiq; eos à via sua mala, & à cogitationibus suis pessimis. 2. Timoth. 4. Testificor coram deo & Christo Iesu, q̃ iudicaturus est viuos & mortuos, & per aduentum ipsius & regnum eius, prædica verbum, insta opportune, importune, erit enim cũ sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus: & à veritate quidẽ auditum auertent, ad fabulas aũt conuertentur. Psal. 118. Lucerna pedibus meis verbũ tuũ,

3

& lu-

& lumen ſemitis meis. Hinc Iohan. 5. dicitur, Iohannes lucerna ardens & lucens. Eccl 48. Surrexit Helias propheta quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardebat. Quod eſt domus ſine lucerna, quod eſt corpus ſine oculis, hoc eſt animus ſine cogitatione veritatis, quæ per fidem ſimplicẽ cõtingit. Eſa. 7. Niſi crediderit is, non intelligetis. Sap. 13. Vani ſunt omnes homines quibus non ſubeſt ſcientia dei, & de his quæ vident bona, nõ potuerunt intelligere eum qui eſt, neq; operibus attendentes, cognouerunt quis eſſet artifex. Vnde 2. Corinth. 4. Quod ſi opertum eſt euangelium noſtrum, in his qui pereũt, eſt operum, in quibus deus huius ſeculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio euangelij gloriæ Chriſti, qui eſt imago dei. Sicut ergo oculus corporalis dirigit corpus noſtrum, ſic intentio noſtri intellectus, corpus operum noſtrorum. Si ergo oculus fuerit ſimplex, nullus huius mundi cupiditatibus vitiatus, accipiet lumen æternę veritatis, ac totum corpus fruetur hoc lumine, necubi impingat, ſed recta tẽdat ad deũ, ſolum ipſum ſpectans. Sic dominus vnguenti effuſionem in corpus ſuum, quam diſcipuli culparunt, propter bonam mulieris intentionem commendauit, Matth. 26. Sin fuerit vitiatus, opus ſequitur vitioſum, quanuis foris iuſtum appareat, vt claret in hypocritis. Matth. 6. & 23. à foris iuſti apparere cupientibus. orando, ieiunando, eleemoſynas dando, minima decimando, &c. Oculus ergo nequam eſt, qui declinat & diuertit ad creaturas, derelicto deo. Vnde Helias 3. Regum. 18. ait: Vſquequo claudicatis in duas partes? ſi dominus eſt deus, ſequimini eum. Oſtendit autem dominus, ꝙ phariſæi inuidia excæcati, miracula domini calumniabantur. Summa ergo diligentia curandum, ne lumẽ tenebræ ſint. Pſal. 4. Multi dicunt, quis oſtendit nobis bona? Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine. Ephe. 4. Hoc igitur dico & teſtificor in domino, vt iam non ambuletis, ſicut & gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à via dei per ignorantiam, quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis illorum: qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis in auaritiam. Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum, ſi tamen illum audiſtis, & in ipſo edocti eſtis, ſicut eſt veritas in Ieſu. Ephe. 5. Videte ergo quomodo caute ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Si vero nihil admixtum habuerit tenebrarum, totum lucidum erit. Qui eñ offenderit in vno, factus eſt omniũ reus, Iaco. 2. Eccles. 9. Qui in vno peccauerit, multa bona perdet. Hinc admonet Apoſtolus 1. Theſſ. 5. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Nam prouidemus bona non ſolum coram deo, ſed etiam coram omnibus hominibus, 2. Corinth. 8. Nec enim aliter corpus erit lucidũ oculo puro, q̃ domus lucida eſt tibi. Ephe. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis, eſt in omni bonitate & iuſtitia & veritate. Igitur bonis ac puris cogitationibus, ſanctis affectiõibus, vtilibus q̃ ſermonibus ac virtuoſis operibus noſipſos iugiter ornare ſtudeamus. Philip. 4. De cætero fratres, quæcunq; ſunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iuſta, quæcunq; ſancta, quæcunq; amabilia, quæcũq; bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate, quæ & didiciſtis & accepiſtis, & audiſtis & vidiſtis in me. Vnde Prouer. 4. Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendeſcens, procedit & creſcit vſque ad perfectum diem: via aũt impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruãt. Quod enim eſt lucerna oculo purgato, hoc ſermo diuinus eſt animo à prauis cupiditatibus p fidei ſimplicitatem purgato.

¶De reuerſione diſcipulorum, Matth. 11. Luc. 10.

## ARTICVLVS LII.

REuerſi ſunt aũt ſeptuagintaduo cũ gaudio, dicẽtes: Domine, etiam dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videbam ſatanam ſicut fulgur de cælo cadentẽ. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpẽtes & ſcorpiones, & ſuper omnẽ virtutẽ inimici, & nihil vobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quod ſpũs vobis ſubijciuntur. Gaudete autem ꝙ nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis. Luc. 10. P

Oſtendit dominus quod non in temporalium ſucceſſu proſpero, ſed æternorũ deſiderio feruido verum ſit gaudiũ cõſtituendũ. Præmunierat ipſos cõſolatione ſingulari, ne animo forẽt deiecto, ſi qui ipſos nõ audirent, cum talis iniuria non eſſet ipſorum, ſed

tranſiret in deum. Sic & Apoſtolus 1. Theſſ. 4. Itaq; qui hæc ſpernit, non hominẽ ſpernit, ſed deum, qui etiam dedit ſpiritũ ſanctũ ſuum in nobis. Sic & ne glorientur, ſi qui ipſos audiunt, neq; ſublime ſapiant, quum non ſit opus eorum, ſed dei. Sic & hic cum res mire ſucceſſiſſet, reuerſi ſunt cum gaudio, nonnihil vanæ gloriæ concepto. Domine, inquiunt, qui non ſolum terræ & mari dominaris, ſed & dæmonibus: nã & nobis tua gratia ſubijciuntur. Ieſus aũt quo muniret ſuoꝝ animos aduerſus morbum inanis gloriæ, q̃ ſanctis etiam ſolet obrepere, proponit illis exemplũ luciferi, qui ob ſuperbiam à tanta felicitate ſubito deiectus eſſet. Videbam ſatanam, humani generis inimicum, ſicut fulgur
2 celeriter & terribiliter cadentem. Inſignis erat illius dignitas in cælis, & tamẽ ob animi tumorem, ſubito deiectus eſt à ſummis ad ima. Eſa. 14. Quomodo cediſti lucifer qui mane oriebaris? Corruiſti in terrã, qui vulnerabas gentes: qui dicebas in corde tuo, In cælum conſcendam, ſupra aſtra dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo. Verumtamẽ ad infernum detraheris, in profundũ laci. 2. Petri. 2. Si deus angelis peccantibus nõ pepercit, ſed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reſeruari, & originali mundo non pepercit, ſed octauum Noe iuſtitiæ præconem cuſtodiuit, diluuium mundo impiorum inducens, & ciuitates Sodomorum & Gomorræoꝝ in cinerem redigẽs euerſione damnauit, exemplum eorum qui impie acturi ſunt ponẽs, & iuſtum Loth oppreſſum à nefandoꝝ iniuria ac luxurioſa conuerſatione eripuit. (Aſpectu enim & auditu iuſtus erat, habitans inter eos qui de die in diem animam iuſtã iniquis operibus cruciabant. Nouit deus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diẽ iudicij reſeruare cruciandos.) Magis aũt eos, q̃ poſt carnẽ in cõcupiſcẽtia immũditiæ ambulant, dominationem q̃ contemnunt, audaces, ſibi placentes, ſectas nõ metuũt introducere blaſphemantes. Sic Adã eiectus eſt ob ſuperbiam e paradiſo. Gene. 2. Eccl. 10. Initium omnis peccati ſuperbia. Hinc Sauli dicitur 1. Reg. 15. Cum paruulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es. Pro eo quod abieciſti ſermonem domini, abiecit te dominus ne ſis rex. Mea virtute, nõ veſtra poteſtate ſpũs vobis ſubijciuntur. Iob. 41. Non eſt poteſtas ſuper terrã quæ ei cõparari poſſit. Factus eſt enim vt nullum timeret. Nec ſerpentes nocebũt. Marc. 16. Signa eos q̃ in me credũt, hæc ſequẽtur: linguis loquẽtur nouis, ſerpentes tollent, & ſi mortiferum q̃d biberint, nõ eis nocebit. Actuũ. 28. Paulus viperã adhærẽtẽ manui ſuæ, excuſſit in ignẽ. Sed q̃d ſpũs vobis ſubijciunt, nolite gaudere. fient iſta etiam per reprobos. Matth. 7. Multi dicẽt mihi in illa die, domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunq̃ noui vos. Diſcedi-
3 te à me omnes qui operamini iniquitatem. Verum aũt gaudiũ eſt, in cælis ſcribi, & eſſe in memoria dei. Nam eo vos ſubuehet veſtra modeſtia, veraq; ſimplicitas, vnde corruit per arrogantiam lucifer, ſi perſtiteritis in eo quod cœpiſtis. Nouit enim dominus qui ſunt eius: & diſcedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini, 2. Timoth. 2. Hinc Moſi ait Exod. 33. Inueniſti gratiã coram me, & teipſum noui ex nomine. Diabolus decidit e cælo, homines autem qui infra ſunt, ſcribuntur ſupra. Ideo admonet Apoſtolus Philip. 4. Gaudete in domino ſemper: iterum dico, Gaudete. modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus, dñs prope eſt. Nam ipſe ait Exod. 32. Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. Pſal. 68. Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur. Vbi ergo? Hiere. 17. Domine, omnes qui te derelinquũt, confundẽtur: recedẽtes à te, in terra ſcribentur: q̃m dereliquerũt venam aquaꝝ viuentiũ dominũ. Sed quo fine? Apoc. 20. Vidi mortuos magnos & puſillos ſtantes in conſpectu throni. & libri aperti ſunt, & alius liber apertus eſt, qui eſt liber vitæ: & iudicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta ſunt in libris ſecundũ opera eoꝝ: & dedit mare mortuos ſuos, qui in eo erant: & mors & infernus dederũt mortuos ſuos, qui in ipſis erant, & iudicatum eſt de ſingulis ſecundũ opera ipſoꝝ. Et infernus & mors miſſi ſunt in ſtagnũ ignis. Hæc eſt mors ſecũda. & qui nõ inuentus eſt in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis.

Matth. 11 Q In illo tempore reſpondens Ieſus, dixit: Confiteor tibi domine pater cæli & terræ, quia abſcõdiſti hæc a ſapiẽtibus & prudẽtibus, & reuelaſti ea paruulis. Ita pater, quoniam ſic placitum fuit ante te.

Quantũ deo placeat humilis ſimplicitas, ac ſuperba diſpliceat prudentia, oſtẽdit. Chriſtus enim hominum amator integerrimus, de multiplici dono per ipſum à patre hominibus collato electis, vehemẽter gauiſus eſt. Luc. 10. In ipſa hora exultauit in ſpiritu ſancto. Quo

cto. Quo exemplo nos instituit, si quid feliciter cesserit nobis conantibus, exultemus nõ humano affectu, sed gaudio spũali: non nobis arrogantes vllam gloriam, sed gaudẽtes illustrari gloriam dei, gaudentes de profectu proximi. Fructus enim spũs, gaudium, pax charitas. 5. Iohan. 1. Maiorem horum non habeo gratiam, q̃ vt audiam filios meos in veritate ambulare. & Apostolus 2. Cor. 9. Gratias ago deo super inenarrabili dono eius. Charitas siquidem congaudet veritati, 1. Cor. 13. Quàm sæpius legimus sanctos sup victorijs inimicorum dominum collaudasse, quemadmodũ Exod. 15. Tunc cecinit Moses & filij Israel carmẽ hoc domino. Sic Delbora & Barach super occisione Sisaræ, Iudic. 5 Item Iudith de occisione Holofernis, Iudith. 16. Quanto magis hic sup potestate fidelibus data supra inimicũ & eoꝝ profectu? Maxime igitur nobis ad hoc conãdum, vt in omnibus quæ nobis diuina misericordia impartitur donis, ipsum autorem agnoscamus & benemerentem, ne ingratitudinis arguamur. Videmus id in creaturis natura duce p̃stari. volucres cæli suũ creatorem agnoscunt, collaudãt. Hiere. 8. Miluus in cælo cognouit tempus suũ, turtur & hirundo & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus non cognouit iudiciũ domini. Esa. 1. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israel autem non cognouit me, & populus meus nõ intellexit. Sed ingrati spes tanq̃ hybernalis glacies tabescet, & disperiet tanquã aqua superuacua. Sap. 16. Ideo Psal. 102. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiões eius. Eccĩ. 32. Super his omnibus benedicito dominũ qui fecit te, & inebriantem te oĩbus bonis suis. Ephe. 5. Impleamini spũ sancto, loquẽtes vobismetipsis in psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris domino, gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi, deo & patri. Col. 3 Omne quodcunq; facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine dñi nostri Iesu Christi facite, gratias agentes deo & patri per ipsum. Sic Chrũs in patrẽ regerit oĩa. Iohã. 11. Pater, gratias ago tibi, quoniã audisti me. & 8. Ego honorifico patrem meũ, & vos inhonorastis me. Sic hic. Est cõfessio fidei. Roma. 10. Corde creditur ad iustitiã, ore aũt cõfessio fit ad salutem. Matth. 10. Omnis qui cõfitebitur me, corã hominibus, cõfitebor & ego eũ coram patre meo. Peccati. Psal. 31. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiã meã dño, & tu remisisti impietatẽ peccati mei. Iosue. 7. Fili mi, da gloriã dño deo Israel, & cõfitere, atq; indica mihi qd feceris, ne abscondas. Iac. 5. Cõfitemini alterutrũ peccata vestra. Beneficij, Psal. 117. Confitemini dño qm̃ bonus, qm̃ in seculum misericordia eius. & 110. Cõfitebor tibi dñe in toto corde meo. Item. 33. Benedicã dñm in omni tempore, semp laus eius in ore meo. In oĩi tpe dicit, siue prosperitatis, siue aduersitatis, ne simus de ijs Psal. 48. Cõfitebit tibi cũ benefeceris ei. Hinc Rom̃. 5. Gloriamur in spe gloriæ filiorum dei. Nõ solũ aũt, sed & gloriamur in tribulationibus, sciẽtes q̃ tribulatio patientiam operatur, patiẽtia aũt probationẽ, probatio vero spem: spes autẽ nõ confundit, qa charitas dei diffusa est in cordibus nostris p spiritũ sanctum, q datus est nobis. Sic Iob. 1. Dñs dedit, dñs abstulit, sicut dño placuit, ita factũ est. sit nomẽ dñi benedictum, Eccĩ. 51. Confitebor tibi dñe rex, & collaudabo te deũ saluatorẽ meũ. Gratias ago tibi, cui omnis laus, honor & gloria. 1. Timoth. 6. Soli deo honor & gloria. Pater, p æternã generationem, qua me incõmutabiliter genuisti in identitate naturæ ex tua substãtia. Psal. 109. Ex vtero ante luciferꝝ genui. & 2. Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Iohan. 1. Vidimus gloriã eius, gloriã quasi vnigeniti à patre. Per ipsum aũt nos adoptionis filij. Galat. 4. Quando venit plenitudo tẽporis, misit deus filium suũ, factũ ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus Hinc nõ cõfunditur fratres eos vocare, Heb. 2. Iohan. 20. Ascendo ad patrem meũ & patrem vestrũ. Quare nos orare docuit Matt. 6. Pater noster q es in cælis. & 23. Vnus est pater vester q est in cælis. Vnde sequit: Qui dñs es cæli & terræ, cuius sapiẽtia regunditur vniuersa. Psal. 88. Tui sunt cæli, & tua est terra: orbẽ terræ & plenitudinẽ eius tu fundasti. Esa. 66. Cælũ mihi sedes est, terra scabellũ pedũ meoꝝ. Hiere. 23. Cælũ & terrã ego impleo. Psal. 138. Quo ibi à spũ tuo? & quo à facie tua fugiam? si ascẽdero in cælũ, tu illic es: si descẽdero in infernũ, ades. Si sumpsero pẽnas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Etem̃ illuc manus tua deducit me. Sap. 11. Qũo autem posset aliq d permanere, nisi tu voluisses, aut quod à te vocatum non esset, cõseruaretur? Parcis autẽ oĩbus, qm̃ tua sunt domine, q amas animas. & 12. Cũ ergo sis iustus, iuste oĩa disponis. Hinc oramus Matt. 6. Fiat volũtas tua. Nã idem dominus omniũ, diues in oẽs qui inuocãt illum, Rom̃. 10. Hiero. Gratias agit & exultat in patre, q̃ apostolis sui aduẽtus aperuerit sacramẽta, q̃ ignorauerũt scribæ & pharisæi, q sibi sapiẽtes videnť, & in cõspectu suo prudẽtes. Abscondit aũt, non vt inuidens aut vt autor imperitię, sed quia digni non erant, cõ-

fidentes

fidentes in sua sapientia,& ideo nec deum inuocantes:& ex misericordia,ne magis puniantur propter gratiæ collatæ abusum. Iaco.4. Scienti em̃ bonũ facere & non facienti, peccatum est illi.Esa.5.Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes.Hiere.4.Sapientes sunt vt faciant malum,bene autem facere nescierunt. De quibus Iob.5.Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & cõsilium prauorum dissipat.1.Corinth.1.Perdam sapientiam sapientium,& prudentiã prudentium reprobabo. Hinc Iaco.3.Quis sapiens inter vos & disciplinatus? ostẽdat ex bona conuersatiõe operationem suam in mansuetudine sapientiæ.Quod si zelum amarum habetis,& contentiones sunt in cordibus vestris,nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem. non est enim ista sapientia desursum,descendens à patre luminum,sed terrena,animalis,diabolica.Terrena,Luc.16.Filij huius seculi prudentiores filijs lucis sunt in generationib⁹ suis.Sed 1.Corinth.3.Sapientia huius mũdi,stultitia est apud deum.Nam spũ dei caret. Iohan.14.Ego rogabo patrem,& alium paracletum dabit vobis,spiritum veritatis,quẽ mundus non potest accipere,quia non videt eum,nec scit eum. Animalis, Roma.8.Prudentia canis,mors est:prudẽtia aũt spiritus,vita & pax. Quoniam sapientia carnis inimica est deo:legi enim dei non est subiecta,nec enim potest. Galat.5. Caro em̃ concupiscit aduersus spiritũ,& spũs aduersus carnem.Hinc Roma.13.Carnis curam ne feceritis in desideriis,quia Sap.1.In maleuolam animã non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.Dæmoniaca,quũ spiritum Christi non habeat.1.Corinth.2 Nos autem nõ spiritũ huius mũdi accepimus,sed spm̃ qui ex deo est,vt sciamus q̃ à deo donata sunt nobis.Gene.3.Serpens callidior erat cunctis animãtibus. Sed nõ est proprie sapientia,sed astutia,sciens inuenire accommoda media in malum finem.Roma.1.Dicentes se esse sapientes,stulti facti sunt.Ideo admonet Prouer.3.Ne sis sapiens apud temetipsum.Sic Iudæorum sacerdotes & scribæ,occidentem sequentes literam.velamen habent super cor suum,2.Corinth.3.quanq̃ se videntes iactitent, Iohan.9. Nunquid & nos cæci sumus? Sed cæci & duces cæcorum.Matth.15.Ideo admonet Hiere.9.Nõ glorietur sapiens in sapientia sua,nec fortis in fortitudine sua,nec diues in diuitijs suis,sed in hoc glorietur qui gloriatur,scire & nosse me,quia ego sum dominus,qui facio misericordiam & iudicium & iustitiam.Eccl.32. Qui timet deum, accipiet doctrinam eius. Iob.28.Dixit homini,ecce timor domini ipsa est sapientia:& recedere à malo, intelligẽtia.Eccl.1.Radix sapientiæ est timere deum.Hoc est quod admonet Apostolus Roma. 16.Volo vos sapientes esse in bono,& simplices in malo. Gaudebat autem & gratias agebat non de sapientum excæcatione de qua contristabatur.Marc.3.Circunspiciẽs eos in ira, contristatus est super cæcitate cordis eorum, sed de paruulorum illuminatione. Sic Apostolus Roma,6.Gratias deo,quia fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ,in quam traditi estis.Augustinus:Non dixit, stultis & imprudentibus,sed paruulis.Paruuli dicuntur ætate.Esa.9.Paruulus natus est nobis.Imperfectione.Proue.1.Vsquequo paruuli diligitis infantiam? Heb.5.Omnis enim qui lactis est particeps,expers est sermonis iustitiæ.Paruulus enim est.Esa.65.Puer cẽtum annorum morietur,& peccator centum annorum maledictus. Innocentia & simplicitate. 1.Corinth.14.Nolite pueri effici sensibus,sed malitia paruuli estote. Chrysostomus: Docet nos per oñia flatum superbiæ esse fugiendum, & simplicitatem admirandam. 1.Cor.3. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat vt sit sapiens. 1.Corint.1. Quæ enim stulta sunt mundi,elegit deus,vt confundat sapientes. Beda: Nõ ait hebetibus & stultis,vt probet se tumorem damnasse,nõ acumẽ.Est em̃ humilitas clauis scientiq̃ Iaco.4.1.Petr.5.Deus superbis resistit,humilibus aũt dat gratiã.Psal.18.Sapientiã præstans paruulis.Esa.28.Quẽ docebit scientiã? & quẽ intelligere faciet auditũ? Ablactatos à lacte,auulsos ab huberibus.Qui em̃ recedũt à malo concupiscentiæ, carnis,superbiæ,auaritiæ,ij vere sapiẽtes sunt.Chrysost.Sapiẽtia est,nõ eloqa dei scire, sed secũdũ eloquia dei viuere.Sensus em̃ verborũ,maxime ad imitationẽ euãgelicæ refert pfectionis,nõ modo cognitionẽ, qua etiã multi pseudoprophetæ & hæretici multis catholicis doctiores fuere.Veꝝ nõ habuerũt eã reuelationẽ qua benefacerẽt, creatorẽ agnoscerẽt agnitũq̃ colerẽt.Igit abscondita sunt ab eis,qa se nõ accõmodauerunt:& q̃d scribæ & pharisæi quotidie in lege versantes nõ inuenerunt, simplices & piscatores inuenire meruerunt.Matth.13.Vobis datum est nosse mysterium regni dei.Roma.10.Finis em̃ legis Chrũs,ad iustitiã omni credẽti.Luc.11.Væ vobis legisperitis,q tulistis clauẽ scientiq̃ ipsi nõ introistis,& eos q introibãt prohibuistis.Ideo Iac.1.Si qs indiget sapiẽtia,postulet à deo,q dat oĩbus affluẽter,& non improperat,& dabit ei.Aug.Facti huius æqtatem dñs paternæ voluntatis iudicio confirmat,vt qui didignãtur paruuli in deũ fieri,stulti deinceps in

ceps in ſua ſapientia fiant. Sic enim diuino placuit cõſilio, humanam damnare ſapiẽtiã, & per humilitatem euangelicæ doctrinæ bonos ad ſe trahere. Grego. His verbis Chriſti exemplũ humilitatis accipimus, ne temere diſcutere ſuperna cõſilia de aliorum vocatione, aliorumve repulſione p̃ſumamus. Iniuſtum eſſe nõ poteſt, quod placuit iuſto. In cũctis ergo quæ exterius diſponuntur, aperta cauſa rationis, eſt occultæ iuſtitia voluntatis. Hinc Auguſtinus: Quem trahat, quem nõ trahat, quur iſtũ trahat, & illũ non, noli d̃ũdicare, ſi nõ vis errare. Prouer. 25. Sicut qui mel multũ comedit, non eſt ei bonũ: ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimet à gloria. Chryſoſt. Nunq̃ diſcutias cõſilia dei in operibus eius, quid fecit, qua ratione ſic fecit: ſed quomodocunq; rem ſuã voluit ordinare, gratias agẽs, ſufficiat tibi ad teſtimoniũ ipſa dei natura: quia deus ſine ratione, ſine iuſtitia nihil facit. Nõ em̃ iudicem te eſſe voluit actuum ſuor̃, ſed ſeruum præceptor̃ ſuor̃. Boni enim d̃ni eſt, omnia prouidere quæ ad vtilitatẽ pertinẽt ſerui: boni aũt ſerui eſt fideliter operari, & non diſcutere domini ſui actus. Eccl. 3. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed quæ præcepit tibi deus, illa cogita ſemper: & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. Eſt enim humiliter reuerenda, quia inſuperabilis. Pſal. 134. Omnia quæcũq; voluit dominus, fecit in cælo & in terra, in mari & omnibus abyſſis Roma. 9. Voluntati eius quis reſiſtit? Eſa. 46. Cõſilium meũ ſtabit, & omnis voluntas mea fiet. Diligenter adimplenda, quia vtilis. Matth. 7. Qui facit voluntatem patris mei, ipſe intrabit in regnum cælorum. Chryſoſt omus: Hæc eſt via ſalutis optima, vt qui reſpuũt quæ dicuntur, nullo pacto cogantur: vt quoniam vocati nõ obtemperarunt, nec meliores hinc facti ſunt, ſed ſpreuerunt ſalutem, quoniam electi ſunt, reſipiſcere coganr̃, & ſic diligentiores fiant qui crediderunt. Si ergo arrogantia illis obfuit, (nam ignorãtes dei iuſtitiam, & ſuã volentes cõſtituere, iuſtitiæ dei nõ ſunt ſubiecti, Roma. 10.) vos formidate, vt paruulorum ſtatum conſeruetis, nõ ignorantes illud eſſe quod vobis hæc reuelari effecit, cuius cõtrarium illos reuelatione priuauit. Non enim quando dicitur, abſconditi hæc à ſapiẽtibus &c. rem totam deo tribuit, ſed ſicut cum dicit Apoſtolus Roma. 1. quia tradidit illos deus in reprobum ſenſum, & excæcauit, nõ operatum hæc deum fuiſſe aſſerit, ſed illos qui cauſam præbuerunt. Reuelatur enim paruulis, quia per tumorem mentis obſtaculum non ponunt veritati, quod ſuperbis in proprij cordis oculis denegatur. Iohan. 1. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam nõ comprehenderũt. Iohan. 3. Lux venit in mundũ, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Suo ergo vitio excæcantur. Sic ergo excæcat & indurat iuſto ſuo iudicio gratiã ſubtrahendo, ſicut ſol cauſa eſt cõgelationis ſuo receſſu. Ipſe em̃ ait Ezech. 18. Nolo mortẽ peccatoris, ſed magis vt conuertatur & viuat. Vult enim oẽs homines ſaluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire, 1. Timoth. 2. Hinc dedit nobis poteſtatẽ filios dei fieri, Ioh. 1. Bene ergo dicit p̃ Oſe. 13. Perditio tua o Iſrael, tantummodo in me auxilium tuum. Quid eſt ergo quod dominus ait Exod. 33. Roma. 9. Miſerebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit? Sed audi ipſum Ezech. 18. Si autem impius egerit pœnitẽtiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiã, vita viuet & non morietur. Omniũ iniquitatum eius quas operatus eſt, nõ recordabor. Hiere. 18. Ecce ſicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea domus Iſrael. Repẽte loquar aduerſus gentem & aduerſus regnum, vt eradicem, & deſtruam & diſperdã illud. Si pœnitẽtiam egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo quod cogitaui vt facerem ei, & ſubito loquar de gente & regno, vt ædificem & plantem illud. Vnde. 26. Noli ſubtrahere verbũ, ſi forte audiant & cõuertantur, vnuſquiſq; à via ſua mala, & pœniteat me mali, quod cogitaui facere eis propter malitiam ſtudiorum eorum. Audi rurſus & obſerua 4. Reg. 17. Et teſtificatus eſt dominus in Iſrael & in Iuda, per manũ omniũ prophetar̃ & videntium, dicẽs: Reuertimini à viis veſtris peſſimis, & cuſtodite præcepta mea & cæremonias iuxta omnẽ legẽ quam præcepi patribus veſtris, ſicut miſi ad vos in manu ſeruor̃ meorum prophetar̃. Qui nõ audierũt, ſed indurauerunt ceruicem ſuam iuxta ceruicem patrum ſuorum, qui noluerũt obedire domino deo ſuo. Hieremi. 2. Quare dixit populus meus, receſſimus, non veniemus vltra ad te? Zacha. 7. Et noluerunt attendere, & auerterunt ſcapulam recedẽtes, & aures ſuas aggrauarunt ne audirent, & cor ſuum poſuerũt, vt adamantem, ne audirẽt legem & verba, quæ miſit d̃ns exercituum in ſpiritu ſuo ſancto per manum prophetarum priorum. Quare admonet Apoſtolus Heb. 13. Videte fratres, ne forte ſit in aliquo veſtrũ cor malũ incredulitatis diſcedendi à deo viuo, ſed adhortamini voſmetipſos p̃ ſingulos dies, donec hodie cognominat, vt nõ obduretur quis fallacia peccati. Quid clarius dici põt? Hinc Act. 7. ait Stephanus: Dura ceruice & incircũciſi cordibus & auribus, vos ſem

per ſpi-

per ſpiritui ſancto reſtitiſtis,ſicut patres veſtri,ita & vos. Obſerua quod dicit Apoſtolus Roma.9.deum ſuſtinuiſſe vaſa iræ apta in interitum,nõ dicit quod fecerit apta in interitũ.Sic 2.Timoth.2.Cognouit dñs q̃ ſunt eius,& diſcedat ab iniquitate omnis q̃ inuocat nomẽ dñi.In magna aũt domo non ſolũ ſunt vaſa aurea & argentea,ſed & lignea ac fictilia:& quædam quidem in honorem,quædam autem in cõtumeliam. Si q̃s autem emundauerit ſe ab iſtis,erit vas in honorem,ſanctificatũ & vtile domino,ad omne opus bonum paratum.2.Pet.3.Dominus patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Sed Roma.2.Ignoras q̃niam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & cor impœnitens, theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij dei,qui reddet vnicuiq; ſecundum opera ſua.Poteſt & eo referri,vt intelligamus beneplacitum patri, per ſtultitiam crucis, perq; abiectos homines ſubijcere ſibi mũdum,ne quid humana ſapientia turgeat,ne etiam qui abiecti ſunt mundo,deſperent.1.Corinth.1.Nam quia in dei ſapientia nõ cognouit mũdus per ſapientiam deum,placut deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credẽtes Hæc eſt illa voluntas,de qua Romañ.12. Probetis quæ ſit voluntas dei bona, beneplacens & perfecta.

Omnia mihi tradita ſunt a patre meo. Et nemo nouit filiũ niſi pater, neq; patrẽ quis nouit niſi filius,& cui voluerit filius reuelare.

Horũ omniũ bonor̃ pater eſt autor,à quo mihi tradita ſunt omnia. Chryſoſtomus: Tradita ſunt ei omnia,ſecundum quod minoratus eſt ab angelis,Pſal.8.Heb.2.Nam ſecundum illud quod non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo,Philip.2.vnus cum in eo deus & æqualis eſt.Hiero.Non cœlum & terram quæ cõdidit Heb.1.ipſe, ſed hi q̃ per filiũ acceſſum habent ad patrem,& ante rebelles,poſtea deũ ſentire cœperũt.Pſal.2 Poſtula à me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam.Antea Iacob inhabitabat.Eccĩ.24 Et dixit mihi,in Iacob inhabita,& in Iſrael hæreditare.Nunc aũt dedit eũ caput ſuper omnem eccleſiam,quæ eſt corpus ipſius,Ephe.1.Hinc influit membris vitam. Iohan.5. Sicut enim pater ſuſcitat mortuos & viuificat,ſic & filius quos vult viuificat. Iohan.6. Omne quod dat mihi pater,ad me veniet.& Iohan.17.Nunc cognouerunt quia omnia quæ dediſti mihi,abs te ſunt,& mea omnia tua ſunt,& tua mea ſunt. Nihil ergo timendum quum talem habeamus dominum. Matth.28. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.Secundum quod natus eſt à patre,omnia tradita ſunt ei,nõ tanq̃ ſeruo,ſed ſicut filio.Nulli ſit mirum me omnium eſſe dominum,quum & aliud maius poſſim,ſcire & noſſe patrẽ,ſic,vt & alijs reuelare poſſim. Reuelat pater myſteria paruulis, reuelat filius patrem.Hieronymus:Aliud eſt naturæ æqualitate noſſe quod noueris:aliud,reuelantis dignatione.1.Corinth.15.Ex parte cognoſcimus.Iohan.17.Pater iuſte,mũdus te nõ cognouit,ego aũt te cognoui,& hi cognouerunt quia tu me miſiſti: & notũ feci eis nomen tuum,& notum faciam,vt dilectio quia dilexiſti me,in ipſis ſit, & ego in ipſis.Iohan.15.Iam nõ dicam vos ſeruos,q̃a ſeruus neſcit quid faciat dñs eius. Vos aũt dixi amicos,quia omnia quæcunq; audiui à patre meo,nota feci vobis. Sicut ergo de reuelatione qua filius reuelat patrem,teſtimonium habemus. Iohan.17.Pater, manifeſtaui nomen tuũ hominibus quos dediſti mihi,ita & de reuelatione qua pater reuelat filiũ.Matt.16. Beatus es Simon Bariona,quia caro & ſanguis nõ reuelauit tibi,ſed pater meus q̃ in cælis eſt.Non nouerunt quis eſſet filius,qui dicebãt Marc.6.Nonne hic eſt faber,filius Mariæ? Iohan.17.Hæc eſt vita æterna,vt cognoſcãt te ſolũ deum verum & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum.Nõ remouet perſonã,ſed naturam.ſpũs enim ſanctus deus,& cognoſcit quemadmodũ & pater & filius.Nam hi tres vnum ſunt.1.Iohan.5.Noſſe ergo patrẽ,eſt metuere vt deum,diligere vt patrem,& affici.Malac.1.Filius honorat patrem,& ſeruus dominum ſuum.Si ergo pater ego ſum,vbi eſt honor meus? & ſi dominus ego ſum,vbi eſt timor meus? Filium noſſe,eſt imitari.Nam vt filius imago eſt patris,ſic & nos imaginem filij debemus portare.Roma.8.Nam quos præſciuit & prædeſtinauit cõformes fieri imaginis filij ſui,vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. 1.Cor.15. Igitur ſicut portauimus imaginem terreni,portemus & imaginem cæleſtis.

28 Venite ad me oẽs qui laboratis,& onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos,& diſcite a me,quia mitis ſum,& humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris.Iugũ enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.

Hic Ie-

Hic Iesus animo contemplans, quanta esset generis humani calamitas, misericordia motus, inuitat omnes ad se, omnibus solatium ac remedium pollicens vltro, si modo simplici syncerocꝫ pectore sese adeant, & excusso iugo mundi longe miserrimo molestissimocꝫ, iugũ euangelicæ doctrinæ recipiant. Ob id ẽm indicat se venisse proprie, vt leuet, quotquot ex ipso sperant peccati, vel conscientiæ, vel cuiuscunq; mali remedium. Chrysostomus: Non hic vel ille, sed omnes qui curis, doloribus, peccatis laboratis: non quia glorificari me à vobis opus est mihi, sed quia salutem vestrã sitio. Hiere. 9. Vt inique agerent, laborauerunt. Sap. 5. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, ambulauimus vias difficiles, viam aũt domini ignorauimus. Psal. 13. Contritio & infelicitas in vijs eorũ, & viam pacis nõ cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorꝫ. Possunt per laborãtes, Iudæi in operatione mandatorꝫ: per oneratos, gentes onere peccatorꝫ oppressæ intelligi, quos Christus quiescere facit. Credere ẽm & confiteri quis labor, & baptizari? Quomodo autem non quies, quandoquidem & hic nihil solicitum esse oportet, de ijs quæ ante baptismum facta sunt, & alibi quies susceptura est? Laborabant Iudæi sub pædagogia illa & exactore lege innumeris cæremonijs, pondus diei & æstus portantes, Matth. 20. quam pharisæi suis constitutiunculis aggrauarunt. Matth. 23. Alligant onera grauia & importabilia, & ponunt ea in humeros hominum, digito aũt suo nolunt ea mouere. Vnde Petrus Act. 15. Quid tentatis deũ imponere iugũ super ceruices discipulorꝫ, quod neq; nos, neq; patres nostri portare portuerunt? Gala. 3. Christus nos redemit à maledicto legis, factus pro nobis meledictũ, quia scriptũ est Deut. 21. Maledictus omnis qui pendet in ligno, vt in gentibus benedictio Abraæ fieret in Christo Iesu, vt pollicitationem spiritus accipiamus per fidem. De onere peccatorꝫ ait Psal. 37. Qm̃ iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Esa. 58. Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. Ioh. 1. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. 1. Pet. 2. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus, cuius liuore sanati sumus. Hinc ait Ioh. 10. Ego veni vt vitã habeant, & abundãtius habeant. Hierony: Grauia onera peccata testatur. Zach. 5. Hæc est iniquitas eorꝫ in omni terra, & ecce talentũ plumbi. Nullo onere grauius premitur animus, nil tam vehemẽter restringit oculos, nihil magis deijcit atq; prosternit, q̃ malæ actæ vitæ ac peccatorꝫ conscientia: nihil contra sublimiorẽ mentẽ hominis reddit, sicut iustitiæ & virtutis possessio. Psal. 22. Dñs regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Super aquã refectionis educauit me, animã meã conuertit. Vnde admonet Osee. 6. Venite & reuertamur ad dñm. Esa. 21. Conuertimini & venite. Chrysostomus: Non illos vocat, qui omnino nõ concupiscunt facere iustitiã, sed qui festinabãt & laborabant, sed non ꝑualebant. Iaco. 4. Appropinquate deo, & appropinquabit vobis. Ioh. 7. Qui sitit, veniat ad me, & bibat. Ioh. 4. Qui biberit ex hac aqua quã ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ saliẽtis in vitã æternã. Luc. 22. Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnũ, vt edatis & bibatis super mensam meã in regno meo. Nec enim opes, nec honores, nec voluptates huius mundi ꝑstant verã animi tranquillitatem. Habet mundus iugũ suũ prima specie blandũ, sed reuera molestũ & asperũ. Illud excutite, & alacres iugo meo colla vestra submittite. 2. Co. 6. Nolite iugũ ducere cũ infidelibus. Thre. 1. Vigilauit iugũ iniquitatũ meaꝝ in manu eius, s. inimici. Hoc Chrs venit auferre. Esa. 9. Iugũ oneris eius, & virgã humeri eius, & sceptrũ exactoris eius superasti. Esa. 10. Et erit in die illa, auferetur onus eius de humero tuo, & iugũ eius de collo tuo, & cõputrescet iugum à facie olei. Thre. 3. Bonũ est viro cũ portauerit iugũ dñi ab adolescẽtia sua. Sed dñs conqueritur Hiere. 2. A seculo confregisti iugũ meum, coffregisti vincula mea, & dixisti: Non seruiam. Iugũ euangelicũ duos connectit populos. Ephe. 2. Veniens euangelizauit pacẽ vobis qui longe fuistis, & pacẽ his qui prope: qm̃ per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrẽ. Super vos, dicit, non ficut scribæ & pharisæi, qui dicebant & nõ faciebant. Matth. 23. Lucæ. 11. Væ vobis legisperitis, qui oneratis homines oneribus quæ portare nõ possunt, & ipsi vno digito vestro nõ tangitis sarcinas. Chrysost. Seipsum exemplũ vobis posuit, quo acceptior hæc doctrina sua, gratiorq; esset. Quid possim, miraculis declarauit: & tamen nec opes nec honorẽ affecto, neq; quicq̃ omnino ambio, q̃d apud mundũ magnũ & præclarꝫ videtur. Neminẽ, quãuis humilẽ & peccatorẽ, fastidio. Mitis ac mansuetus animus, fons est omnis tranquillitatis humanæ. Ipse aũt tanquã ouis ad occisionẽ ductus est, & quasi agnus corã tondente se obmutuit, & nõ aperuit os suum. Psal. 144. Suauis dñs vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Exinaniuit aũt semetipsum, formã serui accipiens, factus obediens vsq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis. Phil. 2. Obserua q̃d ait, humilis corde. Est ẽm qui nequiter se humiliat, & interiora eius

plena ſunt dolo. Eccl. 19. Humilitas & mititas requiē inueniunt, & imperturbata manēt, ſicut vana gloria nunq̄ quieta, nolens humiliari, & ſemper quærens ſublimari. Chryſoſt. Humilitas virtus eſt, & ſublimioris philoſophiæ mater atq; origo: propterea etiā cum nobis diuina traderet inſtituta, ab humilitate initiū fecit. Matth. 5: Beati pauperes ſpiritu. & hic magnā pollicetur mercedē. Non em̄ alijs ſolum accōmodus atq; vtilis fueris, ſed tibi ipſi firmā ſtabilem q̄ requiem cōpræſtabis. Hiere. 6. State ſuper vias, & videte & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus veſtris. Animabus dicit. Nam ſi carni moleſta videntur, ſpiritui tamen ſuper mel dulcia. Ioh. 16. In mundo preſſurā, in me pacē habebitis. Quemadmodū Chriſtus refrigerat ſuſcipientes iugū ipſius, ſic ſatan ſuos deceptorijs ſeducit oblectamentis, ne à malis deſiſtant. Docuit hactenus quæ ex ipſo diſcere debeamus, nimirū manſuetudinē & humilitatem: docuit tollendū iugum, vt requiē conſequamur conſcientiæ, pergit iam rationē dicti aſſignare. Non eſt, inquit, quod metuatis. iugū meum durū & graue videtur incredulis, ſed ijs qui toto pectore fidunt bonitati diuinæ, qui conceperunt ignē charitatis euangelicæ, molle & commodū, leuis eſt ſarcina mea. Chryſoſt. Conſidera quomodo his omnibus, vt humilitatē præcipue colant, ipſis perſuadet. Primo his quæ ipſe peregit: Diſcite, inquit, à me, deinde magnitudine retributionis, quia inuenietis requiem. Præterea ijs quæ ipſe gratis offert, Ego reficiā vos. Ad hæc, quia facile & ſuaue. Nolite, inquit, onus pertimeſcere. ſuauitatis em̄ eximiæ plenū eſt, & magnitudine p̄mioꝝ leue. Auguſt. Mira res, quomodo ſuaue, cū eos qui intrepida ceruice ſubierint ſarcinā hanc manſuetiſſimis humeris, tantis cernamus agitari procellis mundi, vt nō à laboribus ad quietē, ſed à quiete ad laborē vocati videantur? 2. Tim. 3. Omnes qui pie volunt viuere in Chr̄o Ieſu, perſequutionē patientur. Quare nō magis ait, venite qui vacatis? Nā & vacantes cōducit in vineam, vt ferant æſtū diei, Mat. 20 Vnde Apoſtolus 2. Cor. 6. In omnibus exhibeamus nos ſicut dei miniſtros, in multa patientia &c. Sed ſpiritus ſanctus, qui ex interioris hominis corruptione, interiorē renouat de die in diem, 2. Cor. 4. & guſtata requies ſpiritualis, in affluentia deliciaꝝ dei, in ſpe futuræ beatitudinis, omnia præſentia delinit, & aſpera omnia & grauia releuat. Ro. 8. Non ſunt cōdignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. 2. Cor. 4. Id em̄ quod in præſenti momentaneū eſt leue tribulationis noſtræ, ſupra modū in ſublimitate æternum pondus gloriæ operabitur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ em̄ videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna. Quot pericula & labores in terra & in mari mercatores ſubeunt ſpe lucri temporalis? Secari & vri homines ſuſtinent, vt dolores, non æterni, ſed aliquanto diuturniores, hulceris repimantur. Auguſt. Omnia em̄ ſæua & immania, prorſus facilia & prope nulla facit amor. Rom. 8. Quis nos ſeparabit à charitate dei quæ eſt in Chriſto Ieſu? Tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculū? an perſequutio? an gladius? Sicut ſcriptū eſt Pſal. 43. Quia propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Sed in his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos. Gene. 29. Videbantur (Iacob in ſeruiendo & alijs ſeptem annis pro Rachel) dies pauci præ amoris magnitudine. Duo coniunxit, ſuauitatē & leuitatem, quo alliceretur voluntas. Proinde & apud veteres promiſſionibus carnis allexit plurimos, promittens terrā lacte & melle manantē, Exo. 3. Deut. 8. Verum ijs delicijs carnalibus craſſus ille delectabatur populus, Deute. 28. Qui vero ſpirituales ſunt, has contemnunt, quin etiam aſperitatibus gaudent, penuria & miſerijs deliciantur, id q̄ cæleſtium amore. Quēcunq; em̄ vere iuſtus ille cæleſtiū occupauerit, huic nauſea erit omnis tranſitoria voluptas, huic facile ferre iugū domini. Exemplo ſunt Dauid, Iob, Eſaias, Hieremias &c. exemplo ſunt, qui gaudentes ibant à conſpectu concilij, quoniā digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati, Act. 5. Eſa. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. Hinc Eccl. 23. Nihil dulcius q̄ reſpicere in mandatis domini. 1. Iohan. 5. Mandata eius grauia non ſunt. Imo dulciora ſuper mel & fauum, Pſal. 118. Hierony. In lege multa præcepta ſunt, quæ apoſtolus impleri non poſſe pleniſſime docet, Act. 15. In lege opera requiruntur, quæ qui fecerit, viuet in eis, Deut. 4. In euangelio voluntas quæritur, quæ etiā ſi effectum non habeat, præmium tamen non amittit. Chryſoſt. Si poſt hæc omnia, ardua difficilisq̄ virtus videtur, vide quanto difficilior vitiofitas eſt: quod ipſe occultius ſignificauit, cū antequam de iugo ſuo diceret, præmiſit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, volens oſtendere quantū laborē, quantumq̄ grauamen peccatum hominibus afferat. Ad hæc iugo mortalitatis omnes premimur. Eccl. 40. Occupatio magna creata eſt omnibus hominibus, & iugū graue ſuper filios Adā, à die exitus de ventre matris eoꝝ, vſq; in diem ſepulturæ in matrem omnium.

Et con-

Et conuersus ad discipulos suos, dixit: Beati oculi qui vident quæ vos vi Luc.10
detis. Dico enim vobis, qꝙ multi prophetæ & reges voluerunt videre quę vos R
videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.

Ostendit dñs qꝙ ad salutē necessaria sit fides per dilectionē operans. Solatur aūt suos, qui omnia propter ipsum reliquerant, & multa perpessuri erant: conuersusqꝫ ad eos, gratulatur illis eā felicitatē, quæ negata esset summis viris. Beatos ipsos dicit, & omnes quoque, qui cū fide ipsum in carne ambulātem vident & miracula operantē. Baruch. 3. Post hæc in terris visus est, & cū hominibus conuersatus est. 1. Ioh. 1. Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ. Hinc Simeon gratulabundus ait: Nunc dimittis seruū tuum domine, secundū verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum, Quod parasti ante faciem omnium populoꝝ. Sed sunt qui oculos suos statuerunt declinare in terram, Psal. 16. qui terrena sapiunt, Phil. 3. Nec omnium oculi beati qui ipsum viderunt in carne. Ioh. 15. Nunc autem viderunt & oderunt & me & patrem meum. Sed & videbunt in quē transfixerunt, Ioh. 19. Zach. 12. & Apo. 1. Et videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Sed qui vident sicut apostoli, etiam per fidē. Imo Ioh. 20. Beati qui non viderunt & crediderūt. 1. Cor. 13. Videmus nūc per speculū in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Ioh. 6. Hæc est voluntas patris mei qui misit me, vt omnis qui videt filiū, & credit in eum, non pereat, sed habeat vitā æternam. & 14. Qui diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligā eum, & manifestabo ei meipsum. Cum constet, deū à priscis (sicut Abraam, Gene. 18. Mosi, Exod. 32. qui facie ad faciem dño loquebatur, & Esa. 6. qui vidit dñm sedentē super soliū excelsum, & alijs patribus) visum tēporibus, quid sibi vult quod dicit, Multi reges &c? Sed aliud est, videre per fidē: aliud, per speciē. Viderunt præmemorati per speculū in ænigmate & imagines in subiecta creatura. Omnes enim manifestationes patribus factæ, per angelos peractæ sunt. Act. 7. Hic est qui fuit in ecclesia in solitudine cū angelo, qui loquebatur ei in monte Sinai, & cum patribus vestris. Viderunt ergo oculis fidei & in figuris venturū, quē nos venisse credimus. Ioh. 8. Abraam pater vester exultauit vt videret diē meū: vidit, & gauisus est. Iacob Gene. 28. Vidit in somnis scalam stantē super terrā, & cacumen illius tangens cælū, angelos quoqꝫ dei ascendentes & descendentes per eā, & dñm innixū scalæ. Item. 32. Vidi dñm facie ad faciē, & salua facta est anima mea. Sed non viderunt verbū carnē factū oculis carnis, quod maxime affectabāt. Esa. 64. Vtinā disrumperes cælos & descenderes. Abac. 2. Videbo eū, sed nō modo: quia adhuc visus procul, & apparebit in finē, & non mentietur. Si morā fecerit, expecta illū: quia veniens veniet, & nō tardabit. Ecce qui incredulus est, nō erit recta anima eius in semetipso. Iustus aūt in fide sua viuet. Apostoli viderunt benigne conuersantē, ipsum p̄sentem habētes, cū omni familiaritate & conuictu illi familiarissime adhærētes, quicquid cognoscere voluissent (nō per speculū in ænigmate, nec per angelos vel varias visionū species) dñm interrogādo discebant, quare merito alijs lege beatitudinis p̄feruntur. Virtuose operantem. Ioh. 10. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimoniū perhibent de me. & 14. Alioquin propter opera ipsa credite. Miraculose traffigurantē. Mat. 17 Transfiguratus est ante eos. 2. Pet. 1. Non indoctas fabulas sequuti, notam vobis fecimus dñi nostri Iesu Christi virtutē & p̄scientiam, sed speculatores facti illius magnitudinis. Gaudiose resurgentē. Ioh. 20. Gauisi sunt discipuli viso dño. Gloriose ascendentē. Act. 1. Videntibus illis, eleuatus est. Si ergo ænigma beatificat, (quū diuinitatem Christi non nisi fide videre possent) & regibus & prophetis imprimebat sui desideriū, qꝫ optabile nunc est videre & audire ipsum dñm, in ipsa gloriæ & maiestatis suæ veritate, quam beati amplius non habent in spe, sed in vera iam specie, & secura totius boni fruitione? Esa. 33. Regem in decore suo videbunt.

¶De Samaritano, Luc. 10.

## ARTICVLVS LIII.

ET ecce quidam legisperitus surrexit, tentans illum & dicens: Magister, Luc.10
quid faciendo vitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum: In lege S
quid scriptum? Quomodo legis? Ille respondens, dixit: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus vi-

ribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum ſicut teipſum. Dixitq; illi: Recte reſpondiſti. Hoc fac, & viues.

2 Arrogans fuit legiſperitus iſte, ſuperbus ac doloſus. Opinabatur em̃ q; ex reſponſis ſupplantare dñm poſſet. Hinc ſurrexit vt ab omnibus videretur & audiretur, ac doctus haberetur, ac velut ex intima legis cognitione quæſtionẽ propoſiturus. Ambroſius: Erat verba legis tenens, ſed vim legis ignorãs. Magiſtrũ nominat, quo facilius decipiat. Chryſoſt. Significat ſanctos laudatores, non imitatores, vel curioſos doctores, qui ore quidẽ magna p̃dicant, & opere nec minima ſeruãt. Quid faciendo, ait, quia non auditores legis iuſti ſunt apud deũ, ſed factores legis iuſtificabũtur, Ro. 2. In poſſeſſione aũt vitæ æternæ vera cõſiſtit beatitudo, quæ omnẽ perfectionẽ includit, & imperfectionẽ excludit, Apo. 21. Solus aũt beatus qui vitã æternã poſſidet, cũ ſecuritate non amittendi, quare angeli an te confirmationẽ non fuerunt beati. Dñs tentatorem legis ad legem reducit, in qua mire gloriabatur, vt ſuis verbis ſibi ipſi ſatisfaceret. Quod quæris ex me, inquit, hoc alij debebant ex te diſcere, ſiquidẽ tu legis ſcientiam profiteris. In ea quid ſcriptũ eſt? Reſpondit quæ legerat, non quæ fecerat. Duo fontes emanant ex anima hominis, alter ſcaturit in deum, alter in proximũ: in vtroq; plenitudo legis & perfectio hominis Chriſtiani. Ro. 5. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctũ, qui datus eſt nobis. Eſt aũt deus ſuper omnia diligendus, nec ſatis diligi poteſt. Bernardus: Modus diligendi deum, eſt ſine modo. Quia creator ad eſſe. Malach. 2. Nunquid nõ pater vnus omniũ noſtrum? Nunquid nõ deus vnus creauit nos? Quia conſeruator. Sap. 11. Quomodo aũt poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes? aut quod à te vocatũ non eſſet, conſeruaretur? Quia re creator ad bene eſſe. Iaco. 1. Voluntarie em̃ nos genuit verbo veritatis, vt ſimus initium aliquod creaturæ eius. Ioh. 1. Qui non ex ſanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex deo nati ſunt. &. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnũ dei. Quia glorificator in optimo eſſe. Pſalm. 83. Gratiam & gloriam dabit dñs. In toto corde, id eſt, diligenter, vt omnis affectio & cogitatio tua tendat in ipſum. Prouer. 3. In omnibus vijs tuis cogita illum. &. 23. Fili, præbe mihi cor tuũ. Sed Pſal. 77. Dilexerunt eũ in ore ſuo, & lingua ſua mentiti ſunt ei. Cor aũt eorũ nõ erat rectum cum eo, nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius. Tota anima, ardenter, vt vegetatiua & intellectiua vis in ipſum ordinetur. Cant. 5. Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus loquutus eſt. Pſal. 37. Domine, ante te omne deſiderium meum. Tota mente inceſſanter, vt oratio ſecundum quam ad ſimilitudinem dei creati ſumus, cuius tres ſunt vires, memoria, intellectus & voluntas, in idipſum tendat, vt ſic cogitationes ſint mundæ, affectiones ſanctæ, intentiones in omnibus rectæ. 1. Cor. 10. Siue ergo manducatis ſiue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite. Coloſſ. 3. Omne quodcunq; facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti facite, gratias agentes deo & patri per ipſum. Omnibus viribus conſtanter. Cant. 8. Fortis eſt vt mors dilectio. Non ergo remiſſe, ſed viriliter ex omnibus viribus tam animæ q̃ corporis diligendus, tam intenſiue q̃ extenſiue ſuper omnia. Deut. 8. Caue ne vnquã obliuiſcaris domini dei tui, & negligas mandata eius. Minus ergo eum diligit, qui quicquã cum ipſo diligit, quod non propter ipſum diligit. Hinc ſequitur: Et proximũ tuum ſicut teipſum. In dilectione dei modus non ponitur, ſed proximi, quem eodẽ affectu diligere, quo nos, iubemur. Auguſt. Beatus qui amat te, & amicos in te, & inimicos propter te. Solus em̃ nullũ charum amittit, cui omnes chari ſunt in illo, qui non amittitur. Sic ad eundem finem, id eſt, ad gratiam in præſenti, & gloriam in futuro. Iſidorus: Duo circa dilectionem proximi ſunt obſeruanda, vt beneficij impenſione foueatur, & malitia nulla lædatur. Matth. 7. Omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc eſt enim lex & prophetæ. Tob. 4. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquãdo alteri facias. Et merito, nam omnes fratres ſumus. Matth. 23. Omnes aũt vos fratres eſtis. Malach. 2. Nunquid nõ pater vnus omniũ noſtrũ? Quare ergo vnuſquiſq; deſpicit fratrẽ ſuũ, violans pactum patrũ noſtrorũ? Hinc orare nos docuit Matth. 6. Pater noſter qui es in cælis. Non ſunt ergo dei filij inuidi, ſed diaboli. Ioh. 8. Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis perficere. Sap. 2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarũ, imitantur aũt illum qui ſunt ex parte illius. Eodẽ fonte regenerati, Ioh. 3. Eodem precio redempti, 1. Cor. 6. Empti eſtis precio magno, glorificate & portate deum in corpore veſtro. 1. Petri. 1. Non em̃ corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed precioſo ſanguine, quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati. Eodẽ pabulo recreati. 1. Co. 10. Quoniã vnus panis & vnũ corpus multi ſumus,

omnes

omnes qui de vno pane & de vno calice participamus. Eodem præmio remunerandi. Matth.20. Acceperunt singulos denarios. Iesus responsum approbans ait: Tenes quid sit optimum, nihil supereſt, nisi vt præstes quod intelligis. Id si feceris, viues. 1. Iohan. 3. Non diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate. Neq; enim cognitio legis dat vi tam, sed obseruatio.

Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum. Et quis est meus pro 3
ximus? Suspiciens autem Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Hieru-
salem in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum: & pla
gis impositis, abierunt semiuiuo relicto. Accidit autem, vt sacerdos quidam
descenderet eadem via: & viso illo, prætertit. Similiter & Leuita, cum esset
secus locum, & videret illum, pertransijt. Samaritanus autem quidam iter fa
ciens, venit secus eum: & videns eum, misericordia motus est: & appropians,
alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum: & imponens illum in iu-
mentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit
duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius habe, & quodcunque
supererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi. Quis horum trium videtur
tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit miseri-
cordiam in illum. Et ait illi Iesus: Vade, & tu fac similiter.

Domini responso tactus pharisæus, quoniam tumebat inani gloria, perinde quasi ab-
unde præstitisset præceptum de diligendo deo, quæstionem mouet de proximo, quasi
deum diligeret, qui in proximum immitis ac maleficus esset. Iudæi vero proximum ne-
minem ferme interprerabantur, nisi de suæ gentis hominibus, existimantes sibi fas esse
odisse exteros, nec in hos quicquam conferre beneficij. Vnde responsum domini, quod
erat detectio capitiosæ interrogationis suæ, in sui laudem & gloriam (prout moris est
superborũ) cõuertens quod recte respondisset, volens doctior & iustior apparere, maio
ris fauoris factus est auidus. Saluator vero, quoniam conditor ipse erat, sciens nos om-
nes vnam creaturam, non opibus neq; dignitatibus, sed natura definit proximũ. Ne igi-
tur putes, inquit, quia iustus es, q̃ nullus tibi similis sit: Omnes enim qui eiusdem naturæ
sunt, proximi tui sunt. Sis igitur vicissim tu illis proximus, non loco, sed affectione. Lo-
quuturus dominus de primi hominis casu, suspexit in cælum. Ambrosius: Hiericho, figu
ra huius mundi est, qui vt luna mutatur, in quam de paradiso, hoc est, beatitudine cæle-
stis Hierusalem eiectus Adam, præuaricationis prolapsione descendit ad miserias & de
fectum huius vitæ mutabilis & erroneæ cũ intumescere cœpit, cui non loci, sed morum
mutatio, naturæ suæ fecit exilium. Psal. 48. Homo cũ in honore esset, non intellexit: com
paratus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Et per hoc incidit in latrones
(potestatẽ diaboli transfigurantis se in angelũ lucis, 2. Cor. 11. cum sit angelus noctis.) in
quos non incidisset, nisi ijs, mandati cælestis deuius, se fecisset obnoxium. Qui etiã indu-
menta gratiæ spiritalis, immortalitatis scilicet & innocentiæ, hoc est, iustitiam origina-
lem, auferunt. Vnde protinus hac spoliatus erubuit, faciens sibi perizomata, cui dñs po-
stea tunicas fecit pelliceas, Gene. 3. emittens de paradiso voluptatis. Et plagis, hoc est, na
turalibus vulneratis, per culpam, qua humanæ naturæ integritas violatur, & mors quasi
fossis visceribus inducitur, impositis. Rom. 7. Scio q̃ non est in me, hoc est, in carne mea
bonũ nam velle mihi adiacet, perficere aũt non inuenio. Non em̃ quod volo bonũ, hoc
facio: sed quod odi malũ, hoc ago. Si aũt quod nolo, illud facio: iam non ego operor il-
lud, sed quod habitat in me peccatũ. Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum,
q̃m mihi malũ adiacet. Condelector em̃ legi dei secundũ interiorem hominẽ. Video aũt
aliam legẽ in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege
peccati, quod est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mor
tis huius? Gratia dei per Iesum Christũ. Igitur ego ipse mente seruio legi dei, carne aũt
legi peccati. Gal. 5. Caro em̃ concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.
Hæc em̃ sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunq; vultis, illa faciatis. Abierunt semimor
tuo relicto, ilico perituro, si nemo succurrisset. Nam immortalitatem eruere, sed rationis
sensum abolere non poterant, quin homo deum sapere & cognoscere posset, quia (secun
dum Boethium) mentibus hominum inferta est cognitio veri & amor boni. Psal. 4. Si-

gnatum est super nos lumen vultus tui domine, dedisti lætitiam in corde meo. Habebat autem & ante lapsum, in intellectu lympiditatem, in affectu rectitudinem, in memoria firmitatem, in effectu seu operatiua virtute fortitudinem, in sensu obedientiæ promptitudinem. At per peccatum, intellectus factus est vmbratilis, voluntas vertibilis, memoria labilis, virtus ad stándum debilis, sensus rebellis. O deploranda commutatio conditionis humanæ. Abierunt autem non ab insidijs cessando, sed occultando. Mulierem in serpente aggressus est visibiliter, Gene. 3. nunc autem nos aggreditur inuisibiliter. Psal. 141. In via hac qua ambulabã, absconderunt superbi laqueum mihi. Circuit enim terram & perambulat eam, Iob. 1. Tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, 1. Pet. 5. Sacerdos vero & leuita eadem via descenderunt, quia vna, qua & omnes, mortis conditione, præuaricationis & peccati descenderunt: sed nec sacerdos, qui ob religionis professionem potissimum præstare debuerit dei præceptum, nec leuita, à quo merito quis expectasset obseruationem præcepti diuini, quicquam opis attulit fratri ac populari suo. Lex enim & prophetæ vulnera ostendere, non autem curare potuerunt. Roma. 3. Per legem enim cognitio peccati. Sed nihil ad perfectum adduxit lex, Hebræ. 7. &. 10. Impossibile est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Ideo ingrediens mundum, dicit: Hostiam & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi: holocausto mata & pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi, ecce venio. In capite libri scriptum est de me, vt faciã deus voluntatem tuam. In qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Christi Iesu semel. Samaritanus quidam, vere quidam, quia singularis, qui potuit & voluit. Nam dominus qui venit seruandis omnibus, Luc. 19. Venit em̃ filius hominis quærere & saluum facere quod perierat, aliquando Iudæis probri gratia dictus est Samaritanus. Sed non offendit vniuersas orbis nationes ignominia vocabuli, quum rem nominis experiantur salutarem. Nam Syris sonat custos. Psal. 114. Custodiens paruulos dominus. &. 144. Custodit dñs omnes diligentes se. Erat nimirũ verus pastor, qui nihil è suis perire patiebatur. Iter faciens, Iohan. 16. Exiui à patre, & veni in mundũ. Grego. Propter nos homo factus, iter præsentis vitæ arripuit. Non autem descendit eadẽ viã. Quia peccatũ non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. 1. Pet. 2. Descendens e cælo, visere saucium dignatus est, quoq; facilius opitulari posset, assumpta hominis natura accessit proxime ad hominẽ, videns ac visus, ac misertus nostræ calamitatis, Heb. 2. Vnde debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret & fidelis pontifex ad deum, vt repropiciaret delicta populi. Alligauit vulnera. Matth. 9. Non est valentibus opus medico, sed male habentibus. Col. 2. Et vos cum mortui essetis in delictis, conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta, delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci. Alligat & quotidie præceptis suis, infundens vinũ compunctionis terrore iudicij. Psal. 59. Potasti nos vino cõpunctionis. Matth. 3. Omnis arbor quæ nõ facit fructũ bonũ excidetur, & in ignem mittetur, & oleũ consolationis, spem veniæ pœnitentibus promittendo. Matth. 3. Pœnitentiã agite, appropinquabit regnũ cælorũ. Iumento sauciũ imposuit. Nam ouẽ perditã humeris imposuit, & gaudens domũ reportauit, Luc. 15. 1. Pet. 2. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignũ. Tunc aũt quilibet super iumentũ imponitur dñi, & in stabulũ ducitur, cũ ad baptismũ veniens, fidẽ sanctæ trinitatis percipit, & in societatẽ sanctæ ecclesiæ collocatur. Est em̃ stabulũ, diuersoriũ meritoriũ, vbi viatores suas deponũt sarcinas, & animalia reficiunt. Sic in ecclesia peccatorũ deponũtur onera, & reficiunt, lassi pabulo verbi diuini, quò nullus ingreditur nisi ductu Chri, vt dicit Beda. Curã egit personaliter, qui nullũ peccatorẽ quãuis humilẽ & abiectũ auersatus est, fidẽ suã, fideiq; dogmata dando, ne æger p̃cepta quæ acceperat, dimitteret. Sed non vacat Samaritano nostro diu in terra manere, redeundũ erat vnde venerat. Itaq; altera die. i. post resurrectionẽ suã, qñ amplior æternæ lucis splendor, q̃ ante passionẽ effulsit in mundo, (Prima em̃ dies incarnationis erat, quãdo sedẽtibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis, Esa. 9.) protulit duos denarios. i. duo testamenta. Vnius em̃ regis imaginẽ vtraq; tenent, nẽpe ꝑ eloquia dei sint. Mat. 13. Oñis scriba doctus in regno cælorũ, similis est homini patrifamllias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Hinc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, Luc. 24. Habet em̃ hospites suos quibus ipse proficiscens in cælũ, sauciũ curandũ cõmittit, promisso in cælis p̃mio, si quid ex abundãtia charitatis supra q̃ præceptũ erat, impẽderint sanãdo misero, Ioh. 21. Pasce oues meas. 1. Pet. 5. Pascite qui in vobis est gregẽ dñi. 1. Cor. 3. Vnusquisq; aũt propriã mercedẽ accipiet, secundum suum laborẽ. Reddet aũt quando dicet illud Mat. 25. Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te cõstituã, intra in gaudiũ dñi tui. Adaptat aũt dñs parabolã, dicẽs: Vade, & tu fac

tu fac similiter, alludens quæstioni factæ: Quid faciendo? Vtrunq; præceptum impleuit, qui in Christo & deum diligit super omnia, & hominem optime meritum vt seipsum. Diligitur autem in membris suis, in quibus & offenditur, & afficitur ignominia. Matth.25. Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Docet itaq; nos, vt parati simus ad misericordiam, & conemur esse proximi ijs, qui indigent nostro subsidio.

¶ De ministerio Marthæ, Lucæ.10.

## ARTICVLVS LIIII.

FActum est autem dum irent, & ipse intrauit in quoddam castellum, & Luc.10
mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam, & hu T
ic erat soror nomine Maria. Quæ etiam sedens secus pedes domini, au diebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium.

Ostendit dominus quòd in primis animarum cura habenda sit, sicq; naturæ necessitas curanda, ne salus negligatur æterna. Ibat dominus omnium pedes, ouem quærens perditam. Augustinus: Sic susceptus est dominus tanquam hospes, qui in sua propria venit, & sui eum non receperunt: sed quotquot receperunt, ex alienigenis licet, dedit eis potestatem filios dei fieri, Iohan.1. adoptans seruos, & fratres faciens: redimens captiuos, & cohæredes faciens. Felices qui dominum in carne susscipere meruerunt: nec minus felices, qui nunc in membris susscipiunt. Matth.25. Hospes fui, & susscepistis me. Felicissimi qui per fidem, quoniam in fine ab ipso in æterna susscipientur tabernacula. Matth.25. Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Ephesio.3. Flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtutem corroborari per spiritum eius in interiore homine, Christum habitare per fidem in cordibus vestris. Nam vita si aliquando fuerat iniqua, ipso intrante aufugit, & remanent duæ vitæ innocentes, laboriosa & ociosa, inter eas medius est fons vitæ. Intrauit castellum, hoc est, Bethaniam. Iohan.11. Erat quidam languens Lazarus à Bethania, de castello Mariæ & Marthæ sororum eius. Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius Mariam & Lazarum. Par ergo erat vtrique pietas in dominum, sed diuersa vitæ ratio, diuersa pietatis functio: quemadmodum in vno corpore sunt vsus membrorum varij. Ita & in corpore Iesu, quod est ecclesia, varia sunt dona spiritus. Nam Maria feriata à negocijs domesticis, assidebat ad pedes domini Iesu humiliter, audiens sermones illius diligenter, quibus adeo rapiebatur, vt oblita cæterorum, non posset auelli. Psalmo.72. Mihi autem adhærere deo bonum est, ponere in domino deo spem meam. Et.84. Audiam quid loquatur in me dominus deus meus, quoniam loquetur pacem in plebem suam. Lucæ.11. Beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud. Contra, Martha solicita de apparatu conuiuij, sursum ac deorsum cursitabat, tumultuabatur, ne quid omnium deesset, quæ ad suauiter excipiendum dominum eiusq; discipulos pertinebant. Eadem charitas habebat vtranque, ambæ dilectæ à domino. Prouerb.8. Ego diligentes me, diligo. Martha solicita quomodo dominum pasceret, Maria vero quomodo à domino pasceretur. Psalmo.33. Gustate & videte quoniam suauis est dominus. Et.118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Hinc sponsa Cantic.5. Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Nam Hiere.23. Nunquid non verba mea quasi ignis, dicit dominus, & quasi malleus cõterens petras? Si tantæ virtutis in ore seruorum, quid in ore domini?

Quæ stetit & ait: Domine, non est tibi curæ, quod soror mea reliquit me a
solam ministrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet. Et respondens, dixit illi dominus: Martha Martha, solicita es, & turbaris erga plurima. Porro, vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

Martha ergo cum ægre sufficeret omnibus obeundis quæ pertinebant ad apparatum, & videret sororem feriatam assidentem ad pedes Iesu, non expostulat cum sorore, quã sciebat auelli non posse, sed Iesum subincusat, qui illam suis sermonibus à necessaria functione remoraretur. Exspersona illorum loquitur, qui adhuc diuinæ contemplationis ignari, solum quod didicere fraternæ dilectionis opus, deo placitum ducunt: ideoq; cunctos q deo deuoti esse volunt, huic mãcipandos autumant. Maria aũt causam suam iudici

Christo committit, tacens, interna dulcedine alloquij Christi refecta. Qui in ocio viuunt contemplationis, à solo deo pendere debent, sedentes secus pedes eius, quo ad stabilitatem, & profundam humilitatem. Threno. 2. Sedebit solitarius, & tacebit, & leuabit se sup per se. Osee. 2. Et ducam eam in solitudinem, loquar ad cor eius. Quanto humilius sedet, tanto amplius capit. Aqua enim confluit de montibus & collibus ad conualles. sic deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. 1. Petr. 5. Eccl. 3. Quanto magnus es, humiliare in omnibus, & coram deo inuenies gratiam. Qui in negotio actionis multum rebus occupati terrenis, impliciti & distracti viuunt, pijs tamen, vt sunt opera misericordiæ, iustitiæ, reifamiliaris, honestæ occupationis, & similia, Marthæ negocium agunt. Dominus autem delectatus vtriusque fœminæ affectu, Marthæ sedulitatem non improbat, nec obiurgat obmurmurantem sorori, sed Mariam subleuat. Martha Martha, inquit, solicita es. Augustinus: Repetitio nominis, indicium est dilectionis, aut forte mouendæ attentionis. Cæterum vnum est necessarium, quod semper agendum erat, si liceret. Augustinus: Vnum illud supernum, vbi pater & filius & spiritus sanctus sunt vnum, ipsa trinitas vnus deus. 1. Iohan. 5. Et hi tres vnum sunt. Ad hoc vnum nos non perducit, nisi multi habeamus cor vnum, & animam vnam. Actu. 4. Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Et dominus Iohan. 17. Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos. 1. Cor. 10, Quoniam vnus panis & vnũ corpus multi sumus, omnes qui de vno pane, & de vno calice participamus. Roma. 12. Multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Ideo. 1. Cor. 1. Obsecro autẽ vos fratres, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodẽ sensu, & in eadem scientia. Philippẽ. 2. Vnanimes, idipsum sentientes, nihil per contentionem, vel inanem gloriam. Qui autem adhæret deo, vnus spiritus est cum illo. 1. Cor. 6. 1. Iohan. 4. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Martha ergo turbabatur circa temporalia & corporalia administranda, quæ occupatio licet fuerit bona, & actus prudentiæ, misericordiæ, & liberalitatis, ex charitate imperialiter procedens, nihilominus tamen frequenter stabilitatem & pacem mentis in deo perturbat, diminuit, & interrumpit. Optimam vero partem Maria elegit, quę oblita eorum quæ sunt corporis, tota est in his quæ sunt animi. Quæ non auferetur ab ea, sed augebitur in hac vita, & perficietur in alia vita. 1. Cor. 13. Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Apoc. 14. Beati mortui, qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Opera enim illorum sequunt illos. Nam absterget deus omnẽ lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierũt. Et dixit qui sedebat in throno, ecce noua facio oẽia. Apocalyp. 21. Ecce pars Marthæ quæ aufertur. Non autem dominus hospitalitatem prohibet, sed distractionem & turbationem. Magna enim hospitalitatis virtus, id quod Martha oẽdit, & nõ reijciendam: maior autẽ, attendere verbis magis spiritualibus. Per illam em corpus pascitur, per hoc anima, viuificatur. Eatenus ergo hospitalitas in veneratione est, quatenus non abstrahit nos à magis necessarijs. Sic Iob. 31. Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit. Sic Abraam in foribus tabernaculi aduentum hospitum obseruans, ad manendum inuitabat, Gene. 18. Sic & Loth Gene. 19. Hebr. 13. Hospitalitatem nolite obliuisci, per hanc enim placuerunt quidam, angelis hospitio receptis. 1. Pet. 4. Hospitales inuicem sine murmuratione. Et merito. Matth. 18. Qui suscipit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. Matth. 10. Quicunque potum dederit vni ex minimis istis, calicem aquę frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Quum ordinatione ecclesiæ (quæ spiritu sancto regitur. Iohan. 14. Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum spiritum veritatis. Vnde & columna dicitur & firmamentum veritatis. 1. Timoth. 3.) hoc euangeliũ in assumptiõis gloriosæ virginis matris dñi Mariæ festo in ecclesia legat, hinc nõ incõuenienter ipsi aptari pt, quæ vtriusq; vitæ energiam summe habuit. Vnde Anselmus: Castellum dicitur quælibet turris & murus in circuitu eius, quæ duo inuicem ita se defendunt, vt hostes per murum ab arce, & à muro per arcem arceantur. Sic Maria turrim habens humilitatis, & murum virginitatis, nec superbiam habuit virginitatis, nec inquinationem humilitatis, sed semper in ea mansit & humilis virginitas, & virginalis humilitas. Nam angelo filiũ promittenti, de virginitate solicita, ait Luc. 1. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Sic audito, ꝙ filium dei salua virginitate paritura esset, respõdit: Ecce ancilla domini. Et, quia respexit humilitatem ancillæ suæ. O sublimis virgo, mater dei, O humilis mater, ancilla dei. Quid sublimius esset potest? qd humilius de se sentire

potuit?

potuit? Porta per quam intrauit Iesus, fides est, Luc. 1. Beata quæ credidisti, quoniam perficientur in te quæ dicta sunt tibi à domino. Nec quia intrauit castellum hoc Iesus, violatum est. Iesus enim saluat, non violat: confracta solidat, non cõfringit solida. Ezech. 44. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transiet per eam, quoniam dominus deus Israel ingressus est per eam. Nihil ergo iuris inimicus vnquam habuit in hoc castello. Nam fomes radicatur in carne, & ascendit vsque ad mentem, sicut conqueritur Apostolus Romañ. 7. Scio ꝙ non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Nam velle mihi adiacet, perficere autem non inuenio. Hinc omnes natura eramus filij iræ. Ephe. 2. sicut & cæteri. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei, Romañ. 3. Legimus autem Hiere. 1. Priusquàm te formarem in vtero, noui te: & antequàm exires de vulua, sanctificaui te, & prophetam in gentibus dedi te. De Iohanne Gabriel angelus ait Lucæ. 1. Et spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Nam nemo mundus à sorde, nec infans cuius est vnius diei vita super terram, Iob. 15. Rationem Dauid assignat Psal. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Si ergo Hieremias propheta in gentibus futurus, in vulua sanctificatus, Iohannes præcursor domini spiritu sancto in vtero repletus, quid de castello in quod receptus dominus, imo de quo suscepit, quod pro salute omniũ in cruce dependit? Psal. 45. Fluminis impetus lętificat ciuitatẽ dei, sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Deus in medio eius non commouebitur, adiuuabit eam deus mane diluculo. Vere mane diluculo. In prima enim eius sanctificatione, collata est ei tanta gratia perfectionis, vt eam præseruaret ab omni peccato, & redundaret in eius sensualitatem in tanta abundantia, vt fomitem adeo reprimeret, ꝙ nullum effectum ad incitandum ad malum haberet. In secunda in qua spiritus sanctus non tantum descendit in mentem, sed etiam in carnem, cum de carne operatus est carnem sine macula, reliquam ipsius carnem reddens immaculatam, extirpando fomitem, & omnem concupiscentiam. Videamus nunc in ea partem Marthæ. Non enim erat in ipsa gratia dei vacua. 1. Corinthio. 15. dei gratia sum, ait Apostolus ibidem. Nec erat domus vacans & superficietenus ornata, Matth. 12. Siquidem in vtero concepit & fouit. Hiere. 31. Nouum creauit dominus super terram, fœmina circundabit virum. Esaiæ. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Vnde dicere potuit illud Ecclesiast. 24. Et qui creauit me, requieuit in taberuaculo meo. Lactauit infantem. Hinc spiritus sanctus per os mulieris Lucæ. 11. Beatus venter qui te portauit, & hubera quæ suxisti. Pannis inuoluit, Lucæ. 2. Duxit & reduxit angelo monente in Aegyptum, Matt. 2. Dolorose triduo quæsiuit absentem, Lucæ. 2. Subsecuta est prædicantem. Vidit morientem Iohan. 19. Stabat iuxta crucem Iesu mater eius. Hic fuit gladius de quo sanctus ille Simeon Lucæ. 2. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Sicut ergo compassa ita & conglorificata, Ro. 8. 2. Tim. 2. Nam & si cõmortui sumus, & cõuiuemus: si sustinebimus, & cõregnabimus. Vos estis (ait dñs discipulis) q permãsistis mecũ in tẽtatiõibus meis: & ego dispono vobis sicut disposuit mihi pr̃ meus, regnũ, vt edatis & bibatis sup mẽsam meã in regno meo, Lucæ. 22. Ipsa nunquam defuit patienti. Qualis autem Mariæ pars in ea? O quàm magna multitudo dulcedinis dei fuit in ea, quando spiritu sancto superuenente, & virtute altissimi obumbrante, ipsum dei filium concepit. Quid de deo non sapiebat, in qua sapientia dei latebat, & in cuius vtero sibi corpus aptabat? Christus enim dei sapientia, & dei virtus. 1. Corinth. 1. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ dei reconditi, Colosseñ. 2. Hæc conseruabat omnia verba, angelorum, pastorum, magorum, aliorumq; iustorum, necnon ipsius filij, conferens in corde suo, Lucæ. 2. 1. Corinthio. 7. Mulier innupta & virgo cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. Quis vnquam gustauit & vidit quàm suauis est dominus? Psal. 33. Inebriabatur enim ab habertate domus dei, & torrente voluptatis eius potabatur, Psalmo. 35. Nec mirum, quoniam apud eam, imo in ea erat fons vitæ, de quo manabat tanta perfectio vtriusq; vitæ. Pars autem ei aufertur Marthæ, sed bono suo: quia pars Mariæ in ea perficitur, quæ non auferetur. Est enim contemplatio per fidem, quædam contemplationis inchoatio per speciem habendæ in patria. Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. O felix visio, videre non solum corporis Christi claritatem, (qua conspecta, Petrus, omnium quæ in cælis siue in terris sunt oblitus, ait Mat. 17. Domine, bonum est nos hic esse.) sed & deitatis. 1. Iohã. 3. Videbimus eum sicuti est. Vere oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoïs ascendit, quæ præparauit deus diligẽtibus se. 1. Cor. 2. Quid ergo gignẽti, & q̃d certum est sup oẽs diligenti? Ioh. 14. In domo patris mei, ait dñs, mãsiões multæ sunt. 1. Cor. 15. Stella differt à stella in claritate. Alia claritas solis, alia claritas lunę, alia claritas stellarum.

Et dño

Et domino teste, Matth.13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Qua ergo gloria in cælis ista virgo colitur, quæ domino cæli præbuit hospitium sui sanctissimi corporis? Exaltata est super choros angelorum, In bonis repletum est desiderium suum, à filio susceptа comitãtibus angelis. Lazarum legimus ab angelis deportatum in sinum Abraæ, Lucæ.16. Adfuere angeli domino nato, Lucæ.2. Mulieribus ipso rediuiuo, Matthæi.28. Discipulis ascendente ipso, Actu.1. Quis hæsitet quin arcam fœderis, domini templum, sacrarium spiritus sancti, cum iubilo in domum deduxerint Dauid? 2. Re.6. Quin & filius festiuis illã amplexibus, vt matrem, & talem matrem decuit, iuxta se in throno collocauit, 3. Regum .2. Famulo de ergastulo carnis egressuro conspicuum se præbuit, Actu.7. Ecce videocælos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis dei. Hinc promisit Iohan.14. Iterum veniam, & assumã vos ad meipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis. Iohan.12. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. Quo honore? Iohan.17. Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum, vt videant claritatem meã, quam dedisti mihi. Videt ergo deum facie ad faciem, gaudet cum filio in æternum.

¶De doctrina orationis, Lucæ.11.

## ARTICVLVS LV.

Luc.11 V

ET factum est, cum esset in quodam loco orans, vt cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, sicut docuit Iohannes discipulos suos. Et ait illis: Cũ oratis, dicite: Pater, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem.

Est precatio veluti purissima victima religionis euangelicæ, ad quam dominus frequẽter secessit, suosq; discipulos cõsuefecit. Est em precatio secretus ille cõgressus, qua mens humana, discussis omnibus curis & phantasmatibus rerum terrenarũ, veluti subuecta in cælum, cum deo miscet colloquium. Quòd post orationem discipulum dominus instruxit, petentem formam & modum orandi, ostẽdit orationẽ non interrumpendam. Quem autem Iohannes suis discipulis modum dederit orandi, scriptum non est, quemadmodum & alia. Lucæ.3. Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo. Potuit autem fieri, vt diuersis locis & temporibus, & diuersis personis eandem orationis proponeret formã sicut & alia. Cum ergo multis verbis docuisset suos, Christianorũ precationem nec oportere ad ostentationem paratam esse, nec de rebus quibuslibet, præscripsit huiusmodi formam, quomodo & quid petendum sit ostendendens.

Vide supra.1. ar.26.v.3.

Luc.11. X

Et ait ad illos: Quis vestrũ habebit amicũ, & ibit ad illũ media nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum, & ille deintus respondens, dicat: Noli mihi molestus esse, iam enim ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubiculo, non possum surgere, & dare tibi. Et ille si perseuerauerit pulsans, dico vobis, & si non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios.

Pijssimus deus preces constanter & indefinenter ac feruide factas non despicit. Vnde quo magis excitaret suos ad instantiam orandi, & impetrandi fiduciam adderet, adiecit huiusmodi parabolam. Quàm exorabilis, inquit, sit deus, natura beneficus erga filios suos, ex vobisipsis coniecturam facite. Amicum, verum, non fictum. Eccl.6. Est amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulatiõis. Est em amicus socius mensæ, & non pmanebit in die necessitatis. Eccl.37. Sodalis amico cõdolet causa ventris. Nullus autem ficamicus vt Chrus, qui est primus in aduẽtu, & vltimus in recessu. Ineffabili em modo deus creaturis rõnalibus pueniendo factus est amicus. Oĩa em diligit, & nihil odit eorũ quæ fe-

quæ fecit. Sap. 11. Ideo rependẽdo velimus esse fidi amici eius, vtpote à quo vtriusq; vitæ necessaria emolumenta poterimus sortiri. Est em̃ amicus liberalissimus non solum sua, sed & seipsum dando. Iohan. 15. Maiorem hac dilectionẽ nemo habet, vt animam̃ suam ponat quis pro amicis suis. Ephe. 5. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Fidelissimus, Eccl. 6. Amicus fidelis protectio fortis, qui inuenit illum, inuenit thesaurum. Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti, contra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis, qui metuunt dominum, inuenient illum. Hiere. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Pijssimus, Eccl. 22. Mittens lapidem in volatilia, deijciet illa: sic q̃ conuiciat̃ amico, dissoluit amicitiã. Ad amicum si produxeris gladium, non desperes. Est enim regressus ad amicum. Si aperuerit os triste, non timeas. Est enim concordatio, excepto conuicio, & improperio, & superbia, & mysterij reuelatione, & plaga dolosa. In his omnibus effugiet amicus. Ipse autem omnem offensam condonat, quoniam non sumus soluendo. Luc. 7. Non habentibus vnde redderent, donauit vtriusq;. Hunc ergo accedere debemus affectu fideli. Heb. 4. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Psal. 33. Accedite ad eum & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. Iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum, & ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum. Iaco. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum. Vnde Psal. 83. Gratiam & gloriam dabit dominus. Esa. 45. Ego dominus & non alter, formans lucem, & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum. Ego dominus faciens omnia hæc. Deus iustus & saluans non est absq; me. Conuertimini ad me omnes fines terræ, & salui eritis, quia ego deus & non alius. Hinc Hiere. 17. Sana me domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero. Ideo admonet Apostolus Roma. 5. Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad deum, per dominum nostrũ Iesum Christum, per quẽ accessum habemus per fidem in gratiam istam, in qua stamus. Ephe. 2. Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem. Sed heu quoties nobis aditum obcludimus? Esa. 59. Ecce non est abbreuiata manus domini, vt saluare nequeat: neq; aggrauata est auris eius, vt non exaudiat: sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciẽ eius à vobis ne exaudiret, manus em̃ vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate: labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatẽ fatur, non est qui inuocet iustitiam, neq; est qui iudicet vere. Threñ. 3. Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio. Psal. 65. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus. Esa. 1. Cũ extenderitis manus vestras, auertã faciem meam à vobis: & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus em̃ vestræ sanguine plenæ sunt. Quid ergo? Nunquid desperandum? Nequaquàm. Nam iubet vt amicos faciamus de mammona iniquitatis, vt cum defecerimus, recipiant nos in æterna tabernacula. Luc. 16. Iussit & pro inimicis orare. Mat. 5. Orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Sic Gene. 20. Dixit dñs Abimelech regi Geraræ: Redde viro suo vxorem, & orabit pro te, quia propheta est, & viues. Num̃. 16. Stetit Aaron inter viuos & mortuos, deprecans pro populo, & plaga cessauit. Fuerunt autẽ qui percussi. 14700. absq; his, qui perierunt in seditione Chore. Sed & amicis Iob dñs ait Iob. 42. Sumite vobis septem tauros, & septẽ arietes, & ite ad seruum meũ Iob, & offeret holocaustum pro vobis. Iob autẽ seruus meus orabit pro vobis, faciẽ eius suscipiã, vt non imputetur vobis stultitia. Sic Apostolus Ro. 10. Fratres, voluntas quidẽ cordis mei, & obsecratio ad deum, fit pro illis ad salutẽ. Hoc est, Iudæis adhuc incredulis. Quẽadmodũ ergo ex charitate pro alijs orare tenemur, ita ex humilitate alioꝝ suffragia postulare possumus. Rom̃. 15. Obsecro ergo vos fratres, per dñm nostrum Iesum Christum, & per charitatẽ sancti spũs, vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad deum, vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa, & obsequij mei oblatio accepta fiat in Hierl'm sanctis, vt veniam ad vos in gaudio, per voluntatem dei, vt refrigerer vobiscum. Phil'. 1. Scio enim, q̃ hoc mihi proueniet ad salutem per vestrã orationem. Col'. 4. Orationi instate, vigilantes in eo in gratiaꝝ actione, orantes simul & pro nobis, vt deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi. Et Act. 12. Petrus quidẽ seruabatur in carcere, oratio autẽ fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo. Legimus sanctoꝝ patrum meritis defunctorum, viuis beneficia præstitisse. Pœnam relaxando. Exo. 33. Cerno q̃ populus iste duræ ceruicis sit, dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, faciamq; te in gentẽ magnã. Moses aũt orabat dñm deũ suũ, dicẽs: Recordare dñe Abraã, Isaac & Iacob seruoꝝ tuoꝝ, q̃bus iurasti p̃ temetip̃m. Placatusq; est dñs, ne faceret malũ, quod locutus fuit aduersus populũ suum.

Deute. 9.

Deutero.9.Idem.3.Reg.11.Factum est igitur in tpe illo vt Hieroboam egrederet de Hierusalem,& inueniret eum Ahias Silonites propheta in via opertus pallio nouo.Erant autem duo tantum in agro,Apprehendensq; Ahias pallium suum nouum quo erat cooperatus,scidit in duodecim partes, & ait ad Hieroboam: Tolle tibi decem scissuras. Hæc enim dicit dominus deus Israel: Ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decē tribus.Porro,vna tribus remanebit ei propter seruum Dauid,quem elegi, qui custodiuit mandata mea,& præcepta mea.Sic & bonum conferendo. Gene.26. Apparuit dominus Isaac in Bersabee,d.Benedicam tibi,& multiplicabo semen tuum,propter seruum meum Abraam,Iacob benedicens filijs Ioseph,ait,Gene.48. Deus,in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraam & Isaac,benedicat pueris istis,&inuocetur super eos nomen meum,nominā quoq; patrum meorum,Abraham & Isaac.Legimus nihilominus,&pro nobis orare.2.Macha.15. dictum fuit Iudæ Machabæo: Hic est fratrum amator,& populi Israel,hic est qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate, Hieremias prophe ta dei.Sic angeli nedum preces nostras domino offerunt, Tob.12.Quando orabas cum lachrymis,ego obtuli orationem tuam domino,sed & pro nobis interpellant, Zacha.1.Respondit angelus domini,& dixit:Domine exercituum, vsquequo tu non misereberis Hierusalem,&vrbium Iuda quibus iratus es? Et respondit dominus angelo qui loquebatur in me,verba bona,verba consolatoria.Iob.33.Si fuerit pro eo angelus loquens vnus de millibus,vt annunciet hominis æquitatem,miserebitur eius,& dicet,libera eum,vt non descē dat in corrptionem,inueni in quo ei propicier.Claret igitur, diuoꝝ implorare suffragia, diuinæ non derogare maiestati,à qua habent si quid præstant.Non enim vt dominos,sed vt dñi famulos & amicos ipsos inuocamus. Quid ē media nocte? Tribulatiōe,tentatiōe, & multiplici peccati ruina.Esa.28. Tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui. Osee.6.In tribulatione sua mane consurgent ad me. Esa.26. Anima mea desiderauit te in nocte,sed & spiritus meus in præcordijs meis.Notantur hic conditionis bonæ orationis. Prima,vt sit fidelis.Nam Iaco.4.dicitur:Petitis,& non accipitis,eo q̄ male petatis. Vnde hic dicit:Ibit ad eū,fidutialiter scilicet.Heb.11.Accedentē ad deū,oportet credere qa est,& q̄ inquirentibus se remunerator sit.Iaco.1.Si quis indiget sapientia,postulet à deo, qui dat omnibus affluenter,& non improperat,& dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hæsitans.Qui enim hęsitat,similis est fluctui maris,qui à vento mouetur & circunfertur. Non ergo æstimet homo ille,q̄ accipiat aliquid à domino,Marc.11.Quæcunq; orantes, petitis,credite,quia accipietis,& eueniet vobis.Sic cæcis ait Mat.9. Secundum fidem vestram fiat vobis.Et aperti sunt oculi eorum.Secunda,Cordialis.& dicet illi.Phi.4.Nihil soliciti fitis,sed in omni oratione & obsecratione,cum gratiarum actione,petitiones vestræ innotescant apud deum.Psal.9.Desiderium pauperum exaudiuit dominus,præparationem cordis eorum audiuit auris tua.Sic Mosi tacenti,& in terra iacēti ait dñs Exo.14. Quid clamas ad me? Vocalis ēm oratio, ad mentalem excitandā & inflāmandā ordinata & inquantū iuuat,vsitāda,nisi p̄cepta fuerit.1.Cor.14.Orabo spū,orabo & mente:psallā spū,psallam & mente.Alioqui dicit de nobis,Mat.15. Populus hic labijs me honorat,cor autem eoꝝ longe est à me,Osee.7.Et non clamauerunt ad me in corde suo,sed vlulabāt in cubilibus suis.Ideo orat Psal.140.Dirigat dñe oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.Tertia,Virtualis,Amice. Augustinus: Amor est primū donum,in quo omnia bona donant. Ideo in exordio precis nomen amici præmittit , quum charitas ratio sit impetrandi,Amice qui nunquàm deseris.1.Iohan.4.In hoc est charitas dei,non quasi nos dilexerimus deum,sed quoniam ipse prior dilexit nos.Hinc Iudę ait Mat.26.Amice,ad quid venisti? Curandum ergo vt nos amici simus per vitam virtuosam. Iohan.15. Vos amici mei estis,si feceritis quæ præcipio vobis.Luc.6.Quid autem vocatis me,dñe dñe,& non facitis quæ dico? Tob.12.Bona est oratio cum ieiunio. Eccl.7. Exorare & facere eleemosynam ne despicias.Contra Proue.21.Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis,& ipse clamabit,& non exaudietur.Prouer.28.Qui declinat aures suas ne audiat legem,oratio eius erit execrabilis.Patet in Antiocho.2.Macha.9,Orabat hic sceleſtus dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus. Et dominus ait Hiere.7. Tu ergo noli orare pro populo hoc,nec assumas pro eis laudē quia non exaudiā te. Et.11. Tu ergo noli orare pro populo hoc,nec assumas pro eis laudem & orationē, quia nō exaudiam in tpe clamoris eorum ad me,in tempore afflictionis.Et.14. Noli orare pro populo isto in bono. Cum ieiunauerint,non exaudiam preces eorum:& si obtulerint holocaustomata,& victimas,non suscipiam ea.Manasses qui multis malis irritauit dominū,vt impleret etiam Hierusalem sanguine prophetarum vsq; ad os,postquàm coangustatus est,orauit dñm deum suum,& egit pœnitentiā valde coram deo patrū suoꝝ,Deprecatusq; est eū,& obsecrauit & exau-

Suffragia diuorum approbā tur.

Oratiōis bonæ conditiones 2

& exaudiuit orationẽ eius, reduxitq; eum dominus in Hierusalem in regnũ suum, & cognouit Manasses q dominus ipse esset deus. Sic Niniuitæ pœnitentes & orantes, misericordia dei non sunt subuersi, Ionæ. 3. Quarta, Humilis. Nam indigentiam suã manifesta re non erubuit. Commoda, ait, mihi. Hæc defuit pharisæo Luc. 18. Hinc Iudit. 9. Nec superbi tibi placuerunt ab initio, humilium ac mansuetorũ tibi semper placuit deprecatio. Psal. 36. Subditus esto deo & ora eum. Vnde nos docuit Matth. 6. Fiat voluntas tua. Sic ipse Luc. 22. positis genubus orabat: Pater, si vis, transfer calicẽ istum à me. Veruntamẽ non mea voluntas, sed tua fiat. Sic Magi procidentes, puerũ adorauerũt, Mat. 2. Eccl. 35 Oratio humiliantis se, nubes penetrabit: & donec propinquet, non consolabitur: & non discedet, donec altissimus aspiciat. Quinta, Vtilis, Tres panes. Filij Israel in malũ suũ petierunt carnes. Nume. 11. Adhuc carnes erãt in dẽtibus eorũ, nec defecerat huiusmodi cibus, & ecce furor dñi concitatus in populũ, percussit eum plaga magna. Confessum regni petentes filij Zebedæi, reprehensi audierunt: Nescitis quid petatis, Matth. 20. Auguſt. Tria sunt genera bonorum. Infima quæ sunt temporalia, hæc sub conditione & moderamine petenda. Prouer. 30. Mendicitatẽ & diuitias ne dederis mihi, tribue tantũ victui meo necessaria, ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam, quis est dominus? aut egestate compulsus, furer & periurem nomẽ dei mei. Auguſt. Quum à deo petis temporalia, cum modo pete & timore: illi cõmitte, vt si profint, det: si sciat obesse, non det. Quid enim profit vel obsit, nouit medicus, non ægrotus. Media sunt spiritualia, vt virtutes & dona spiritus sancti. Suprema, æterna sunt, hæc absq; conditione petenda. Bonũ ergo temporale petẽdũ in subsidium, spirituale in meritũ, cæleste in præmiũ. Chryſoſt. Illa pete à deo, q̃ tibi magis expediunt, & deũ magis decet p̃stare, & te accipere. Si aũt semper petis terrena, aut difficile impetras, aut forte non impetras. Quomodo enim illa præstabit libẽter, quæ si habes, admonet vt contemnas? Panes ergo petit, non corporales quibus corpus, sed spirituales, quibus pascitur anima. Intelligentiã trinitatis, qua p̃sentis vitæ consolãtur labores. Vel fides qua intellectus, spes qua irascibilis, charitas qua concupiscibilis pascitur, vt intelligã, diligã, & faciam. Eccl. 15. Cibauit illũ pane vitæ & intellectus. Iohan. 4. Meus (inquit seruator) cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me. Hoc cibo reficitur corpus, anima & spiritus, ne pereant. Necessitatis insinuat causam. Bernar. Ego qui dem amicum ad me venientem, non alium existimo, q̃ meipsum: quippe quum charior mihi nemo, nemo mihi germanior q̃ ego mihiipsi. Sed hic quoties ad terrena quærẽda & mundana tractãda vagatur, toties à nobis recedit animus. Hiere. 31. Vsquequo deliciis dissolueris filia vaga? Mat. 6. Vbi thesaurus tuus est, ibi & cor tuũ erit. Reducitur aũt tribulatione. Osee. 2. Ecce ego sepiam viam tuã spinis, sepiam eã maceria, & semitas suas non inueniet, & sequetur amatores suos & nõ apprehendet eos, & quæret eos, & nõ inueniet, & dicet: Reuertar ad virũ meũ priorem, quia bene mihi erat tunc magis q̃ nunc, & hæc nescíui. Aut inedia. Luc. 15. Et cũ cœpisset egere, in se reuersus, dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundãt panibus, & ego hic fame pereo? Surgã & ibo ad patrẽ meũ. Sic animus viam vitiorũ sequutus ac voluntatis propriæ, nõ satiatus volitis, neq; refectus obtentis, ad animi ianuã & rationis cõuertitur, cælesti alimonia refici desiderãs, cũ in se reuersus, superna cœperit atq; cælestia meditari, ac spũalia. Esa. 46. Redite p̃uaricatores ad cor. Non aũt venit de via quæ Chr̃s est, direxisset enim eũ in viam salutis & pacis, Lu. 1. sed de via perditionis. Sap. 5. Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligẽtiæ nõ est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis & perditiõis, & ambulauimus vias difficiles, viam aũt dñi ignorauimus. Quid nobis profuit superbia nostra? diuitiarũ iactãtia q̃d cõtulit nobis? Transierũt oĩa illa tanq̃ vmbra, & tanq̃ nũcius p̃currens. Et non habeo. 1. Cor. 4. Quid enim habes q̃d nõ accepisti? 2. Cor. 3. Non q sufficientes simus cogitare aliquid à nobis tanq̃ ex nobis, sed omnis nostra sufficientia ex deo est. Ioh. 15. Sine me nihil potestis facere. Hinc Apo. 3. Dicis q̃a diues sum, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser & miserabilis & pauper, & cæcus & nudus. Ex nobisipsis neque tentationibus obsistere, neq; curare quæ dei sunt possumus. Deus aũt omnia implens, animabus nostris illabitur, intusq; eas occulta inspiratione alloquitur. Psal. 84. Audiã quid loquatur in me dñs deus. Christus intus, nos de foris: sed exibit, vt introducat nos ad nuptias, Mat. 25. Noli mihi molestus esse. More loquitur humano dñs in scripturis, intelligentiæ nostræ debilitati cõdescendens. Sic Esa. 1. Laboraui sustinens, facta sunt mihi molesta. Esa. 7. Nunquid parum est molestos vos esse hominibus, quia molesti estis & deo meo? Difficulter exaudit, quia minus sumus idonei. Mat. 15. Non est bonũ sumere panem filiorũ & dare canibus. Auguſt. Differt dare, vt amplius desideres dilatũ, nec vilescat cito datũ. Clauditur ostiũ per peccatũ. Ioh. 10. Ego sum ostiũ. Threñ. 3. Nos inique egimus,

Bona quo tuplicia.

propterea inexorabilis factus es. Sed pœnitentiæ humilitate aperitur. Act. 10. Angelus ait Cornelio: Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderũt in memoriã in cõspectu dei. Attamen erat gentilis, sed timens deum, faciens eleemosynas, & deprecans deũ semper. Pueri sunt, qui per virtutẽ facti sunt filij dei, & recumbunt & quiescunt cum, imo in deo. Apo. 14. Amodo iã dicit spũs, vt requiescãt à laboribus suis. Heb. 2. Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi deus. De quibus Mat. 18. Nisi efficiamini sicut paruuli, nõ intrabitis in regnũ cælorũ. Nam. 1. Cor. 14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Quia puer centum annorũ morietur, & peccator centum annorũ maledictus. Sexta, vt sit stabilis. Si em̃ perseuerauerit, nec pudore victus, nec tædio fatigatus, nec desperatione fractus, tamesi nõ surgat eo ꝙ amicus est. Virtus em̃ amicitiæ quãdoq; torpescit in amicis. 1. Ioh. 3. Filioli, non diligamus verbo & lingua, sed opere & veritate. improbitate tamen victus, dabit quotquot habet necessarios, nõ ad voluptatẽ, sed necessitatẽ. Quod amicus ergo egens faceret apud amicum hominem, hoc multo magis vnusquisq; audeat facere apud benignũ deum patrẽ, cui grata est talis importunitas, & qui dando exhauriri non potest. Eccl. 18. Nõ impediaris orare semper, & ne verearis vsq; ad mortẽ iustificari, qm̃ merces dei manet in æternũ. Luc. 18. Oportet semper orare & nunq̃ deficere. Rationem adijcit Petrus, 1. Pet. 5. Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanq̃ leo rugiens circuit quærens quẽ deuoret. Matth. 26. Orate, ne intretis in tentationem. Quo aũt grauior instat tentatio, eo *anxius orandũ. Vnde dñs Luc. 22. Factus in agonia, prolixius orabat. Multum aũt valet deprecatio iusti assidua. Helias homo erat similis nobis passibilis, & oratione orauit, vt nõ plueret super terrã: & non pluit annos tres & menses tres. Et rursus orauit, & cælũ dedit pluuiam, & terra dedit fructũ suũ, Iaco. 5. 3. Reg. 17. Si iusti, quid iustorũ? Matth. 18. Si duo ex vobis consenserint super terrã, de omni re quãcunq; petierint, fiet illis à patre meo qui in cælis est. Sic Iudith. 6. Cõuocatus omnis populus per totã noctẽ intra ecclesiã orauerunt, petẽtes auxiliũ à deo Israel. Hinc processiones & venerabilis sacramẽti deportatio. Si ad arcæ deportationẽ, in qua nõ erat nisi vrna aurea habẽs manna, & virga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ testamẽti, Heb. 9. aquæ Iordanis steterunt, Iosue. 3. & 4. muri Hiericho corruerũt, Iosue. 6. hostes cõterriti, 1. Regũ. 4. & plagati, 1. Reg. 5. & 6. ad cuius p̃sentiã responsa dabãtur, Exo. 25. quanto magis hic, quũ præsentẽ habeamus eũ, qui cũ patre exaudit, & opitulatur, necnon apud patrem pro nobis interpellat? Ro. 8. Christus Iesus qui mortuus est, imo qui & resurrexit, qui est ad dexteram dei, qui & interpellat pro nobis. 1. Iohan. 2. Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum.

3 Et ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Quis autẽ ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidẽ dabit illi? Aut piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum, nunquid pro ouo scorpionem porriget illi? Si ergo vos quum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester cælestis de cælo dabit spiritum bonum petentibus se?

Ab hoc igitur votis petendũ, si quo indigemus. Quærite, ait, si quid ignoratis: & inuenietis afflatu spũs paterni, quod humano spiritu percipi nõ poterat. Pulsate precibus, addendo eleemosynas in proximos. August. Petite fide, quærite spe, pulsate charitate. Beda: Pensandũ quia regnũ cælorũ nõ ociosis & vacãtibus, sed petẽtibus, quærẽtibus, pulsantibus, dandũ, inueniendũ & aperiendũ esse testat. Petẽda est ergo regni ianua orãdo, quærẽda viuẽdo, pulsanda perseuerẽdo. Nõ em̃ sufficit verbis tantũmodo rogare dñm, si non etiam quærimus diligẽter qualiter nobis sit viuendũ, vt digni simus impetrare quæ poscimus. Matth. 7. Non oĩs qui dicit mihi, dñe dñe, intrabit in regnũ cælorũ: sed qui facit voluntatẽ patris mei qui in cælis est. Neq; aliquid prodest bona inchoasse, si non studeat quisq; bona quæ inchoauerat, vsq; ad finem firmũ perducere: quin imo melius erat non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionẽ retrorsum conuerti, 2. Pet. 2. Apud hominem nonnunquã incassum fundũtur preces, vel quia non potest p̃stare quod rogatur, vel quia nõ vult. Verum apud deum, quisquis petit, accipit. Nouit quæ cõducant ad salutem æternam, hæc libenter donat rogatus. Quid em̃ petendum, Psalm. 26. indicat, d. Vnam petij à domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo dñi, in longitudine dierũ.

Beati

Beatī em̄ qui habitant in domo tua domine, in secula seculoꝝ laudabunt te, Psal.83. Ad hoc omnis nostra dirigenda petitio. Tob.4. Pete à domino vt vias tuas dirigat. Nam Hiere.10. Non est hominis via eius, neq; viri vt ambulet & dirigat gressus suos. Hinc Psal.118. Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas. Delectare ergo in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Psal.36. Desiderium enim suum iustis dabitur, Prouer.10. Desiderium vero peccatorum peribit, Psal.111. Quærenti. Psal.9. Quoniam non dereliquisti quærentes te domine. Quid quærendum, dominus insinuat Mat. 6. Quærite primum regnum dei, & iustitiam eius, & hæc omnia (ad victum & vestitum pertinentia) adiḡcientur vobis. Regnum autem dei & iustitiam eius quærere, est patriæ cælestis dona desiderare, & quibus iustitiæ meritis ad hęc peruenīaī, indesinenter perquirere. Hier.29. Cū quæsieritis me in toto corde vestro, inueniar à vobis, dicit dñs. Psal.68 Quærite dñm, & viuet anima vestra. Pulsanti, ostium gratiæ aperietur. Apoc.3. Qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Veniet aūt tēpus quando nemini aperietur. Mat.25. Quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias: & clausa est ianua. Nouissime vero veniunt & reliquæ virgines, dicētes: Domine domine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Luc.13. Cum aūt intrauerit paterfamilias, & clauserit ostium, incipietis foris stare & pulsare ad ostium, dicentes: dñe dñe, aperi nobis. Et respondēs, dicet vobis: Nescio vos vnde sitis. Hinc 2. Cor.6 Hortamur ne in vacuū gratiam dei recipiatis. ait em̄: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Quod si per errorem rogaretur noxia, pro beneficio duceret negare quod male peteretur, sed pro optatis daret salutaria. Sicut em̄ panis, pisces & ouū, sunt hominis cibus, ita & petitiones nostræ vtiles esse debent nobis, alioqui nō dabitur nobis. Si ergo quis à patre cælesti petierit panē charitatis, piscē perfectæ fidei, ouum spei, dabit ei non contraria, sed remouebit ab eo lapidē obdurationis, serpentē infidelitatis, & scorpionē desperationis. Beda: Quia in cōparatione diuinæ bonitatis, omnis creatura esse mala probatur, dicente dño Marc.10. Nemo bonus nisi solus deus. Est em̄ in nobis malū pœnæ, est & culpæ: quia ab infantia sensus & cogitatio ad malū prona sunt, Gene.8. & Iob.25. Ecce stellæ nō sunt mundæ in cōspectu eius, quāto magis homo putredo, & filius hominis vermis? Si ergo pater carnalis nō dat malū petenti bonū, multo minus pater cælestis, qui essentialiter bonus est, & à quo omne bonū, Iaco.1. Et quia summe bonus, ideo summe cōmunicatiuus: & quia pater, habet ad filios beneuolentiā: quia vester, habet de vobis diligentiam: quia in cælis, habet in dando sufficientiā. Beda: Spiritū bonū petentibus, dandū à patre pollicetur: quia siue fidē, spem, charitatē, siue quælibet bona cælestia desideramus adipisci, non aliter nobis hęc q̄ per spūs sancti donū tribuuntur. Psal.50. Cor mundū crea in me deus, & spiritū rectum innoua in visceribus meis. Quia si non interiora spiritus dñi rectus impleuerit, cor in nobis mundū vnde est non habebit. Petamus ergo deū patrem, vt spiritus sui gratia nos in viam rectæ fidei, quæ per dilectionem operatur, inducat: & vt optata mereamur percipere, taliter viuere studeamus, ne tanto patre simus indigni. Psal.142. Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectā. Sap.7. Inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ. Est em̄ deus in omni opere suo summe misericors & iustus: & quia misericors, ideo libētissime cōdescendit humanæ miseriæ per infusionē suæ gratiæ: quia vero simul cū hoc iustus est, ideo donū perfectū non dat nisi desideranti, nō dat grām nisi regratianti, nō impendit misericordiam nisi miseriam suā recognoscenti. vt salua sit libertas arbitrij, & nō vilescat nobilitas doni, & integer perseueret cultus honoris dei.

Regnū dei quærere, quid.

¶De traditionibus pharisæorum, Luc.11.

## ARTICVLVS LVI.

Luc.11. Y

ET cum loqueretur, rogauit eum quidam pharisæus, vt pranderet apud se. Et ingressus, recubuit. Pharisæus autem cœpit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium. Et ait dominus ad illum: Nunc vos pharisæi quod deforis est calicis & catini, mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate. Stulti, nonne qui fecit quod deforis est, etiam quod intus est fecit? Veruntamen quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.

Seruator qui peccatores venit ſanare & informare, non recuſauit, quanquã phariſæorum non ignoraret liuorem, propter iſtucipſum ꝙ mali erant & correctioni indigebant. Quum ergo dominus accubuiſſet illotus præter morem phariſæorꝫ, Marc.7. Phariſæi eñ & omnes Iudæi niſi crebro lauerint manus, non manducant, male habuit phariſæũ. Stulti enim putabant, ꝙ cum corpore quando baptizabatur & lauabatur, ſimul & anima purgaretur. Dominus non ad verba, ſed cogitata reſpondit, quo ſe deum, cordis ſecreta rimantem oſtendit. Prouer.24. Qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit. Atqꝫ exemplo perſuadet eis, ꝙ ſicut nulla quidẽ vtilitas, extrinſecus mundũ eſſe poculum, intrinſecus aũt plenum ſordibus: ſic neqꝫ ſi corpus baptizetur, anima aũt plena ſit omni immunditia. Vera puritas in animi ſita eſt innocentia. Vos lauatis res extrarias, & nihil ad verã pietatem facientes, atqꝫ interior & potior veſtri pars illota, ſcatet ſordibus deo abominandis. Inſinuat duplici eos laborare morbo, auaritia per rapinã, inuidia & quæ ex inuidia proueniunt per malitiã, & ſic vitijs contra deũ & proximũ. O ſtulti peruerſiqꝫ iudicij. Nonne qui condidit corpus, quod multa cura dignaris, idem condidit & animã? Itaqꝫ ſi puritas vſqueadeo cordi eſt, oportebat totũ hominem purum facere. 2. Cor.7. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationẽ in timore dei. Vt ſapientiſſimus medicus, poſt increpationẽ rigoroſam adiungit informationẽ benignã, infundens oleũ & vinũ. Inſinuauerat duplici eos laborare morbo, auaritia per rapinã, inuidia aũt per malitiam, vno remedio eleemoſynæ vtrunqꝫ ſanat, quæ prima eſt filia charitatis deificãtis. Si eñ adfuerit dilectio, vbi manebit auaritia & inuidia? Vel exprobratiue accipi poteſt, vt ſit ſenſus: Sed interim vobiſipſis blandimini quaſi abunde puris, ſi corpus & vaſa ſubinde lauetis aqua, & animũ fraudibus, rapinis, odio, liuore, ambitione, cæteriſqꝫ vitijs inquinatũ, purgetis eleemoſyna, quã cum ad oſtentationẽ faciatis, tamen arbitramini ſufficere ad ſummam animi munditiem.

¶De confricatione ſpicarum, Matth.12. Marc.2. Luc.6.

## ARTICVLVS LVII.

Mat.12 Z

IN illo tempore abiit Ieſus per ſata ſabbato. diſcipuli autem eius eſurientes, cœperunt vellere ſpicas, & manducare. Phariſæi aũt videntes, dixerunt ei: Ecce diſcipuli tui faciunt, quod non licet eis ſabbatis. At ille dixit eis: Non legiſtis quid fecerit Dauid, quando eſurijt & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domum dei, & panes propoſitionis comedit, quos nõ licebat ei edere, neqꝫ his qui cum eo erant, niſi ſolis ſacerdotibus? Aut non legiſtis in lege, quia ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum violant, & ſine crimine ſunt? Dico autem vobis, quia templo maior eſt hic. Si aũtem ſciretis qd eſt, miſericordiam volo, & non ſacrificium, nunquam condemnaſſetis innocentes. Dominus enim eſt, filius hominis, & ſabbati.

Luc.6. Factum eſt aũt in ſabbato ſecundo primo. Iudæi omne feſtum, ſabbatum nominabant. Sabbatum eñ quies dicitur. Sæpe aũt occurrebat feſtum in paraſceue, & vocabant paraſceue ſabbatum, propter feſtum: deinde quod proprie eſt ſabbatum, nominabant ſecundo primum, eo ꝙ ſequatur feſtum & ſabbatum quod præceſſerat. Hieronymus: Diſcipuli ob nimiam populi importunitatem, nec veſcendi locum habebant, ideo quaſi homines eſuriebant. Quod autem ſpicas ſegetum vellicabant vt inediam conſolarentur, vitæ auſterioris indicium eſt, non præparatas epulas, ſed cibos ſimpliciores quærentium. Phariſæi vndiqꝫ captantes calumniandi materiam, naturalem paſſionẽ arguũt, quum ipſi grauius peccent. Luc.6. Quidam aũt phariſæorꝫ dicebant illis: Quid facitis qd non licet in ſabbatis? Quemadmodum autem diſcipulorum probitas commendat præceptorem, ita malefacta ſolent his imputari qui inſtituerunt, hinc & dominũ aggrediuntur, volentes culpã in ipſum retorquere. Dominus vero ſic patrocinatus eſt ſuis diſcipulis, vt legis Moſaicæ peritos ex ipſa lege refelleret, pro ſua manſuetudine docens, qui reprehendi meruerant, obiiciens exemplũ ex lege non cuiuſlibet, ſed eius quẽ ipſi habebãt in primis probatũ & inculpatũ Dauid, qui nihil cõmotus, neqꝫ templi religione, neqꝫ legis interdicto, vetãtes quenq; attingere panes illos, pter ſacerdotes, idqꝫ tantiſper donec in tẽplo verſantes ſacris operarẽtur. Hieron. Non dubitauit panes dari, ſi mundi eſſent, melius arbitratus, propheta dicẽte Oſee.6. miſericordiam volo, & nõ ſacrificiũ, de famis

periculo

periculo homines liberare, q̃ deo offerre ſacrificiũ. Obſerua quod 1. Reg. 21. dicitur, non habeo laicos panes, ſed ſanctos: ſi mundi ſunt pueri, maxime à mulieribus, manducent. Quia alienus nõ comedit ex eis, quũ & cibũ deſiderabiliũ Chriſtus cũ apoſtolis manducat, Luc. 22. Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcũ. Mundos ergo eſſe cõgruit ſacros à mulieribus, ꝙ peccata carnis maioris ſint infamiæ & immũditiæ. 1. Cor. 6. Qui fornicatur, in corpus ſuũ peccat. 1. Theſſ. 4. Hæc eſt volũtas dei, ſanctificatio veſtra, vt ſciat vnuſquiſq; veſtrũ vas ſuũ poſſidere in ſanctificatione & honore. Non deſpicarũ cõfricatione, quod licebat, Deut. 23. Si intraueris ſegetẽ amici tui, franges ſpicas, & manu cõteres, falce aũt non metes. ſed ſabbati violatione accuſabãt. Sed p̃cepta talia diſpenſationẽ recipiebãt & interpretationẽ. Bernardus: Non ſum tã rudis, vt ignorẽ vos diſpenſatores eſſe poſitos, ſed in ædificationẽ, nõ in deſtructionẽ, 2. Cor. 10. Vbi ergo vrget neceſſitas, excuſabilis eſt diſpenſatio: vbi vtilitas prouocat, laudabilis eſt: vtilitas inquã communis, non propria. Ait ergo: Hoc ſi neſcitis eſſe ſcriptum, aut ſi non meminiſtis, qua fronte profitemini ſcientiam legis? Si ſcitis ac meminiſtis, cur in ſimili cauſa Abiathar & Dauid abſoluitis, atq; etiã probatis, meos vt nefarij ſceleris reos defertis? Si tantum tribuitur ſacrificio, vt qui illi ſeruit, impune violet ſabbatũ, operando manualiter, quur nõ & illũ habetis excuſatũ, qui neceſſitati cõſulit naturæ, neceſſario beneficio ſubleuans proximũ die ſabbati, quandoquidẽ hoc ſacrificiũ deus ſibi fatetur pluris eſſe, q̃ ſi quis immolet pecudẽ? Vos legis peritiã profitemini, & tamen in lege ſcriptũ eſt, quod ſi vere intelligeretis, nunq̃ ob rem leuẽ & nulli noxiã, culpaſſetis innocentes. Hilarius: Opus ſalutis noſtræ nõ in ſacrificio, ſed in miſericordia eſt: & lege ceſſante, in miſericordia ſaluamur: cuius rei donũ ſi intellexiſſent, nunq̃ condemnaſſent apoſtolos, quos inſimulaturi erãt trãſgreſſæ legis. Marc. 2. Et dicebat eis: Sabbatũ propter hominẽ factũ eſt, nõ homo propter ſabbatũ. Illud ergo ſcitote, & habetote pro certo, q̃d filius hoĩs, q dñs eſt omniũ, Apo. 19. Habet in veſtimento & in femore ſuo ſcriptum, Rex regũ & dñs dominantium, dominus eſt etiam ſabbati. Etenim qui condidit ſabbatum, abrogare poteſt ſabbatum. Doctrinam habemus non iudicandi alios.

¶De ſanatione manus aridæ, Matth. 12. Marc. 3. Luc. 6.

## ARTICVLVS LVIII.

ET cum inde tranſiſſet, venit in ſynagogam eorũ. Et ecce homo manum habens aridam. & interrogabant eum, dicẽtes: Si licet ſabbatis curare? Vt accuſarent eum. Ipſe aũt dixit illis: Quis erit ex vobis homo qui habet ouem vnã, & ſi ceciderit hæc ſabbatis in foueam, nonne tenebit & leuabit eam? Quãto magis melior eſt homo oue? Itaq; licet ſabbatis benefacere. Mat. 12. A

Luc. 6. Factũ eſt aũt & in alio ſabbato, vt intraret in ſynagogã, & doceret, obtulit ſe rurſum, & dño benefaciendi, & phariſæis calumniandi occaſio. O malitiã phariſæorum, oculatã ad calumniandũ benefacta Chriſti: cæcã, ad intelligendũ doctrinã cæleſtẽ. Luc. 6. Et erat ibi homo, & manus eius dextra erat arida. Obſeruabant aũt eũ ſcribæ & phariſæi, ſi in ſabbato curaret, vt inuenirent vnde accuſarẽt eũ. Hierony. Quia deſtructionem ſabbati quã phariſæi in diſcipulis arguebãt, probabili exemplo excuſauerat, ipſum calumniari volunt: vt ſi nõ curaret, crudelitatis aut imbecillitatis: ſi curauerit, tranſgreſſionis accuſarent, quũ facti teſtẽ haberent multitudinẽ. Luc. 6. Ipſe vero ſciebat cogitationes eorum. Et ait homini qui habebat manũ aridã: Surge & ſta in mediũ. & ſurgens, ſtetit. Nihil quidẽ rogabat miſer, verũ hoc ipſum erat rogare miſerabili, venire in conſpectũ miſericordis Ieſu. Cõpellat ergo hominẽ cui manus erat manca, quo palam faceret omnibus, phariſæorũ calumniã non ex religione proficiſci, ſed ex inuidia: & quo vitiũ eſſet omnibus conſpicuũ, iuſſit ſtare in mediũ. Luc. 6. Ait aũt ad illos Ieſus: Interrogo vos, ſi licet ſabbatis benefacere, an malefacere? animam ſaluam facere, an perdere? Hic dominus non prodidit quidem populo malitioſas ipſorum cogitationes, ſed interrogatione perculit illorum conſcientias, dicens: Libens à vobis didicerim, qui profitemini legis ſcientiam, vtrũ liceat ſabbato iuuare proximum, an potius deſerere proximum in calamitate, cui poſſis ſubuenire? Hieronymus: Sic ſoluit quæſtionem, vt interrogantes auaritiæ condemnaret. Marc. 3. At illi tacebant. Non enim fallebat illos, quò tenderet hæc cornuta quæſtio. Tacentibus illis, Ieſus ipſe collato exemplo ſoluebat nodum quæſtionis. Si tãtum apud vos

valet auaritia, vt malitis violare ſabbatum, quàm vnam pecudem interire, rebus veſtris conſulentes: quanto magis hoc debet impetrare charitas, vt proximum qui longe melior eſt oue, ſubleuetis die ſabbati? Palam eſt igitur, etiam vobis iudicibus, fas eſſe beneficio iuuare proximum ſabbato. Oſtendit itaq; ex auaritia diſſoluere ipſos ſabbatum, ſed propter inuidiam non ferre vt curaretur homo. Marc. 3. Et circunſpiciens eos in ira, contriſtatus eſt ſuper cæcitate cordis eorum.

2 Tunc ait homini: Extende manum tuam. & extendit, & reſtituta eſt ſanitati ſicut altera.

Igitur dominus, quum expectato reſponſo, videret omnes phariſæos non ignoratione veri, ſed obſtinata malitia veluti coniuratos obmuteſcere, ne his quidem verbis ſentiret illorum inuidiam miteſcere, nec homines miſerandi conſpectu, nec ratione tam euidenti commoueri, circũtulit oculos in illos, ipſo vultu præ ſe ferens, quanta cũ ira, quantoq; dolore ferret illorum inſanabilem malitiam. Nulla enim cæcitas immedicabilior, q̃ quum quis ſciens & volens cæcus eſt. dicto hominem curauit. Simul enim cũ dicto protendit manum ſanam & agilem non minus q̃ erat altera. Erant nobis olim manus ſanæ, hoc eſt, efficax virtus ad operandum: vbi autem extenta eſt ad fructum prohibitum, areſcere cœpit manus ad operationẽ boni: ſed per Chriſtum reſtituitur, ſi in medio ſteteri mus virtutũ. Et hoc in ſabbato: quia prius ceſſandum à malo, & poſt faciendũ bonum, Pſal. 36. Multi & nunc manus aridas habent, immiſericordes: & quando ſermone euangelico tanguntur, extendunt ad cõmunicandum. Hieronymus: Auaros ſignat, qui nolentes dare, volunt accipere: p̃dari, non largiri, quibus dicitur vt extendant manus. Ephe. 4 Qui furabatur, iam non furetur: magis aũt laboret, operando manibus ſuis quod bonum eſt, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti.

Exeuntes autem phariſæi, conſilium faciebant aduerſus eum, quomodo perderent eum. Ieſus autem ſciens, receſſit inde, & ſequuti ſunt eum multi, & curauit eos omnes. Et præcepit eis ne manifeſtum eum facerent, vt adimpleretur quod dictum eſt per Eſaiam prophetam, dicentem: Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam ſpiritum meum ſuper eum, & iudicium gentibus nunciabit. Non contendet neq; clamabit, neq; audiet aliquis in plateis vocem eius. Arundinem quaſſatã non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eiiciat ad victoriam iudicium, & in nomine eius gentes ſperabunt.

Eſa. 42

3 Quũ ex his factis debuerint agnoſcere virtutem diuinã & legis autorẽ, vertuntur in amentiam. Luc. 6. Ipſi aũt repleti ſunt inſipientia, & colloquebantur ad inuicem quidnã facerent de Ieſu. Hieronymus: Quod moliuntur inſidias, liuor in cauſa eſt: nam & ipſi calicem porrigunt in ſabbato. Quem eñ illæ rationes non abduxiſſent ab errore? Quem tam euidens miraculum non excitaſſet ad glorificandum deum? Sed hoc tam inſigni facto in rabiem acti phariſæi, quum viderẽt hanc anſam ſibi ereptam calumniandi Ieſum & accuſandi, digreſſi à ſynagoga, relictaq; turba, quam intelligebant eſſe propenſiori ſtudio in Ieſum, aſcitis Herodianis, quo firmior eſſet conſpiratio, clancularijs inter ſe conſilijs agitabant, quomodo Ieſum extinguerẽt, quẽ vt videbant potentibus factis longe ſuperiorem, ita nec dictis refelli poſſe ſentiebãt. Marc. 3. Exeuntes aũt phariſæi, ſtatim cũ Herodianis conſiliũ faciebant aduerſus eũ, quomodo eũ perderent. Inuidi quãdo beneficijs afficiuntur, inſaniunt. Vt ergo egreſſi ſunt à deo, tunc perdere moliunt Ieſum, ſicut Iudas. Pſal. 63. Firmauerũt ſibi ſermonẽ nequã. narrauerũt vt abſconderent laqueos. dixerunt, quis videbit eos? Scrutati ſunt iniquitates, defecerũt ſcrutãtes, ſcrutinio. Ieſus nõ ignarus quid molirent, ceſſit: nõ vti ſibi cõſuleret, ſed vt illis ſubtraheret occaſionem impij facinoris: ſimulq; moneret, euangelicã doctrinã non terroribus, non conuicijs aut contentionibus eſſe defendendã aduerſus rebelles, ſed manſuetudine: necnon exemplo nos docens ſuo, nonnunquã ad tempus cedendum immedicabili malo & peruicaciæ, ne prouocati reddant ſceleratiores. Temere eñ ſe periculis inijcere, deo gratũ nõ eſt. Et qa necdũ venerat hora eius, & quia non capit prophetam perire extra Hieruſalem, Luc. 13. Præluditur etiam ad congregandam gentium eccleſiam, quando ſynagoga per incredulitatem repellebat euangeliũ dei. Dans humilitatis exemplum & vanæ gloriæ fugiendæ,

præce

præcepit turbæ ne sé manifestum facerent. Neq; casu hoc factum est, sed ita futuræ, prædictum erat per Esaiam. 42. Vbi pater filij victoriam mansuetudine partam, ac salutem euangelicam, ob satis omnibus spectatam Iudæorum pertinaciam, ad gentes delatam describit, quanquàm Matthæus aliquanto diuersius citat, quàm vel apud Septuaginta vel apud Hebræos legatur. Nam Hebræa Hieronymus reddidit in hunc modum: Ecce seruus meus suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi anima mea in illo. Matth. 3. & 17. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Ioh. 8. Quæ placita sunt ei, facio semper. Dedi spiritum meum super eum. Iohan. 3. Non enim ad mensuram dat deus spiritum. Lucæ. 4. Iesus autem plenus spiritu sancto. Spiritum mansuetum & lenem ac humilem. Iudicium gentibus proferet. Non solum Israelitico populo. Gene. 49. Ipse erit expectatio gentium. Aggæi. 2. Veniet desideratus cunctis gentibus. Iudicium discretionis, inter bonum & malum, & discussionis in fine. Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur foris vox eius. Non aget per tumultum & vim, nec litigabit, nec vociferabitur aduersus contentiosos. Dabit locum inuincibili malitiæ, sed omnes conabitur ad salutem adducere. Non enim in medio fori, vt gloriæ cupidus, quemadmodum pharisæi, qui omnia opera sua faciebant, vt viderentur ab hominibus. Matthæi. 23. Sed in templo, synagogis, in monte, & littore docebat. Non ergo inordinate & impatienter clamabat. Ephesio. 4. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis, cum omni malitia. Sed bene ex charitate. Iohan. 7. Stabat Iesus & clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Lucæ. 8. Hæc dicens, clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat. Sic in cruce. Lucæ. 23. Hebræ. 5. Cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet. Non aspernabitur infirmos, in quibus erit aliquid bonæ spei reliquum: hos fouebit potius quàm opprimet. Hieronymus: Qui peccatori non porrigit manum, & non portat onus fratris sui, iste calamum quassatum confringit: & qui modicam scintillam fidei contemnit in paruulis, hic linum extinguit fumigans, quorum Christus neutrum fecit. Ad hoc enim venit, vt saluum faceret quod perierat. Lucæ. 19. 1. Thessaloniceñ. 5. Rogamus vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Galatas. 6. Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Sed heu Ezechie. 34. Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. Quod infirmum fuit, non consolidastis: & quod ægrotum, non sanastis: & quod confractum, non alligastis: & quod abiectum est, non reduxistis: & quod perierat, non quæsistis: sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. In veritate educet iudicium. Poterat Iudæos vt calamum contritum confringere, & iram eorum vt linum fumigans, id est, ardens extinguere, sed noluit quo ad dispensationis mysterium adimpleretur, & per omnia vincit eos. Ne enim haberent quod prætexerent, omnia sustinuit, donec successu temporis per se vincat veritas, eoq; sua culpa proruperit vesania impiorum, vt omnes intelligant illos merito repulsos & abiectos. Non erit tristis neq; turbulentus, donec ponat in terra iudicium. Istud secundum Hieronymum vitio scriptorum videtur omissum. Sequitur: Et legem eius insulæ expectabunt.

Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare, & multa turba a Galilæa & Iudæa secuta est eum, & ab Hierosolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem, & qui circa Tyrum & Sidonem, multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum. Et dixit Iesus discipulis suis, vt nauicula sibi deseruiret propter turbam, ne eum comprimerent. Multos enim sanabat, ita vt irruerent in eum, vt illum tangerent, quotquot habebant plagas. Et spiritus immundi quum illum videbant, procidebant ei, & clamabant, dicentes: Tu es filius dei. Et vehementer comminabatur eis, ne manifestarent illum. Marc. 3.

Dominus dans locum iræ, Romañ. 12. secessit iuxta mare, quo ingens turba hominum ad ipsum confluxit, adeo vt ob tumultũ turbæ sese protrudentis cogeretur scapham conscendere, vt sibi deseruiret. Procidebant spiritus non sponte, sed coacti reuerentiam exhibendo, & filium dei clamant coniecturaliter, non cum certitudine constanti & absoluta, quoq; testimonium, tametsi verum, dñs renuit, ne veris falsa miscerent.

¶De quatuor parabolis in mari, Matt.13. Marc.4. Luc.8.

## ARTICVLVS LIX.

Luc.8. B

ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella, prædicans, & euangelizans regnum dei: & duodecim cum illo. Et mulieres aliquæ quæ erant curatæ a spiritibus malignis, & infirmitatibus, Maria quæ vocatur Magdalene: de qua septem dæmonia exierant, & Iohanna vxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis.

Regnum cæleste, dei dicitur regnum, à regnante, & à dante: sed cælorum, à loco & ciuibus ibi regnantibus cum deo. Hieronymus: Consuetudinis fuit Iudaicę, vt mulieres deuotę de sua substantia victus ac vestitus necessaria p̃dicatoribus verbi diuini ministrarẽt: sed quia in gentibus hoc scandalum erat, ideo Paulus non fecit. 1. Cor. 9. Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si carnalia vestra metamus? Nunquid non habemus potestatem sororem mulierculam circunducendi, sicut cæteri apostoli, & fratres domini, & Cephas? Sed non vsi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus euangelio Christi.

10 Cum autem turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad Iesum, dixit per similitudinem: Exijt qui seminat, seminare semen suum: & dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cæli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram, & natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ, suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum, fecit fructum centuplum. Hæc dicens, clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat.

Ostendit dominus hominum vitio euenire, quod semen verbi diuini in quibusdam nõ fructificat. Quanuis autem diuerso dominum turbæ sequerentur affectu, ipse tamen oñibus sua beneficia communicabat, docendo, alendo, sanando. Matth.13. In illa die, exiens Iesus de domo, sedebat secus mare. Et congregatæ sunt ad eum turbæ multæ, ita vt in naiculam ascendens sederet, & omnis turba stabat in littore. Sedit in naui, vt omnes auditores haberet in faciem spectantes, & omnes commodius audirent. Matth.13. Et locutus est eis multa in parabolis. Quoniam in ea multitudine non erat eadem mens omnibus, multa proposuit per similitudinis inuolucra, siue quod hoc orationis genus familiare sit prophetis, siue quod accommodatissimum est ad docendum, & ad flectendos animos populi, quod collatio sumpta à rebus, omnium etiam idiotarum sensibus notissima, statim permoueat vnumquemlibet. Romanorum. 1. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Siue quod hac illecebra & iucundius irrepunt in animos hominum quæ dicuntur, & hærent tenacius, siue quod hæc admonitio nullum traducens, sed tacite per imaginem taxans cuiusque conscientiam, minus offendere solet, superbis mysteria abscondit, simplicibus vero ansam inquirendi præbet & calcar. Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas ante porcos. Hieronymus: Turba non vnius sententiæ est, sed diuersarum in singulis voluntatum, vnde loquitur eis multa in parabolis, vt iuxta varias voluntates, diuersas reciperent disciplinas. Est autem parabola, natura discrepantium rerum, sub aliqua similitudine facta comparatio, more prouidentiæ diuinæ, vt qui cælestia capere non poterant, per similitudines terrenas, audita percipere potuissent. Non autem omnia, sed multa loquitur in parabolis: aliàs absque emolumento populi recessissent. Perspicua miscet obscuris, vt per ea quæ intelligunt, prouocentur ad eorum notitiam, quæ non intelligunt, & requirant: & per Apostolos, quos contemptos habebant, discant mysterium regni, quod ipsi non habebant. Marc. 4. Et dicebat illis in doctrina sua: Audite, exijt seminans. Qui vbique est. Hieremiæ. 23. Nunquid non cælum & terram ego impleo, dicit dominus? Exijt, non localiter mutatus, sed per amictum carnis appropinquans. Iohan. 16. Exiui à patre (quo non erat creaturæ accessus, Lucem enim habitat inaccessibilem. 1. Timoth. 6.)

& veni

& veni in mundum. Augustinus: Exijt à patre, quia de patre est: in mundum venit, quia mundo suum corpus ostendit. Nam in mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit, Iohan. 1. Dicitur etiam deus exire quum in actum procedit, sicut dicitur inter homines ambulare, & habitare. Deuteron. 23. Dominus deus tuus ambulat in medio castrorum, vt eruat te, & tradat tibi inimicos tuos. Abacuc. 3. Egressus es in salutem populi tui. Seminans dicit, nunquàm enim cessat, pluens super iustos & peccatores. Matth. 5. Hebr. 1. Multifarie multisq; modis olim loquens deus patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. Sed quid? Semen suum, quod habebat egregium, non alienũ. Dicebant prophetæ, hæc dicit dominus. Iohan. 19. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Summa ergo attentione audiendum, & diligentia obseruandum. Iaco. 1. In mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. Chrysostomus: Quia nos ad eum venire non poteramus, maceria ingressum & aditum prohibente, ipse ad nos egreditur: nõ vt terram vepribus plenam, aut ignaros agricolas perderet, sed vt optimo cultu terram arandi fertilem faceret religionis ac pietatis seminibus diligẽtius iactis. 1. Cor. 3. Dei agricultura estis. Nunquàm cessat seminare in animabus nostris, per ea quæ docet & facit, sed dum ille nusquam non iacit semen suum, cupiens prouentum huberrimum, non æque felici solo excepta sunt semina, quare non in omnibus gignit fructum, non docentis vitio, sed audientium. Nec parem in omnibus qui audiunt, sed vt quisq; adfert animum à mundanis curis, & cupiditatibus vacuum, ita sermonis auditi maximus est fructus. Hieronymus: Non dicit se proiecisse in viam, sed cecidisse. Nam qui seminat, ceu in terram bonam proiicit: Illa autem si inuenta fuerit mala, semen corrumpit. Sic sermo cadit in audientes. Hebr. 6. Terra enim sæpe super se venientem bibens imbrem, & germinans herbam opportunam his à quibus colitur, accipit benedictionem à deo: proferens autem spinas & tribulos, reproba est & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem. Non ergo satis est audisse, nisi quod auditum est, conferatur in vsum pietatis. Hieronymus: Tres ordines sunt, in quibus verbum perditur. Secus viam, vbi partim cõculcatur pedibus viatorum & conteritur: reliquum, quoniam non opertum est terra, volucres cæli comedũt. Tales sunt, parum attenti, ignaui & desides, qui nunquàm suscipiunt verbum, latam viam ambulantes, Matth. 7. quæ ducit ad perditionem. Hiere. 10. Iuxta vias gentium nolite ambulare. Est enim via, cor sedulo malarum cogitationum transitu attritum & arefactum, ne semen verbi possit accipere vel germinare. Supra petram Mat. 13. Alia ceciderunt in petrosa, vbi non habebant teram multam, & continuo exorta sunt, quia non habebant terræ altitudinem. Sole autem orto æstuauerunt: & quia non habebant radicem, aruerunt. Quoniam non suberat terra, quæ suppeditaret humorem ad iustam maturitatem, ad solis ardorem exaruit. Sic pusillanimes. Spinæ, delicati sunt. Marc. 4. Et aliud cecidit in spinas, & ascenderunt spinæ, & suffocauerunt illud, & fructum non dedit. Nam celerius & densius proueniũt, atque altius sese spargunt. Ecce primum semen nõ germinat, sed cõculcatum à volucribus tollitur. Secundum germinat, sed non multum erigitur, carens humore. Tertium eleuatur in stipitem, sed non fructificat, suffocatum à spinis. Quartum fructificat. Marc. 4. Et aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructum ascendentem & crescentem, & afferebat vnum tricesimum, & vnum sexagesimum, & vnum centesimũ. Non enim erat omnino irritus seminantis labor. Nam fuit semen quod incideret in terram bonam & frugiferam, & feliciter enatum produxit fructum. Erat enim terra bene culta, à lapidibus & spinis mundata. Sciens autem dominus non ab omnibus intelligi quod dixerat, volens tamen eos in posterum meminisse parabolæ, quæ pertineret ad salutem omnium, & apud se quisque scrutaretur quid sibi vellet hæc parabola, clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat. Nimirum indicans, non omnes audisse qui audierunt. Manifestat enim quod hæc spiritualiter intelligenda sint ab his, qui spirituales habent aures animæ, tum quidem non explicans inuolucrum ænigmatis, sed suo cuiq; animo relinquens inuestigandum. Gregorius: Omnes qui illic aderant, aures corporis habebunt, vnde procul dubio aures cordis requirebat. Vnde est auditus naturæ: sic multi audierunt. Est & intelligentiæ: sic pauci, quia similes statuis, quæ habent aures, & non audiunt, Psal. 113. Est tertio obedientiæ. Psal. 17. In auditu auris obediuit mihi. Tunc enim proprie dicimur præcepta audire, dum obedimus. Quo contra Prouerb. 28. Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Hieronymus: Prouocamur ad dictorum intelligentiam, quoties his sermonibus commonemur. Beda: Vbicunque hæc admonitio interponitur, mysticum esse quod dicitur, & spiritualiter ac attẽtius quærẽdum ostendit, & ideo spirituales aures requirit. Neem. 8. Aures omnis populi erant erectæ ad librum.

Ordines qdã tres

Interro-

2 Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola? Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni dei, cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant.

Porro quum ne duodecim quidem illi, quos dominus selegerat rudes adhuc, satis intelligerent qd sentiret hęc similitudo, non ausi sunt palam interrogare. Mar. 4. Et cũ esset singularis, interrogauerunt eũ ñ, qui cum eo erant duodecim, parabolã. Matth. 13. Accedentes discipuli, dixerunt: Quare in parabolis loqueris eis? Tum Iesus admonens nos, nõ oñibus oñia proferenda, sed pro ratione temporũ, proq; captu auditorũ, dispensandam esse doctrinam euangelicam, ait: Vobis, qui quod dat, simpliciter auidęq; accipitis, digni estis quibus secretiora quædam communicent. Matth. 13. Quia vobis datum est nosse mysterium regni cælorũ, illis autem non est datum. Mar. 4. Illis aũt qui foris sunt, in parabolis oñia fiunt. Quales illi adferunt animos ad audiendũ, tales illis propono sermones. Illi sunt qui manifestissima nolunt intelligere, ego tenebris inuoluo sermonem, vt vel sic prouocem ad discendi vestigãdiq; studiũ. Vobis ergo, quia habetis studiũ & alacritatẽ, datũ est: illis autem non adhibentibus studium, non est datum. Diuinorũ enim intelligentia mysteriorum, dei donum est. Psal. 118. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam. Qui purificatos habent oculos. Actu. 15. Fide purificans corda eorum. Esa. 7. Nisi credideritis, non intelligetis. Mysterium regni, hoc est, statum regni, vel sacras scripturas, quæ ostendunt, promittunt, & ad ipsum perducunt, quod aufertur à malis, Matth. 21. Auferetur à vobis regnũ dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Chrysostomus: Secreta diuina indignis non sunt communicanda. Non enim decet panem filiorum mittere canibus. Mat. 15. Neq; sanctum dare canibus. Mat. 7. Si enim sanctum canibus dederis, aut porcis margaritas, nec sanctum canes sanctificat, nec margaritæ nutriunt porcos: sed econuerso canes sanctũ coinq̃nant, & porci margaritas fordidãt, vel confringunt. Mat. 15. Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vidẽt, & audientes non audiunt, neq; intelligunt, & adimpletur in eis prophetia Esaiæ, dicentis: Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis. Incrassatũ est em̃ cor populi huius, & auribus grauiter audierũt, & oculos suos clauserunt, ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertant, & sanem eos. Hac de causa loquor illis per inuolucra parabolarũ, vtpote veritatẽ apertã, aut nullo fructu, aut suo etiã malo audituris. Quod em̃ audiunt, non credunt: quod vident, calumniant. Nam videntes natura, hoc est, à deo sic facti, vt intelligere possunt, quantũ opus est, Iohan. 1. Illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundũ, non vident, voluntarie. Voluntas em̃ nostra excæcat nos. Esaiæ. 42. Quis cæcus, nisi seruus meus? & surdus, nisi ad quem nuncios misi? An non videbant miracula Christi? Profecto, sed faciebant seipsos cæcos, & taxabant eũ. Iohã. 15. Nunc aũt viderunt & oderunt, & & me & patrẽ meũ. Psal. 35. Noluit intelligere vt bene ageret. Nimirũ in istis completur, quod dixit Esa. 6. Non aũt ideo loquebat parabolice, vt illi excæcarent, sed ad suam prędicationẽ illorũ secuta est excæcatio, & iusto dei iudicio intelligentia illis negata tanq̃ indignis. Nam philosophi iactitabant se videntes. Rom̃. 1. Dicentes se sapientes, sed stulti facti sunt. Sic & Iudæi. Roma. 2. Confidens teip̃m esse ducẽ cæcorũ, lumen eorũ qui in tenebris sunt, eruditorem insipientiũ, magistrũ infantiũ, habentẽ formã scientiæ & veritatis in lege. Hinc pharisæi dño dixerunt Iohã. 9. Nunquid & nos cæci sumus? Sed cæci erant, & duces cæcorũ, Mat. 15. & 23. Duces cæci. Hieronymus: Propheta causam reddit quare videntes non vident: quia incrassatũ est cor, quod ante subtile creaueram. At ne forte arbitremur crassitudinẽ cordis, & grauitatem auriũ, esse naturæ, non voluntatis, subiungit culpam arbitrij. Et oculos suos clauserunt. In parabolis ergo audiunt & ænigmate, qui clausis oculis nolunt cernere veritatem. Quanq̃ em̃ parabola proponat, vt simplices melius capiant, & tenacius retineant, indigni tñ ex hoc, tanq̃ lippos & debiles habentes oculos, ex lucis claritate offendunt. Sua em̃ malitia operam dant, vt ad conuersionem essent inepti, & incurabiles, & corporaliter videndo, & spiritualiter intelligendo diuina. 1. Corũ. 2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Matth. 13. Vestri aũt beati oculi, quia vident: & aures vestræ, quia audiunt. Amen quippe dico vobis, qa multi prophetæ & iusti, cupierũt quæ videtis, & non viderũt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Vestri beati oculi, qa vident quæ facimus, & aures, qa audiũt quæ loqmur, & beata corda, qa intelligũt voluntatem patris mei. Non est vulgaris felicitas. In duobus præcellebant prophetas apostoli, & corporaliter videndo, & spũaliter intelligendo diuina. Hieronymus: Abraam vidit, & gauisus est. Iohan. 8. sed in ænigmate, non specie. Vos aũt in præsentiarũ tenetis, & habetis dominum vestrum, & ad voluntatem interrogatis, & conuescimini ei.

Est autẽ

Est autem hæc parabola: Semen est verbum dei. Quod autem secus viam, hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. Nam quod supra petram, ñ sunt qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: & ñ radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit, ñ sunt, qui audierunt, & a solicitudinibus, & diuitijs, & voluptibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in terram bonam, ñ sunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum, retinent, & fructum afferunt in patientia.

Hieronymus: Cauendum, vbicunq; dominus rogatus à discipulis, intrinsecus sermones suos differit, ne plus vel minus, aut aliud intelligere velimus, quàm ab eo expositum est. Ideo hanc per seipsum dignatus est exponere, vt ostenderet se figurate loqui, & rerum significationes etiam in his, quæ exponere noluit, quærendas esse doceret. Marc. 4. Et ait illis: Nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoscetis? Mat. 13. Vos ergo audite parabolam seminantis. Quandoquidem hoc promeretur vestra simplicitas, auiditasq; cognoscendi, exponam hanc, vt assuescatis & ipsi in cæteris scrutari recti ioris sensus arcanum. Marc. 4. Qui seminat, verbum seminat. Est ergo semen nõ terrenum, sed cæleste: nec ab homine profectum, sed à deo, sermo scilicet euangelicus, per quem annunciatur hominibus voluntas dei. Nam mentem fœcundat, opus meritorium inchoat, fructum virtutis producit, animam reficit, & instar seminis in audientium cordibus spargitur. Esaię. 55. Et quomodo descendit imber & nix de cælo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti, sic erit verbum meum quod egreditur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunq; volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud. Mat. 13. Omnis q audit verbũ regni, & non intelligit, venit malus & rapit quod seminatũ est in corde eius: hic est qui secus viam seminatus est. Non intelligunt, & hoc in illorum bonum: ne enim magis condemnentur, q̃ cognita mysteria spreuerint, ideo ab illis abscõdunt. Nam leuiter & oscitanter audiũt, quare mox venit satanas (Marc. 4.) priusquàm infideat animis illorum, non essentię illabendo, sed immissis diuersis cogitationibus, tollit qđ audierunt, inuidens illorum saluti. Sapiæ. 2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Initium autem salutis, fides. Hebr. 11. Accedẽtem ad deũ, oportet credere quia est, & q̃ iniquirentium se remunerator fit. Iac. 4. Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Sed quomodo? Iaco. 1. Estote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos: qa si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabit viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo. Considerauit enim se, & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit. Tales enim audiunt, tanquam audirent humanam quandam fabulam, nec demittunt in animũ suum, nec cogitationi infigunt, vt illic radices agat, sed ad quamlibet occasionem sinunt, proteri & conculcari quod seminatum est. Id sentiens ille malus, qui insidiatur & inuidet exordijs melioribus, protinus immittit in animum curas aliquas volaticas, quæ perdant semen priusquã herbescat, aut radices agat, vt nihilo meliores sint, quàm si non audierint Matt. 13. Qui autem super petrosa seminatus est, hic est qui verbum audit, & continuo cũ gaudio accipit illud: non habet autem in se radicem, sed est temporalis. Facta autem tribulatione & persecutione propter verbũ, continuo scandalizat. Hilariter suscipit, ipsa veritate delectatus: & iustitiam syndereſi approbans, ad illius regulam instituere vitam suã secum meditans. Sed quoniam non penitus infigit animi medullis, sed hominũ more temporario quodam affectu, leuiter agit quod agit, abstinens à magnis vitijs, ac mediocribus virtutibus enitescẽs, radices nõ habet, hoc est, firmũ & stabile propositũ ac fundamentum, ex qbus bona oriunt opera, veluti ex radice virgulta. Audiũt eñ, & vtilitatem verbi probant, & desideriũ gustant. Osee. 9. Radix eorũ exiccata, fructũ nequaq̃ faciẽt. 1. Iohã. 3. Oñis q natus est ex deo, nõ peccat, qñ semen ipsius in eo manet. Facile est eñ rebus prosperis seruare doctrinã euangelicã, cæteꝝ nisi penitus imbiberis affectũ veræ pietatis, vbi res aduersę robur illud euãgelici pectoris desiderãt, tum euanescit tẽporaria illa sanctimoniæ spẽs. Claruit in Petro. Heb. 13. Optimũ est gra stabilire cor. 1. Cor. 15. Itaq; frẽs mei dilecti, stabiles estote & immobiles, abũdantes in oñi ope dñi semper, scientes, q̃ labor vester nõ est inanis in dño. Eccl. 5. Nõ te ventiles in oẽm ventũ, & non eas in omnem viam. Sic oñis

Experimẽtum veri Chriani

Sic omnis peccator probatur in duplici lingua. Esto firmus in via domini, & in veritate sensus tui & scientia, & prosequatur te verbum pacis & iustitiæ. Sol oriens, tentatio est, quæ ostendit homines, & quales sint, declarat, sicut sol manifestat abscondita. Marc. 4. Et alij sunt qui in spinis seminantur, ñ sunt, qui verbum audiunt, & ærumnæ seculi, & deceptio diuitiarꝫ, & circa reliqua concupiscentiæ introeuntes, suffocant verbum, & sine fructu efficitur. Tria ergo sunt verbum dei suffocantia. Solicitudo, non quæcunque, sed seculi. Matth. 13. Solicitudo seculi istius, & fallacia diuitiarum, suffocant verbum. Prouer. 11. Expectatio solicitorum peribit. Hinc admonet Apostolus Philippen. 4. Nihil soliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione petitiones vestræ innotescant apud deum. Secundum diuitiæ. Matth. 13. Fallacia diuitiarum. Hieronymus: Blandæ sunt diuitiæ, aliud agentes, & aliud pollicentes. Lubrica est earum possessio, dum huc illucꝫ circunferuntur, & instabili gradu vel habentes deserunt, vel non habentes refarciunt. Vnde & dominus asserit diuites difficulter intrare in regnum dei. Matth. 19. Suffocantibus diuitijs verbum dei, & rigorem virtutum emollientibus. Spinæ dicuntur, quia latibulum sunt serpentium infernalium, & materia ignis infernalis: & quia sub flore mundanæ gloriæ pungunt labore acquirendi, timore conseruandi, & dolore perdendi. Gregorius: Diuitiæ, verꝫ spinꝫ sunt quia cogitationum suarum punctionibus mentem lacerãt, & cum vsꝫ ad peccatum pertrahunt, quasi inflicto vulnere cruentant. Tertium, voluptas vitæ. Marc. 4. quæ opulenti am sequi solet. Dies enim currit ad libitũ, labitur ad illicitum. Hiere. 5. Saturaui eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur: equi amatores in fœminas, & emissarij facti sunt. vnusquisꝫ ad vxorem proximi sui hinniebat. Ecclesiast. 18. Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Diuitiæ ergo in se non suffocant verbum, sed fructum faciunt verbi, in pauperes distributæ: sed si ipsis iungitur solicitudo seculi, & voluptas vitæ, quia suis importunis cogitationibus guttur mentis, ne bonum desiderium ad cor possit intrare, quasi aditum vitalis flatus strangulant. Diues enim, licet bonum quoddam videatur opus facere, at non crescens, neqꝫ proficiens, solicitudinibus præfocatur. Chrysostomus: Si seminator terrenus sic seminaret, vtiqꝫ incusandus esset, quia non potest facere de petra non petram. Christus vero percutit petram, & fluent aquæ. Suffocant autem, non ex impotentia seminis boni, sed malitia voluntatis, quæ cum sit libera, semen extinguit, quia voluntarie spinis se immiscet. Prouerb. 24. Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti. Et ecce totum repleuerunt vrticæ, & operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat. Auferenda ergo vitia & passiones à corde, vt verbum domini conualescat in nobis. Hiere. 4. Nouate nouale, & nolite serere super spinas. Circũcidimini domino, & auferte præputia cordium vestrorum. Gregorius: Nihil quietius quàm nihil huius mundi appetere, nihil inquietius quàm summo bono relicto, vanis & transitorijs inhærere. Matth. 13. Qui vero in terram bonam seminatus est, hic est qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidẽ centesimũ, aliud aũt sexagesimum, aliud vero tricesimum. Qui sic transfigunt in affectus animi sui, vt nec morte velint ab eo deficere, quiꝫ semet explicant ab affectibus & sordidis curis diuitiarum, quæ non sinunt animum esse liberum, sed se totos præbent auræ cælesti. Hieronymus: Primũ, oportet nos audire sermonem & intelligere, ne simus iuxta viam. Deinde firmiter retinere quod auditum est, ne simus supra petram. Præterea, non esse amatores opum, sed postero, si diuitiarum amore suffocor: Psal. 118. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Habet ergo terra bona tres bonas conditiões, oppositas malis terræ malæ. Quia retinet, contra primos: fructum facit, contra tertios: in patientia, contra temporarios. Et in illa & in ista non mutatur substantia, sed voluntas: & tam incredulorum quàm credentium corda sunt, quæ semen recipiunt. Vide autem bonitatem dei, quomodo omnes suscipit, & magna, & mediocria, & parua colentes. Variæ enim species virtutum sunt, varij & qui proficiunt. Sicut ergo tres ordines sunt, in quibus verbum perditur, sic & eorum q proficiunt. Nam qui fructum centuplum afferunt, sunt qui perfectam & summam vitam agunt. Qui sexagecuplum, hi mediocrem. Qui trigecuplum, qui parui sunt quidem, afferunt tamen & ipsi pro suis viribus fructum. Hieronymus: Possumus centesimum virginibus tribuere, de quibus Apostolus. 1. Corꝫ. 7. Mulier innupta & virgo, cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta & corpore & spiritu. Sexagesimum, viduis, quæ vere viduæ sunt. 1. Timoth. 5. Tricesimum, casto matrimonio. Hebr. 13. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Idem: Quod in tricesimo, sexagesimo, centesimo fructu continetur, hoc est, lege, prophetia, & euangelio: quod in ore trium, myst erium regni in monte ostẽ

Suffocantia verbũ dei, quot.

Necessaria audiẽtibus verbum dei, q̃t & quę.

Terrę bonę cõditiones tres

sum, hoc

sum, hoc est, Mosi, Heliæ & Iesu, consistat. Obserua quod dicit, fructū afferre in patiẽtia: & hoc in ijs, qui verbum retinent in cordebono per dona naturæ, & optima, per dona gratiæ. Iaco. 1. Omne datū optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descẽdens à patre luminum. Gregorius: Quia nulla sunt bona quæ agimus, si nõ æquanimiter etiam proximorum mala toleremus: quanto enim quisq; altius profecerit, tanto in hoc mundo inuenit quod durius portet. Heb. 10. Patientia vobis necessaria est, vt volũtatem dei facientes, reportetis promissionem. Iaco. 5. Patientes estote fratres vsq; ad aduẽtum dñi. Ecce agricola expectat preciosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum & serotinum. Docuit nos dñs hac parabola, quo studio sit accipiẽdus sermo doctrinæ cælestis, ne semen animis nostris creditū, obliuione negligẽtiave nostra pereat, sed diligẽter recondendū in aĩo, vt suo tpe prorumpat, fructūq; copiosissimū afferat. Hæc admonitio quo altius insideret pectoribus, addidit parabolam Luc. 8.

Nemo autem lucernam accendens, operit eam vase, aut subtus lectū ponit: sed supra candelabrū ponit, vt intrantes videant lumen. Non est enim occultum, quod non manifestetur: nec absconditū, quod non cognoscatur, & in palam veniat. Videte ergo quid audiatis: Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo. D

Marc. 4. Nunquid venit lucerna, vt sub modio ponatur, aut sub lecto? Sicut lucerna ponitur vt luceat, ita & vita vestra omnibus cõspicua erit, & omnes ad illam respicient: idcirco date operam vt bona sit. Sermo euangelicus, semen est: quod ideo vobis concreditur, vt multo cum fœnore proueniat. Lux est per me in vobis accensa, vt vestro ministerio discutiat tenebras totius mundi. Nihil enim nunc priuatim aut parabolis inuolutum traditur vobis, quod post nõ sit manifestãdum toti mũdo: neq; quicquam est nunc tam obscurum & abstrusum ab intelligentia rudium, quod progressu temporis nõ sit p vos eruendum, & in omniũ notitiam proferendum. Marc. 4. Si quis habet aures audiẽdi, audiat. Et dicebat illis: Videte quid audiatis. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, & adijcietur vobis. Rursus, ne excideret quod dixerat, adijcit: Videte ne frustra audiatis: & quod accepistis, bona fide tradite, ne quid diuersum ab eo q̃d accepistis, doceatis. Quod habetis, nõ est vestrum, sed eius qui dispensandum credidit. Id si larga mẽsura dispensabitis alijs, qui dedit sortem, larga item mensura adijciet incrementum. Qui eñ habet, nec sibi tantum habet, sed alijs impartit quod habet, ei tãquam bonæ fidei dispensatori adijcietur vt abundet. Qui vero nõ habet, nõ habet autem, qui thesaurum defossum apud se seruat, nõ solũ nõ erit ditior, verumetiam hoc ipsum quod vni sibi videbatur habere, tolletur ab eo. Hieronymus: Etenim secundum mensuram fidei vnicuiq; diuiditur intelligẽtia mysteriorum, & adijcietur, dum scientiæ etiam adijcientur virtutes. Qui enim habet fidem, habebit virtutem: & qui habet opus verbi, habebit intelligẽtiam mysterij. Et contra qui non habet fidem, deficit virtute: & qui non habet opus verbi, intelligentia eius caret: & qui non intelligit, iam auditum perdidit ac si non audisset. Chrysostomus: Cum enim quispiam magno studio atq; cura virtutẽ desiderat ac quærit, tunc ei ex deo cũcta pstabunt: cũ aũt nullo studio atq; voluntate ad recte viuendum pronus est, tũc ei diuinum auxilium nõ cõceditur: & quod habet, etiam auferetur ab eo. Non aufert certe deus, sed nõ præbet indignis feruorem & patrocinium suum. Sapiẽ. 1. Spũs sanctus disciplinæ effugiet fictum, & aufert se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate. Hoc & ipsi facimus, dum negligentẽ adhortamur & admonemus: si persuadere non possumus, silentio vtimur, præsertim si ex hoc ad maiorem desidiam deuoluat. Nam & si paruã scintillam quandã boni habeat, & eam nõ excitet & accendat per spiritum & spiritualia opera, extinguitur.

Aliam parabolam proposuit illis, dicens: Simile est regnũ cælorum homini qui seminauit bonũ semen in agro suo. Cum aũt dormirẽt homines, venit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abijt. Cũ autem creuisset herba, & fructũ fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Matth. 13 E

Proponit aliam parabolam, quasi diues paterfamilias, inuitatos diuersis reficit cibis, vt vnusquisq; secundum naturam stomachi sui, varia alimenta susciperet, ostendẽs & aliã pestem esse cauẽdam, si quis triticum purum velit ac syncerum reponere in horreũ. Nã priori parabola dixit, quartam partem seminis cadere in terram bonam: in hac ostẽdit,

quod neq; hæc ipſa ſemina in terram bonam cadẽtia, ſinat hoſtis incorrupta, dum dormimus & ignaui ſumus. Oſtendit ergo q̃ omne bonum à deo proficiſcitur, malum autẽ ab inimico. Hieronymus: Quæ expoſita ſunt à domino, his debemus accommodare fidem: quæ aũt tacita, & noſtræ intelligẽtię derelicta, breuiter perſtringenda. Ipſe aũt infra interrogatus à diſcipulis in domo, ait: Qui ſeminat bonũ ſemen, eſt filius hominis: ager, mundus. Bonũ vero ſemen, hi ſunt filij regni: zizania vero, filij ſunt nequam. Inimicus aũt qui ſeminauit ea, eſt diabolus. Dominus ergo quum bonus ſit, nõ poteſt ſeminare niſi bonum. Eſa. 53. Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuũ Gene. 1. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Viditq; deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Eccl. 15. Deus ab initio conſtituit hominem rectũ, & reliquit eum in manu conſilij ſui: adiecit illi mandata atq; præcepta ſua. ſi volueris ea conſeruare, conſeruabũt te. Hinc Pſal. 4. Multi dicũt, quis oſtendit nobis bona? Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine. Quod manifeſtius Apoſtolus indicat Ro. 2. Cum eñ gentes quæ legem nõ habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt, eiuſmodi legem non habẽtes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendũt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationũ accuſantium aut etiam defendẽtium, in die cũ iudicabit dominus occulta hominũ, ſecundum euangelium meum, per Ieſum Chriſtum. Sed quoniam ratio per peccatum obnubilata, adiecit legem ſcriptã, à malis retrahentem, & ad bonum inſtigantem Roma. 7. Itaq; lex quidem ſancta, & mandatũ ſanctum & iuſtũ & bonum. 1. Timoth. 1 Scimus aũt q̃a bona eſt lex, ſi qs ea legitime vtatur. Nouiſſime vero (nam nihil ad perfectũ adduxit lex, Heb. 7.) euangelicam addidit legẽ, virtutibus tanq̃ preciоſiſſimis margaritis plenã, Matt. 7.

2 Sed quemadmodũ nunq̃ aliquis tam purum granum & bonũ ſeminat, quin malæ herbæ ſimul oriantur: ſic diabolus, qui deo tam male vult, vt etiam nullo ſuo bono hominẽ gaudeat lædere, ſupſeminat zizania optimis dominici ſeminis granis. Huius ſaluator duas aſſignat rationes. Prima, Prælati negligentia. Auguſt. Cũ negligenter ſe gererẽt p̃poſitĩ eccleſiarum, non attendentes ſuper grege ſuo, neq; vigilãtes. Hiero. Homines q̃ dormiunt, magiſtros eccleſiarum intellige: ſeruos patrisfamilias, angelos qui ſemper vidẽt faciem patris, Matth. 18. Quamobrem non dormiat qui eccleſiæ prælatus eſt, ne per illius negligentiam, inimicus homo ſuperſeminet zizania, hoc eſt, hæreticorum dogmata. 2. Timoth. 4. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac euangeliſtæ, miniſterĩ tuũ imple, ſobrius eſto. Secunda, Inimici fraudulentia, qui male vult patrifamilias. Lucę. 11. Qui non eſt mecum, contra me eſt. Gregorius: Inter malos & eoꝝ caput, id eſt, diabolum, tanta eſt vnitas atq; conformitas, q̃ aliquando membra nomine capitis nominantur. Iohan. 6. Nonne duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt? Aliquãdo caput nomine mẽbroꝝ, vt hic nominat inimicus homo. Sic inter bonos & Chriſtũ. Pſal. 104. Nolite tangere Chriſtos meos. Actu. 9. Saule Saule, quid me perſequeris? Vide aũt aſtutiam inimici, quid, quando, & vbi ſeminet. Quid, quia zizania, id eſt filios nequam. Quũ enim omnes homines à deo ſint ſecundum ſubſtantiam, ſuperſeminatio filiorum nequã, neceſſe eſt intelligatur quantum ad culpæ malitiam. Eſa. 1. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis. 1. Iohã. 4. Qui peccat, ex diabolo eſt. Iohan. 8. Vos ex patre diabolo eſtis, nam deſideria patris veſtri vultis pficere. Vnde in cælo ſuperſeminauit ſuperbiam. Eſa. 14. In cælum conſcendam, ſuper aſtra dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo. Veruntamen ad infernum detraheris in profundũ laci. Sed non ſolus, quia angeli eius cum eo miſſi ſunt, Apoca. 12. In paradiſo inobedientiam, cum Adam neglecto deo dormiuit, nolens contriſtare delicias ſuas: & mulier videns lignũ quod pulchrũ eſſet viſu, & ad veſcendũ ſuaue, Gene. 3. quaſi tædio ferens dñi præceptũ. Pſal. 118. Dormitauit anima mea præ tædio. Hinc dñi mandatũ tanquam moleſtum aggrauauit, d. Gene. 3. De fructu ligni quod eſt in medio paradiſi, pręcepit nobis deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Nõ enim dixit dñs, ne tangerent, ſed ne comederẽt, & diffinitiuam dederat mortis ſententiam. Gene. 2. Ex omni ligno paradiſi comede, de ligno aũt ſcientiæ boni & mali ne comedas: in quocũq; enim die comederis ex eo, morte morieris. Hinc in anima vitia ſeminauit: in rationali ignorantiam, iraſcibili infirmitatẽ, concupiſcibili concupiſcentiã malam. Galat. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ. Hinc Roma. 7. Video aliam legẽ in mẽbris meis, repugnãtem legi mẽtis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in mẽbris meis. Infelix ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ieſum Chriſtum. Quãdo? Cũ dormirent hoĩes, & per ignauiam ſuã locũ darẽt hæreticis vel malis cogitationi-

tationibus. Vigilãtibus nocere nõ põt. Hinc ocioſam ingreditur animã, tametſi ſupficie tenus ornatã. Matt. 12. Et ſe transfigurat in angelũ lucis, 2. Cor. 11. 1. Theſſ. 5. Igit nõ dormiamus, ſicut cæteri, ſed vigilemus & ſobriĩ ſimus. 1. Petr. 5. Sobriĩ eſtote & vigilate, qa aduerſarius veſter diabolus, tanquã leo rugiẽs circuit, quærens quẽ deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. Vbi? In medio tritici. Quum eñ non haberet agrum propriũ, ſuperſeminauit in agrum dominicũ. Semper eñ quærit malos miſcere bonis, quoꝝ moribus & vita corrumpãtur. 1. Cor. 5. Modicũ fermenti totam maſſam corrũpit. Bernardus: Bonum eſſe inter malos, tantæ eſt virtutis, quantæ difficultatis. Quale nẽpe eſt illud, picem tãgere, & nõ inquinari? in igne verſari, & nõ lædi? Cũ ergo creuiſſet herba per affectũ fidei, & fructum feciſſet. Coloſſ. 1. Ambuletis digne deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & creſcentes in ſcientia dei, in omni virtute confortati. Apparuerũt & zizania. Hieronymus: Non apparet differentia in herba zizaniæ & tritici, quia ſimilẽ quaſi herbam habent: ita quantũ ad exteriorem apparentiam, frequenter non eſt differẽtia inter ſemen dei & diaboli, ſed in fructu deprehenditur. Matth. 7. Ex fructibus eoꝝ cognoſcetis eos. Creſcit herba ſeminis Chriſti, irrigatione gratiæ & pluuia ſpũs ſancti, dum profectus ſit verus, in intellectu, ſcripturaꝝ: in anima, virtutũ: in eccleſia, ſpũalium viroꝝ. Cũ ergo creuiſſet herba, hoc eſt, bonæ ſpei opera mõſtraſſet, manifeſtarunt ſe & hæreticoꝝ dogmata. Chryſoſtomus: Error nõ habet principium niſi à vero, ꝺ reꝝ euentus oſtendit, qm̃ poſt prophetas pſeudoprophetæ, poſt apoſtolos pſeudoapoſtoli, poſt Chriſtũ antichriſtus. Poſtquam fraus innotuit, ſerui demirãtes vnde id accidiſſet, dominũ adeunt. Sic ſancti, maloꝝ tam hominum q̃ errorum multiplicationẽ cõſiderãtes, per deuotas deum accedunt preces, mirando eorum, per diuinam patientiam, multiplicationẽ. Ideo & illuminantur. Pſal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies veſtræ nõ confundentur. Pſal. 118. Intellectum dat paruulis.

Accedentes aũt ſerui patrisfamilias, dixerunt ei: Domine, nonne bonũ ſemẽ ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei: Vis imus & colligimus ea? Et ait, non. Ne forte colligentes zizania, eradicetis ſimul cũ eis & triticum. Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem. & in tempore meſſis dicam meſſoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburẽdum, triticum autem congregate in horreum meum.

Inimicus, inquit, homo, tam ſeminis q̃ ſeminantis. Mali enim nec bona agunt, nec ab aliĩs fieri gaudent. Vis igitur abeamus & colligamus ea? Tanquam boni ſerui parati euellere, domini quærunt voluntatẽ. Tali zelo moti Iacobus & Iohannes cõtra nõ ſuſcipientes ipſos, dixerunt Luc. 9. Dñe, vis dicamus vt deſcẽdat ignis de cælo & conſumat eos? Et conuerſus increpauit illos, dicens: Neſcitis cuius ſpũs ſitis. Filius hominis nõ venit animas perdere, ſed ſaluare. Vide hic patientiã nobis in exemplũ monſtratã. Nõ eñ audita fraude ſtatim in iram exarſit, ſed ait: Non, ne quando imprudẽtes, dum euellitis zizania, euellatis & ttiticum. Ecce diſcretio. Hieronymus: Datur locus pœnitẽtiæ, & monemur ne cito amputemus fratrem: quia fieri põt vt ille qui hodie noxio deprauatus ẽ dogmate, cras reſipiſcat, & defendere incipiat veritatẽ. Sinite pariter creſcere ambo. Ec ce longanimitas, quæ neceſſaria eſt vſq; ad finem. Interim mali bonis admixti, ſunt ferẽ di, quando minore pernicie tolerantur, q̃ tollerentur. Si non ſunt notoriĩ, neq; pertinaces, ac conuicti. Sic dominus tolerauit Iudam. Et ſi non per ipſos imminet periculũ vel damnum eccleſiæ. Alioqui 1. Cor. 5. Auferte malũ ex vobiſipſis. 1. Cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Tolerat eñ dñs vt conuertantur, Gloſſa. Forte triticum futurum. Luc. 13. Dimitte illam hoc anno, vſq; dum fodiam circa illam, & mittã ſtercora, & ſi quidẽ fecerit fructũ: ſin aũt, in futuꝝ ſuccides eam. Item vt boni per eos exerceantur. Auguſtinus: Omnis malus ideo eſt, aut vt cõuertatur, aut vt bonus per eũ exerceat. Hinc dñs ait Iudic. 2. Nolui delere eos à facie veſtra, vt habeatis hoſtes. Tunc ergo tollentur, cũ non eſt iam cõmutandæ vitæ tẽpus, & proficiendi aliĩs: tũc non ab hominibus ſed ab angelis fiet. Matt. 13. Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligẽt de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminũ ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Malæ herbæ quãdoq; celerius huberiusq; creſcũt q̃ bonæ. Sic mali in ſuperbia, auaritia, mũdanis concupiſcentiĩs & honoribus. Boni contra in humilitate, largitate, caſtitate, proficiẽdo de virtute in virtutem. Apoc. 22. Qui nocet, noceat

Mali quãdo & cur vel ferẽdi vel non ferendi.

adhuc: & qui in fordibus est, fordescat adhuc: & iustus iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. Ecce venio cito, & merces mea mecũ est, reddere vnicuiq; secundum opera sua. Porro quũ venerit illud tempus, quũ separabũtur boni à malis, quũ cuiq; pro factis suis dabũtur præmia, tunc filius hominis omniũ iudex mittet angelos, neq; quicq̃ offendiculi finent illic residere in regno suo, quãdoquidem iam nec boni malis prodesse poterũt, nec mali finent amplius bonis negociũ facessere, sed separatos ab alijs cõgregabit, ac tradet illos incẽdio gehẽnæ. O misera separatio, sed nõ totũ. Nã alligabũtur. In hac vita nõ est alligatio, alioqui nõ tot ab errore respiscerẽt. Glossa: Nõ in vno fasce, pro modulo em̃ puerilitatis suæ vnusquisq; punietur. Apoca. 18. Quantũ glorificauit se & in delitijs fuit, tantũ date illi tormentũ & luctũ. Isidorus: Similis culpæ reos, similis pœna constringet. Gregorius: Sicut in domo patris mãsiones multæ sunt pro diuersitate meritorũ & virtutũ, sic dãnatos diuerso supplicio gehennæ ignibus subijcit disparitas criminũ. Ibi pro momẽtaneis falsisq; voluptatibus, supplicijs nunq̃ finiendis afficiẽtur, submoti ex area ecclesiæ, & coniecti in specũ tartareũ, hoc est, regnũ patris sui, vbi iam sera & inutilis pœnitẽtia, fletũ, eiulatũ ac dentiũ stridorẽ extorquebit à miseris. Esa. 66. Vermis eorũ nõ morietur, & ignis eorũ nõ extinguetur. Apoc. 14. Cruciabitur igne & sulfure in cõspectu angelorũ sanctorũ, & ante cõspectũ agni. Et fumus tormẽtorũ eorũ ascẽdet in secula seculorũ. Nõ habebunt requiẽ die ac nocte. Triticũ aũt, hoc est, electos hic bene trituratos, cõgregate in cælestes mãsiones. Hiere. 31. Quid paleis ad triticũ? Luc. 3. Cuius ventilabrũ in manu eius, & purgabit aream suã, & cõgregabit triticũ in horreum suum, paleas aũt cõburet igni inextinguibili. Porro q ex bono semine prognati, perseuerauerũt vsq; in finẽ, quanq̃ interim hic humiles vident, & ab improbis affliguntur, tũc deposita omi mortalitatis humilitate, fulgebũt vt sol. Mat. 13. Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorũ. Qm̃ sol omnibus stellis p̃lucet, & videt fulgẽtior, ideo comparat soli iustorũ claritatẽ. Mali itaq; primo de mũdo tollent, & ad varia gehẽnæ tormẽta (ligatis manibus & pedibus, q̃ hic à bonis operibus ligatæ erãt) secernẽtur destinabũturq;, vt patet hic & Mat. 25. Et ibũt hi in suppliciũ æternũ, iusti vero in vitã æternã. Sentẽtia tamẽ primo dabitur pro iustis. Obserua ergo diligẽter, qd semines, qa de malo semine nunq̃ bonũ fructũ colliges. Galat. 6. Quæ em̃ seminauerit homo, hæc & metet. Qui em̃ seminat in carne, de carne metet corruptionẽ: q aũt seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Ose. 10. Seminate vobis in iustitia. Quantũ. 2. Corinth. 9. Qui parce seminat, parce & metet. Hilarem em̃ datorẽ diligit deus. Quãdo. Eccles. 11. Mane semina semen tuũ, & vespere nõ cesset manus tua: quia nescis qd magis oriatur, hoc an illud, & si vtrũq; melius erit. Psal. 125. Euntes ibant & flebant, mittẽtes semina sua. Venientes aũt venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Marc. 4.

Seminanti obseruanda quæ & quot.

Marc. 4 F

Et dicebat illis: Sic est regnũ dei, quemadmodũ si homo iaciat sementẽ in terram, & dormiat, & exurgat nocte ac die, ac semen germinet & increscat dum nescit ille. Vltro em̃ terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenũ frumentũ in spica. Et cum ex se produxerit fructũ, statim mittet falcem, quoniam adest messis.

Adiecit dñs aliam parabolã, qua doceret suos, nihil ipsis aliud curandũ, nisi vt totis viribus studerẽt euãgelio per vniuersum orbem profundendo: tẽpus messis olim venturũ, quũ ipsi dño videret. Hieronymus: Scripturas nouimus diuinas per similitudines terrenas plerũq; cælestia sacramẽta monstrare, sicut totum corpus constat euangeliorũ. Regnũ dei, ecclesia est, quæ à deo regitur, & ipsa regit homines in qbus regnat Christus p fidẽ & gratiã, Ephe. 3. Quorũ cõuersatio in cælis est, Philip. 3. Hoc aũt ænigmate docet recte euãgelij exordiũ, progressum & cõsummationẽ: quarũ primã & postremã partem ipse palam visibili corpe peracturus esset: mediũ, hoc est, progressum, inuisibili spũs sancti gratia administraret. Siquidẽ ipse princeps per vniuersam Iudæã sparsit sementem euangelicã. Mox eo peracto obdormijt, moriẽs primo, deinde resurgẽs in quietẽ æternam. Atq; hactenus germinat semen euangelicũ, illo, qui primus iecit, velut dormiẽte: ac secretis auctibus increscit die ac nocte, hoc est, in prosperis pariter & aduersis, p omnem occasionẽ & promouentiũ & reluctantiũ. Nõ em̃ potest nõ prouenire qd ille iecit, cuius voluntati nemo resistit, Hester. 13. Roma. 9. Volũtati eius qs resistit? Esa. 46. Consilium meũ stabit, & omnis volũtas mea fiet. Videmus ex q̃ paruis initijs exortũ est euãgelij regnũ, si rem æstimes iuxta mũdi speciẽ. Hæc erat velut herba proueniẽtis euangelicæ seminis, nec definit succrescere vsq; ad cõsummationẽ mũdi, donec maturuerit vniuersæ seges.

seges. Tum mittetur falx ineuitabilis iudicij, quæ succisis oibus, zizania tradat igni, purg triticũ seponat in tutũ. Id semen in singulis etiã Christianis suam habet herbã, suam spicam, suã messem. Catechumeni rudis est seges, nuper per baptismũ in Christũ renati: herba est, innocẽtiæ virore lætam spem de se præbẽs. Vbi iam excelsiores facti, adoleuerint euãgelicæ pietatis profectu, spicas habent: vbi pro suo quisq; modo matuerit, falce succiditur. Dormit, finens hominẽ libero vti arbitrio, siue in bonũ, siue in malũ. Psal. 43. Exurge, quare obdormis dñe? Nihilominus tamẽ die ac nocte visitat ecclesiã suã. Hieronymus: Dũ nescit, hoc est, nescire nos fecit, qs fructũ in finẽ afferat, dũ dicit Matt. 10. Qui perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. Vltro terra fructificat, quia deus voluntatem nostrã expectat, dicens Matth. 19. Si vis ad vitã ingredi, serua mandata. Herbam, hoc est, timorẽ. Psal. 110. Initium sapientiæ timor dñi. Spicam, pœnitẽtiam lachrymosam. Plenũ fructũ charitatẽ. Roma. 13. Plenitudo legis est dilectio. falx, mors est, vel iudicium quod secat omnia. Nam post triticũ neq; crescit, neq; decrescit, neque deterius fit, neq; melius. Qm̃ adest messis, cõsummatio seculi, in qua iusti gaudebunt, qui seminauerunt in lachrymis, Psal. 125. reportãtes præmium laborum. Marc. 4.

Et dicebat: Cui assimilabimus regnum dei? aut cui parabolæ comparabimus illud? Sicut granũ sinapis, quod cũ seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus quæ sunt in terra: & quum natum fuerit, ascendit in arborem, & fit maius omnibus oleribus: & facit ramos magnos, ita vt possint sub vmbra eius aues cæli habitare. 2

Rursum volens significare euangelicã doctrinã, primũ in speciem contemptã & humilem per ignominiã crucis, per paucos idiotas quasi plantatã vi veritatis, sic paulatim inualituram, vt totũ orbẽ occuparet, nullũq; genus hominũ non cõplecteretur, quo magis redderet auditores atq; attentos, velut hæsitans cui rei potissimũ possit cõferre regnum cælorũ, ait: Cui rei assimilabimus? Sed vt ex re nulli vestrum non notissima, intelligatis quale sit regnũ, Matth. 13. Aliã parabolã proposuit eis: Simile est regnũ cælorũ grano sinapis, qd accipiens homo, seminauit in agro suo: quod minimũ quidẽ est oĩbus oleribꝰ, & fit arbor, ita vt veniãt volucres cæli, & habitẽt in ramis eius. Quàm diu integrũ est, vt minutissimũ est, ita vilissimũ, nec colore nec odore blandiẽs: & si qd habet vigoris, intus habet. Sic verbũ crucis pereũtibus qdẽ stultitia est, his aũt q salui fiunt, hoc ẽ, nobis, dei virtus. Hoc hõ prudens nactus, non contẽpsit sed seuit in horto suo. Enatũ est aũt istud contemptissimũ granũ, & pro vno multa produxit & magna, adeo vt auibus etiã præbeat vmbrã, ac nidiculandi locũ. Ad euangeliũ oẽs cõfugiunt. Ibi requiescũt, & nidiculant animæ deuotæ cæli incolæ. Nam & in oẽm terrã exiuit sonus eorũ, Psal. 18. Malac. 1. Ab ortu eñ solis vsq; ad occasum, magnũ nomen meũ in gentibus. Hieronymus: Minimum in timore, maximũ in charitate. 1. Iohan. 4. Perfecta charitas foras mittit timorẽ. Deus eñ charitas est. Omnis aũt caro fœnũ, Esa. 40. Fert ramos misericordiæ & compassionis, sub cuius vmbra pauperes requiescũt, q animalia sunt cæli, quũ ipsorũ sit regnũ cælorũ. Matth. 5. Beati pauperes spũ, qm̃ ipsorũ est regnum cælorum.

Aliam parabolã locutus est eis: Simile est regnũ cælorũ fermento, quod acceptũ mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatũ est totum. 3 Matth. 13

Subsignificat quo pacto vis euãgelicæ doctrinæ clanculũ irrepẽs, & p pauculos apostolos admixta, totũ orbẽ transformatura foret in suã naturã, tum maxime exeret vim suã. Oportet nos oĩno fermentari & transformari in diuina. Hieronymus: Mulier, ecclesia vel apostolorũ p̃dicatio: fermentũ, intelligentia scripturarũ: tria farinæ sata, spũs, anima, corpus, in vnũ redacta. Nõ discrepẽt inter se, sed vbi cum duobus vel tribus cõuenerint, postulẽt à deo, q cõgregatis dabit. Matth. 18. Si duo ex vobis consenserint sup terram de omni re quãcunq; petierint, fiet illis à patre meo qui in cælis est. Vel, tria sata, rationalis, irascibilis, cõcupiscibilis: quarũ primũ dixit Plato in cerebro, secundũ in felle, tertium in iecore requiescere. Possideamus ergo p doctrinã euangelicã in aĩa prudẽtiam, in ira odium cõtra vitia, in desiderio cupiditatẽ virtutũ. Significãt & hæc tria sata, patrẽ & filium & spiritum sanctũ, q nõ diuersæ naturæ, sed vnius existũt. Vel fides, spes, charitas, quæ debẽt esse cõiuncta. Nã hic vna sine altera nõ valet, nec esse vere põt. Secundũ Hieronymũ, Satũ mẽsura est Palæstinæ, vnũ modium cum dimidio capiens. Sunt vero duo in fermẽto, humorũ corruptio, sic cõparatur peccato. 1. Corinth. 5. Modicum fermenti, totam

Tria sata mystice qd

Fermẽto q duo insint.

totam massam corrumpit. Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua consperſio. Calor incluſus ſeu virtus intus latens, ſic capitur hic.

Hæc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas, & ſine parabolis non loquebatur eis, vt impleretur quod dictũ erat per prophetã dicentẽ: Aperiã in parabolis os meum, eructabo abſcondita a conſtitutione mundi.

Non aũt docuit vt implerent ſcripturæ, ſed quia ipſe docuit, impleta eſt ſcriptura. Loquutus eſt in parabolis, quo ſimul & animos illoꝝ obſcuritate ſermonis ad diſcendi ſtudium excitaret, nec anſam tamen daret, occaſionem venãtibus calumniandi. Eructabo inquit. Ipſe eñ manifeſtauit nobis myſteria quæ in cælis ſunt. Luc. 10. Multi prophetæ & reges voluerũt videre quæ vos videtis, & nõ viderũt: & audire q̃ auditis, & nõ audierunt. Marc. 4. Et talibus multis parabolis loquebat eis verbũ, prout poterãt audire: ſine parabola aũt non loquebat eis. Qñ turba indocta erat & imperita, ideo mentionẽ facit grani ſinapis, herbæ & ſeminis, vt cognatis & conſuetis nominibus doceat eos vtile q̃dam, vel excitet vt accedant & interrogẽt, ſicq; ignorata diſcant. Marc. 4. Seorſum aũt diſcipulis ſuis diſſerebat oñia. Hieronymus: Illi eñ digni erãt audire myſteria in penetrali intimo ſapientiæ, q̃ remotis cogitationum malarum tumultibus, in ſolitudine virtutum permanebant. Sapientia enim in tempore ocij diſtribuenda.

Tunc dimiſſis turbis, venit in domũ: & acceſſerunt ad eũ diſcipuli eius, dicentes: Ediſſere nobis parabolam zizanioꝝ. Qui reſpondens, ait: Qui ſeminat bonum ſemen, eſt filius hominis: ager aũt eſt mundus. Bonũ vero ſemen hi ſunt filij regni: zizania autẽ filij ſunt nequam. Inimicus aũt qui ſeminauit ea, eſt diabolus. Meſſis vero, conſummatio ſeculi eſt: meſſores autem, angeli ſunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur, ſic erit in conſummatione ſeculi. Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminũ ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium.

Hæc proxime ſupra patent.

Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum.

Hiero. In p̃ſenti ſeculo fulget lux ſanctoꝝ coram hoĩbus, vt videãt bona opa ipſoꝝ & glorificent patrẽ qui in cælis eſt, Mat. 5. Poſt cõſummationẽ aũt mũdi, ipſi iuſti fulgebũt ſicut ſol in regno patris eoꝝ. Phil. 3. Noſtra aũt cõuerſatio in cælis eſt. Vnde etiã ſaluatorẽ expectamus dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ, q̃ reformabit corpus humilitatis noſtræ, cõfiguratũ corpi claritatis ſuæ, ſecundũ operationẽ virtutis ſuæ, qua poſſit ſibi ſubijcere oĩa. Mat. 17. Trãsfiguratus eſt ante eos, & reſplenduit facies eius ſicut ſol. Sicut aũt corpora electoꝝ fulgida erũt ſicut ſol, ſic ecõtrario reproboꝝ obſcuriſſima, ſecũdum quod animæ eoꝝ oñi lumine interiori, quantũ ad rectũ vſum, oñino priuant. Matth. 13. Qui habet aures audiẽdi, audiat. Quiſquis habet aurẽ nõ ſurdã & obturatã huius mũdi cupiditatibus, audiat, vt fugiat æterna ſupplicia, & vitam aſſequatur immortalem.

¶De parabolis in domo, Matth. 13.

## ARTICVLVS LX.

Matth. 13 G

SImile eſt regnũ cælorum theſauro abſcondito in agro: quem qui inuenit homo, abſcõdit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrum illum. Iterum ſimile eſt regnum cælorum homini negociatori quærenti bonas margaritas. Inuenta aũt vna precioſa margarita, abijt, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.

Oſtendit dominus euangelij precioſitatem ſimul & energiam, adhibẽs alias parabolas, quibus docet euangelicã profeſſionẽ nõ eſſe rem leuiter ac vulgari ſtudio expetendam, ſed oĩbus omiſſis, hoc vnũ ſummo ſtudio conandũ, omniũq; bonoꝝ iactura, ſummum illud bonum eẽ cõparandũ. Virtus eñ & ſapiẽtia dei dñs Ieſus, non ſolũ ad ſuſcipiendam

piendam humanã naturã, hominibus cõpati dignatus est, sed etiã humanæ ignorantiæ condolescẽs, suis sanctis sermonibus reꝛ temporaliũ similitudines frequẽter adhibẽs, vt ex collatione visibiliũ, ad inuisibilium amorẽ animos audientiũ incitaret. Vnde quũ cælestem gloriã studiose amandã doceret, illaꝛ reꝛ similitudinẽ adhibuit, quas hoies plurimũ diligere solẽt. Hieroñ. Thesaurus, Chrũs est, cui pater oĩa donauit. Mat. 28. Data est mihi oñis potestas in cælo & in terra. In quo sunt oẽs thesauri sapiẽtiæ & sciẽtię reconditi, Coloss. 2. Nã & verbũ latebat in carne. Iohan. 1. Verbũ caro factũ est. Sit ager sacra scriptura, in qua reposita est notitia seruatoris. Iohã. 5. Scrutamini scripturas, in qꝫ putatis vos vitã æternã habere. Illæ sunt quæ testimoniũ perhibẽt de me. Apud ipm sunt diuitiæ quæ nunq̃ marcescũt, thesaurus nunq̃ deficiens in cælis, Matth. 6. 2. Petri. 1. Per quem maxima & preciosa nobis promissa donauit, vt per hoc efficiamini diuinæ cõsortes naturæ, fugiẽtes eius quæ in mũdo est cõcupiscentiæ corruptionẽ. Esa. 64. Oculus nõ vidit deus absq; te, quæ ꝓparasti expectãtibus te. Ibi nos thesauros reponere exhortatus est Matt. 6. Thesaurizate vobis thesauros in cælo. Luc. 12. facite vobis sacculos q̃ non veterascunt, thesauꝛ nõ deficientẽ in cælo. Modũ Apostolus indicat 1. Tim. 6. Diuitibus huius seculi ꝓcipe, nõ sublime sapere, neq; sperare in incerto diuitiaꝛ, sed in deo viuo, qui præstat nobis oĩa abunde ad fruendũ, bene agere, diuites fieri in bonis operibꝰ, facile tribuere, cõmunicare, thesaurizare sibi fundamentũ bonum in futuꝛ, vt apprehẽdant veram vitã. Esa. 33. Diuitiæ salutis, sapientia & scientia: timor dñi ipse est thesaurus eius. Hinc Eccl. 29. Pone thesauꝛ tuũ in præceptis altissimi, & proderit tibi magis q̃ aurum. Inuenit aũt, qui quærit humiliter & diligẽter. Matt. 7. Qui quærit, inuenit. Nam à superbis absconditur. 1. Corinth. 2. Sed loquimur dei sapientiam in mysterio quæ abscõdita est, quam prædestinauit deus ante secula in gloriam nostrã, quam nemo principum huius seculi cognouit. Abscondit non inuidia, sed timore seruantis & perdere metuẽtis. Gregorius: Deprædari desiderat, qui thesaurum publice in via portat. Sic ergo sit opus in publico, vt tamen intentio maneat in occulto. Studiũ em̃ cælestis desiderij à malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. Hinc seruator Matth. 6. docet, quemadmodum eleemosyna, ieiunium, oratio, non in hominum fauorem, sed dei, si deo placere cupimus, facienda. Ezechias vana motus gloria, ob cælestis signi præconium, nuncijs regis Babyloniæ ostendens thesauros, diuino iudicio ijs priuatus fuit, 4. Reg. 20. & Esa. 39. Mercatur agrum illum, in quo nouit thesaurum latere rarum, sibiq; felix videtur, qui nudatus oñibus mediocribus bonis, vnico, sed insigni, licet ignoto, sit fundo ditatus. Hieroñ. Abscondit in corde suo, quẽ pristinis prætulit facultatibus. Gregorius: Quem venditis oñibus comparat, qui voluptatibus carnis renũcians, terrena desideria per cælestis disciplinæ studium & custodiam calcat. Luc. 14. Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus. Hinc Apostolus Philip. 3. Propter quẽ oñia detrimentũ feci, & arbitratus sum vt stercora, vt Christum lucrifacerem. Sed heu cælestia viluerũt cupientibus ventrẽ implere de siliquis porcorum, Luc. 15. Rursum simile dicitur negociatori, qui delectatur bonis margaritis. Hieronymus: Bonæ margaritæ, lex & prophetæ, & notitia veteris testamẽti. Vnum est pretiosissimum margaritũ, scientia seruatoris, & sacramentũ passionis Christi, & arcanũ resurrectionis. Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas ante porcos. Ecce gratiã euangelicã, sanctum & margaritas vocat. Nasci ferũtur margaritæ in conchis marinis ex rore cæli, ad fulgorem se aperientibus. Sic Chrũs beatitudo nostra, & obiectiue & effectiue, spũs sancti operatione & illapsu in virgine cõceptus est, Esa. 45 Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum, aperiat terra, & germinet saluatorẽ. Quẽadmodum aũt dulcedine cõcipiuntur & cõseruantur, ita aceto dissoluuntur. Sic. 1. Pet. 2. Si tamẽ gustastis qm̃ suauis est dñs. Cõtra Hiere. 2. Scito & vide, qa malum & amaꝛ est reliquisse te dominum deum tuum, & non esse timorem eius apud te, dicit dñs deus exercituum. Quod cum inuenerit homo, cum Paulo arbitratur omnia vt stercora, Philip. 3. Non quo inuentio nouæ margaritæ, reprobatio fiat veteris: sed quo cõparatione ipsiꝰ, omnis alia vilior sit. Heb. 7. Nihil enim ad perfectũ adduxit lex. Roma. 10. Finis aũt legis Christus, ad iustitiã omni credenti. Chrysostomus: Duo ad salutẽ nobis sunt necessaria, secularium rerum cõtemptus, ac iugis vigilantia. Quærenti, inquit. Qui em̃ renunciationem omniũ bonoꝛ facit, nullam iacturã facit, sed quæstuosissimã mercaturam. Sumꝰ negociatores, q de terrenis facultatibus iubemur cælestes diuitias mercari. Luc. 19. Negociamini dũ venio. Dicitur vna margarita, qa dei dona vnũ solũ respiciunt, & ad vnũ tendũt, per charitatẽ quæ oĩm charismatum summa est, vnũ efficiens amantẽ cũ amato. Venditis autem oñibus comparatur. Qui em̃ sua pauperibus tribuit, & adhuc proprijs

Gẽmæ vbi & qui nasc̃ cantur.

Necessaria ad salutem duo.

voluptatibus feruit, nondū preciosum margaritū comparauit: quia quod charius pote rat, deo offerre renuit. Non enim deus nostra, sed nos quærit, qui terrenā substantiā nō nisi propter lucrum cæleste dari præcepit. Quia ergo negociatores sumus, nō terreni, de quibus Eccī. 26. Difficile exuitur negocians à negligentia, & caupo à peccatis labiorum. & 27. Sicut in medio cōpaginis lapidū palus figitur, sic & inter mediū vēditionis & emptionis angustiabit peccatis. Sed spūales, imitemur eos qui ob terrenum lucrū, nec maris, nec latronū, nec frigoris, nec æstus periculis retardantur, sic nec nos ob cæleſtes diuitias. Roma. 8. Quis nos separabit à charitate Chri? Tribulatio? an anguſtia, an fame? an nuditas? an periculū? an pſecutio, an gladius? Sicut scriptū est, Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his oībus superam⁹ propter eū qui dilexit nos. Qui & si quādo in vno negocio iacturā incurrāt, eo fortius instāt in cæteris, quo damnū resarciant. Sic nos damnū animæ per peccatū si incidimus, bonis operibus recuperare studeamus, q̄ precioſæ margaritæ lucrū recuperemus, dulcem dñi vocem audiētes Matth. 25. Euge serue bone & fidelis, qa super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituā, intra in gaudiū dñi tui. Hæc margarita preciositate sua nulli rei comparari potest, & tamen minimis haberi. Vidua duobus minutis, Luc. 21. Zachæus dimidio bonor̄ suor̄. Luc. 19. Alter calice aquæ frigidæ. Matth. 10. Quicūq; potum dederit vni ex minimis istis calicē aquæ frigidæ, tantū in nomine discipuli, amen dico vobis, nō perdet mercedē suam. Imo bona volūtate. 2. Corinth. 8. Quod si volūtas prompta est, secundū id q̄d habet, accepta est, nō secundū id q̄d nō habet. Esa. 55. Venite, emite absq; argento, & absq; vlla cōmutatione vinū & lac. Auguſt. Venditis rebus nostris, nihil magis eor̄ accipimus q̄ nosmetipsos: qa talibus implicati, nostri non erimus.

2 Iterum simile est regnum cælor̄ sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium cōgreganti. Quam, cū impleta esset, educētes, & secus littus sedētes elegerūt bonos in vasa sua, malos aūt foras miserunt. Sic erit in cōsummatione seculi. Exibūt angeli, & separabūt malos de medio iustor̄, & mittēt eos in caminū ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium.

Chrysostomus: Deinde ne confidamus plurimum, quoniam euangelium suscepimus, neq; opinemur solam nobis sufficere fidem ad salutem, horroris plenam adfert parabolam de ijs, qui male viuentes pereunt, & cæteris sunt inferiores, quoniam veritatem q̄dem cognouerunt, & in iaculum piscatorum inciderunt, & tamen male viuendo perierunt. Pulchre autem sagenæ comparatur ecclesia, quæ & piscatoribus commissa est, & si dei suæ reti quotidie fideles trahit. Matth. 4. Venite post me, faciam vos piscatores hominum. Mare, mundus fluctuationibus & amaritudinibus plenus. Iohan. 16. In mundo pressuram, in me pacem habebitis. 1. Iohan. 5. Totus mūdus in maligno positus est. Cōtexuerunt autem sibi ex nouo & veteri testimento rete euangelicum. Quæ enim prædicabant apostoli, firmabant miraculis & prophetarum dictis, & miserunt in mare huius mundi, quæ vsq; hodie in medijs fluctibus tenditur, capiens de salsis & amaris gurgitibus, quicquid inciderit, i. bonos & malos. Sic Petrus in linteo submisso e cælo vidit mūda & immunda animalia, Act. 10. Arca Noe malos & bonos, mūda & immūda continebat animalia, Gene. 7. Congregat aūt & continet, vt boni meliorentur, mali vero emēdentur, quanq̄ interim nonnunq̄ fiat, vt boni fiant mali per culpā, & mali boni per gratiam, & nondū potest iudicari, q in vasa sint eligēdi, & qui foras mittendi. Sed quum ad littus ventum fuerit, tum iudicium verum secernendorum bonor̄ & malorum patebit. Oēs aūt infideles, extra sagenam sunt & iudicati. Iohan. 3. Qui non credit, iam iudicatus est. Boni in vasa eliguntur. Iohan. 14. In domo patris mei māsiones multæ sunt. Malos foras miserūt. Apoc. 22. Foris canes & venefici, & impudici, homicidæ, & idolis seruientes, & oīs q amat & facit mēdacium. Canes, nominat Seruator obstinatos & infideles, Matth. 7. Apostolus cōtentiosos. Philip. 3. Videte canes, videte malos operarios videte cōcisionē Boni nusq̄ soli nisi in cælo, mali aūt in inferno: sed in sagena ecclesiæ ad finem vsq; & boni & mali mixti sunt. Exibunt aūt angeli: dispecturi qd trahat rete euāgelicum, nec sinent amplius malos bonis admixtos intra eandem sagenā, sed ex meritis, non ex professione quenq̄ æstimabūt. O misera & semper pertimescenda separatio, quā subsequitur horrendū supplicium. Nam quemadmodum boni in æternas colligētur māsiones, sic mali in caminū ignis mittentur ardentis. Matth. 25. Ite maledicti in ignē æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Psal. 20. Pones eos vt clibanum ignis in tēpore vultus tui, dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Aperte prædicit

dicit pœnas, ne quis ignorantiæ prætexat velamen. Erit enim fletus & stridor dentium, in testimonium intolerabilis doloris.

Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cælorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. 3

Quo magis hæc infigeret animis suorum, rogat num hæc satis intellexerint. Non enim sufficit audire, nisi & intelligamus verbũ, Luc. 8. Subijcit aliam parabolã, qua submonebat eos, hæc & huiusmodi multa discẽda, & in memoriæ penuario reponenda, quo mox ad omnẽ occasionẽ possent depromere, siue præmijs alliciendus esset auditor, siue supplicíorum metu terrendus. Nec enim eadẽ semper dicenda, nec eodẽ modo, nec omnibus rebus oẽs cõmoneri. 1. Petri. 3. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationẽ, de ea quæ in nobis est spe, sed cum modestia & timore, conscientiã habentes bonam. Habent scribæ Iudæorũ quod ex libris consulti respondeant: sed quisquis vult esse scriba doctus in regno cælorũ, ei non satis est proferre vetera, nisi proferat & noua. Hieron. Nõ vult eos audire tantũ vt populum, sed intelligere vt magistros futuros, & quicquid in euangelio prædicarẽt, lege & prophetarũ vocibus comprobarent. Prou. 21. Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Matth. 15.

Et factum est cum consummasset Iesus parabolas istas, transijt inde. Et veniens in patriam suam, docebat eos in synagogis eorum, ita vt mirarentur & dicerent: Vnde huic sapientia hæc, & virtutes?

Comprobãtur inuidi & insipientes, existimãtes ignobilitatem & obscuritatem in causa esse quo qs minus placeat deo. Publice & libere docuit, ne postea calũniari possent à lege diuersa docuisse. Quid obstabat, magnũ illum in miraculis? Oportebat sane magis gloriari, quod tantum bonum patria illorum protulerit.

¶De reprehensione traditionis Iudæorũ, Matt. 15. Marci. 7.

## ARTICVLVS LXI.

TVnc accesserunt ad eum ab Hierosolymis scribæ & pharisæi, dicentes: Quare discipuli tui trasgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas cum panem manducant. Matth. 15 H

Ostendit dominus in quãtam peccatorum voraginem cæca hominum auaritia abducat, diuinorumq; præceptorum contemptum. Nam scribæ qui ratione scientiæ, & pharisæi qui ratione sanctimoniæ præcellebant, vndiq; venabantur calumniam: sed quo magis impetunt Iesum, hoc magis traducũt suam cæcitatem adeo manifestam, vt populus etiã perspiceret. Hinc discipulos vituperabãt quasi parum religiosos, simulq; præceptorem, qui suos parum sancte instituisset. Marc. 7. Et conuenerũt ad eum pharisæi, & quidam de scribis venientes ab Hierosolymis: & cum vidissent quosdam ex discipulis eius cõmunibus manibus, hoc est, nõ lotis mãducare panes, vituperauerũt. Iudæi enim & pharisæi nisi crebro lauerint manus, non manducãt, tenentes traditionem seniorũ: & à foro venientes, nisi baptizentur, nõ manducãt, & alia multa sunt quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicũ, & vrceorũ, & æramentorũ, & lectorũ. Quũ interim mentẽ habentes intus odio, liuore, ambitione, auaritia, simulatione, cęterisq; pestibus inquinatissimã, non cogitant de lauãdo animo, quasi liquor aquæ sordes abstergeret animi. Beda: Ortũ habuit ex Esa. 1. Lauamini, mundi estote, quod spũaliter intelligendũ, ipsi carnaliter exponebant. Sequitur enim ibidem, auferte malum cogitationũ ab oculis meis. O quot habent imitatores. Augustinus: Bona vis habere, & bonus non vis esse? quid est quod malum vis habere? nihil omnino, & tamẽ malam vis habere animam? Hinc admonet dominus Hie. 4. Laua à malitia cor tuũ. Alioqui. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, q mundatis quod de foris est calicis & parapsidis, intus aũt pleni estis rapina & immunditia. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis & parapsidis, vt fiat & quod deforis est, mundum, Matth. 23. Discipuli ergo domini, docti solam virtutem amplexari, & in alijs non esse superstitiosos, nõ lotis manibus mãducabant: quia iam superflua despiciebant, ea solum quæ erant necessaria attendentes, & neq; lauari, neq; non lauari pro lege habentes, sed vt contingebat vtrunque facientes, vt dicit Chrysostomus. Pharisæi autem

autem nec hãc calumniandi ſcabiem poterant intra ſe premere: cum diſcipulis non expoſtulant, ſed velut in atroci facinore dominum ipſum adoriuntur. Marc. 7. Et interrogabant eũ phariſæi & ſcribæ: Quare diſcipuli tui nõ ambulant iuxta traditionẽ ſenioꝝ, ſed cõmunibus manibus manducãt panem? Non reprehendũt id tanquam cõtra legẽ, ſed ſeniorum traditionẽ. Dominus autem non ferens tam malitioſam de re nihili crimi nationem, perculit illos atrociore recriminatione.

2 Ipſe aũt reſpondens, ait illis: Quare & vos tranſgredimini mandatum dei propter traditionem veſtram? Nam deus dixit, Honora patrem & matrem & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos aũt dicitis, Quicũqꝫ dixerit patri vel matri, munus quodcunqꝫ eſt ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrem ſuũ, aut matrẽ ſuam: & irritum feciſtis mandatum dei propter traditionẽ veſtram. Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Eſaias, dicens: Populus hic labĩs me honorat, cor aũt eorum lon longe eſt a me. Sine cauſa aũt colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum.

Volens nos docere dominus, nullũ eſſe peſtilentius calumniãdi genus, q̃ vbi quis ſub prætextu pietatis inceſſit benefacta proximi, ſeuere retundit illoꝝ malitiam ac ſimulatam iuſtitiam. Hieronymus: Falſam calumniam vera reſponſione confutat, non impatientia, ſed zelo iuſtitiæ, innocentes excuſando, & inuidos & prꝫuaricatores accuſando. Indigne enim alios de paruis accuſant, qui magnis ſubiacent vitĩs. Matth. 7. Quid autẽ vides feſtucã in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Iohan. 5. Nolite ſecundũ faciẽ iudicare, ſed iuſtũ iudiciũ iudicate. Chryſoſtomus: Nõ habet autoritatẽ legis, quod ab hominibus inuentum eſt: quocirca nõ legem, ſed traditionẽ hominum iniquiſſimoꝝ appellat. Hieronymus: Sæpe traditionibus hominũ mandata dei cedũt. Obſerua eſſe quædã hominũ mandata diuinis contraria, hæc cõtemnenda. Act. 4. Si iuſtum eſt in conſpectu dei vos potius audire q̃ deum, iudicate. Act. 5. Obedire deo oportet magis quàm hominibus. Eſa. 10. Væ qui condũt leges iniquas, & ſcribẽtes iniuſtitiã ſcribebant, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent cauſæ humilium populi mei, vt eſſent viduæ præda eoꝝ, & pupillos diriperent. Sic hic erat. Quædam diuinis opitulantia, vtpote ieiunium quo caro crucifigitur. Galat. 5. Qui Chriſti ſunt, carnẽ ſuã crucifixerunt cũ vitĩs & concupiſcẽtĩs ſuis. Sic feſti dies quibus colitur deus. In talibus obediendum. Heb. 13. Obedite præpoſitis veſtris & ſubiacete eis. Quædã communẽ politiã concernẽtia, diuinis non cõtraria. Proue. 8. Per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernũt. Hinc Roma. 13 Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Nõ enim eſt poteſtas niſi à deo. Quæ aũt ſunt, à deo ordinata ſunt. Itaq; qui reſiſtit poteſtati, dei ordinationi reſiſtit. Qui autẽ reſiſtũt, ipſi ſibi damnationẽ acquirũt. Marc. 7. Vos aũt dicitis: Si dixerit homo patri vel matri, corban, hoc eſt, donum quodcũqꝫ ex me tibi proderit, & vltra nõ dimittitis eum quicq̃ facere patri ſuo aut matri, reſcindẽtes verbũ dei per traditionẽ veſtrã quam tradidiſtis, & ſimilia huiuſmodi multa facitis. Ex multis ergo vnum accepit, ponẽs autoritatem quantum ad honoris obligationẽ, & quãtum ad dehonorationis punitionem, vt eos ad ſui duceret reatus conſiderationẽ. q. d. ſecundum Hieronymum: Si vos mandata dei contemnitis propter mandata hominũ, quare diſcipulos meos arguitis, q mãdata hoĩm contẽnunt, vt dei ſcita cuſtodiant? Siquidem deus naturæ legẽ corroborãs, ſerio iuſſit, vt quiſqs patrẽ & matrẽ honoraret, ac ſubſidio ſubleuaret, longæuitatẽ vitæ huius repromittẽs ac felicitatẽ hoc faciẽti, mortẽ cõminãs ſecus agẽti. Exo. 20. Honora patrẽ tuũ & matrẽ ſuã. Ephe. 6. quod eſt mandatũ primũ in promiſſione, vt bene ſit tibi, & longæuus ſis ſuper terram. Hiero. Honor in ſcripturis non tam in ſalutationibus & officĩs offerendis, q̃ in eleemoſynaꝝ & muneꝝ oblatione attenditur. Leuit. 20. Patri matriq̃ q maledixerit, ſanguis eius ſuper eum. Vos aũt conſulentes auaritiæ veſtræ, quod ſubleuãdis parẽtibus erat impendendũ, vertitis in lucrum veſtrum: docetis homines, ſanctius eſſe ac melius, locupletare donarĩs templum, quàm opitulari parentibus egenis: ac technam monſtratis, qua parẽtibus opem flagitantibus illudant filĩ, veſtra traditione falſe præceptum dei exponẽdo. Munus quod offero templo, tibi collatum puta. Siquidem quod deo offertur ſummo parenti, recte collocatũ eſt. Eſa. 63. Tu domine pater noſter. Malac. 1. Si ergo ego pater, vbi eſt honor meus? ac filĩ pietas proderit & parentibus. Hinc dicitis iam nõ eſſe opus, vt quicquàm impartiãt egẽtibus parentibus, quod præcepto ſit factum ſatis: & interim ſuperſtitione deterretis parentes,

Mandata hoĩm tem nenda aut ſeruãda q̃ ſint.

parentes, ne audeant à filijs exigere, quod semel deo dicatũ videt, ne sacrilegio sese reddant obnoxios. Atq; hac arte sub prætextu falsæ pietatis, contra præceptum dei deseritur pater, vt melius habeant sacerdotes. Res ad vos redit, nam ad parentes subleuandos præter verba nihil redit. Chrysost. Impietatem sub nomine pietatis inducunt, q̃ docent quod oblatio domini, qui verus pater est, obsequijs parẽtum præferatur, & hoc pro lucris suis, vnde & parẽtes, ne sacrilegij crimẽ incurrerent, deo dicata deuitant, & egestate conficiuntur. Nõ ergo honorificat patrem, qui beneficia non præstat. His dictis, factis, inqt, declaratis recte, meritoq; de vobis hypocritis vaticinatũ Esa. 29. Quo grauiꝰ ipos argueret, prophetam adduxit à quo taxantur. Labijs me laudat & prædicat, legẽ verbo, non facto seruans, fictione, non veritate. Cor aũt longe abest. Psal. 118. Longe à peccatoribus salus, quia iustificationes tuas non custodierũt. Non tuas, sed suas. Esa. 59. Peccata vestra diuiserũt inter vos & deũ vestrũ. Ideo Iaco. 4. Appropinquate deo, & appropinquabit vobis. Frustra colunt, & putant colere se deum, qui per opera illum dehonorant. Vnde Roma. 2. Qui gloriaris in lege, per præuaricationẽ legis deũ inhonoras. Sine causa colũt, quia mercedem à deo nõ recipient, cũ ab hominibus quæsitã receperint. Matth. 6. Amen dico vobis, receperũt mercedem suam. Omnia em̃ opera sua faciũt, vt videantur ab hominibus. Matth. 23. Docẽtes mãdata hominũ, cõtemptis diuinis. Alioquin Matth. 23. Supra cathedram Mosi sederũt scribæ & pharisæi, quæ dicũt vobis, facite: secũdum autem opera illoꝝ nolite facere. Dicunt em̃, & non faciunt. Igitur doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci. Optimũ est em̃ gratia stabilire cor, Heb. 13. Col. 2 Videte ne quis vos decipiat per philosophiã & inanem fallaciã, secundũ traditionẽ hominum, secũdum elemẽta mũdi, & nõ secundũ Christũ. Obserua, quod dicit, nõ secũdũ Christũ, indicat traditiões ecclesiæ quæ secundum Christũ sunt, obseruãdas. Hinc Act. 15. apostoli coacto cõcilio gentibus rescripserũt: Visum est spiritui sancto & nobis, nihil vobis vltra imponere oneris, quã hæc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulacroꝝ, & sanguine, & suffocato, & fornicatione. A qbus custodiẽtes vos, bene agetis. & infra: Paulus aũt electo Sila profectus est, traditus gratiæ dei à fratribus. Perambulabat aũt Syriã & Ciliciam, cõfirmãs ecclesias, p̃cipiens custodire p̃cepta apostoloꝝ & seniorum. Videãt ergo quo spũ regãtur, qui ecclesiæ (quæ spũ sancto regitur. Iohan. 14. Ego rogabo patrẽ, & aliũ paracletũ dabit vobis spiritũ veritatis, vt maneat vobiscũ in æternum, & ob id columna & firmamentũ dicit veritatis, 1. Timot. 3.) decreta contemnunt. Matth. 18. Si ecclesiã nõ audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Ecclesiæ traditiões an vt hominũ traducẽdę

Et conuocatis ad se turbis. dixit eis: Audite & intelligite. Nõ quod intrat in os, coinquinant hominẽ: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius, dixerũt ei: Scis quia pharisæi audito verbo hoc scandalizati sunt? At ille respondẽs, ait: Oĩs plantatio quam nõ plantauit pater meus cælestis, eradicabitur. Sinite illos. cæci sunt, & duces cæcoꝝ. Cæcus aũt si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.

Pharisæis hoc priuato sermone coercitis magis q̃ sanatis, Iesus velut auersus ab eis, vtpote incurabilibus, ac nihil aliud aucupantibus q̃ calumniandi ansam, iussit turbas propius accedere, velut honorem ipsis deferens, vt susciperent sermonem. Marc. 7. Audite me oẽs, & intelligite. Eccl. 5. Esto mãsuetus ad audiendũ verbũ dei, vt intelligas. Audite quàm sint friuola quæ præscribũt pharisæi, de minimis anxij, maxima negligẽtes. Volebat enim turbã de his rebus admonitã esse, ne posthac pharisaicis traditionibus auocarentur ab euangelica synceritate. Marc. 7. Nihil est extra hominẽ introiens in eũ, quod possit eũ coinquinare: sed quæ de homine procedũt, illa sunt quæ coinquinãt hominẽ. Puritas em̃ hominis & impuritas, nõ est in rebus extrarijs, sed internis. Nec animus inquinatur rebus corporeis: quæ aũt intus sunt in homine, & ab homine exeunt, declarãt impurum hominem. Indicat ergo dñs, illa nõ ex natura sua, sed ex incidẽtibus causis vel bona, vel mala fieri, & ob id minoris esse facienda, quàm ea quæ semper sunt ex sua natura pia vel impia. Iamq; tẽpus adesse, vt id genus legis præcepta, quæ ad tẽpus aliquod sunt institua, nec tam adferunt sanctimoniam, q̃ significant, iam incipiãt obscurari, ac mox ad coruscantem euangelij lucẽ prorsus interitura. Corporalia sunt hæc, nec afficiũt nisi corpus. Animũ nec iuuãt, nec lædũt, nisi quis abutatur. Vt aũt abutaris, non ciboꝝ vitio fit, sed abutentis. 1. Timoth. 4. Omnis creatura dei bona est. sanctificatur em̃ p verbũ & orationẽ. Est tñ occasio immũditiæ spũalis, vel ratione prohibitiõis, vt in lege idolis immolata,

molata,& quàm plurima alia immunda erant secundũ legem.Hieroñ. Ipsi quidẽ cibi & omnis creatura munda est per se,sed idolorum & dæmonũ inuocatio,ea fecit immũda, 1.Corinth.8.Hæc aũt prohibitio & immũditia p Christũ sublata & purificata.Act.10. Quod deus purificauit,tu ne commune dixeris.Hinc Coloss.2. Nemo vos iudicet in cibo aut in potu,aut in parte diei festi,aut neomeniæ, aut sabbatorũ, quæ sunt vmbra futurorum,corpus aũt Christi.Quædã aũt ab ecclesia certis rationibus instituta sunt, nõ qa lege præcepta,quoad ciborũ certis diebus delectũ, & dies festos,ac longæuo vsu, q vim legis obtinet,quæ transgredi filijs ecclesiæ nefas est,quanq̃ nothi & synagogæ satanæ filij contemnant.Sic & immoderantiæ abusus coinquinat. 1.Cor.6.Neq; ebriosi regnum dei possidebũt.Philip.3.Quorũ deus venter est.Nõ dixerũt,scandalizasti:sed,scandalizati sunt.Nõ em̃ erat scandalum actiuum,sed passiuum.Augusti.Oculis ægris odiosa est lux.At Iesus docere volens, aliquãdo offendiculũ improborũ ex rebus nihili sumptum, fortiter esse cõtemnendũ cũ suis autoribus,præsertim quũ illis obsecundando nihil aliud proficias,q̃ quod alis illorũ malitiã,nõ sine pernicie simpliciũ,ait:Peribit omnis institutio,quam hoĩes ad suũ quæstũ & gloriam ex sese, nõ ad veram pietatem cõmenti sunt. Actu.5.Si ex hominibus est cõsilium hoc aut opus,dissoluetur:si vero ex deo est, nõ poteritis dissoluere,ne forte deo repugnare videamini. Hieroñ. Etiam quæ plana videtur in scripturis,plena sunt quæstionibus.Si oĩs,ergo & illa,1.Cor.3.Ego plantaui? Soluitur quæstio cũ subditur, Deus autẽ incrementum dedit.Dei agricultura estis,dei ædificatio estis.Dei em̃ cooperatores sumus.Si ergo cooperatores dei sumus, ergo plantante Paulo,& rigante Apollo,deus cum cooperatoribus suis plantat & rigat. Abutuntur hoc loco,qui diuersas naturas introducũt,dicẽs:Si plantatio quam nõ plantauit pater, eradicabitur:ergo quam plantauit,nõ poterit eradicari.Sed audiãt Hiere.2.Ego te plantaui vineam electã,omne semen verũ. Quomodo ergo cõuersa es mihi in prauũ vinea aliena? Plantauit quidẽ deus,& nemo potest plantationẽ eius eradicare, sed qm̃ ista plantatio in volũtate est proprij arbitrij,nullus alius eam eradicare potest,nisi ipsa præbuerit assensum.Sinite suo errore eos turbari,qa obstinati in malitia. Discimus hoc loco,offendi illos,qui sponte offendũtur & incurabiles sunt,nõ esse damnosum.Scandalum enim ex ignorãtia prouenit.Matth.17.Ne scandalizemus,inquit,eos. Hiero. Saluator præcipit doctores pessimos dimittendos arbitrio suo,sciens eos ad veritatem difficulter posse trahi,& cæcos esse,& cæcum populum in errorem trahere.Tit.3.Hæreticum hominẽ post vnam atq; secundam monitionẽ deuita, sciens quoniam subuersus est. Iactant sese doctores ac duces ad veram religionem,quũ ipsi nesciant quibus in rebus sit sita vera religio.Nesciunt quod doceant,& stultos discipulos sibi adiungunt. Hinc Marc.7. Relinquentes mãdata dei,tenetis traditiones hominum,baptismata vrceorũ & calicum, & similia his facitis multa.Si quis habet aures audiendi,audiat. Significat eam cantionẽ frustra cani surdis auribus.Esa.56.Speculatores eius cæci omnes,nescierunt vniuersi,canes muti nõ valentes latrare,videntes vana,dormientes & amantes somnia,& canes impudentissimi nescierunt saturitatẽ.Ipsi pastores ignorauerũt intelligentiam.Omnes in viã suam declinauerunt,vnusquisq; ad auaritiam suam,à summo vsq; ad nouissimũ.Venite, sumamus vinum,& impleamur ebrietate,& erit sicut hodie,sic & cras, & multo amplius.Gregorius:Cum pastor per abrupta graditur,grex in præcipitium vadit.Hiere.10. Quia stulte egerunt pastores,& dominum non quæsierunt, propterea nõ intellexerũt, & omnis grex eorum dispersus est.

Respondens autem Petrus,dixit ei:Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit:Adhuc & vos sine intellectu estis? Nõ intelligitis, quia omne quod in os intrat,in vẽtrem vadit,& in secessum emittitur? Quæ autem procedũt de ore,de corde exeunt,& ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malæ,homicidia,adulteria,fornicationes,furta,falsa testimonia, blasphemiæ.Hæc sunt quæ coinquinant hominem.Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.

Remigius:Consueuerat dñs parabolice loqui, ideo interrogauit eũ Petrus.Marci.7. Et cum introisset in domum à turba,interrogabant eum discipuli eius parabolam,& ait illis:Sic & vos imprudẽtes estis? non intelligitis, quia omne extrinsecus introiens in hominem,nõ potest eum coinquinare,quia non intrat in cor eius,sed in ventrem vadit, & in secessum exit,purgans oẽs escas? Iesus ad exemplum fidi diligentisq; p̃ceptoris,prius excita-

excitata, pia obiurgatiuncula, illoꝝ attentione, docuit parabolæ mysteriũ. Hierony. Omnia euangelioꝝ loca, plena apud hæreticos & peruersos sunt scandalis, sicuti hic aliqui Christũ arguere nituntur physicæ dispositionis ignaꝝ, vtpote qui cibũ dixit mox in ventrem ire, & inde in secessum mitti, de corde verò exire cogitatiões. Marc. 7. Ab intus em̃ de corde hominũ malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus malus, blasphemiæ, superbia, stultitia. Omnia hæc mala abintus procedunt, & coinquinãt hominẽ. Nõ ergo statim purus est, qui manus, sed qui cor habet lotũ & mundũ. Illic em̃ fontẽ suũ habẽt noxiæ cogitatiões, quibus fratri struunt insidias. Quæ & si nõ prodeant per os, tamen impuꝝ reddũt hominẽ & abominandũ in oculis dei. Si prorumpant, velut è putri cloaca pestilens halitus, vt declarant hominẽ esse impuꝝ, ita cõtagio afflatuq; suo etiã alios inquinãt. 1. Cor. 15. Corrumpũt bonos mores colloquia mala. Hierony. Principale ipsius animæ secundũ Platonem in cerebro est, sed iuxta dñi sententiã in corde: & arguendi sunt ex hac sentẽtia, qui cogitationes immitti à diabolo putant, & nõ ex propria nasci voluntate. potest em̃ diabolus incentor esse maloꝝ, non actor. Sed occulta rimatur, & ex corporis habitu æstimare solet. Ex malis em̃ cogitationibus proueniũt mala verba & opa. Mat. 12. Progenies vipere rarũ, quomodo potestis bona loqui quũ sitis mali? Aut facite arborẽ bonã, & fructũ eius bonũ: aut malã, & fructũ eius malũ. Quod em̃ est hoc præpostexꝝ sanctimoniæ genus, lotas habere manus, & mentẽ simul & linguam habere tot sceleribus inquinatã? Hinc dñs nominatis vitijs quæ diuina lege prohibentur, pulchre concludit: Hæc sunt quæ immundum reddunt coram deo, culpæ maculam inferendo.

¶De Cananæa, Matth. 15. Marc. 7

## ARTICVLVS LXII.

ET egressus inde Iesus, secessit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Cananæa a finibus illis egressa, clamauit dicens: Miserere mei domine fili Dauid. filia mea male a dæmonio vexatur. Mat. 15 I

Claret q̃ efficax apud deum, humilis, pia, & perseuerans sit oratio. His itaq; gestis, Iesus ipsa loci mutatiõe significat, q̃ tæderet Iudaici cultus, qui fere totus æstimabatur corporalibus obseruatiunculis, & Iudæos ob suæ superstitionem legis, expulsuros euangelicam doctrinam, quam gentes essent per fidei synceritatem sibi vindicaturæ. Proinde nõ ibi versatus est in publico, quod solet apud Iudæos. Marc. 7. Et ingressus domũ, neminẽ voluit scire, & non potuit latere. Adeo em̃ fama dictorum factorumq; eius sese & vltra Iudææ fines profuderat, veluti iam tum meditans in vniuersum orbem propagari. Marci. 7. Mulier em̃ statim vt audiuit de eo, cuius filia habebat spiritũ immundũ, intrauit, & procidit ad pedes eius. Erat em̃ mulier gentilis, Syrophœnissa genere: & rogabat eum, vt dæmonium eiiceret de filia eius. Sed quoniã non fuit exaudita in domo, prosequuta est dñm per viam, ingenti de eo cõcepta fidutia. Hieronymus: Inde nouit vocare filium Dauid, quia egressa iam fuerat de finibus suis, & errorẽ Tyriorũ & Sidoniorum loci ac fidei cõmutatione dimiserat. Nam credidit dominũ posse sanare filiã. Beda: Mulier quæ dñm credula precabatur, à finibus suis egressa perhibetur: quia nisi priscæ conuersationis habitacula vana reliquisset, ad Christi ecclesiam nunq; veniret. Emigrandũ est de ædibus tuis, vt venias ad domũ in qua sedet Iesus. Non em̃ sufficit à peccatis egredi, nisi & occasiones derelinquas peccatoꝝ. Eccl. 15. Qui tetigerit picẽ, inquinabitur ab ea: & qui cõmunicat superbo, induet superbiã. Sibi misereri postulat, quia charitas malũ alienũ, ex fraterna cõpassione suũ reputat. 2. Cor. 12. Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Misericordiam postulat, nõ meritũ allegat. Esa. 64. Omnes iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ. Hieronymus: Ego filiam ecclesiæ puto animas esse credentiũ, quæ male à dæmonio vexantur, ignorantes creatorẽ, & adorantes lapidẽ. Male anima vexatur, quãdo vexatio nõ sentitur. Hiere. 5. Percussisti eos, & nõ doluerunt: attriuisti, & rennuerũt accipere disciplinã. Indurauerũt facies suas supra petrã, & noluerũt reuerti. Peius, quum morbus desperatur. Eph. 4. Qui desperãtes, semetipsos tradiderũt impudicitiæ, in operationem immũditiæ omnis, in auaritiã. Pessime, quũ medicus cõtemnitur. Luc. 5. Vtiq; dicetis mihi hãc similitudinẽ: Medice, cura teipsum. Non em̃ egent, qui sani sunt, medico, Luc. 5

Anima qñ male, peius ac pessime vexetur.

Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius, rogabant eũ, dicentes: Dimitte eam, quia clamat post nos. Ipse aũt respondens, ait: Non

ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. At illa venit, & adorauit eum, dicens: Domine, adiuua me. Qui reſpondens, ait: Non eſt bonũ ſumere panem filiorũ, & mittere canibus. At illa dixit: Etiam domine. Nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de menſa dominorũ ſuorum.

2 Hic Ieſus ille miſericors & exorabilis, qui ſolet omnibus obuius eſſe & expoſitus, quo ſimul & conſtantiſſimã mulieris fidẽ omnibus patefaceret, & Iudæis ſuã pertinaciſſimã incredulitatẽ exprobraret, ſimulq; vt doceret nos quantũ apud deũ valeãt improbæ preces ex humili corde profuſæ, adeo cõtempſit ſupplicẽ ac vociferantẽ præ dolore animi, vt nec reſponſo dignaretur. Hieronymus: Non de ſuperbia phariſaica, nec de ſcribarũ ſupercilio, ſed ne ipſe ſententiæ ſuæ videretur cõtrarius, per quã iuſſerat Mat. 10. In viam gentiũ ne abieritis, Nolebat em̃ occaſionẽ calumniatoribus dare, perfectamq; ſalutẽ gẽtium, paſſionis & reſurrectionis tempori reſeruari. Non deſtitit tamen mulier, quãuis repulſa. dolor em̃ & fides reddebant illam improbã. Sequitur à tergo, vociferatur lamentabili voce. Accedunt diſcipuli, non tanquã immiſericordes, ſed volentes perſuadere dño vt miſereretur ei. Hieronymus: Diſcipuli adhuc myſteriorũ Chriſti ignari, vel miſericordia moti, rogabãt pro muliere, vel importunitate eius carere cupientes: quia non vt clementẽ, ſed vt durum medicũ crebrius inclamaret. Beda: Si quis animã habet vitiorũ ſorde pollutam, filiam proculdubio habet male à dæmonio vexatam. Sed neceſſe eſt, vt reatum ſuũ agnoſcens, mox ad preces & lachrymas confugit, ſanctorũ crebris interceſſionibus auxilium quærat, qui pro eius ſalute domino dicant: Dimitte eum, quia clamat poſt nos. Dimitte reatum, dona gratiã, quia noſtrũ intimo affectu quærit pronus ſuffragium. Roma. 15. Obſecro vos per miſericordiã dei, & per charitatẽ ſancti ſpiritus, vt adiuuetis me in orationibus veſtris. Nam connexio corporis per charitatẽ, quæ vinculum eſt perfectionis, Col. 3. exigit vt viciſſim ſubleuemus. Hinc Gal. 6. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legẽ Chriſti. Vnde dominus amicis Iob ait: Iratus eſt furor meus in te & in duos amicos tuos, qm̃ non eſtis loquuti corã me rectum, ſicut ſeruus meus Iob. Sumite ergo vobis ſeptem tauros & ſeptẽ arietes, & ite ad ſeruum meum Iob, & offeret holocauſtum pro vobis. Iob aũt ſeruus meus orabit pro vobis. faciem eius ſuſcipiam, vt non imputetur vobis ſtultitia, Iob. 42. Dominus autem reſponſum addit repulſa priori durius, quo magis ac magis barbaræ mulieris admirabilẽ redderet conſtantiã ac modeſtiam, & hoc exemplo Iudæis ſuã exprobraret arrogantiam, & velut ex affectu Iudaico reſpondet, ſe non gentibus, ſed Iudæis peculiariter miſſum. Hieronymus: Non quod ad gentes non miſſus ſit, ſed quod vel primum miſſus ſit ad Iſrael, vt illis non recipientibus euangelium, iuſta fieret ad gentes tranſmigratio. Hinc Paulus Act. 13. Vobis oportebat primũ loqui verbum dei: ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Sic enim nobis præcepit dominus. Ipſis em̃ promiſſus. Roma. 15. Dico em̃ Chriſtum Ieſum miniſtrũ fuiſſe circunciſionis, ad confirmandas promiſſiones patrũ. Ad oues, inquit, quæ perierunt. Venit em̃ quærere & ſaluum facere quod perierat, Luc. 19. Pſal. 118. Erraui ſicut ouis quæ perĩt. quære ſeruũ tuum, quia mandata tua non ſum oblitus. Eſa. 53. Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſq; in viam ſuam declinauit. Mulier aũt adeo non eſt defatigata tot repulſis, vt auſa ſit propius etiam accedere ad Ieſum, dei cognoſcens potentiã, & auxilij efficaciam, ac ſuam indigentiam, & accidens ad genua, adorauit. Hieronymus: Mira hic monſtrantur, quæ gradatim deus expoſtulat: fides, qua credidit poſſe ſanare filiam: ac primũ filium Dauid, deinde dominum vocat, ad extremũ adorat vt deum. Patientia, qua, toties cõtempta, in precibus perſeuerat. Humilitas, qua ſe non canibus, (de quibus Pſal. 21. Circundederunt me canes multi) ſed catulis cõparat. Quanto aũt mulier multiplicabat preces, tanto durius Chriſtus negationẽ. Marc. 7. Sine prius ſaturari filios. Non eſt em̃ bonũ ſumere panẽ filiorũ & mittere canibus. Panem appellat fructũ euangelicum, qui fide conſtat. Filios, Iudæos. Oſee. 11. Puer Iſrael, & dilexi eũ. Hiere. 31. Ephraim primogenitus meus. Sed Eſa. 1. Filios enutriui & exaltaui, ipſi aũt ſpreuerũt me. Ideo & Apſus Ro. 9. Non em̃ qui filĩ carnis, hi filĩ dei: ſed q filĩ ſunt promiſſionis, æſtimantur in ſemine. Eccĩ. 15. Cibauit eos pane vitæ & intellectus. Gentes, quia impurã agebant vitam, & in ſanguine idolis immolatorũ vescabantur, canes à cultu religioneq; dei alieni. Peccatores ergo cũ ſumus, & canes nominamur immunditia pleni, indigni ſumus qui accipiamus panẽ dei, hoc eſt, communicemus immaculatis myſterĩs: ꝙ ſi per humilitatẽ noſmetipſos agnouerimus, & confeſſi fuerimus nos eſſe canes, enarrauerimusq; peccata noſtra, tunc ſanat filia, hoc eſt, opus diabolicum.

Sanctorũ interceſſiones expectandæ.

bolicum. Mulier nihil offensa conuicio, quod dictũ videbatur ad abigendã illam, vertit in argumentũ impetrandi. Non inficior, inquit, Israelitas esse filios, nos esse canes. Chrysostomus: Nam etsi canis, non penitus aliena. Ideo nõ sum omnino repellenda. Non illis præripio suũ panem delicatũ, quo vescuntur accumbentes in mensa patris. hoc tantũ peto, quod domini non solent negare canibus. Quod parũ, quantũ ad virtutẽ tuam attinet, mihi aũt magnũ fuerit, da. Sicut & qui panes comedunt, non magnifaciũt si micas dent. Iesus aũt veluti victus tanta mulieris fiducia, tolerãtia, modestia, ac perseuerantia.

Tunc respondens Iesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

Chrysostomus: Vide quanta sit virtus orationis, quod eñ apostoli nõ obtinuerunt, ipsa perfecit. Discamus nõ statim resilire, quũ precamur, si non statim votoꝝ fuerimus compotes, sed perseueremus donec accipiamus. Fuit oratio ipsius, Cordialis. nam clamauit ex totis præcordijs. Psal. 118. Clamaui in toto corde, exaudi me dñe. Toto corde clamat, qui intellectu & affectu clamat. 1. Cor. 14. Orabo spiritu, orabo & mente. Diuiso corde, qui vel non intelligunt, vel non attendunt quod petunt. Osee. 10. Diuisum est cor eorum, nũc interibũt. Beda: Hæc aũt sola orandi pertinacia meretur esse fructifera, si quod ore precamur, etiam mente meditemur. Sunt eñ qui ore orantes, mente aũt foris vagantes, omni se fructu orationis priuãt, putantes à deo precem exaudiri, quã nec ipsi audiũt qui fundunt. Nullo corde, qui nec intellectu nec affectu. Esa. 29. Eo quod appropinquauit populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor aũt eius longe est à me, & timuerunt me mandato hominũ & doctrinis, ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo. Fidelis. Iaco. 1. Postulet aũt in fide, nihil hæsitans. Hinc à domino collaudatur, quia magna fides ipsius. Magnam siquidem habuit fidem, quæ nec prophetarum antiqua, nec recentia ipsius domini miracula percepta, vel promissa cognoscens, pietatem saluatoris implorat, dicẽs: Miserere mei domine fili Dauid. Cum enim eundem dominum filium appellat Dauid, profecto patet, quod verum hunc hominem, verũ credidit & deum, quem & solo verbo posse curare sciens, filiam non adduxit, nec præsentiam requisiuit, & vt deum adorauit. Erat autem fides per dilectionem operans, quæ aliquid est, Gala. 5. Nam sine operibus mortua est, Iaco. 2. Humilis, calamitatem suam publice confitendo, humiliter adorando, & se catello comparando. Eccl. 35. Oratio humiliantis se, nubes penetrabit. Iudith. 9. Humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Psal. 101. Respexit in orationem humiliũ. Stabilis. Chrysostomus: Differt quandoq; deus dare quod petitur, vt desideria augeantur, & habita carius possideantur, & possessa cautius custodiantur. Gregorius: Desideria sancta, dilatione crescũt si autem dilatione deficiunt, desideria non fuerunt. Marc. 7. Et ait illi. Propter hunc sermonem vade, exijt dæmonium à filia tua. Et cũ venisset domum, inuenit puellam iacentem super lectum, & dæmonium exisse. Psalm. 148. Ipse dixit, & facta sunt. Sap. 11. Subest eñ tibi, cum volueris, posse. Hieronymus: O mira rerum conuersio. Israel quondam filius, non canis. pro diuersitate fidei ordo mutatur. Nam de illis postea dicitur Phi. 3. Videte canes, videte malos operarios. Sed foris canes & venefici, & impudici, & homicidę, & idolis seruientes, & omnis qui amat & facit mendacium. Nos audimus cum muliere, Magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.

Oratio Cananææ qualis aut quotuplex.

¶De surdo & muto & alijs sanatis, Matth. 15. Marc. 7

## ARTICVLVS LXIII.

ET exiens de finibus Tyri, venit per Sidonẽ ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei surdũ & mutũ, & deprecabantur eũ, vt imponat illi manũ. Et apprehendens eũ de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: & expuens, tetigit linguã eius: & suspiciens in cælũ, ingemuit, & ait illi: Effeta, quod est, adaperire. Et statim apertæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur recte. Mar. 7 K

Ostendit q̃ obuius sit omnium ad se confugientium necessitatibus subuenire. Nam facta ipsius nedum ad fidei illuminationẽ, sed & morum instructionem nobis proponũtur. Beda: Surdus ille & mutus, quẽ mirabiliter dominus sanauit, genus designat humanum, in his qui diabolicæ deceptionis ab errore, diuina merentur gratia liberari. Obsurduit

nanq; homo ab audiendo diuino verbo, posteaquam mortifera serpentis verba contra deum tumidus audiuit. Mutus à laude cõditoris effectus est, ex quo cum seductore colloquium habere præsumpsit. Et quod de radice vitiosum germinauit, vitiosius multo propagari cœpit id dilatatione ramorũ, ita vt veniente in carne domino (exceptis paucis de Iudæa fidelibus) totus pene mundus ab agnitione & confessione veritatis surdus erraret & mutus. Dominus igitur, semine ceu furtim iacto apud Tyrios & Sidonios & Cananæos, relegit iter, rursus proficiscens ad lacum Galilææ, præterita Sidone, & itinere facto per regionẽ Decapoleos, vbi prius sanarat dæmoniacũ. Huc cũ venisset, adducũt surdũ & mutum. Mutus sit oportet, qui natura surdus est. Beda: Regio trans Iordanẽ decem vrbium erat ad orientẽ: vnde dñs ex opposito illaꝝ ciuitatum, intrasse dicitur fines earum. Congruebat ibi facere miraculũ, quo fama latius diuulgaretur, & plures postea conuerterentur. Sed miserabilius surdus est, cui nõ sunt aures idoneæ ad audiendũ sermonem dei: peius mutus est, qui non habet linguam ad confessionẽ suæ turpitudinis, ac diuinæ misericordiæ. Nam fine auditu fidei & diuinæ inspirationis, gratia nõ intrat. Ro. 10. Ergo fides ex auditu, auditus aũt per verbum Christi. Sine confessionis verbo culpa non exit. Ro. 10. Corde creditur ad iustitiã, ore aũt confessio fit ad salutẽ. Esa. 42. Quis cæcus nisi seruus meus, & surdus nisi ad quẽ nuncios misi? Sed quid faciet miser, qui linguã non habet, vnde salutẽ petat à dño, nec aures quibus percipiat vocẽ Iesu, etiam mortuorum excitatricem? Offerant necesse est diuinæ pietatis aspectibus ĩ, qui audire & loqui verbũ dei longo didicerunt vsu sanandũ, vt eũ quem humana infirmitas nequit, gratiæ dextera saluet. Sic visum est clementissimo dño, vt aliena etiam fides opituletur peccatoribus. 1. Ioh. 5. Qui scit fratrem suũ peccare peccatũ non ad mortẽ, petat: & dabitur ei vita, peccanti non ad mortẽ. Scilicet vitæ, quia post mortẽ etsi in malis sit pœnitentia, tamen infructuosa. Sap. 5. Dicentes intra se, pœnitentiã agentes, & præ angustia spũs gementes. Iaco. 5. Orate pro inuicem vt saluemini. Adducatur ad Iesum, non cõsulantur dĩ alieni, vt phitones &c. Ochozias lapsu per cancellos cœnaculi sui grauiter infirmatus, mittens ad consulendũ deum Accaron, audiuit 4. Reg. 1. Quia misisti nuncios ad consulendũ Beelzebub deũ Accaron, quasi non esset deus in Israel, à quo posses interrogare sermonem, ideo de lectulo super quẽ ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Audiant & intelligant, qui in rebus aut perditis, aut alioqui viribus destitutis, deo derelicto, homines superstitiosos, & moribus & vita corruptos consulunt, vnde pericula & infortunia. Erat in procliui, dño vel simplici verbo dare sanitatẽ surdo & muto, sed nobis hæc rerum forma proponitur. Nã vt plerũq; parabola est q̃d loquitur Iesus, ita nõ raro parabola est q̃d facit. Apprehensum hominẽ seducit à turba. Saluus est quẽcunq; apprehẽderit Iesus, quẽ ab huius mũni tumultu semouerit. Hieron. Seorsum semper à turbulẽtis cogitationibus & actibus inordinatis, sermonibusq; incõpositis ducit, qui sanari meret. Manu sua educit à turba, quæ impedit spũalis sanitatis receptionẽ. Est em̃ omnis morbi curatiua. Psal. 143. Emitte manũ tuam de alto, eripe me & libera me de aquis multis. Omnis boni collatiua. Psal. 144. Aperis tu manũ tuã, & imples omne animal benedictione. Iob. 10. Manus tuæ dñe fecerunt me, & plasmauerunt me totũ in circuitu. Omnis rei in suo esse cõseruatiua. Sap. 11. Quomodo aũt posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatũ nõ esset, conseruaretur? Iam aũt in proximo est salus, Iesus vbi virtute spiritus, qui digitus dei est, dignatur aures mentis nostræ cõtingere. Hieron. Digiti, verba spũs sunt & opera. Exod. 8. Digitus dei est hic. Psal. 8. Quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorũ. Quoties saliua cæleſtis sapientiæ, quæ ipse est, 1. Cor. 1. ex ore altissimi patris prodiens, Eccl. 24. dignatur animi nostri linguam contingere, vt sapiant nobis ea quæ dei sunt. 1. Cor. 2. Animalis homo nõ percipit ea quæ sunt spiritus dei. Stultitia em̃ est illi, & nõ potest intelligere, quia spũaliter examinatur. Spiritualis aũt iudicat omnia. Neq; em̃ absq; hoc humore fit gustus, & humana saliua vitiata, peruersum habet iudicium. Ingemuit nõ ex diffidentia, sed humanam miseriam commiserans. Quid enim miserabilius illis, quibus aures mentis sic occupatæ sunt cupiditatibus terrenis, vt non queant audire verbum dei? quibus lingua sic impedita est & infecta vitiosis affectibus, vt non sapiant cæleſtia, vt muti sint ad suæ malitiæ confessionẽ, ad prædicandam dei misericordiam? Itaq; gemitus Iesu admonet nos, quales fuerimus: at suspectus in cælum, adimit desperationem, indicans vnde fit paratũ auxilium. Psal. 120. Auxilium meum à domino, qui fecit cælũ & terram. Psal. 122. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Iaco. 1. Omne datũ optimũ & omne donum perfectum, de sursum est, descendens à patre luminum. Hieron. Gemere nos docuit, ac in cælum thesaurum cordis nostri erigere, quòd per gemitum compunctionis intimæ, friuola lætitia carnis purgatur. Psal. 37. Rugiebam à gemitu cordis mei.

2

Manus dñi qualis.

Psal.

Psal.119. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, Heb.13. Gemere ergo debemus pro nostris & aliorum erratibus, & nostrum exilium plangere. Psal.37. Domine, ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est abscoditus. Imperat morbo vt dominus, cui necessario omnia obediunt, & continuo sequitur sanitatis effectus. Psal.148. Quoniam ipse dixit, & facta sunt. Sap.16. Tuus domine sermo qui sanat omnia. Tu es domine qui vitæ & mortis habes imperium, deducis vsq; ad portas mortis & reducis. Beda: Vtraq; natura manifeste distincta est. suspiciens enim in cælum, quasi homo deprecaturus igemuit: sed mox vno sermone quasi potens, infirmum diuina maiestate curauit. Hieronymus: Ille solus recte loquitur, vel deum confitendo, vel alijs prædicando, cuius auditum, vt cælestibus possit auscultare & obsecundare mandatis, diuina gratia reserat, cuius linguam dominus tactu sapientiæ, quæ ipse est, ad loquendum instruit. Psal.50. Domine, labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Sed sunt qui à veritate auditu auertunt, & ad fabulas conuertuntur, 2. Timo.4. qui obturant aurem suam ne audiant legem, Prouer.28. quorum oratio erat execrabilis. Sic & ad clamorem pauperis, qui & ipsi clamabunt, & non exaudientur, Prouer.21. Sunt & quorum guttur sepulchrum est patens, qui linguis suis dolose agunt: quoniam non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est, Psal.5. Sed qui vult vitam, diligit videre dies bonos, Prohibeat linguam suam à malo, & labia sua ne loquantur dolum, Psal.33. Hinc admonet Apostolus Ephe.4. Omnis sermo malus de ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. 1. Pet.4. Si quis loquitur quasi sermones dei. Timeamus ergo in ipsa lingua, in qua benedicimus deum & patrem, maledicere homines qui ad imaginem dei creati sunt, Iaco.3. Qui enim putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, huius vana est religio, Iaco.1. Si enim de omni verbo ocioso, quod loquuti fuerint homines super terram, reddent rationem de eo in die iudicij, Matth.12. quid de blasphematorijs & contumeliosis erit & detractorijs? Hieronymus: Soluitur lingua ad hymnos, cantica & psalmos: soluitur vt eructet verbum bonum, quod non possunt minæ cohibere. Verbum enim dei non est alligatum 2. Timoth.2.

Et præcepit illis ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, & eo amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit. & surdos fecit audire, & mutos loqui. 3

Hieronymus: Non in virtutibus gloriandum esse docuit, sed in cruce & humiliatione. Gala.6. Mihi aut absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Beda: Nunquid non æstimandum est, q; vnigenitus dei filius signum faciens, & hoc abscondi voluerit, q; contra voluntatem suam sit patefactum in turbis, nec potuerit silentio signum tegere, si voluisset, quod potuit facere cum voluit? An forte nobis exemplum dare, vt virtutum opera facientes, vitium iactantiæ per omnia, gloriamq; vitemus humanam, ne bona nostra actio, per inanem vulgi fauorem, supernæ retributionis munere priuetur? Et tamen scia mus, opera nostra, si digna imitatione sint, nullatenus posse celari, sed ad vtilitatem fraternæ correctionis, ipso dispensante patefieri, qui ait Matth.5. Nō potest ciuitas abscondi supra montem posita, & Luc.12. Quæ dixistis in tenebris, dicentur in lumine. Hoc autem ipsum magis prouocauit, vt apud omnes prædicarent. atq; hoc vehementius suspiciebant magnitudinem Iesu, qui quum talia posset ac præstaret, non solum nihil exigebat præmij, verum ne gloria quidem tam insignis facti frui cupiebat. Sed vt est hominis vere benefici, non exigere laudem pro beneficio, ita grati est hominis, hoc impensius referre gratiam, q; qui beneficium dedit, nullam expectet gratiam. Hæc laus, bene omnia fecit, in solum deum competit. Gene.1. Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Deut.32. Dei enim perfecta sunt opera. Sed vnde mors? Sap.1. Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Creauit enim vt essent omnia, & sanabiles fecit nationes orbis terrarum, & non est in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra. Iustitia enim perpetua est & immortalis, iniustitia aut mortis acquisitio. Impij aut manibus & verbis accersierunt illam. Melius ergo nunc fecit in reparatione. Ro.5. Si vnius delicto mors regnauit per vnum, multo magis abundantiam gratiæ, & donationis & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum. Igitur sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. Optime in electorum glorificatione. Apoca.21. Absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra, quæ prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Sic

ergo nos visitare dignetur, qui tangit & sanat omnia verbo, vt audientes & loquentes, nunquã ab obedientia laudis diuinæ cessemus, magnalia eius indies magis ac magis prædicando, cui debetur creationis & recreationis & instaurationis nostræ gratia. Quanto em̃ feruentius prædicare debent, quibus iubet vt prædicent, quando illi qui iubentur, tacere non possunt? Hinc Luc. 19. Dico vobis, si hi tacuerint, lapides clamabunt. Matth. 15. Et cũ transisset inde Iesus, venit secus mare Galilææ: & ascendens in montẽ, sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secũ mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos, & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos ita, vt turbæ mirarentur, videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, & cæcos videntes, & magnificabant deũ Israel. Conscenso monte sedebat, vt secessu locíq; difficultate paulatim ad firmitatẽ eueheret fidẽ suorũ. Iam vel ex itineris difficultate satis perspecta fide illorũ, nam sequuntur, ascendunt, offerunt, sanauit omnes tanta celeritate tam multos, vt multitudo quæ venerat, vehementer obstupesceret: & glorificabat deũ Israel, qui tantis beneficijs dignaretur populum suũ. Si rectum non vides, si bonũ quod cernis non operaris, si admonentẽ alium nõ audias, neq; alium admonere valeas, si eleemosynã non porrigas, aut alio quopiã morbo teneare: pedes Iesu accede, vestigia vitæ illius attinge, & curã habebis. Ibi peccatrix veniam inuenit peccatorum, Luc. 7.

¶De refectione septem panum, Matth. 15. Marc. 8.

## ARTICVLVS LXIIII.

Mar. 8 L

IN diebus illis iterũ cum turba multa esset cũ Iesu, nec haberent quod manducarent, conuocatis discipulis, ait illis: Misereor super turbã, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent. & si dimisero eos ieiunos in domũ suam, deficient in via: Quidam em̃ ex eis de longe venerũt.

Ostendit q̃ prompte adhærentium sibi necessitatibus subuenire velit & possit. Augustinus: Altitudinem diuinitatis suæ & misericordiam humanitatis, multis & varijs modis in scripturis sanctis dominus noster Iesus Christus ostendit. Omnia em̃ quæ in hoc mũdo sub fragilitate nostra exhibuit miracula, nobis proficiunt. Verbũ dei est Christus, qui non solũ verbis, sed & factis loquitur hominibus. Nempe quod super turbam miseretur dominus, ne inedia vel longioris viæ deficiat labore, nouerimus esse affectum atq; compassionem humanæ fragilitatis. Quod aũt de septem panibus & paucis piscibus satiauit quatuor millia hominũ, credimus diuinæ opus esse virtutis. Repetit exemplum pascendi, ne possit excidere, quod toties esset infixũ. Clementissimus dominus sanabat omnes corporum morbos, animos vero cælesti sermone pascebat. Non em̃ sunt noxiora ieiunia, q̃ non pasci dei gratia. Hac ergo benefaciendi promptitudine adeo sibi deuinciebat animos multitudinis, vt ab eo non posset diuelli. Dumq; totis animis intenti sunt regno dei, non venerat in mentem prospicere de commeatu. Chrysostomus: Non est putandum q̃ sine viatico venerint in solitudinem, sed consumptis primo & secundo die omnibus, tertio die, quo clarius esset, miraculum fecit. Cognoscens em̃ dominus multos fame periclitari, & iter esse longum, nec vicos vllos aut oppida esse in propinquo, conuocat discipulos, ipsa re docere volens ipsos, nihil defuturũ his qui syncera fidutia adhærerẽt ipsi. Misereor, inquit. O verbũ inexhaustæ charitatis & dulcedinis, ex intimis procedens præcordijs. Psal. 144. Miserationes eius super omnia opera eius. Quare hoc? Psal. 58. Misericordia eius præueniet me. Non em̃ expectat, sed præuenit periculũ nostrum. Sap. 11. Misereris omniũ, quia omnia potes. Vnde Esa. 16. Præparabitur in misericordia soliũ eius. Excitauit & hac oratione animũ suorũ ad miraculum, submonendo discipulos suos superioris miraculi, quo pauerat aliquot millia hominũ. Duplex miserendi causa, quia cũ ipso perseuerabant, nec habebant victũ. Matth. 15. Misereor turbæ, quia triduo iam perseuerant mecũ, & nõ habent quod manducent. Et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. Nullũ dñs Iesus vult dimittere ieiunũ, omnes em̃ vult delicijs donorum suorum alere, & maxime qui triduo apud se manẽt, hoc est, in fide trinitatis baptizati perseuerãdo. Psal. 102. Quomodo miseretur pater filiorũ, misertus est dñs timentibus se. Sustinentes aũt eũ, hæreditabunt terrã. Psal. 38. Luc. 1. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. De quibus Apoca. 3. Dicis quia dives sum & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Ideo Psal. 72. Mihi aũt adhærere deo bonũ est, ponere in dño deo spem meã. Psal. 32. Anima nostra sustinet dñm, quoniã

adiutor

adiutor & protector noster est. Ambrosius: Non ociosis, non in ciuitate, hoc est, in synagoga secularis dignitatis residentibus, sed inter deserta Christũ quærentibus, cælestis gratiæ alimonia impartitur. Osee. 2. Ducam eam in solitudinem, loquar ad cor eius. Psal. 84. Audiam quid loquatur in me dominus, quoniam loquetur pacem in plebem suam. Turba ergo triduo sustinet dominum, quia fideles pœnitentes, se ad dominum in opere, sermone, & cogitatione conuertunt: qui in præsenti via deficerent, si in sua conscientia sine doctrinæ pabulo dimitterentur. Quàm diu eñ sumus in hoc tabernaculo, peregrinamur à domino. 2. Corin. 5. Scimus autem quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex deo habemus, domũ non manufactam, æternam in cælis. Sed quoniam duplici consistimus substantia, duplici nobis opus est refectione, quemadmodũ dominus refecit. Primo, spirituali. Mat. 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Hieronymus: Periclitatur fame, qui sine cælesti pane, ad optatam mansionem peruenire festinat. Hinc dixit angelus Heliæ. 3. Reg. 19. Surge, comede, quia grandis tibi restat via. Qui surgens, comedit & bibit: & ambulauit in fortitudine cibi illius. 40. diebus, &. 40. noctibus, vsq; ad montem dei Oreb. Dehinc corporali. Psal. 135. Qui dat escam omni carni. Psal. 103. Vt det illis cibum in tempore. Scien dum q̃ ante peccatum deus dedit homini in cibos, fructus arborũ. Vnum genus, quo nutriretur: aliud, quo in vita conseruaretur, lignum vitæ: & tertium quod probaretur, lignũ scientiæ boni & mali. Gene. 2. Post peccatum, olera herbarũ & panem, Gene. 3. Sed quia per aquas diluuiũ fructus & herbę in virtute peiorati, dedit carnes & pisces, Gene. 9. Nunquàm enim defuit dominus suis. Hinc filios Israel pauit manna in deserto quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem, Exo. 16. Quare admonet Apostolus Hebr. 13. Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus. Ipse enim dixit: (Iosue. 1) Non te deseram neq; derelinquam. Vnde ait Luc. 22. Quando misi vos sine sacculo & pera, nunquid aliqd defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Ideo. 1. Timo. 6. Habentes alimenta, & qbus tegamur his contenti simus. Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possumus. De longe veniunt pœnitentes. Psal. 118. Longe à peccatoribus salus, quia iustificationes tuas non exquisierunt. Ephe. 2. Et vos qui aliquando fuistis longe, facti estis prope in sanguine Christi.

Cibus hominí q̃ mul tiplex a deo datus

Et respondérunt ei discipuli sui: Vnde illos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et accipiens septem panes, gratias agens, fregit, & dabat discipulis suis, vt apponerent turbæ, & apposuerunt, & habebant pisciculos paucos & ipsos benedixit, & iussit apponi. Et manducauerunt, & saturati sunt, & sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septem sportas. Erant autem qui manducauerant, quasi quatuor millia hominum, & dimisit eos.

Discipuli rudes adhuc, & obliti priorum, quasi iussi pascere tantam hominum multitudinem, soliciti perplexiq; respondérunt Matth. 15. Vnde ergo nobis in deserto panes tãtos, vt saturemus turbam tantam, biduano ieiunio famelicam, & hoc in deserto, vbi nec prece, nec precio habere possumus? Diffidentiæ vox est & obliuionis, maiora enim viderant. Sic Moses audiens à domino. Nu. 11. Sãctificamini, cras comedetis carnes, ait: Nunquid boum & ouium multitudo cędetur, vt possit sufficere ad cibum? vel oñes pisces maris in vnum congregabuntur, vt eos satient? Cui respondit dñs: Nunquid manus domini inualida est? Iam nũc videbis vtrum meus sermo opere compleat. Luc. 1. Quia nõ erit impossibile apud deum omne verbum. Multi discipulis similes, in necessitate deo diffidentes, ad humana confugiunt præsidia, quare iuste vtriq; fraudantur. Hæc tamen simplicitas & obliuio discipulorum, miraculi magnitudinem illustrauit. Quo autẽ dominus oẽm malignandi & calumniandi miraculum tolleret occasionem, & ordinate in faciendo miraculo procederet, interrogauit quot panes haberent. Matth. 15. At illi dixerunt: Septem & pisciculos paucos. Non magnos nec multos, quo miraculum clarius euaderet, & nobis curam magnorum & delicatorũ ciborũ dissuaderet. Eccl. 37. Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem cibum. In multis enim escis infirmitas, & auiditas appropinquabit vsque ad choleram. Propter crapulam multi obierunt, qui autem abstinens est, adiiciet vitam. Chrysostomus: Admirare discipulorum sapientiam, qualiter ventrem superabant, non multum mensæ curam facientes. In eremo enim existentes,

& per tres dies ibi manentes, ſolum ſeptem panes habebant. Quum vero commeatus hic non videretur ſufficere tantæ multitudini, tamen iuſſit omnes diſcumbere ſuper terram. Fuit enim circa pentecoſtes feſtum: alia autem refectio, quum ſupra fœnum diſcubuerũt, circa paſcha, Ioh. 6. Felix conuiuium, vbi famelica turba diſcumbit iuſſu Ieſu. Id fit, quoties populus auidus ſermonis euangelici, cõuenit in baſilicam, auditurus Ieſum per os boni concionatoris loquentem. Nam multi non alio animo veniunt in ſacram concionem, quàm quo vulgus ſolet venire in theatrum, ſpectaturum prophanam fabulam. Quare famelici diſcedentes & inanes, à domino paſci non merentur. Qui vult à domino paſci, Ieſu diſcumbat iuſſu oportet, idq; ſuper terram. Sedent ſuper terram, qui omnibus terrenis ſuperiores ſunt, & calcant ea: ſuper fœnum, qui carnem & gloriam ſibi ſubiecerunt. Eccleſiaſt. 10. Quid ſuperbis terra & cinis? Conquieſcant in te cupiditates carnis, & ſatiaberis pane Chriſti. Accepit panes, vt oſtenderet à deo proficiſci quicquid conducit ad ſalutem hominis. Suſtulit oculos in cælum: nam ibi pater habitat, vnde iuſſit quotidie peti panem hunc. Iaco. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum. Gratias egit, non ſibi vindicans autoritatem huius muneris, ne quid ſibi vindicaret homo purus. Coloſſeñ. 3. Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti facite, gratias agentes deo, & patri per ipſum. Benedixit. Pſalmo. 106. Benedixit eis, & multiplicati ſunt. 1. Timot. 4. Omnis creatura dei bona eſt. Sanctificatur enim per verbum & orationem. Auguſtinus: Omnis res quæ dando non deficit, dum habetur, & non datur, nondum habetur quomodo habenda eſt. Illi quinq; panes erant, & iſti ſeptem, antequàm inciperent dari: quod vbi fieri cœpit, duodecim cophinos & ſeptem ſportas impleuerunt. Prouerb. 3. Honora dominum de tua ſubſtantia, & de primitijs frugum tuarum da pauperibus: & implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia tua redundabunt. Non eſt efficax hominis ſermo, niſi prius contrectatus manibus Chriſti. Ieſus enim ſic frangit, vt ſaturetur multitudo famelica, non vt principum ambitioni, aut auaritiæ ſeruiatur. Quiſquis ad quæſtum, ad humanam gloriam, ad alias humanas cupiditates docet euangelium, non accipit panes à Chriſto fractos. Sed felix ille doctor, qui panes accipit à Chriſto fractos euangelicos, & ſic apponit turbæ nil obſonij niſi Apoſtolorum dicta, & ipſa per dominum fracta. Hieremiæ. 1. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Saturati ergo ſunt ſufficienter, non ingurgitati guloſe. Pſalmo. 21. Edent pauperes, & ſaturabuntur. Pſalm. 102. Qui replet in bonis deſiderium tuum. Prouerb. 10. Deſiderium ſuum iuſtis dabitur. Prouerb. 13. Iuſtus comedit, & replet animam ſuam, venter autem impiorum inſaturabilis. Non enim ſufficit ipſis temperate refici, ſed quærunt ingurgitari. Imo dum vino pleni ſunt, rurſus aliud appetunt: & quid appetere poſſint, inquirunt. Quorum deus venter eſt, Philippẽ. 3. Hinc nunquàm quieti ſunt. Eſaiæ. 57. Impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt: & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum. Sapiæ. 5. Spes impij quaſi lanugo quę
3 à vento rapitur, & tanquàm ſpuma gracilis quæ à procella diſpergitur, & tanquam fumus qui à vento diſſuſus eſt. Itaque factum eſt, vt non ſolum ſaturati ſint omnes, verum etiam ſeptem ſportæ impletæ ſint fragmentis reliquiarũ, quæ ſaturis ſuperfuerunt. Quoq;

Septem panes quid

magis demireris, Matth. 15. Erant autem qui manducauerunt quatuor millia hominum, extra paruulos & mulieres. Septem panes, ſeptem dona ſunt ſpiritus ſancti, quæ dominus dedit Apoſtolis, vt turbæ non autoritatiue, ſed miniſterialiter apponerent. 1. Corinthioꝝ. 12. Diuiſiones gratiarum ſunt. Hinc per manus impoſitionem dabatur ſpiritus ſanctus, Actu. 8. Sunt & ſeptem pœnitentiæ fructus, quos enumerat Apoſtolus. 2. Corin. 7. Ecce enim hoc ipſum, ſecundum deum contriſtari vos, quantam in vobis operatur ſolicitudinem, ſed defenſionem, ſed indignationem, ſed timorem, ſed deſiderium, ſed æmulationem, ſed vindictam. Primus ergo panis, eſt malæ vitæ ſolicita emendatio. Secundus, veræ & humilis confeſſionis accuſatio. Tertius, pro commiſſo exceſſu iugis indignatio. Quartus, timor anxius relabendi. Quintus, deſiderium amplius proficiendi. Sextus, ſanctorum virorum imitatio. Septimus, ſuorum & aliorum malorum digna punitio. Hi ſunt ſeptem gradus, per quos aſcenditur in cælum, ſeptem peccatorum pœna diluitur mortalium, ſeptiformis ſpiritus ſancti gratia infunditur, ſeprenarius virtutum coalitur, ſeptimi diei quies acquiritur. Beati ergo qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiã, quoniã ipſi ſaturabun-

Piſces quid

tur. Matth. 5. Piſces, conſolationes ſunt ſpirituales, conſolantes labores pœnitentiæ. 2. Corinth. 1. Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra. Sunt autem parui & pauci, nam vix prælibatio & odor quidam eſt dulcedinis futuræ. 1. Corinth. 2. Oculus non vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis aſcendit, quæ præparauit deus diligentibus ſe, nobis autẽ reuelauit per ſpiritum ſuum. Pſal. 33.

Guſtate

Gustate & videte quoniam suauis est dominus, beatus vir qui sperat in eo. Bernardus: Vilis est, & ad nihilum vtilis mundana consolatio: & quod magis est timendum, veræ consolationis est impedimentum. Ideo ait Psalm. 76. Renuit consolari anima mea, memor fui dei, & delectatus sum. Septem sportæ reliquijs repletæ. 7. sunt præmia. 3. ad stolam animæ. & .4. ad stolam corporis spectãt. Maiores sunt reliquiæ quàm mensa: qa deus semp plus remunerat, & supra condignum. Roma. 8. Existimo enim quoniam non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam quę reuelabitur in nobis. Ita pastos dimisit eos. Est & hoc aliquid, feliciter discedere à conuiuio Iesu. Sic autem dimittuntur q gratias agunt, qui ipsius beneficia recondunt in animo, & concoquunt quod acceperint: qui domum reuersi, veluti saginatiori corpore, factis exhibent quod didicerint. Matth. 15 Et dimissa turba, ascendit in nauiculam, & venit in fines Magedan. Mar. 8. Et statim ascẽdens nauim cum discipulis suis, venit in partes Dalmanutha. Tot enim & tam insignibus æditis miraculis in monte, ne plus satis accenderet populum in admirationem sui, præsertim quum hæc corporalia beneficia non in aliud adhibeantur, quàm vt euangelicæ doctrinæ, qua sanantur & pascuntur animi, conciliarent autoritatem, abijt. Non est pastori versandum cum multitudine, nisi quum iuuanda est. Sportæ septem quid

¶De signo è cælo postulato, & fermento, Matth. 16. Mar. 8.

## ARTICVLVS LXV.

ET accesserunt ad eum pharisæi & Saducæi, tentantes: & rogauerunt eum, vt signum aliquod de cælo ostenderet eis. At ille respondens, ait illis: Facto vespere, dicitis: serenum erit, rubicundum est enim cælum. Et mane, hodie tempestas: rutilat enim triste cælum. Faciem ergo cæli dijudicare nostis, signa autem temporum non potestis. Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Matth. 16 M

Quo sæpius patefiat pharisæorum incredulitas, adeunt rursum Iesum cum Saducæis, secta quidem dissidentes, sed ad insidias struendas Iesu concordes. Marc. 8. Et cœperunt conquirere cum eo. Quasi miracula quæ promebat, non gererẽtur virtute cælesti, quod essent humilia ac plebeia, ideo è cælo signum petebant subdole, quasi posthac illi credituri sint, si id feciſſet, quum nihil aliud captarent, quàm occasionem calumniandi. Nam & Moses in Aegypto multa signa fecit super terram, & ignis è cælo descendit super pecora Iob, Iob. 1. à diabolo, atq; adeo non omnia quæ è cælo, à deo, neq; in terra omnia à dęmonibus. Dominus cognoscens illorum peruersitatem, quicquid feciſſet, quia facilius poterãt tribuere Beelzebub, si quod ostentum è sublimi proditum fuisset, vbi versantur principes tenebrarum, quàm ea quæ oculis videbant, manibus contrectabant. Mar. 8. Ingemiscens spiritu, ait: Quid generatio hæc signum quærit? Hypocritæ, aliud ore, aliud in corde celantes. In rebus leuioribus nostis obseruato cælo prædicere, quod tempus postridie fit futurum: & noscendo tempori quod affert salutem animarum vestrarum, tam estis stupidi, & oscitantes. Tenetis scripturas, videtis quæ gerantur, conspicitis innouari mundum, & nondum intelligitis adesse tempus illud à prophetis prædictum, totq; seculis expectatũ. Chrysostomus: Sicut in cælo aliud est tempus hyemis, aliud sereni est temporis signum: eodem modo in Christo, aliud tempus primi aduẽtus, aliud futuri. His miraculis quæ modo facimus, nobis nunc opus est: quæ vero de cælo fiunt illi tempori reseruãtur. Nunc eñ quasi medicus veni, tunc quasi iudex adero: nunc quasi errabundas oues reducã, tũc aũt factorum rationes repetam. Et nunc quidem occultius, tunc vero apertissime, cælo resoluto, sole abdito, luna obscurata veniam: tunc virtutibus cælorũ commotis, quasi fulgur subito adueniens apparebo. Sed horum signorum opportunum tempus nunc non est. Non eñ ad hæc, sed ad passionem & mortem veni. O generationem prauam, longeq; degenerantem à maioribus suis, quorum titulis se venditat. Ostentum quærit è cælo quod calumnietur, quasi nullum antehac viderit, sed hoc olim illi dabitur quod horreat, nõ quod caret. Interim non dabitur illi portentum, nisi è terra, quod frustrabitur omnes illorum conatus, quum viderint rediuiuum, quem putabant extinctum ac sepultum. Quo ænigmate significabat dominus Iesus, se prius occidendum, & sepeliendum ab illis, quem nihil aliud æstimabant, quàm purum hominem, ac mox diuina virtute reuicturum.

Et reli-

Et relictis illis, abijt: Et cum veniſſent diſcipuli eius trans fretũ, obliti ſunt panes accipere. Qui dixit illis: Intuemini, & cauete a fermento phariſæorum & Saducæorum. At illi cogitabant inter ſe, dicentes, quia panes non accepimus. Sciens autẽ Ieſus, dixit: Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panes non habetis? Nondum intelligitis, neque recordamini quinque panũ, & quinque millium hominum, & quot cophinos ſumpſiſtis? Neque ſeptem panum, & quatuor millium hominum, & quot ſportas ſumpſiſtis? Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis, cauete a fermento phariſæorũ & Saducæorũ? Tunc intellexerunt, quia non dixit cauendum a fermento panum, ſed a doctrina phariſæorum & Saducæorum.

Tentatoribus relictis, nauigio tranſmiſit lacum. Marc. 8. Dimittens eos, aſcendit iterũ nauim, & abijt trans fretum, & obliti ſunt panem ſumere, & niſi vnum panem non habebant ſecum in naui. Ieſus aũt ſciẽs illos obliuione ſecuros eſſe, non fidutia erga ipſum, reuocauit admonendo curã. Verebantur obiurgari de negligentia, ſed obiurgantur de ſuperuacanea cura. Marc. 8. Videte & cauete à fermento phariſæorum & Herodis, & cogitabant ad alterutrum dicentes: Quia panes non habemus. Quo cognito, ait illis Ieſus: Quid cogitatis quia panes non habetis? Nondum cognoſcitis nec intelligitis? adhuc cæcatũ habetis cor veſtrum? Oculos habentes, non videtis, & aures habentes, non auditis? Nec recordamini, quando quinq; panes fregi in quinque millia, quot cophinos fragmentorum plenos ſuſtuliſtis? Dicunt ei: Duodecim. Quando ſeptem panes in quatuor millia, quot ſportas fragmentorum tuliſtis? Et dicunt ei: Septem. Et dicebat eis: Quomodo nondum intelligitis? Acrius eos perſtrinxit, non enim vbiq; bona eſt manſuetudo, tantum vbique valet rationabilis increpatio. Rudes nanque diſcipuli putabãt ipſum de materiali pane loqui, nec in memoria tenebant quod nuper bis erat exhibitum. Hinc modicæ fidei ipſos appellat, quòd non totam fiduciam in ipſum collocarent ſoliciti de panibus. Quo altius infigeret animis, ad cogitationes reſpondet, vt deus cui notæ ſunt. Hieremię. 17. Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile. Quis cognoſcet illud? Ego dominus ſcrutans renes & cor. 1. Regum. 16. Homo videt ea, quæ patent, deus autem intuetur cor. Qui fit, ait, vt toties, tot modis edocti, nondum intelligatis iſtam de victu ſolicitudinem eſſe ſuperuacaneam? quodq; monui de fermento phariſæorũ & Herodis, non pertinere ad panes, ſed ad doctrinã illorum vitandam, ne & vos ſeducamini quemadmodum illi ſeducunt multos. Hiero. Qui cauet à fermento phariſæorum & Saducæorum, hic legis ac literæ præcepta non ſeruat, traditiones hominum negligit, vt faciat mandatum dei. Fermentum etiam, hæreticorum dogmata ſunt, à quibus cauendum. Panis, eſt doctrina Chriſti puriſſima, corroborans & viuificans ſpiritualem hominis partem, quam falſis dogmatibus mali fermentant. 1. Corinthio. 5. Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Habet hanc vim fermentum, vt ſi farinæ mixtum fuerit, quod paruum fuit, creſcat in maius, & ad ſaporem ſuum vniuerſam conſperſionem trahat. Sic doctrina hæreticorum ſi modicam ſcintillam in tuum pectus iecerit, in breui ingens flamma ſuccreſcet, & totam hominis poſſeſſionem ad ſe trahet. Nam ſermo eorum vt cancer ſerpit. 2. Timoth. 2. Hinc ait: Videte hoc diligenter, & prudenter diſcernite, & cauete ab illorum doctrina. 2. Timoth. 2. Prophana & vaniloquia deuita, multum enim proficiunt ad impietatem. 1. Corinthio. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. 2. Timoth. 3. Mali homines proficient in peius, errantes, & in errorem ducentes. Ideo admonet Titum. 3. Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita, ſciens, quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio iudicio condemnatus. Videant ergo, qui ſe talibus iungunt, & eorum ſcripta pluris faciunt. Qui enim tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicat ſuperbo, induet ſuperbiam, Eccl. 13. Qui em̃ malitia inueteratus ẽ, & nihil ſpirituale poteſt dicere, quod auditoris faucibus ſit dulce, ille fermentum habet, ac mordacem veteris malitiæ doctrinam, quæ illi obedientem ad pœnitudinem tandem ducat. Hinc. 2. Iohannis. 1. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere in domum, nec Aue ei dixeritis: Qui enim dicit illi, Aue, communicat operibus eius malignis. Ecce prædixi vobis, vt in die domini non confundamini. Ab horum doctrina ſummopere cauendum eſt, ne & ipſi inficiamur, & alios poſt inficiamus noſtro contagio: ſed amplectamur

Fermẽtũ myſtice quid ſit

ctamur panem euangelico fermento affectum, vt hunc syncerum & alijs distribuamus. Hac igitur obiurgatiuncula discipuli facti attentiores, intellexerunt q̃ Iesus sensisset diligenter cauendum à doctrina pharisæorũ, quæ nihil habebat syncerum, sed ambitiõe, auaritia, liuore, cæterisq̃ vitijs esset corrupta, quũ euangelica doctrina nihil hmõi sapiat.

¶De cæco sanato, Marci octauo.

ARTICVLVS LXVI.

ET veniunt Bethsaida, & adducunt ei cæcum, & rogabant eum, vt illum tangeret. Et apprehensa manu cæci, eduxit eum extra vicum, & expuens in oculos eius, impositis manibus suis, interrogauit eum, si qd videret. Et aspiciens, ait: Video homines velut arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius, & cœpit videre: & restitutus est ita, vt clare videret omnia, & misit illum in domum suam, dicens: Vade in domũ tuam, & in vicum introiens, nemini dixeris. Mar. 8. N

Nihil rogabat cæcus, sed alienis precibus commendatur domino. Iesus autem qui nutu poterat sanare quemlibet cæcum, vt claret Matth. 9. & 20. non statim restituit hominẽ vt discipulis suis formam exhiberet, quantopere laborandum sit, priusquàm ad veri cognitionem queãt adduci, qui errore iam inueterauerunt. Eduxit extra vicum: pessimum enim exemplar proponit, qui sequitur multitudinem. Cupiens ergo diuinitus illustrari, necesse habet pristinos actus relinquere. Primum ergo educendus est extra hominum frequentiam: tuto iam ambulat qui talem habet ductorem. Hiere. 17. Non sum turbatus te pastorem sequens. Iohan. 8. Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Qui nondum receperunt lucem euangelicam, quicquid videt in hoc mundo, maius esse videtur quàm est re ipsa. Beatus vero qui à Christo illustratus oculos cordis, clare videt omnia: huic minima videntur quæ mundo videntur esse maxima: huic fœda videntur, qnæ mundo videntur esse pulcherrima: huic maxima videntur, quæ mundo videntur nihili. Quia autem cæcus perfectam non habuit fidem, idcirco non statim ipsum respicere fecit, sed sensim, vtpote integra carentem fide. Iuxta fidei enim magnitudinem & sanitas datur. Vnde Matth. 9. duobus cæcis ait: Iuxta fidem vestram fiat vobis. Quoties autem dominus iubet fileri quod factum est, docet nos non esse quærendũ apud homines gloriam, si quid recte gesserimus in euangelica functione. Porro, si quando iubet prædicari, (vt Marc. 5. cum sanato à legione, & sequi volenti. Respõdit: Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis, quanta tibi dominus fecerit, & misertus sit tui) docet eum qui sanatus est à peccatis, & suam turpitudinem agnoscere, & dei bonitatem efferre, cui soli debet quod mutatus est. Nam vbi domum venerit, res ipsa loquetur apud eos, qui cæcum nouerant.

¶De interrogatione Christi de filio hominis, Matth. 16. Marc. 8. Luc. 9.

ARTICVLVS LXVII.

VEnit autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi, & interrogauit discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt: Alij Iohannem Baptistam, alij autem Heliam, alij vero Hieremiam, aut vnum ex prophetis. Dixit illis Iesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respondẽs Simon Petrus, dixit: Tu es Christus filius dei viui. Matth. 16 O

Ostendit dominus, non industria humana, sed illustratione diuina ad diuinorum pertingi posse cognitionem. Quum ergo venisset in partes Cæsareæ, quam Philippus in honorem Cæsaris sic appellauit, vbi Iordanis ad radices oritur Libani, & habet duos fontes, vnum nomine Ior, & alterum Dan, quæ simul iuncta, Iordanis nomen efficiunt, vt dicit Hieronymus, de fundamento fidei collocutionẽ fecit. Sic & nos quo iter alleuiemus, quæ salutis sunt, conferamus: siquidem ipse aderit comes, vt claret Luc. 24. Hinc Matt. 18. Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorũ sum. Qm̃ dñs sic tẽperauit omnia dicta factaq̃, vt nunc promeret indicia diuinæ virtutis, nunc ostenderit veritatẽ humanæ naturæ, variabant de illo hominũ opiniones. Qm̃ aũt oportebat apud eos, per quos statuerat

ſtatuerat mundum innouare, concordem & conſentientem de illo eſſe profeſſionem, inter eundum interrogabat diſcipulos, quid de ipſo vulgus hominum ſentiret. Iam eñ tot æditis miraculis, oportebat & populum mirificam quandam de Chriſto concepiſſe opinionem. Diſcipuli enim accepta à domino poteſtate eiȝciendi malignos ſpiritus, & gratia ſanitatum & euangelicæ prædicationis, Matth. 10. Luc. 9. & 10. ad varia loca profecti, varios de domino audierant rumores, & varias opiniones, & omnes quidem falſas. Nec ignorabat Ieſus quid de ipſo ſentiret vulgus, ſed nobis declarare voluit, quæ ſit euangelica fides, quæ ſeruat credentes. Non autem dixit: Quem dicunt ſcribæ & phariſæi, ſed homines ſimplices, ſpiritum malitiæ non habentes, ſcilicet vulgares, qui ſimpliciter quod opinantur, proferunt. Nam phariſæi ipſum dixerunt voracem, potatorem vini, ſocium publicanorum, Matth. 11. & Luc. 7. filium fabri. Marc. 6. dæmonium habentem, Samaritanum, Iohan. 8. & 10. ſeductorem turbæ, Iohã. 7. Luc. 11. Væ vobis legiſperis, qui tuliſtis clauem ſcientiæ. ipſi non introiſtis, & eos qui introibant, prohibuiſtis. Negabant enim coram populo, in Chriſto ſcripturas compleri, & per conſequens nec Meſſiam. Hieroñ. Qui de filio hominis loquuntur, homines ſunt: qui vero diuinitatem illius intelligunt, non homines, ſed diȝ appellantur, quibus deus per ſpiritum ſuum reuelat. 1. Cor. 2. Nobis autem reuelauit per ſpiritum ſuum. Præponendus eſt articulus maſculinus, quia de ſingulari intelligitur filio, ſingularis hominis Adæ: Quem dicunt hoïes eſſe illũ filium illius hominis? Vnde Iohan. 12. quum diceret: Ego autem ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum, reſpondit turba: Nos audiuimus ex lege, quia Chriſtus manet in æternum. Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quis eſt iſte filius hominis? Diſcipuli ſimpliciter reſponderunt, prout audierant. Nam Marc. 6. dicitur: Audiuit Herodes rex (manifeſtum enim factum eſt nomen eius) & dicebat: Quia Iohannes Baptiſta ſurrexit à mortuis, & ideo virtutes operanᵗ in illo. Aliȝ autem dicebant, quia Helias eſt, de quo Malach. 4. Ecce ego mittam vobis Heliam, antequàm veniat dies domini magnus & horribilis. Aliȝ vero dicebant, quia propheta eſt, quaſi vnus ex prophetis. Hæc ſentiebant homines, qui tum magnificẽtiſſime ſentiebant de Ieſu. Nihil enim ſupra hominem de eo ſentire poterant: magnum hominem ſuſpicabantur, Meſſiam, filium dei, ſeruatorem orbis, nondum credebant. Tum Ieſus: Populus ſuo more vacillat, nec ſibi conſtat. Vos autem qui me propius ac domeſtice noſtis, qui perpetui teſtes fuiſtis omnium quæ geſſi, quæq; docui, quem me eſſe dicitis? Hic Simon Petrus, vt erat amantiſſimus Ieſu, tanquam futurus ordinis apoſtolici princeps, omnium nomine reſpondit: Tu es ille Chriſtus, filius dei viui, non ſuſpicionem proferens, ſed certa & indubitata ſententia profitens illum eſſe Meſſiam à prophetis promiſſum, ſingulari quodammodo filium dei. Ipſe enim, Chriſtus dei proprie. Multi enim vncti fuerunt. Iohan. 1. Dixit Andreas Petro: Inuenimus Meſſiam, quod eſt interpretatum, Chriſtus. Sic Philippus Iohan. 1. Quem ſcripſit Moſes in lege, & prophetæ, inuenimus Ieſum filium Ioſeph à Nazareth. Vno ergo verbo omnia complexus eſt, naturam & nomen exprimens, verum deum & verum hominem confitetur. Romañ. 1. Qui prædeſtinatus eſt filius dei in virtute. Matth. 17. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Filium dei viui appellat, ad diſtinctionem idolorum & dæmonum, quos erronea gentilitas ſibimet adcolendum, vel ex mortuis hominibus inſtituit, vel ex rebus inſenſibilibus, quos adoraret, creauit, de quibus Pſal. 113. Simulachra gẽtium argentum & aurum, opera manuum hominum. Et Pſal. 95. Omnes diȝ gentium dæmonia Vere clara, ſed neceſſaria fidei profeſſio. Ioh. 20. Hæc ſcripta ſunt, vt credatis, qa Ieſus eſt Chriſtus ille filius dei, & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius.

Reſpondens autem Ieſus, dixit ei: Beatus es Simon bar Iona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cęlis eſt. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cælorũ. Et quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.

Debitam fidem digna mercede remunerauit. Iſtam vocem, inquit, non tibi ſuppeditauit affectus humanus, ſed pater cęleſtis afflatu ſecreto ſuggeſſit animo. Ipſius enim eſt reuelare filium. Matth. 11. Nemo nouit filium niſi pater, neq; patrem quis nouit niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et ego affirmo te eſſe Petrum, hoc eſt, ſolidum lapidem, nõ huc aut illuc vacillantem varijs opinionibus vulgi: & huic ſaxo tuæ profeſſionis, ſuperſtruam

eccleſiã

ecclesiam meam. Vnde non dixit, tu vocaberis Petrus, quia hoc nomẽ ei antea imposuerat. Iohan. 1. Intuitus aũt eum Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Marc. 3. Et imposuit Simoni nomen Petrus. Hierony. Sicut ipse lumen, apostolis donauit vt lumen mundi appellarẽtur, cæteraq; ex dño sortiti sunt nomina, ita & Simoni qui credebat in petram Christũ, Petri largitus est nomen. ac secũdum metaphoram petræ, recte dicitur ei, ædificabo ecclesiam meam super te. Ecclesia, domus dei dicitur, 1. Timo. 3. Obserua quod ait, ego ædificabo. Quid ergo ait Apostolus 1. Corin. 3. Vt sapiens architectus fundamentum posui, alius autem superædificat. Vnusquisq; aũt videat quomodo superædificet: Fundamentũ enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus? Sed præmisit: Dei eñ sumus adiutores. Non ergo ipsi ædificarunt, sed deus per eos. Hinc Apoc. 21. dicitur, q̃ murus ciuitatis nouæ Hierusalẽ, habuit fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorũ & agni. Ipsi eñ primi adhærentes fundamento primario, duodecim articulos fidei quasi duodecim fundamenta, superposuerunt fundamento prophetarũ & apostolorũ Christo. Imo ipsis articulis ipsum fundamentũ collocarunt. Sumus autẽ nos huius structuræ lapides viui. Ephe. 2. Non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici dei, superædificati supra fundamentũ apostolorũ & prophetarũ, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. In quo omnis ædificatio crescit in templum sanctum in domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum dei in spũ sancto. 1. Pet. 2. Ad quẽ accedentes lapidẽ viuum, ab hominibus quidem reprobatũ, à deo verò electum & honorificatũ, & ipsi tanquam lapides viui superædificamini domos spiritales. Obserua quod dicit in passiuo, superædificamini: quia neq; qui plantat, est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementũ dat deus. 1. Cor. 3. Dei eñ adiutores sumus, nõ principales operatores. Dei agricultura estis, non nostra, dei ædificatio estis. Ideo quicquid in vobis agimus, non nobis, sed deo tribuendũ. Multis machinis impetet vos satanas, sed meo p̃si dio stabit ædificiũ meũ inexpugnabile, tantũ maneat ista solida professio. Luc. 22. Simon ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticũ, sed ego rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua. Et tu aliquãdo cõuersus cõfirma fratres tuos. Hierony. Ego portas inferi reor vitia atq; peccata, vel certe hæreticorũ dogmata, per quæ illecti homines ducũtur ad tartarum. Sed hæc nulla, ecclesiæ quæ supra petram fundata est, prævalet. qui eñ fidẽ Christi intimo cordis amore perceperit, hoc est, fidem per dilectionẽ operantẽ, Gal. 5. omne quicquid foris periculi tentantis ingruerit, facilime contemnit. At quicunq; credentium fidẽ, vel opere vel negatione deprauatus, perdiderit. Tit. 1. Confitentur se nosse deũ, factis aũt negant. nõ hic supra petram domino cooperante domum suæ professionis ædificasse, sed iuxta alterius loci parabolã, super pendulam arenam sine fundamento posuisse credendus est, hoc est, nõ simplici intentione ac vera Christũ sequutũ. Matth. 7. Omnis qui audit verba mea hæc, & nõ facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificat domũ suam supra arenã, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illã, & cecidit, & fuit ruina eius magna. Hinc ergo ecclesiæ firmitas, quia ipse ædificat, gubernat & conseruat per spiritũ suum. Iohã. 14. Non relinquam vos orphanos, vado & venio ad vos. Sed quãdiu erit nobiscũ? Matth. 28. Ecce ego vobiscũ sum vsq; ad cõsummationẽ seculi. Ioh. 14. Ego rogabo patrẽ, & alium paracletũ dabit vobis, vt maneat vobiscũ in æternũ, spiritum veritatis, quem mundus nõ potest accipere, quia nõ scit eum, neq; videt eũ. Non ergo potest errore subijci ecclesia, tametsi qui videbantur de ecclesia sed secundũ veritatem non fuerunt, excidant. Hi eñ sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritũ non habentes, Iudæ. 1. Hinc Apo. 3. Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuã. &. 2. Memor esto vnde excideris, & age pœnitentiã, & prima opera fac. Trahit eñ rete euangelicũ ad finẽ vsq; pisces & bonos & malos, in tanto numero, vt & rumpatur Luc. 5. malorũ sectis, non tamen boni pisces elabuntur, sed quidã mali, aliam sibi ecclesiam statuentes. Psal. 26. Odiui ecclesiam malignantiũ, & cũ impijs non sedebo. Quid ergo? Lauabo inter innocentes manus meas. 2. Pet. 2. Fuerunt vero & pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis. Sed insipiẽtia eorũ manifesta erit. 2. Timo. 3. Atq; huius regni cælestis tibi claues sum tra 5
ditурus. Conuenit eñ, vt ille primus sit autoritate, qui primus est fidei professione & charitate. Chrysostomus: Audistis quo pacto ipse etiam ad altiorẽ de se opinionẽ Petrũ adducit, & seipsum his duabus pollicitationibus reuelando filium dei ostendit: Nam deus solus peccatorum concedere potest remissionẽ. Esa. 43. Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor, & vt futura ecclesia tot tantisq; fluctibus impetu irruentibus immobilis maneat, cuius pastor & caput pis-

cator homo atq; ignobilis, terram reluctantẽ, adamantis natura, firmitate ſuperet. Hæc inquã omnia quæ ſolius dei ſunt, pollicetur ſe daturũ. Apo. 3. Hæc dicit ſanctus & verus, qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Tanq̃ deus ergo dicit magna poteſtate, Dabo tibi. Sicut em̃ pater tibi dedit reuelationẽ, ſic ego claues. Claues intelligas quę ligant & ſoluunt, hoc eſt, delictorũ vel indulgentias vel pœnas. Sunt em̃, diſcernendi ſcientia, & potentia qua dignos recipere in regnum, indignosq; à regno ſecludere poſſit. Dedit & omnibus apoſtolis poteſtatẽ remittendi peccata & retinendi. Ioh. 20. Accipite ſpiritũ ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorũ retinueritis, retenta erunt. Datur & nunc epiſcopis & ſacerdotibus, vt agnitis peccantium cauſis, quoſcunq; humiles & vere pœnitentes aſpexerint, hos iam timore mortis æternæ abſoluãt: quos vero in peccatis quæ egerint, perſiſtere cognouerint, illos perennibus ſupplicijs obligandos inſinuent. Vnde dominus de correpto ſemel, & iterum, & tertio, ſed non pœnitente, fratre (Nam de ijs qui intus ſunt, iudicat eccleſia: eos aũt qui foris ſunt, deus iudicabit, 1. Cor. 5. 1mo qui non credit, iam iudicatus eſt, 1oh. 3.) præcepit dicens: Matth. 18. Si eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Et ne leue quiſquã putaret, eccleſiæ iudicio cõdemnari, mox terribiliter adiunxit: Amen dico vobis, quæcunq; ligaueritis ſuper terrã, erunt ligata & in cælo: & quæcunq; ſolueritis ſuper terrã, erunt ſoluta & in cælo. Summe ergo cauendũ, ne per incredulitatẽ (non em̃ poteſt non eſſe verũ quod veritas dixit, etiam quo ad iſtam promiſſionẽ) aut inobedientiam indignos nos reddamus quibus aperiatur. Et q̃ maxime cauendum ab ijs, qui ſibi & alijs falſa doctrina regni claudunt aditum, quemadmodũ phariſæi, qui turbis Chriſtũ ſuſpicientibus, dixerunt nequaquam Chriſtum eſſe, ſed peccatorem dæmonium habentem. 1mo confitentes ipſum, extra ſynagogam faciebant 1ohan. 9. Inuidia enim excæcati, duces cæcorum ſe præſumebant, Matth. 15.

P Tunc præcepit diſcipulis, vt nemini dicerent, quia ipſe eſſet Chriſtus. Exinde cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis, quia oportet eũ ire Hieroſolymã. & multa pati a ſenioribus & ſcribis & principibus ſacerdotũ, & occidi, & tertia die reſurgere. Et aſſumens eũ Petrus, cœpit increpare eum, dicens: Abſit a te domine, non erit tibi hoc. Qui conuerſus, dixit Petro: Vade poſt me ſatana, ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea quæ dei ſunt, ſed quæ hominum.

Interminatus eſt illis, ne quod afflatu patris acceperant, palam facerẽt ante tempus. Prius em̃ peragendũ erat ſacrificium crucis, & declarandæ naturæ humanæ veritas: deinde per reſurrectionẽ & ſpiritum ſanctũ declaranda diuinitas. Hieronymus: Tunc me prædicate, cũ iſta paſſus fuero: quia non prodeſt Chriſtũ publice prædicare, & in vulgo publicare maieſtatem, quẽ poſt paululũ viſuri ſunt crucifixum. Marc. 8. Et comminatus eſt eis, ne cui dicerent de illo. Et cœpit docere eos, quoniam oportet filium hominis pati multa, & reprobari à ſenioribus & à ſummis ſacerdotibus, & ſcribis, & occidi, & poſt tres dies reſurgere. & palam verbũ loquebatur. Hieronymus: Et nunc Ieſus multa patitur ab his, qui rurſum ſibi crucifigunt. Heb. 6. Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filiũ dei, & oſtentui habentes. Et cũ ſeniores patenter in eccleſia, principes ſacerdotũ, ſimplicem ſequentes literam, occidunt filium dei, qui totus ſentitur in ſpiritu. Poſt triſtia ſubdit & læta, nempe quod tertia die reſurgat. Non eſt ergo quo deſpodeant animum. nam etſi vt maleficus moriatur, tamen vt glorioſus reſurget. Pſal. 68. Quæ non rapui, exoluebã. Non tulerunt illorum aures mentionem mortis, tametſi ſpes reſurrectionis debebat eos ſolari. Magno em̃ affectu diligebant Ieſum, ſed humano. nondum enim acceperant ſpiritum cæleſtem, qui perficeret in eis quod erat imperfectum. Petrus itaq; quem præcipuus quidam amor erga præceptorem ſuum ſemper fecit cæteris audaciorem, abducit eum à reliquis apoſtolis, quaſi familiarius aliquid dicturus. Hierony. Separatim aſſumit, ne præſentibus cęteris condiſcipulis, videatur arguere magiſtrum. Cœpit aũt increpare amantis affectu & optãtis. Propicius, inquit, eſto tibi. Hæc vero improbitas Petri, tametſi ex ingenti quodã erga Ieſum amore proficiſcebatur, tamen & palam & acriter à domino redarguitur, vt nos diſceremus, in omnibus ſequi diuinã voluntatẽ, neq; noſtro iudicio præire decretis dei. Marc. 8. Qui conuerſus, & vidẽs diſcipulos ſuos, cõminatus eſt Petro. Nã per triſtitiã vultus, corrigitur animus. delinquẽtis, Eccẽs. 7. Define aduerſari voluntati patris mei. tuũ eſt ſequi me, nõ præire. Senſum tuũ relinque, & me ſequere, voluntatem tuã ordinationi diuinæ ſubde. Scandalum mihi es, conſulens malum, ne patri

obediẽs

obediens hominum perficiam salutem. Satana, Syris sonat aduersarium. Ipse autem nedum Christo, sed & omnium saluti aduersabatur, etsi inscius, humana, non diuina, sapiens. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei, 1. Corint. 2. Gregorius: Reiciamus à nobis, qui boni conceptum in nobis extinguere moliuntur.

¶De cruce baiulanda, Matth. 16. Marc. 8. Luc. 9

## ARTICVLVS LXVIII.

TVnc Iesus dixit discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suã propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui, cum angelis suis, & tunc reddet vnicuiq; secundum opera sua. Amen dico vobis, sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo. Mat. 16 Q

Ostendit quemadmodũ omnibus abnegatis, & quo fructu, ipse sit sequendus. His enim dictis, vbi retrudisset intempestiuam Petri improbitatem, conuersus ad omnes discipulos, cœpit pluribus verbis explanare quod dixit Petro, Vade post me. Tu quidẽ me prohibes, ego autem dico tibi, non solum non damnosum esse me pati, sed neq; tu saluari poteris, & quisquis alius fine passione. Multi me sequũtur pedibus magis q̃ imitatione, Nec omnes eadem adducit causa. Alios allicit miraculorum nouitas, alios amor sanitatis, alios doctrinæ fames. Sed quisquis vult particeps esse regni cælorum, Iohan. 12. Vbi ego sum, illic & minister meus erit. sequatur mea vestigia: & sicut videt me contemptis omnibus huius mundi bonis, etiam vitam meam vltro impendere saluti hominum, & gloriæ patris, ita ille affectus omnes humanos abdicet oportet, paratus ad omne genus mortis euãgelij causa. Si quis vult, dicit, vt ostendat liberum arbitrium, & non coactam virtutem, & ergo qui non vult, non est me dignus. Ponit autem duas partes iustitiæ, scilicet declinare à malo. Abneget, inquit. Basilius: Abnegatio suijpsius, est totalis præteritorum obliuio, & recessus à propriis voluntatibus. Est autem triplex. Rerum temporalium. Luc. 14. Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Propinquorum. Matth. 14. Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus. Sui ipsius, de qua hic. Qui deponit veterem hominem cum actibus suis, & induit nouum. Coloss. 3. Ephe. 4. ille abnegat semetipsum. Gala. 2. Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus, tollitq; crucem suam, & mundo crucifigitur. cui autem mundus crucifixus est, sequitur Christum. Ecce alterum, facere bonum. Luc. 9. Tollat crucem suam quotidie. Habens animũ semper paratum ad omnia, quoties ingruerit procella: quam quam nec in tranquillis rebus sua cuiquam defutura est crux, nisi facile est omnibus naturæ affectibus, omnibus huius mundi voluptatibus renunciare. Gregorius: Duobus modis crux tollitur: cum aut per abstinentiam affligitur corpus, aut per compassionem proximi affligitur animus. 2. Corinth. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? 1. Cor. 12. Si quid patitur vnũ membrum, compatiuntur omnia membra. Corporalis, duobus modis tollitur: quum vel suapte sponte assumitur, vel cum ab alijs imponitur in afflictionibus. Psal. 42. Quoniam propter te mortificamur tota die. 2. Cor. 4. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circunferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. 2. Timo. 2. Fidelis sermo: si commortui sumus, & conuiuemus: si sustinebimus, & conregnabimus. 2. Corinth. 1. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, sic & per Christũ abundat consolatio nostra. Patienter ergo crux tribulationis, siue à deo, siue à malis hominibus imposita, toleranda. Omnes enim qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persequutionem patientur. 2. Timo. 3. Fidelis enim deus qui nõ patietur vos tentari supra id quod potestis, ait Apostolus. 1. Cor. 10. sed faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Hinc. 1. Petr. 4. Communicantes Christi passionibus gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultãtes. Roma. 8. Existimo enim q̃ non sint condignæ passiones huius temporis, ad futurã gloriam

Liberi arb. ostensio.

Abnegatio q̃tuplex.

riam quæ reuelabitur in nobis. Portant enim mali & nunc crucem, velint nolint, non suam, quia dominum non sequuntur. Sapientiæ. 5. Lassati sumus in via iniquitatis, ambulauimus vias difficiles, viam autem domini ignorauimus. Qui autem dominum sequitur, huic mundus crucifixus est, & ipse mundo, Gala. 6. Imo qui Christi sunt, carnem suã crucifixerunt cum concupiscentijs & vitijs. Posteaquã ostendit modum sequendi, consequenter declarat fructum, nempe animæ salutem. Marc. 8. Qui autem perdiderit animã
2 suam propter me & euangelium, saluam faciet eam. Non pudeat discipulum sequi præceptorem. non pudeat seruum sequi dominũ suum. Nec alia via quisquã velit ad gloriam peruenire, q̃ qua me videt pertendere. Per fidem euangelicam confertur omnibus vita æterna. Proinde qui pluris facit hanc vitam, q̃ euangelicam gratiam, etiam si videtur ad tempus lucrifacere vitam, tamen reuera perdit eam. Nullus em̃ hic vitam suam vltra prę scriptum diem valet prorogare, tametsi interim nec vere viuit, nisi qui pie viuit. Nam vidua in delicijs viuens, mortua est viuens, 1. Timoth. 5. & post hanc vitam pœna adijcitur æterna. Viuens ergo iuxta mundum, & resiliens ab euangelico negocio, vt seruet vitam corporis, is perdet animæ suæ vitam, quæ vere vita est. Homine pereunte, pereunt & illa quæ parauerat. Totus autem perijt, qui perdidit vitam æternam. Quisquis autem mea causa vitæ iacturam fecerit, is vitam suam collocauit in tuto. 2. Mach. 7. E cælo ista possideo, sed propter dei leges nunc hæc ipsa despicio, quoniam ab ipso me ea recepturum spero. Sic & Apostolus Act. 21. Ego non solum alligari, sed & mori in Hierusalem paratus sum propter nomen domini Iesu. Hinc Ioh. 12. Qui odit animã suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Nemo vero tam stultus est, vt vitæ corporalis huius ac breuis iactura, velit vniuersum hunc mundum lucrifacere. Nihil igitur tam charum cuiquam esse debet, cuius lucrum animæ suæ dispendio velit commutare. Lucæ. 9. Quid enim proderit homini si lucretur mundum totum, se autem perdat, & detrimentum sui faciat? Quæ enim vtilitas, si corpus bene habeat in diuitijs, delicijs & honoribus, & anima male afficiatur? Neq; enim in futuro seculo poterit quis dare commutationem pro anima sua. Hic quidem potest dare lachrymas & eleemosynam, ac ieiunare, illic autem non. Psal. 48. Non dabit deo placationem suam. Prouer. 11. Mortuo homine impio, nulla erit vltra spes, & expectatio solicitorum peribit. Iudex enim nos tunc excipiet dona respuens. nam iuxta opera sua iustificabit vnumquenq;. 2. Paral. 19. Non est apud dominum deum nostrũ iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum. Hieronymus: Petrus ad prædicationem dominicæ mortis scandalizatus, sententia domini fuerat increpatus: prouocati discipuli, vt abnegarent se, & tollerent crucem suam, & morientiũ animo sequerentur magistrum. Grandis terror audiẽtium, & qui posset, principe apostolorum perterrito, etiam alijs metum injcere. Idcirco tristibus læta succedunt. Times
3 mortem? audi gloriam triumphantis. Vereris crucem? ausculta angelorum ministeria. Origenes: Nunc quidem filius hominis venit, sed non in gloria patris. Vidimus em̃ eum, & non erat ei decor neq; species. Esa. 53. sed species inhonorata & contemptibilis præ filijs hominũ, prius facta est similis & conformis corpori humilitatis nostræ, quando semetipsum exinaniuit, Philip. 2. vt restituat eum in forma dei. Veniet em̃ in maiestate & potestate quam habet à patre. Matth. 25. Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes. Ad quid? 2. Cor. 5. Omnes em̃ nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis, prout gessit, siue bonũ, siue malum. Ibi enim non personæ, sed opera considerantur. Non est ergo animus deijciendus, q̃ ob euangelium mala sint toleranda & tristia. Habitura sunt hæc breui finem, & ignominiæ temporariam sequetur gloria æterna. Siquidem qui hic contemptus, iniuste est iudicatus & ignominiosa morte condemnatus, iudicem iustũ tunc aget omnium tam viuorũ q̃ mortuorum, redditurus cuiq; pro factis suis. Nam & in cogitatiõibus impij erit interrogatio, & sermonum illius auditio ad deum perueniet, Sap. 1. & Matth. 12. De omni verbo ocioso quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Sic & de omissione præceptorum. Arbor em̃ non faciens fructum bonũ, excidetur, & in ignẽ mittetur. Matth. 3. Sic inutilis seruus in tenebras ejcietur exteriores. Matth. 25. Iob. 34. Absit à deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus em̃ hominis reddet ei, & iuxta vias singulorũ restituet eis. Dixerat filium hominis venturũ in gloria sua, ne igitur incredulus sis dicit, quia quidã astantes sunt, qui iuxta quod corpore possunt, videbunt gloriam secundi aduentus, hoc est, statum futurum, in quo venturus esset ipse, & iusti fulgebunt, quod factum fuit in transfiguratione. Certe & videbunt ante mortem regnum dei promere virtutem suam, iamq; paulatim vincere potentiam huius mundi vniuersam. Dicun-

tur aũt

tur autem sancti gustare mortem, quia cito transit, & quasi vitæ æternæ ingressum, eam suscipiunt. Marc. 8. Qui enim me confessus fuerit & verba mea, in hac generatione adultera & peccatrice, & filius hominis confitebitur eum cum venerit in gloria patris sui cum angelis suis. Lucæ. 9. Nam qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua & patris, & sanctorum angelorum. Dico autem vobis, vere sunt hic aliqui stantes, qui non gustabunt mortẽ, donec videant regnum dei. Non sufficit mentalis fides, sed requiritur etiam oris confessio. Ro. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autẽ confessio fit ad salutem. Si enim per omissionem cõfessionis fidei honor deo debitus subtraheretur, & fides proximorum periclitaretur, sic confessio necessaria est: si vero maior inde oriretur seditio, & fidei derisio, & nulla vtilitas, tunc sanctum canibus non dandum, Matthæ. 7. Qui ergo turpe existimat vt Christianus vocetur à me, offensus ignominia crucis, aut timore percitus, nec me filium dei confiteri audet, meaq; verba obseruare confunditur, hunc erubescet confiteri filius hominis, q; ad se pertineat aut numerum electorum, Matth. 7. Amen dico vobis, nescio vos, cum deposita mortalitate & infirmitate carnis, denuo veniet, proferens vniuerso mundo maiestatem suã, patris, & sanctorum angelorum. Marc. 16. Et dominus quidem Iesus, postquã loquutus est eis, assumptus est in cœlum, sedetq; à dextris dei. Heb. 1. Sedet ad dexterã maiestatis in excelsis.

¶De transfiguratione, Matth. 17. Marc. 9. Luc. 9

## ARTICVLVS LXIX.

ET post dies sex assumpsit Iesus Petrum, Iacobum, & Iohannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moses & Helias loquẽtes cum Iesu. Matt. 17 R

Miris ac varijs modis saluator ad superna adipiscenda mentes allicit fidelium. Hieronymus: Quod Luc. 9. dicit, Factũ est aũt post hæc verba fere dies octo, & assumpsit Petrum & Iacobum & Iohannem, & ascendit in montẽ vt oraret, & Matth. & Marc. post sex dies, sic accipiendũ est, quod isti intermedios ponunt, Lucas vero primũ & vltimũ connumerat. Ne ergo addubitarent discipuli quin olim præstiturus esset, quæ de maiestate secundi aduentus promiserat, voluit illis ante mortẽ etiam gustũ quendã futuræ maiestatis exhibere, quatenus natura mortalis capere posset. Hieronymus: Ne timerent opprobria crucis, qui viderant oculis suis gloriam futuræ resurrectionis. Procul aũt oportet abesse ab humiliũ rerum solicitudine, quos Iesus tali dignatur spectaculo. Dignatur enim & hodie quibusdam selectis, subuectis in montẽ puræ contemplationis, aliquem æternæ felicitatis gustum præbere secretis afflatibus. Psal. 54. Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Threñ. 3. Sedebit solitarius & tacebit, & leuabit se super se. Sed quoniam omne meritum consistit, in credendo verũ, in declinando malum, & in operando bonũ, adsint comites, Petrus qui à fidei firmitate veritatẽq; laudẽ commeruit, vt fis firmus in fidei veritate & vnitate, contra omnes hæreseos & diaboli insultus. 1. Pet. 5. Cui resistite fortes in fide. 1. Ioh. 5. Hæc est victoria quæ vincit mundũ fides nostra. Iacobus supplantãs, ne vitijs consentias. Ro. 6. Non regnet peccatũ in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius. Gene. 4. Sub te enim erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Adfit & Iohannes, hoc est, gratia diuina, cui acceptam ferre debemus & fidẽ nostram, & victoriam. 1. Cor. 15. Gratia dei sum id quod sum. Plus omnibus laboraui, non ego, sed gratia dei mecum. Hæc virtuosa transformatio animæ ad imaginẽ Christi. 1. Cor. 15. Sicut portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginem cælestis. Hæc perducit ad gloriosam, qua omni corruptione deposita, ad æternam transformamur gloriam, cuius Christi exemplar fuit. Anima enim ipsius ab instanti conceptionis diuinitati vnita, aperte deũ videbat, & eo fruebatur, non tamen gloria animæ in corpus redundabat, vt esset passibile & mortale ad perficiendam nostram redemptionem. Nunc vero in corpus redundare fecit, quo suos ad crucem animaret, per quam ad gloriam peruenitur. Vbi ventum est in montem vacatum est primum precationi. Hæc potissimum oculos cordis præparat tali spectaculo. Luc. 9. Et facta est dum oraret species vultus eius altera, & vestitus eius albus & refulgens. Marc. 9. Et vestimenta eius facta sunt splendentia, & candida nimis

velut nix, qualia fullo non potest super terrã candida facere. Hieronymus: Non pristinã formã & speciem perdidit corporis, sed in multo excellentiorẽ transfigurans, in eam videlicet quã erat post resurrectionem habiturus, & in qua vẽturus est ad iudicium, & quã post iudicium dabit electis suis. Fulgidior apparebat, deitate paruos quosdam radios suos declarante, & hos sicut videre poterant, propterea & regnũ dei superius dixit transfigurationem, eo ꝙ ineffabilis eius potestas ibi refulserit. Luc. 9. Et ecce duo viri loquebantur cum illo: erant aũt Moses & Helias visi in maiestate, & dicebãt excessum eius quẽ completurus erat in Hierusalem. Hoc se dominum mortuorũ ostendit & viuentiũ, Mose è mortuis, Helia e viuis adducto, vt his autoribus, quos plurimi faciebant omnes Iudæi, confirmarentur apostoli, neq; suspicarentur eum legem velle abolere, quum astaret Moses: neq; prophetas, quum adesset Helias: nec mortem vt ignominiosam abominarẽtur, quam tanti viri vt glorioſam prædicabant. Hieronymus: Lex ostenditur & prophetæ, qui & passionem domini & resurrectionem crebris vocibus prædicarunt. Plenitudo enim legis Christus, Roma. 10. quæ per Mosen data est, Iohan. 1. Impleta fuere & prophetarum oracula, in medio Christus, ipsa implens, & legẽ consummans. Matth. 5. Nõ veni soluere legem, sed adimplere. & Luc. 24. Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosi, & prophetis, & psalmis, de me.

Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum: Dñe, bonũ est nos hic esse, si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnũ, Mosi vnum, & Heliæ vnum. 2 Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos, & ecce vox de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. Et accessit Iesus, & tetigit eos, dixitq; eis: Surgite, & nolite timere. Leuantes autem oculos suos, neminem viderunt nisi solum Iesum. Et descendentibus illis de monte, præcepit Iesus, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis a mortuis resurgat.

Lucæ. 9. Petrus vero & qui cũ illo erant, grauati erant somno: & vigilantes, viderunt maiestatẽ eius & duos viros qui stabant cũ illo. Et factum est dum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum. Expauefactis & attonitis tam increduli spectaculo discipulis, Petrus nondũ sui satis compos, sed totus raptus voluptate ac maiestate spectaculi, quæ procul abesse videbatur à mentione mortis, ait: Domine, nõ est hinc vsquã abeundũ. Valeat Hierosolyma quæ tibi mortẽ minatur. Origines: Hæc vox ex carnali prodijt affectu, quo & illud, Absit à te dñe, Matth. 16. Remigius: Visa domini maiestate & duoꝝ seruoꝝ, Petrus adeo delectatus est, vt cuncta tẽporalia obliuioni traderet, & ibi cũ domino in perpetuum permanere exoptaret. Si aũt tunc Petrus sic fuit accensus, quãta erit dulcedo & suauitas, videre ipsum regẽ in decore suo? Esa. 35. Regem in decore suo videbunt. & angelorũ & omnium sanctorum choris interesse, Psal. 50. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quã abscondisti timentibus te? Rabanus: Quo amplius quis deguſtat dulcedinem vitæ cælestis, eo amplius cætera fastidit in imis. Psal. 72. Quid eñ mihi est in cælo? & à te quid volui super terrã? Deus cordis mei, & pars mea deus in æternũ. Mar. 9. Non eñ sciebat quid diceret, erant eñ timore exterriti. Vnde hæc vox partim ex timore mortis, quẽ penitus imbiberat, partim ex delectatiõe spectaculi, quæ illũ velut ebrium reddiderat, profecta est. Et tamen reuerenter loquebatur. Si vis, inquit, factus ex præcedenti increpatione cautior. Luc. 9. Hæc aũt illo loquente, facta est nubes, & obumbrauit eos. & timuerunt, intrantibus illis in nubem. Ne enim absorberentur magnitudine splendoris, nubes lucem intolerabilem illis temperabat. Chrysostomus: In nube lucida appareret, & vox auditur: quia non terrere voluit, sed docere. Mosi vero in caligine & monte fumigante, vt indicaret tunc tenebras fuisse, nunc lucẽ gratiæ adesse. Ro. 13. Nox præcessit, dies aũt appropinquauit. Ex nube aũt venit vox, vt crederent dei esse vocem, qui solitus erat loqui in nube. Exo. 20. 3. Reg. 9. 1. Cor. 10. Patres nostri sub nube fuerunt. Mar. 9 Hic est filius meus charissimus, audite illum. Hactenus Iudæi suspexerũt Mosen & Heliã, qui vaticinati sunt de filio meo. Magni fuerunt illi, sed serui mei. Hic est filius meus vnice dilectus, charus animo meo. Idem testimoniũ & ijsdem verbis præbet, quod & apud Iordanẽ, in signum ꝙ ipse autor est gratiæ quæ confertur in baptismo, & gloriæ quæ in resurrectione. Vbiq; enim regeneramur quasi noui filij patris cælestis in baptismo per gratiam,

gratiam, in resurrectione per gloriam. Vtrobiq; ostensa est trinitas superbenedicta. Pater in voce, Filius in humanitate, Spūs sanctus in columbæ specie & nube. Quēadmodum cū simplicitatē & innocentiā tribuit columbinā, sic & refrigerat ab igne cōcupiscētiæ & oīm tentationū feruore. Sed quid? Ipsum, inquit, audite. Sic & Moses Deu. 18. Prophetā de gē te tua & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dñs deus tuus, ipsum audies. Quid ergo adhuc reclamant Iudæi Christo, quū Moses & Helias quibus plurimū tribuunt, Christo p̄buerint testimoniū? cū patris vox, cuius illi religiosissimi cultores videri volunt, totā autoritatem in filiū vnicū transtulerit? Placebat gloria, sed ad eam qui volet peruenire, audiat Iesum ad crucis imitationē vocantē. Deut. 18. Prophetā suscitabo eis de medio fratrū suorum similē tui, & ponā verba mea in ore eius, loquetur q̄ ad eos, oīa quæ præcepero illi. Qui autē verba eius quæ loquetur in noīe meo, audire noluerit, ego vltor existā. Iohā. 12. Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eū. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eū in nouissimo die: quia ego ex meipso locutus non sum, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatū dedit, quid dicā & quid loquar. Audiendus ergo Christus, & in suis. Luc. 10. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. 2. Cor. 13. An experimentū quæritis eius qui in me loquitur Christus? Hanc vocē diuinæ maiestatis plenā, nec humanis ferendā auribus, quū audissent, maiorē in modū extimuerunt. Metuebant ēm vitæ suæ, scientes dictū Exo. 33. Non videbit me homo, & viuet. Sic Manue pater Samsonis Iudic. 13. angelo viso ait: Morte moriemur, quia vidimus dñm. Non ceciderunt retro, vt Heli. 1. Reg. 4. Cadunt iusti in faciē, per timorē, vt hic. Per humilitatē, Mat. 2. Procidentes adorauerūt eū. Per gratiarū actionē, Apo. 7. Ceciderunt in conspectu throni in facies, & adorauerunt deū. Terret ēm fragilitas humana ad p̄sentē dei loquelā. Exo. 20. populi conterriti, dixerunt Mosi: loquere tu nobis, non loquat nobis dñs, ne moriamur. Deu. 5. Quid est oīs caro vt audiat vocē dei viuentis? At Iesus recepta specie priore, contigit eos manibus, ne suspicarentur esse spectrū, ac voce consueta notaq; consolatus est. Hiero. Vt tactu timorē fuget, & debilitata membra solidaret: primū timor expellitur, vt postea doctrina tribuatur. Marc. 9. Et statim circūspicientes, neminē amplius viderunt, nisi Iesum tantū secū. Quo certius esset, voce patris Christū designatū. Priusquā aūt redirent ad discipulos, inhibuit id alīs indicari, quo inuidiæ occasionē tolleret ex animis cęterorū, qui hac visione non sunt dignati. Necdum enim perfecti erant, nec æquo animo ferre potuissent, tres illos cæteris præferri, quemadmodum & de duobus indignati sunt, Matth. 20. q̄ consessum regni petebant. Secundo, quo inanem gloriam in hoc mundo fugiendam doceret. Gala. 5. Non efficiamini inanis gloriæ cupidi, inuicem inuidentes. Tertio, non vult hoc in populis prædicari ante resurrectionem, ne (vt dicit Hieronymus) & incredibile esset pro rei magnitudine, & post tantam gloriam apud rudes animos sequens crux scandalum faceret. Nam ante id tempus, sermo cariturus erat, & fructu, & fide. Marc. 9. Et verbum continuerunt apud se, conquirentes quid esset, cum à mortuis resurrexerit. Lucæ. 9. Et nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his quæ viderant. Neque enim cuiquam narrauerunt arcanum eius spectaculi, donec resurrexisset à mortuis. Sed adeo habebant cor obuolutum, vt ea vox toties audita, non descenderet in pectus illorum, sed scrupulus quidam cęperat animos illorum, ex eo quod Heliam conspexerant assistētem Iesu. Hinc inter eundum proponunt illi.

Et interrogauerunt eum discipuli, dicentes: Quid ergo scribæ dicunt, q̄ Heliā primū oporteat venire? At ille respōdens, ait eis: Helias quidē venturus est, & restituet oīa. Dico aūt vobis, quia Helias iam venit, & non cognouerunt eū, sed fecerunt in eū quæcūq; voluerunt. Sic & filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt quia de Iohanne Baptista dixisset eis. Mar. 17 S

Decipientes populū scribæ, dicebant Iesum non esse Christū, ex autoritate Mala. 4. quæ dicit Heliā venturū ante aduentū Christi, q̄m Helias nondū venisset, ignorātes, duos aduentus Christi in scriptura designari: in carnē, cuius Iohannes præcursor: & ad iudicium, cuius Helias. Hos perstringit Apostolus Titū. 1. Apparuit gratia dei & saluatoris nostri oīmbus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & secularia desideria, sobrie & iuste & pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, vt redimeret nos ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Mirabantur ergo discipuli, q̄ Helias, qui apparuerat, tā cito abisset, nec plus de Chro testificatus esset, prout pharisæi & scribæ dicebant ipsum oportere primū venire.

Marc.9.Qui respondēs,ait illis:Helias cū venerit,primo restituet omnia:& qūo scriptum est in filiū hominis,vt multa patiat,& cōtemnat. Helias,inqt,iuxta prophetiā præcurret aduentū meū, ac restituet oīa, conuersis ad euangeliū Iudaicæ gentis reliquijs,ne tota condemnet natio,& antichristi detecta falsitate. Mala.4. Ecce ego mittā vobis Heliā prophetā anteq̄ veniat dies dñi magnus & horribilis: & cōuertet cor patrū ad filios,& cor filiorū ad patres,ne forte veniā,& percutitā terrā anathemate. Quanq̄ & hunc aduentū meum p̄cessit quidā Helias,quē æque atq; me contēpserunt, & fecerunt in illū non pro meritis suis,sed quicqd ipsis collibitū est. Hieronymus: In Iohannis necē factio pharisæorū cōsensit:& in occisione dñi,Herodes iunxit voluntatē suā, qui illusum atq; despectū remisit ad Pilatū,vt crucifigeret. Luc.1. Gabriel ait Zachariæ de Iohanne: Ipse præibit ante illū in spiritu & virtute Heliæ,vt conuertat corda patrum in filios,& incredulos ad prudentiam iustorum, parare domino plebem perfectam.

¶De spiritu muto, Matth.17. Mar.9. Lucæ.9.

## ARTICVLVS LXX.

Mar.9 T

ET veniens ad discipulos suos, vidit turbam magnam circa eos, & scribas conquirentes cum illis. Et confestim omnis populus videns Iesum stupefactus est,& expauerunt,& accurrentes,salutauerunt eum,& interrogauit eos: Quid inter vos conquiritis? Et respondens vnus de turba,dixit: Magister,attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum: qui vbicunque eū apprehēderit,allidit illum. & spumat,& stridet dentibus,& arescit & dixi discipulis tuis, vt ejicerent illum, & non potuerunt.

Ostendit veræ fidei virtutē contra oīes maligni impias machinationes. Lucæ.9. Factum est aūt in sequēti die,descēdētibus illis de monte,occurrit illis turba multa. Admiratus quo abisset Iesus,accurrit populus,& salutauit eū. Scribæ nomen Iesu apud discipulos velut inefficax calumniabant,improperantes q̄ tentassent ejicere dæmonium,& non possent: quod dñm non latuit,tñ interrogauit,vt oīmbus esset notum quid ageret. Lucę.9. Et ecce vir de turba exclamauit: Magister,obsecro te, respice in filiū meum,quia vnicus est mihi,& ecce spūs apprehendit eum,& subito clamat,& elidit,& dissipat eum cū spuma,& vix discedit dilanians eum, Mat.17. Accessit ad eum homo,genibus prouolutis ante eum, dicens: Domine,miserere filio meo,quia lunaticus est, & male patitur. nam sæpe cadit in ignem,& crebro in aquam. Miserum spectaculm in vnico filio, quem sic varie malignus molestabat,interpolate tamen,secundum quod organa magis inueniebat, secundum lunæ decursum, ad hoc apta. Naturales enim passiones, cælestium sequuntur influxum, & maxime lunæ,quæ multum in corpus propter humiditatem dominatur. Valde autem incredulus fuit vir iste,vnde & coram omnibus discipulos accusauit, Conati sunt discipuli, inquit, & non potuerunt.

Qui respondens eis, dixit: O generatio incredula, q̄ diu apud vos ero? Quam diu vor patiar? Afferte illum ad me,& attulerunt eum. Et cū vidisset eum,statim spiritus conturbauit illum: & illisus in terrā,volutabatur spumās: & interrogauit patrem eius: Quantū temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia,& frequenter eum in ignem & in aquam misit,vt eum perderet. Sed si quid potes,adiuua nos,misertus nostri Iesus autem ait illi: Si potes credere,omnia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri,cum lachrymis aiebat: Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Et cū
2 vidisset Iesus concurrentem turbam,comminatus est spiritui immundo,dicēs: Surde & mute spiritus,ego præcipio tibi,exi ab eo, & amplius ne introeas in eum. Et exclamans,& multum discerpens eum,exijt ab eo: & factus est, sicut mortuus,ita vt multi dicerent,quia mortuus est. Iesus autem tenens manum eius,eleuauit eum,& surrexit.

Dominus

Dominus vt ostenderet fiduciæ imbecillitatem in causa fuisse, quo minus liberatus esset, & omnium incredulitati mederetur, ait: O natio diffidens, minimeq; simplicis animi, nondum efficio hoc vt mihi fidatis? Adeo obstat vobis huius corporis imbecillitas? Vsquequo versabor cũ irrisoribus & incredulis? Hieronymus: Non tædio superatus, aut quod verba furoris protulerit, sed in similitudinem medici, si ægrotum, videat secundum sua præcepta se non gerentem, dicat: Quousq; perdam artis industriam, me aliud iubente, & te aliud faciente? Chrysostomus: Non solum ad discipulos, sed ad vniuersum genus Iudæorum sermo profertur. Iussit ergo adduci, quo miraculum esset omnibus conspicuum magis & insigne, quum æque absentem sanare potuisset. Cæterum vbi perductus est ad Iesum, magis etiam conturbabat, exorta lucta inter spiritum resipiscere cupientem, & cupiditatem ad solita reuocantem. Mox em̃ vt viderat Iesum spiritus, sensit inimicã virtutẽ Hieronymus: Quod scit dñs, interrogat, vt confessio pariat salutẽ, & murmur cordis nostri sermonibus soluatur pijs. Spumat peccator inuidia, stultitia, stridet iracundia, arescit ignauia. Lunaticus est, qui per horarũ momenta ad vitia mutatur, nec psistit in incepto. Eccl. 27. Stultus em̃ vt luna mutat, sapiẽs pmanet vt sol, sed crescit atq; decrescit, & nũc in ignẽ cõcupiscẽtiæ fert, nunc in aquas teporis, & secularium negotiorũ procellis vndantem fluuiũ. Surdum reddit à diuinorũ eloquiorũ auditu, dæmonium, & à clamore paupẽrũ, & mutum, vt neq; alios docere valeat quod oportet. Huic nulla spes, nisi adducat in conspectum Iesu. Videns se expellendum, fecit quod potuit in puerũ, dñi permissu, quo dæmonis maligna puersitas in hoies turbis claresceret, & sic à peccatis retraherent. Tum Iesus quo magis illustraret magnitudinẽ mali, percontatus est patrẽ. Sed is morbi atrocitatem, non dñi potestatẽ considerãs, si qd potes, inquit, adiuua nos. Quo audito, dñs subtaxans imbecillitatẽ fidei, quasi morbus vllus esset, potentior diuina virtute, ait illi: Noli quærere quid ego possim efficere, sed vide nnm tu possis credere, nihil est em̃ quod nõ impetret firma fidutia. Hieronymus: Libertatẽ hic indicat arbitrij. Quæ oĩa? nisi quæ in noĩe Iesu, id est, salutis, postulant? Ad hanc vocẽ pater fidutia concepta speq; certiore, profusis lachrymis exclamans, respondit? Credo dñe, sed etiam si quid deest fidutiæ meæ, supple de tua bonitate. Ecce quantũ profecit increpatio pia. Hieronymus: Credulitas nostra, vt rostrata lingua, infirma est, nisi innixa subsistat robore adiutorij dei. Fides cum lachrymis, opta ta vota, capit, vt est illud: Fiat tibi secundũ fidem tuam. Dñs confluentẽ videns turbam, ob morbi magnitudinẽ & patris clamorẽ, (Nam eam volebat esse testẽ miraculi) deprompsit vocẽ illam oĩpotentẽ, qua, quum vult, mortuos suscitat: & indignat spiritui, vt hominem saluet. Sic em̃ insectanda sunt vitia, vt hoĩs salutẽ amare videamur. Factus est velut mortuus, adeo tenax erat mali vis, quo magis curantis potentia, & dæmonis affligentis clarebat malitia. At vt ægre credebat pater, ita ægre sanatus est filius. Mat. 17. Et increpauit illum Iesus, & exijt ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora. Luc. 9. Increpauit Iesus spm̃ immundũ, & sanauit puerũ, & reddidit illũ patri suo. Reddit sanũ, quẽ adduxerat infirmũ incurabilẽ. Luc. 9. Stupebant aũt omes in magnitudine dei. Quo em̃ miserabilius fuit spectaculum, hoc magis admirati sunt omnes præsentiã virtutis diuinæ.

Lunaticus mystice gs.

Et cum introisset in domum, discipuli eius secreto, interrogabant eum. 3
Quare nos non potuimus eijcere eum? Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio.

Interea mœror quidam occupauit discipulorũ animos, metuẽtes ne qua culpa sua perdi dissent potestatem edendi miracula, quum antea gloriati essent, etiã dæmones sibi eẽ subiectos. Luc. 10. Apud multitudinem quidem pudore siluerunt. Marc. 17. Dixit illis Iesus: propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis mõti huic, transi hinc, & transibit: & nihil impossibile erit vobis. Hieronymus: Infidelitas in culpa est. Ergo quoties non accipimus, non præstantis est impossibilitas, sed culpa deprecantis. Granum sinapis quum sit contemptum ac minutum, tamen attritum exerit acrimoniam naturæ suæ: & humo conditũ, emergit in arborem spatiosam. Nihil est tam arduum, quod non ilico dicto conficeretur. Quando dicetis monti, transibit. Non autem dixerunt, quia tempus non postulauit, neque necessitas: & propterea non transtulerunt montes corporales, sed dæmones. Hoc genus non eijcitur, nisi fides precatione & ieiunio confirmetur. Tenax erat mali vis, & iam multo tempore versa in naturam. Aduersum huiusmodi vitia pugnandum est ieiunijs, quæ corpus attenuatũ spũi subijciant: & deprecatione spiritus saginãdus, quæ diuinum impetrat subsidium.

Hoc ser-

Hoc ſermone docuit dñs atrocia diuq; conſueta animi vitia, remediis grauioribus oportere propelli. Hiroñ. Dum docet, qũo nequiſſimus dæmon poſſit expelli, oñes inſtituit ad vitam. Exiens ab homine, nunq; reuertit, ſi cor ſuum clauis ſerauerit humilitatis & charitatis, & oſtium obtinuerit homo immunitatis. Pſal. 30. Eſto mihi in deũ protectorem, & in domũ refugij, vt ſaluum me facias. Sanctis dicit: Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chro in deo, Col. 3. Hinc infirmitas Chriſtianorũ non eſt niſi mortis imago. Nõ ſanat oculum quod calcaneo adhibetur. Ieiunio paſſiones corporis, & oratione paſſiones ſanandæ ſunt mentis. Stultitia ad luxuriam carnis pertinet, & ieiunio ſanatur. Ira & ignauia oratio depelluntur. Sic veræ preces fiunt, ſi non ſolum oretur, ſed & ieiunetur: vt ne grauetur, qui orat, ciborum vaporibus, ſed expeditus ſit & leuis.

De ſcenopegia, par. 2. ar. 13. d
De muliere adultera, par. 2. ar. 14. h
De ſermone in gazophylacio, par. 2. ar. 15. i
De ſermone ob quem voluerunt eum lapidare, par. 2. ar. 16. k
De cæco nato, par. 2. ar. 17. n
De oſtio & paſtore, par. 2. ar. 18. o

¶ De ſolutione didrachmæ, Matth. 17.

## ARTICVLVS LXXI.

Mar. 9 V

ET inde profecti, prætergrediebantur Galilæam, nec volebat quenquã ſcire. Docebat autem diſcipulos ſuos, & dicebat illis: Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum: & occiſus, tertia die reſurget. At illi ignorabant verbum, & timebant interrogare eum, & venerunt Capernaum.

Dominus veluti fortuito itinere cœpit proficiſci in Iudæam, pterita Galilæa, non q timeret mortem, quã ardentiſſime ſitiebat, ſed ne videret ante tẽpus ſacerdotũ, ac phariſæorum animos ad homicidiũ irritaſſe. Hanc in ſe formidinis ſuſcepit ſpẽm, vt à ſuis omnem eximeret formidinẽ, & ipſe ſuſceptæ naturæ imbecillitatẽ exprimeret. Quũ ergo hmõi factis miraculoſis inclareſceret fama Ieſu, diſcipulorũ animos tentabat quæ dã humana gloria, q talem haberent dñm. Ieſus ab hoc affectu reuocat eos ad contemplationẽ ſuæ humilitatis qua poſt erant offendendi: quo magis pmuniret animos illorũ, ne ſupra modum turbarent morte ſua. Luc. 9. Omnibus q mirantibus in oñibus quæ faciebat, dixit ad diſcipulos ſuos: Ponite vos in cordibus veſtris ſermones iſtos. Hoc em oportet maxime meminiſſe, q oportebit oñes imitari. Oñino futurũ eſt, q toties pdixi. Ponite vos hæc oñia, & miracula, & miraculorũ ſermones in cordibus, vt quando me videritis crucifixum, ne exiſtimetis me ex infirmitate talia paſſum. Dixit quod durum erat, quia occident: ſed ſubdit quod iucundum, quia reſurget tertio die. Hieronymus: Semper aſpera lætis miſcet, vt cũ repente venerint, non terreant, ſed à præmeditatis ferantur animis.

Mat. 17. Conuerſantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Ieſus: Filius hominis tradẽdus eſt in manus hominum, & occident eum, & tertia die reſurget. Et contriſtati ſunt vehementer.

Hæc triſtitia non de infidelitate venit, ſed præ dilectione magiſtri ſui. Lucæ. 9. At illi ignorabant verbum iſtud, & erat velatum ante eos, vt non ſentirent illud, & timebant eũ interrogare de hoc verbo. Hic enim ſermo, tametſi iam ſemel atq; iterum auditus, nõ inſederat animis diſcipulorum. Non enim poterant meminiſſe, quod non poterant audire: abhorrebant à mentione mortis, intenti gloriæ Ieſu, non intelligentes interim, domini gloriam per crucis ignominiam potiſſimum illuſtrandam eſſe. Tantus torpor obſederat animos eorum, vt hunc ſermonem, tametſi dilucidum, non intelligerent, ſuſpicantes aliquid ænigmatis ſubeſſe: quãdoquidem meminerant ſeſe dictis eiuſmodi figuratis aliquãdo fuiſſe falſos, veluti in fermento phariſæorum. Proinde quãquam hoc ſermone vehementer offenderentur, tamen non audebant interrogare, Petri exemplo deterriti, cui parum feliciter ſucceſſerat, hac de re dominum interpellaſſe.

2 Et cũ veniſſent Capernaum, acceſſerunt qui didrachma accipiebant, ad Petrũ, & dixerunt ei. Magiſter veſter non ſoluit didrachma? Et ait: Etiã. Et

cum in-

cum intrasset in domũ, præuenit eũ Iesus, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributũ vel censum? a filijs suis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit ei Iesus: Ergo liberi sunt filij. Vt aũt non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamũ: & eũ piscẽ qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies staterẽ: illũ sumens, da eis pro me & te

Qui noïe Cęsaris tributa exigebant, veriti cõpellare Iesum ob autoritatẽ, quã sibi iam miraculis cõpararat, adiere Petrũ, quem videbant illi fere proximũ, dicentes: Solet ne dare censum à Romanis constitutum? Petrus quum pecuniã nõ haberet, ne vellet offendere tributorũ exactores, respondit illum soluere: nam hactenus hmõi tributa soluerat Iesus. Quum Petrus anxius haberet in animo loqui Iesu de soluẽdo tributo, promiserat eñ nec habebat quod daret, ꝓuenit eum dñs, quo ostendit se nihil latere. Hiero. Aedificat auditorem, ꝙ dñs tantæ fuerit paupertatis, vt vnde tributa pro se & suo discipulo daret, nõ haberet. Quod si quis obijcere voluerit, & qũo Iudas in loculis pecuniã portauit? Dico ꝙd rem pauperũ in vsus suos conuertere nefas putauit, nobisq; idẽ tribuit in exemplũ. Tum Iesus, ergo liberi, inquit, sunt filij: obscure subindicans se terræ marisq; & oĩm rerum dñm, nulli mortali principi debere tributũ, aut censum, nec discipulos suos vt filios regni, tenerit: sed tñ docere volens, in hmõi rebus quę nihil faciunt aduersus pietatem, nonnunq; obsequendum huic hominum generi, ne prouocati maiora peccẽt, subiecit: Vt non scandalizemus eos. Chrysostomus: Non vt debitor reddit, sed vt illorũ infirmitati consulat. Certe alibi cum de cibis differeret, scandalum spreuisse videt. Et ita nos docet & temporũ & opportunitatum rationem habere, ac scire, qñ quibusq; in rebus contemnenda, vel curanda scandala. Pharisæi ex inuidia & malitia scandalizabant: isti ex infirmitate scandalizati fuissent, putantes Christum repugnasse legibus Imperatorũ. Hiero. In hoc, quod eo operãte creatus est in ore piscis stater, ostendit potentia, & diuinitas declarat, quia dñs & maris: in eo quod inuentionẽ piscis & stateris tam certitudinaliter prędixit, monstrat oĩm cognitio in eo: in eo ꝙ humanis se legibus subiecit, summa eius humilitas, atq; vera humanitas ostenditur. Habet eñ mundus ordinem suum, quẽ per occasionẽ euangelicæ libertatis non expedit oĩno confundi. Est libertas euangelica & spũalis, qua omnes Christiani facti sunt liberi per passionẽ Christi, à potestate diaboli erepti & peccati iugo. Iohã. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Ro. 6. Nunc aũt liberati à peccato, serui aũt facti deo, habetis fructum vestrũ in sanctificationẽ, finẽ vero vitam æternã. Gal. 5. Vos aũt in libertatem vocati estis fratres, tantum, ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spũs seruite inuicem. Altera, Corporalis. hanc nobis non præstitit, & ideo nec à tributis liberos reddidit. Ro. 13. Cui tributum, tributũ: cui vectigal, vectigal. Mat. 22. Reddite quę sunt Cæsaris, Cæsari. 1. Cor. 7. Vnusq;q; in qua vocatione vocatus est, in ea ꝑmaneat. Seruus vocatus es? nõ sit tibi curæ, sed & si potes fieri liber, magis vtere. Qui eñ in dño vocatus est seruus, libertus dñi est. Similiter & q liber vocatus est, seruus est Christi. 1. Pet. 2. Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui dei.

Libertas duplex

¶De maioritate & scandalo, Matth. 18. Marc. 9. Luc. 9.

## ARTICVLVS LXXII.

IN illa hora accesserunt ad Iesum discipuli, dicentes: Quis putas maior est in regno cælorum? Et aduocãs Iesus paruulum, statuit eum in mediũ eorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cælorum. Matth. 18 X

Ostendit, veræ religionis Christianæ primatus in quo consistat, & quanto studio scandalum pusillorum vitandum. Discipuli adhuc carnales, quoniam viderant miraculorum gloriam, audierant promissam maiestatem regni dei, quoniam & ipsi quoq; prodigiosa fecerant in nomine Iesu, subijt humana quædam cogitatio, quæ tandem eo erupit, vt de hac re inter eundum commentarentur inuicem, quis esset primas habiturus in regno dei. Viderant tres seorsum abductos in montem, audierant Petro traditas claues regni cælorum, eique dictum, beatus es Simon, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: conspiciebant illum familiarius quædam & audacius colloqui cum domino.

Tamen

Tamen erant Petro qdam natu maiores, etiam sanguinis propinquitate contingentes Iesum. Luc. 9. Intrauit aũt cogitatio in eos, qs eorũ maior esset. At Iesus videns cogitatiões cordis illorũ. Nã somniabãt tales dignitates, quales videmus in aulis principũ, quẽadmodum Iohãnes & Iacobus Mat. 20. & duo discipuli in Emaus ambulãtes, Luc. 24. Imo oẽs Actu. 1. Dñe, si in tpe hoc restitues regnũ Israel? Marc. 9. Qui cũ domi essent, interrogauit eos: Quid in via tractabatis? At illi tacebant, Pudore scilicet, quũ facile suspicarent fore, vt hũc ambitiõis affectum improbaret dñs oĩis modestiæ doctor. Marc. 9. Siqdem in via inter se disputauerant, qs eorũ maior esset. Hiero. Similis tractatio loco. Principatus nãq; vt ingredit, sic deserit: & q̃ diu tenet, labit: & incertum est, in qua mansione. i. qua die finiatur. Videntes dñm nõ latere qd egerint, accedunt, & interrogãt ipsum. Hiero. Ob id interrogãt, qa viderãt pro Petro, & dño idem tributũ redditum: & ex æqualitate precij, arbitrati sunt ipm oĩbus apostolis prælatum. Videns ergo dñs discipulos inanis glorię vitio teneri, compressit eos, oñdens illis per puerũ humilitatis viã. Marc. 9. Et resides, vocauit duodecim. Lu. 9. & apprehendit puerũ, & statuit illũ secus se, Mar. 9. Et accipiẽs puerũ, statuit eum in medio eorũ, quẽ cum cõplexus esset, ait illis: Nisi cõuersi. Quo ipsos ostendit auersos p superbiã, & ideo vt penitus hũc affectum eximeret ex animis eorum, paruulum in exemplũ posuit. Sũt aũt duo in puero cõsiderãda. Minoratio sensus, & morũ indisciplinatio, hęc relinquẽda. 1. Cor. 14. Nolite pueri effici sensibus. Esa. 65. Puer centũ annorũ morietur. Pro. 1. Auersio paruulorũ interficiet eos. Alterũ est, innocẽs simplicitas. Hiero. Nõ pcipit aplis vt ætatẽ habeãt paruulorũ, sed innocẽtiam: & q̃d illi p annos possidẽt, hi possideãt p industriã, vt malitia, nõ sapĩa paruuli sint. 1. Cor. 14. Malitia paruuli estote. 1. Pet. 2. Deponentes igit oẽm malitiã, & oẽm dolũ, & simulatiões, & inuidias, & oẽs detractiões, sicut modo geniti infantes, rationabiles, sine dolo, lac cõcupiscite, vt in eo crescatis in salutem, si tñ gustastis, qm̃ suauis est dñs. Hiero. Sicut paruulus, cuius vobis exemplum tribuo, non perseuerat in iracundia: læsus nõ meminit, videns pulchra nõ delectat, nõ aliud cogitat, & aliud loquit, viuit sine vlla cõcupiscentia, cura in prouidentiã parentũ proiecta, erga quos summe se humiliat, & ad quos totũ suum format amorẽ. Tales erga deũ summũ parẽtem esse oportet, & proximũ, qui regni particeps esse vult. Alioqui ne recipiet quidẽ in regnũ, tantũ abest vt ambienda sit eminẽtia. Mar. 9. Si qs vult primus esse, erit oĩm nouissimus. & oĩm minister. Luc. 9. Nam qui minor est inter vos oĩes, hic maior est. Etem̃ qui modestia minimus est, is virtute est maximus. Sic Dauid. 2. Regũ. 6. Ludam, inqt, & vilior fiam in oculis meis plus q̃ factus sum, & ero humilis. Principes amant sui similes: & apud hos maiori est in p̃cio, q cæteris submotis semet anteponnit. Dñs sui similibus delectat. Mat. 11 Discite à me qa mitis sum & humilis corde. Qui vult ergo frẽm p̃uenire regnando, prius illum p̃ueniat obsequẽdo. Ro. 12. Honore inuicẽ præueniẽtes. Vincat officijs, vt possit vincere sanctitate. Si em̃ te nõ læsit, fratris obsequium meret vt diligas: si læsit, magis obsequiũ meret vt vincas. Roma. 12. Noli vinci à malo, sed vince in bono malũ. Hæc est em̃ nostræ Chr̃ianitatis summa, vt amãtibus vicissitudinẽ, lædẽtibus patientiã impẽdamus. Non em̃ ad regnũ cælorũ peruenit superbia, diuitijs, ambitiõe, p̃latiõe: sed humilitate, pauptate, lenitate. Arcta est em̃ via quæ ducit ad vitam, Mat. 7. Chr̃us ostium, sed humile, Iohan. 10. & 14. Nemo venit ad patrẽ nisi per me. Ideo humilis intrat, superbus impingit. Pro. 29. Superbum sequitur humilitas, humilem spiritu suscipiet gloria. Iaco. 4. Et. 1. Petr. 5. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Nescit ambitionem, nescit dominiũ, nescit tyrannidem regnum fidei & charitatis, quare is magnus, qui contemptu gloriæ, qui modestia, qui seruiendi studio omnibus, minimus fuerit omnium.

In puero cõsideranda quæ.

2 Et qui suscipit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mundo a scandalis. Necesse est enim vt veniant scandala. Veruntamen væ homini illi per quem scandalum venit. Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te, abcide eum, & proĩce abs te. Bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum, q̃ duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proĩce abs te. Bonum est tibi vnum oculum habentem in vitam intrare, q̃ duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis.

Non solũ

Non ſolum oportet nos humiles eẽ, ſed etiã humiles propter Chriſtũ ſuſcipere. Hinc mercedẽ ſuſcipientibus pollicetur Marc.9. Quiſquis vnum ex huiuſmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit: & quicũq; me ſuſceperit, nõ me ſuſcipit, ſed eum q̃ me miſit. Quiſquis eñ potum dederit vobis calicem aquæ frigidæ in nomine meo, q̃a Chriſti eſtis, amen dico vobis, non perdet mercedẽ ſuam. Vides quanta poſſit humilitas, ſimplices q̃ & abſq; fraude mores? Qui eñ ſuſceperit, nõ pro humana gratia vel mundana, alioqui mercedem nõ habebit. Matt.6. Amen dico vobis, receperũt mercedẽ ſuã. Matt 25. Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Contra qui læſerit qui mihi fidunt, totiq; pendent ex me, pœnas daturus eſt atrociores. Quid eñ ſceleratius quàm eos offendere, qui nulli male volũt, nulli inuident, nulli ſe præferũt, qui omnes amant ex quos Hieronymus: Qui ſcandalizatur, puſillus eſt, maiores enim ſcandala non recipiunt, ſed compatiuntur, & cautiores fiunt. Pſal.118. Pax multa diligentibus legem tuam, & nõ eſt illis ſcandalũ. Multo aũt melius eſt, pro culpa breuem recipere pœnam, q̃ æternis ſeruari cruciatibus. Non eñ iudicat dominus bis in idipſum. Luget aũt, vt miſericors, mundũ præ offendiculis dãna accepturum. Hominum enim peruerſitas in cauſa eſt, vt fieri non poſſit quin accidant offendicula. Hieronymus: Sicut neceſſe eſt ignem calere, & niuem frigere, ita neceſſe eſt vt iniquitas mundi erroribus pleni, ſcandala pariat, perfectos vero charitas pietatis operibus luceat. Veruntamẽ quia nulla neceſſitas cogit humana corda eſſe iniqua, quæ tamen, quia iniqua ſunt, ſcandala pariunt: ideo væ ei, qui quod neceſſe eſt vt fiat in mũdo, vitio ſuo facit vt per ſe fiat. 1. Iohan.5. Totus mũdus in maligno poſitus eſt. Quod ergo futurum eſt, dominus prænunciat, non libertatem arbitrij tollit. Tales aũt malo ſuo bonum aliorum promouent. Eccl.27. Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tẽtatio tribulationis. Hinc.1. Corinth.11. Oportet hæreſes eſſe, vt q̃ probati ſunt, manifeſti fiant. Sed quid fiet in finem? Matth.13. Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatẽ, & mittent eos in caminum ignis. Hinc admonet Apoſtolus Roma.14. Hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum. Melius eſt mihi nõ bibere vinum, neq; mãducare carnem, neq; aliquid in quo fratrem meum ſcandalizem. Nam 1. Corinth.8. Sic peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum peccatis. Obſerua quod dicit, per quem. Nam ſi malus ex bono alterius ſua malitia ſcandalizatur, ex ſeipſo ſumit, ſicut phariſæi. Matt.15. Scis (ait Petrus) quia phariſæi audito hoc verbo ſcandalizati ſunt? Reſpondit Ieſus: Sinite eos, cæci ſunt, & duces cæcorum. Si ergo pro veritate ſcandalum oritur, magis veritas eligenda eſt. Qui ergo cupiunt ingredi regnum cælorum, diligenter vitent offendicula puſillorum, ſed potius alij alijs viciſſim ſint adiumento. Neq; ſatis eſt, cauere ne quis alteri ſit offendiculo: verum etiam, ne quis ſibiipſi accerſat offendiculum. Marc.9. Bonum eſt tibi debilem introire in viam æternã, quàm duas manus habentem ire in gehẽnam, in ignem inextinguibilẽ, vbi vermis eorũ non moritur, & ignis non extinguitur. Non ſentit dominus aliquod corporis membrum amputandum, ſed affectus omnes qui nos auocant à cura ſalutis æternæ. Quemadmodum enim caſtratus dicitur propter regnũ cælorum, ſic mancus, claudus. Coloſſ.3. Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinẽ, concupiſcentiam malam, auaritiam. Si potes patrẽ ac matrem, ſororem & fratrem tecũ adducere ad ſalutem euangelicam, facito: ſin horum charitas te reuocat ab euãgelio, futurum q̃ eſt, vt dum illi per te ſeruari nolunt, tu ſimul cum illis pereas, exue naturæ affectum, & humanam pietatem vincat euangelica pietas: & hoc fac in animæ periculo, q̃d faceres in periculo corporis. Omnes affectus humani poſthabendi ſunt, quoties vrget præceptum dei. Omnia diſpendia rerum corporalium pro lucro ducenda ſunt, quoties paranda eſt vita æterna. Si ergo familiares amici nocumento ſunt, oportet contemnere vt putrida mẽbra & execare, ne & alijs noceant. Non eſt delicata profeſſio euangelicæ coorientur vndiq;, quæ ab inſtituto retrahant, perſecutio, affectus humani. verum his omnibus oportet eſſe ſuperiores, qui negocium ſuſcipiunt euangelicum. Marc.9. Omnis enim hõ igne ſalietur, & oĩs victima ſale ſalietur. Bonum eſt ſal. Quod ſi ſal inſulſum fuerit, in quo illud condietis? Habete in vobis ſal, & pacem habete inter vos. Hieronymus: In omni victima & ſacrificio ſal offerri præceptum eſt. Sal dulcedo ſapientiæ, & ignis ſpũs ſancti eſt gratia: quia omnis electus ſapientia conditur, vt digna victima dei altaribus efficiatur: Ille eñ vere victima domini eſt, qui corpus & animam à vitijs emũdando, deo per amorem ſpiritus ſancti conſecrat: nec ſolo ſale aſpergitur, ſed & igne conſumitur, quando non peccati tantum contagio pellitur, ſed & præſentis vitæ delectatio tollitur, & futuræ cõuerſationi tota mente ſuſpiratur. Philip.3. Noſtra cõuerſatio

in cælis est. Altare dei, cor nostrum: hostiæ & sacrificia, bona opera fidelium. In omnibus sacrificijs sal, quia nullum opus bonum sine sapientia. Ignis sacrificium in altari consumit, de quo: Ipse baptizabit vos spiritu sancto & igne, Matth. 3. Ignis tribulationes respicit. Psal. 16. Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Roma. 12. Obsecro vos fratres per misericordiã dei, vt exhibeatis corpora vestra, hostiam viuentẽ, sanctã, deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Victima domini, genus est humanum, quod hic ratione sapientiæ salitur, dum corruptio sanguinis, custodia putredinis, id est mater vermium, consumitur, & illic purgatorio igne examinatur. Sal carnem prohibet & non finit vermes procreare: ita & sermo doctoris, si recens & mordax fuerit, carnales homines constringens, non finit in ipsis generari vermem irrequietum. Nihil melius igni, si quis recte vtatur, nihil vtilius sale. Cæterum si ignis refrixerit, si sal fiat insulsus & euanidus, quid reliquũ est quo condiantur insulsi? Si, qui profitentur spiritum euangelicum, territi minis hominũ, blandiantur stultitiæ principum, quam opotuit fortiter redarguere, quid supereſt spei? Si, qui salem euangelicum profitentur, non solum nõ acrimonia veritatis sanãt aliorum corruptos mores & affectus, sed ipsi in gratiam aliorum excidunt à spe regni cæleſtis, lucrifacientes gehennam, & quod est omnium sceleratissimum, ipsam euangelicam doctrinam interpretantur ac detorquent ad affectus & cupiditates humanas, quid supereſt per quod humana stultitia condiatur, simul & corruptis ijs, per quos id fieri conueniebat, & vitiato eo, quod vnũ relictum est mundo vt aliquãdo resipiscat? Hieronymus: Quia amat principatum, qui increpare non audet, & confiteri, ne de synagoga fiat, diligens gloriam hominum magis quàm dei, (Iohan. 12.) sal est insulsus. Salsitudinem correctiõis amor proximi temperet, & dilectionem proximi sal iustitiæ condiat. Scientia verbi nõ fastidium, sed esuriem & sitim præstat. Eccl. 24. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Melliflua diuinæ sapiẽtiæ eloquia gustata diligẽtius, multimodum saporem reddunt. Sal facit incorruptos, concordia robustos & potentes.

10 Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis, q̃d angeli eorum in cælis semper vidẽt faciem patris mei qui in cælis est.

Hieronymus: Quantum in vobis ẽ, nolite contemnere, sed per vestram salutẽ, etiam illorum quærite sanitatem: sin autem perseuerantes in peccatis videritis, melius est solos saluos fieri, quàm perire cum pluribus. Vt igitur nihil tam pretiosum, tamq; magnificũ esse debet homini, quo debeat auocari à regno cælorum: ita nemo, quanuis pauper, obscurus & humilis, est contẽnendus, sed adiuuandus potius, vt proficiat ad meliora. Multi autem attendentes circũstantias personæ, hinc vel reuerentur, vel contemnunt, nõ cõsiderantes quod ad dei imaginem creati sunt. Malac. 2. Nunquid non pater vnus omnium nostrum? Nunquid non deus vnus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisq; vestrũ fratrem suum? Ad eandem beatitudinem destinati. Luc. 12. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Sapiæ. 6. Pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter est ei cura de omnibus. Eodem sanguinis precio redempti. 1. Corint. 6. Empti estis precio magno. 1. Petri. 1. Precioso sanguine quasi agni immaculati Christi. Chrysostomus: Ne dicas, ille faber est, ille sutor, ille insipiens agricola: ab angelis, qbus commissi sunt viles, venerabiles fecit. Qualiter tu cõtemnis quæ deo tam chara sunt & studiosa, quum docet & animam perdere pro vno de pusillis istis? Studiosissimum quid est anima deo, pro qua proprio filio non pepercit. Roma. 8. & angelos ministros destinauit. Nam si pusilli sunt apud mundum, apud deum tamen magna est illorum ratio, q illis tales addidit custodes & pædagogos. Hieronymus: Magna dignitas animarum, vt vnaquæq; habeat ab ortu natiuitatis suæ in custodiam angelum delegatum. Hebræo. 1. Nonne omnes sunt administratorij spiritus, missi in ministerium propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? Vnde de Petro dicitur Actuum. 12. Angelus eius est. Angeli ergo semper vident faciem patris, quod est vere beatum esse: quia sic foras propter nos exeunt, vt ab eius visione nunquam recedant. Hinc Raphael Tobiæ. 12. ait: Ego sum vnus de septem spiritibus, qui astamus ante dominum. Danie. 7. Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei. Fuerunt omnes simul cum cælo empyreo creati, sed cæteris stãtibus, Lucifer cum suis cecidit. Nam in veritate nõ stetit, quia non est veritas in eo, Iohan. 8. Iob. 4. Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles: & in angelis suis repperit prauitatem. Apoca. 12. Factum est prælium magnum in cælo, Michael & angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat & angeli eius, & non valuerunt, neq; locus inuentus est eorum amplius in cælo. Et proiectus est draco ille magnus,

magnus,ſerpens antiquus,qui vocatur diabolus & ſatanas,qui ſeducit vniuerſum orbē, & proiectus eſt in terram,& angeli eius cum illo miſſi ſunt.Lucæ.10.Videbam ſatanam ſicut fulgur de cælo cadentem. Inuidens ergo nobis gloriam quam amiſit, continuum contra nos agit bellum. Primum hominem in paradiſo aggreſſus ſuperauit, Gene.3.& occidit. Iohan.8. Ille homicida fuit ab initio.Sapiæ.2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum.1.Petri.5.Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit, q̄rens quem deuoret.cui reſiſtite,fortes in fide.Ephe.6.Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem,ſed aduerſus principes & poteſtates,aduerſus mundi rectores tenebrarum harum,contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. Obid angeli ſancti nobis in adiutorium ſunt dati.Nam Iob.41. Non eſt poteſtas ſuper terram quæ comparetur ei.qui factus eſt vt nullum timeat.Angeli ergo ſancti nos à peccato & malo cuſtodiunt. Pſalm̄.90. Angelis ſuis mandauit de te,vt cuſtodiant te in om̄ibus vīs tuis,Exod.32.Angelus meus præcedet te.Nume.22.Angelus à maledictione populi Iſrael cohibuit Balaam.Raphael Tobiam deduxit ac reduxit,ac à periculis liberauit,Tob.5.6.7.& patrem à cæcitate curauit,Tob.11.Hinc Iudith.13.Viuit ipſe dominus, quoniam cuſtodiuit me angelus eius,& hinc abeuntem,& illic commorantem,& inde huc reuertentem, & non permiſit me dominus ancillam ſuam coinquinari, ſed ſine pollutione peccati reuocauit me vobis,gaudentem in victoria ſua.Sic in auxilium Heliſei venerunt angeli,4.Reg.6. Sic & orationes noſtras deo offerunt. Tob.12.Quando orabas cum lachrymis, & ſepeliebas mortuos,ego obtuli orationem tuam domino.Hilarius:Saluatorum per Chriſtū, orationes angeli quotidie deo offerunt:quare periculoſe ille contemnitur,cuius deſideria & poſtulationes ad ęternum & inuiſibilem deum,ambitioſo famulatu angelos prouehuntur.Matth.18. Videntes conſerui (impietatem ſerui in conſeruum) quæ fiebant, contriſtati ſunt valde:& venientes,nunciauerunt hæc domino ſuo.Imo ipſi angeli orāt pro nobis.Iob.33.Si fuerit pro eo angelus loquens vnus ex millibus,vt annunciet hominis æquitatem,miſerebitur eius,& dicet,libera eum,vt non deſcendat in corruptionē, inueni in quo ei propicier.Zachar.1.Domine exercituum, vſquequo tu non miſereberis Hieruſalē & vrbium Iuda quibus iratus es? Et reſpondit dominus angelo qui loquebatur in me,verba bona,verba conſolatoria.Finaliter ad cælum deducunt.Lucæ.16.Factum eſt vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abraæ. Matth.24. Et mittet angelos ſuos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis,à ſummis cælorum vſque ad terminos eorum.Erimus enim ſicut angeli dei in cælo, Matth.22.

Venit enim filius hominis ſaluare quod perierat. Quid vobis videtur? Si Y
fuerint alicui centum oues, & errauerit vna ex eis,nonne relinquit nonagintanouem in montibus, & vadit quærere eam,quæ errauit? Et ſi contigerit vt inueniat eam,amen dico vobis,quia gaudet ſuper eam magis,q̄ ſupra nonagintanouem quæ non errauerunt. Sic non eſt voluntas ante patrē veſtrum qui in cælis eſt,vt pereat vnus de puſillis iſtis.

Quid dico,quòd angelos habeant cuſtodes? ego propterea veni, vt ſeruem quod perierat.Sed multi ſeruari nolunt,& perſequuntur ſeruare volentem. Hilarius:Ouis vna, homo intelligendus eſt:quia in vnius Adæ errore,omne genus hominū aberrauit. non errantes nonagintanouem,multitudo angelorum cæleſtium opinanda eſt,quibus in cælo eſt lætitia & cura ſalutis humanæ.Si ergo ſic affectus eſt homo paſtor erga gregē ſuū, quem poſſidet tantum,non etiam condidit: quanto magis pater qui natura bonus eſt, quos ideo condidit,vt eſſent beati,quos ſic curæ habet,vt angelos ſuos horum cuſtodiæ præfecerit,quibus ad ſalutem reuocandis filium ſuum vnicum impendit? Eſa.53. Om̄es nos quaſi oues errauimus,vnuſquiſq; in viam ſuam declinauit. Pſal.118. Errauí ſicut ouis quæ perīt.quære ſeruum tuum,quia mandata tua nō ſum oblitus.Chryſoſtomus:Dominum & nos imitemur,& nihil pro fratribus omittamus,etiam eorum quæ humilia vilia q̄ nimium videantur,ſi adminiſtratione noſtra opus fuerit, quanuis ardua nobis res & laboris plena videatur. Tanto enim ſtudio,tanta q̄ cura dignam eſſe animam oſtendit,vt neq; filio ſuo pepercerit.Roma.8.Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum,quomodo non etiam cum illo omnia donauit? Si ergo non eſt voluntas patris vt pereat vnus de puſillis,quur non omnes ſeruantur? Vult en̄ omnes homines ſaluos fieri & ad agnitionem veritatis venire,1.Timoth.2. Voluntati autem eius

tem eius quis resistet? Roma.9. Omnia enim quæcunq; voluit dominus, fecit in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyssis, Psalm.134. Hinc Esa.46. Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Hieronymus: Quoties aliquis perierit de pusillis istis, ostenditur quod non voluntate patris perierit. Ezech.18. Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit dominus, & non vt conuertatur à vijs suis & viuat? 2. Petr.3. Deus patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Vnde Apostolus Romañ.2. Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Secundũ autem duritiam tuam & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuiq; secundum opera sua. Deus ergo, quantum in se est, vult omnes homines saluos fieri, ita q; ex parte ipsius non est defectus, quum semper paratus sit gratiæ suæ lumen pœnitentibus infundere, si ad hoc se coaptent. Psal.33. Accedite ad eũ, & illuminamini, & facies vestræ non cõfundentur. Sed Iob.24. Dedit ei deus locum pœnitentiæ, & ipse abutitur eo in superbia. Hinc Osee.13. Perditio, tua Israel, tãtummodo in me auxilium tuum. Roma.9. Igitur non est volentis neq; currentis, sed miserentis dei. 2. Cor.3 Non q̃d sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, tanquã ex nobis, sed oñis sufficientia nostra ex deo est. Sed 1. Petr.5. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Psal.33. Humiles spiritu saluabit.

¶De correptione fraterna, Matth.18. Luc.17.

## ARTICVLVS LXXIII.

Matt.18. Z

SI autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si autem te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te nõ audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, quæcũq; alligaueritis super terrã, erunt ligata & in cælo: & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cælo.

Vera charitas nescit vitia palpare, sed humiliter corrigere, & charitatiue ex corde donare. Hieronymus: Si peccauerit in nos frater noster, & in qualibet causa nos læserit, dimittendi habemus potestatem, imo necessitatem qua præcipitur Matth.7. Dimittite, & remittetur vobis, si autem in deum peccauerit, non est nostri arbitrij. scriptum est eñ 1. Reg.2. Si peccauerit vir in virum, placari ei potest deus: si autem in deum peccauerit vir, quis orabit pro eo? Nos econtra in dei iniuria benigni fumus: in nostra, exercemus odia. Obseruandum quod est correptio procedens ex iustitia, quę concernit superiores. Hæc non solum respicit corrigendum, sed & alios. 1. Timoth.5. Peccantes coram oñibus argue, vt & cæteri timorem habeant. Proue.19. Pestilente flagellato, stultus sapientior fiet. si autem corripueris sapientem, intelliget sapientiam. Heli per dominũ plagatus, quia filios lenitate patris, & non seueritate iudicis correxit, 1. Reg.2. & 4. Sic filij Israel coram inimicis stare non valuerunt, donec extinctus fuit Acham qui furtum fecit in Hiericho, Iosue.7. Item ex charitate fraterna, hæc requirit causam iustã. Ne videas festucam in oculo fratris tui, Matt.7. Ideo dicit, si peccauerit in te. Hieronymus: In te, non directe in deum: quia blasphematio, impugnatio fidei, hunc ordinem nõ requirũt. Iustum animũ, Frater tuus. Ergo fraterno amore. Augustinus: Quare corripis eũ? Quia in te peccauit? Absit. Si amore tuo id facis, nihil facis: si amore illius facis, bene facis. Eccl.17. Vnicuiq; mandauit deus de proximo suo. Tertio, debitum modum. Omnibus eñ modis offendicula cauẽda, quæ pacem dirimunt fraternam, charitas adhibenda mutua, qua vicissim alij aliorum erratis amanter medeantur, si quæ inciderint. Porro medicãdi modus hic erit: Si peccauerit in te frater tuus (Etenim si non baptizatus, iniuria afficiat, tunc ab eo te subduces) quod sit animaduersione dignum, ne statim prosilias ad vindictam, neve rursus silentio tuo sinas fratrem perire, dum veluti vinolentus, affectibus suis peccat impune, sed primum experire remedio quàm maxime blando, quod ne pudoris quidem incommodo fratrem aspergat. Talis autẽ sit admonitio, vt declaret te nihil aliud quærere quàm illius salutem & amicitiæ pristinæ restaurationem. Glos. Inter te & ipsum solum: ne publicę correptus, verecundiam perdat, & sic in peccato permaneat.

Correptio quotuplex

neat. Hiere. 5. Frõs mulieris meretricis facta est tibi. noluisti erubescere. Chrysostomus: Præcipit arguere ei qui passus est iniuriam, non alteri: quia ille qui fecit iniuriam, mansuetius sustinet, maxime si solus & charitatiue corripiat. Cum enim qui vindictam expetere debebat, hic salutis videtur habere diligentiam, maxime hominẽ poterit facere propicium, & pium, & mansuetum. Psal. 140. Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meũ. Hinc ait, corripe, nõ conuiciare. Eccl. 19. Est correptio mendax in ira contumelioſi. Vnde. 1. Timoth. 5. Seniorẽ ne increpaueris, sed obsecra vt patrem: iuuenes vt fratres, anus vt matres, iuuenculas vt sorores, in omni castitate. Sic Moses, qui diuino fruebatur alloquio, charitatiuã Iethro admonitionem suscepit, Exod. 18. Prouer. 9. Argue sapientem, & diliget te. Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia. Doce iustum, & festinabit accipere. Si te audierit, peccatum recognoscendo & dolendo, non est quod vlciscaris, aut quod illum traducas: tibi satis est ꝙ lucrifeceris fratrem tuum. Interim & tuo lucro consuluisti: periturus em tibi erat amicus, peritura erat deo anima. Nõ ergo parum est, in hominẽ peccare. Quod si non audierit, non est prorsus abijcienda spes, nec statim ad extrema remedia veniendum, sed adhibe testes, siue vt pudore mediocri corrigatur, qui non progrediatur vsq; ad infamiam, siue vt testimonio duorum aut trium reuinci possit. Augustinus: Adhibe eum qui vult prodesse, non obesse. Eccl. 19. Corripe amicum, ne forte non intellexerit, & dicat, non feci: aut si fecerit, ne iterum addat facere. Corripe amicum. sæpe em̃ fit commissio, & non omni verbo credas. Seneca: Moneberis libenter, reprehenderis patiẽter. Si merito obiurgauit quis te, scito quia profuit: si immerito, scito quia prodesse voluit. Non acerba, sed blanda timeas verba. Eccẽs. 7. Melius est à sapiente corripi, quàm stultorum adulationibus laudari. Melius est ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Quod si tam est intractabilis, vt nec pudore, nec metu iudicij commoueatur, rem defer ad congregationem, vt vel multitudinis consensu, vel eorum autoritate qui multitudini præsunt, emendetur. Actu. 20. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos spũs sanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei, quam acquisiuit sanguine suo. Si nec ecclesiam audierit, amputetur à familiari consortio, vt vel sic pudore resipiscat, dum se videt ab omnibus vitari: aut certe ne gregi admixtus, alios inficiat suo cõtagio. Qui ergo audierit increpationem, venia dignus est: qui autem non audierit, ab omnibus haberi debet contemptus, & indignus qui habeatur frater. Ista condemnatio quanquam lente procedat ad supplicium, tamẽ hoc nomine est seueriſſima, ꝙ damnatum, nisi resipiscat, manet æterna pœna, quam nulla ratione poterit effugere, Proue. 29. Viro qui corripientẽ dura ceruice contemnit, repentinus ei superueniet interitus, & eũ sanitas non sequetur. Eccẽs. 7. Considera opera dei, ꝙ nemo possit corrigere quem ille despexerit. Potestatem tribuit, vt sciant qui ligantur à talibus, à deo se ligatos. Quẽ Cæsar damnat, nonnunquam absoluit deus: & quẽ princeps absoluit, aliquoties dãnat deus. Quanquam autem iudicium hoc non habeat in specie seueritatem eam, quam habẽt tribunalia principum, tamen magis est formidandũ, quàm illorum sententia, qua sæpenumero percutiuntur optimi, & absoluuntur sceleratiſſimi. A deo damnari formidabile ẽ. Ab illo damnatur, quisquis à vobis syncero animo consentientibus damnatur. Vere reuerenda & timenda ecclesiæ autoritas, quia à deo collata. Matth. 16. Tibi dabo claues regni cælorum. Diuina sententia roborata. Amen dico vobis, ait, quæcunq; alligaueritis, per spiritum sanctum confirmata, Iohan. 20. Accipite spiritum sanctum. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt. Quod enim iudicatis spũ dei, non vestrum est iudicium, sed per vos illius.

Ecclesię põtestas quã ta.

Iterum dico vobis: si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunq; petierint, fiet illis a patre meo qui in cælis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vsque septies? Dicit illi Iesus: Non dico tibi, vsque septies, sed vsq; septuagies septies.

Hieronymus: Omnis nos supra sermo ad concordiam prouocarat. Igitur & nũc præmium pollicetur, vt solicitius festinemus ad pacem, quũ se dicat inter duos vel tres medium fore. Non dicit, ero: sed, sum, id est, iam illic inuenior. Quia prohibuit ne mutuum offenderemus, ostendit concordiæ fructum. Concordes autem dicuntur, non qui in malum, sed

lum,sed in bonum conueniunt.Conspirarunt enim & Annas & Caiphas Acto.4.cõspirarunt & Iudæi,Iohan.9.Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis eũ confiteretur esse Christum,extra synagogam fieret.Si ergo duo concorditer amantes,quæ dei sunt petierint,fiet illis. A Cæsare non protinus impetratur, quod petitur:nec ille quicquid rogatur,præstare potest.Nihil autem est tam arduum aut incredibile,quod pater non sit præstaturus,si concorditer ab ipso petierimus.Ideo aũt sæpe precantes non accipimus, eo ꝙ mutua concordia caremus. Hieroñ.Sic vbi spiritus & anima consenserint,nec inter se bellum diuersarum habuerint voluntatũ,de omni re quam petierint,fiet illis.Nulli enim dubium,quin bonarum rerum postulatio sit,vbi corpus ea vult quæ spũs. Chrysostomus:Quia dixerat,fiet illis à patre meo,vt & ostenderet se esse datorem cũ patre, subdit:Vbi duo.Rabanus:In nomine domini congregantur, qui ipsius æmulantur gloriam,qui ipsius spiritu feruent,qui ipsum per omnia & in omnibus fidei oculis,& mundo corde non desinunt intueri.Amat enim mediũ Iesus mediator dei & hominũ, 1,Timoth.2.Sic nunquam legitimis deest congregationibus.Vnde apostoli gentibus rescripserunt.Actu.15.Visum est spiritui sancto & nobis. Hinc fidei ecclesiæ firmitas & veritas,ꝙ per spiritum regitur veritatis,qui omnem docet veritatem, Iohã.16.Quare dicitur firmamentum & columna veritatis,1.Timoth.3.Sed quoniam is spũs deest concilia bulis malorum, (Nam segregant semetipsos,spiritũ non habentes,Iudæ.1. Nec est deus dissensionis,sed pacis,1.Corint.14.)necessum est alio spiritu regi,qui ait 3.Reg.22.Egrediar,& ero spiritus mendax in ore omniũ prophetarum eius,hoc est,Achab.Sic & spiritualis amicitia,societasꝙ fraterna,ad interiorem profectũ relata,fructuosa est, & gratiæ profectui proficua.Prouer.18.Frater qui adiuuatur à fratre,quasi ciuitas firma:& iudicia,quasi vectes vrbium.Hæc cum diligenter auscultasset Petrus,existimans ad se potissimum pertinere,quod de potestate damnandi atq; soluendi disseruerat Iesus,scrupulum quendam conceperat in animo,propterea quod dominus dicens post tertiam correptionem,fit tibi velut ethnicus,visus est certum numerum præscribere, quẽ qui transgressus esset,etiã si resipisceret qui peccarat, non esset recipiendus in gratiã, quũ & lex talionem requirat,oculum pro oculo,dentẽ pro dẽte,Exod.21.Dñe,inquit, quoties cõdonabo fratri,& post quotã culpã repelletur à venia? Num post septimã? Hũc numerꝫ velut magnum præponebat,quum Iesus tertiæ duntaxat correptionis meminisset.Tũc Iesus ostendens in his quæ cõmittũtur in nos,(in deum enim si peccauerit, non ego qui idiotes ac priuatus sum,possum ei remittere,nisi forte dei ordinẽ habens sacerdos)oportere nos faciles esse ad veniam,ait,vsq; septuagies septies, indicans nullum esse præscribendum numerꝫ ignoscentiæ Christianæ: sed quotiescunq; resipuerit qui peccauit,toties ex animo condonandam esse culpam,penitus eximens ex animo Christiano omnẽ vlciscendi libidinem.Hoc est quod ait Luc.17.Si peccauerit frater tuus in te,increpa illum:& si pœnitentiam egerit,remitte illi:& si septies in die peccauerit in te,& septies in die conuersus fuerit ad te,dicẽs,pœnitet me,dimitte illi.

¶De seruo nequam,Matth.18.

## ARTICVLVS LXXIIII.

Matt.18. A

IDeo assimilatum est regnũ cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis.Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus qui debebat ei decem milia talenta.Cum autem non haberet vnde redderet,iussit eum dominus eius venundari,& vxorem eius, & filios,& omnia quæ habebat,& reddi.Procidens aũt seruus ille, orabat eum , dicens: Patientiam habe in me,& omnia reddam tibi.Misertus autem dominus serui illius,dimisit eum, & debitum dimisit ei.

Ostendit quàm æquissimũ sit & necessariũ,proximo errata remittere,similitudine adhibita.Hieronymus:Familiare est Syris,& maxime Palæstinis,ad omnem sermonẽ suũ parabolas iungere,vt quod per simplex præceptum ab auditoribus retineri non potuit, per similia exempla ꝙ teneatur. Agitur ergo de redditione duplicis rationis, & hoc secundum duplex dei forum:misericordiæ in hac vita,& iustitiæ post hanc vitam.Regnũ cælorum,præsentis temporis ecclesia dicitur,in qua boni cum malis in finem vsq; mixti

sunt,

sunt, Matth.13. Regnũ est, in quo sine tyrannide libere deo seruitur ex amore. Dicit autẽ cælorꝝ, quia legibus cæli subijcitur. Licet em̃ in terra peregrinetur, cælũ tamẽ sibi patria est. Philip.3. Nostra aũt cõuersatio in cælis est. Ephe.2. Non enim estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici dei. Huius regni Christus rex. Apoc.19. Habens in femore suo & vestimento scriptum, rex regum, & dñs dominantiũ. Zachar.9. Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator. Hic rationẽ ponit, conscientias singulorꝝ examinãdo, quũ per spũs sancti inspirationẽ, vnũquenq; ad suæ conscientiæ dijudicationẽ dirigit. Iohan.16. Cũ venerit ille, arguet mũdum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. Hiere.2. Scito & vide, qui malũ & amarꝝ est te dereliquisse dominũ. 2. Corinth.1. Nã gloria nostra hæc est, testimoniũ conscientiæ nostræ. Remigius: Christus meritorꝝ examinator, iam per scripturã rationẽ cum seruis ponit. Exigit rationem cum rationalis sit, an secundũ rationẽ vixerit vt homo, an secundũ passionẽ desiderij vt brutum. Qui ergo nũc debite factorꝝ suorꝝ rationem ponens, humiliter pœnitet, post in iudicio secure ad iudicem veniet. 1. Corꝝ. 11. Si nosmetipsos dijudicaremus, nõ vtiq; iudicaremur. Exactam em̃ tunc posituru est rationẽ, quũ non solũ in mediũ proferentur facta, Matth.16. Filius hominis ventutus est in gloria patris sui cũ angelis suis, & tũc reddet vnicuiq; secundum opera sua. 2. Corꝝ. 5. Oñes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. vt referat vnusquisq; propria corporis, prout gessit, siue bonũ, siue malum. Sed & verba. Matth.12. De oñi verbo ocioso quod loquuti fuerint hoies, reddẽt rationem de eo in die iudicij. Imo de cogitationibus. Sap.1. In cogitatiõibus impij erit interrogatio. Hiere.17. Prauum cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans cor & probans renes, qui do vnicuiq; iuxta viam suã, & iuxta fructum adinuentionũ suarꝝ. Roma.14. Vnusquisq; pro se rationẽ reddet. Sic exegit in paradiso rationem ab Adam Gene.3. qui in ea deficiens, sermones ad excusandas excusationes in peccatis multiplicãdo, punitus fuit. Omnes aũt serui sumus magni domini, qui vnicuiq; dedit secundum propriam virtutẽ, aut vnũ, aut duo talenta, &c. Matth.25. Nemo siquidem est, cui non concredita sit anima ad dei imaginẽ creata, Gene.1. Hinc 1. Corinth.15 Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis. Hoc fit deũ pure cognoscendo, super oĩa diligẽdo, & firmiter ipsi inhærendo. Eccĩ.10. Fili, in mansuetudine serua animam tuam, & da illi honorem secũdum meritum suum. Peccantẽ in animã suam quis iustificabit? Et qs honorificabit exhonorantẽ animã suã? Sic & corpus 1. Corinth.6. Corpus autem non fornicationi, sed dño. Non em̃ estis vestri. Empti estis precio magno, glorificate & portate deum in corpore vestro. 1. Thess.4. Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra, vt sciat vnusquisq; vestrum vas suũ possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant deum. Temporalia, ad necessitatem, nõ voluptatem explendam. 1. Timot.6. Habentes victum & quibus tegamur, his contenti simus. Roma.13. Carnis curam ne feceritis in desiderijs. Roma.8. Ergo fratres debitores sumus, non carni vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Sic & nos bonorum suorum fecit dispensatores, ad proximi vtilitatem. 1. Iohan.3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo? Vnde dominus Matth. 25. Quàm diu vni ex minimis meis non feciſtis, nec mihi feciſtis. Demum tempus ad meritum, ne nobis dicatur illud Matth.20. Quid hic statis tota die ociosi? Inutilem enim seruum, ligatis manibus & pedibus, iubet mitti in tenebras exteriores, Matt.25. Si damnati vel punctum temporis haberent ad fructuose pœnitendum, quantam pœnam euaderẽt & gloriam acquirerent? Hinc Apostolus 2. Corꝝ. 6. Hortamur vos, ne in vacuum gratiã dei recipiatis. ait enim: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Iohã. 9. Venit nox quando nemo operari potest. Incipit autem hic rationem ponere, quũ nunc terrore mortis, nunc flagello conscientiæ, nunc gehennæ metu, aut similibus ad cogitãdum gratiarum dissipationem compellit. Omnes aũt debitores sumus altissimi. Matt.6. Dimitte nobis debita nostra. Roma.3. Omnes peccauerunt, & egent gloria dei. In multis enim offendimus omnes, Iaco.3. Decem millia talenta, plena & perfecta mandatorꝝ est obseruatio. Rom̃.13. Plenitudo legis est dilectio. Sed Iaco.2. Quicũq; totã legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omniũ reus. Quid ergo agendum? Neq; em̃ latere possumus. Sunt aũt tria nos offerẽtia. Conscientia peccati. Roma.2. Testimoniũ illis reddente conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiã defendentium, in die quum iudicabit deus occulta hominum secundum euangelium meum, per Iesum Christum. Gregorius: Mala hominum & cogitata nec deus ignorat,

Regnũ qd

Quæ tria hoiem iudicio offerãt

nec obliuiſcitur perpetrata, niſi ab eius oculis pœnitendo deleantur. Deus enim quia lux eſt, quoties indigne aliquid mente concipimus, toties in lucem peccamus, quia ipſe etiã ſibi non præſentibus præſto eſt: ideo in ipſo peruerſe gradientes impingimus, à quo p meritum longe ſumus. Cum videri nos non credimus, in ſole clauſos oculos tenemus: illum à nobis abſcondimus, non nos illi. Eſa. 59. Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret. Eſaiæ 29. Væ qui profundi eſtis corde, vt à domino abſcondatis conſilium, quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos? & quis nouit nos? Peruerſa eſt hæc veſtra cogitatio, quaſi ſi lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori ſuo, non feciſti me: & figmentum dicat fictori ſuo, non intelligis. Quanquam deus ſit omnibus præſens, euidẽtia tamen conſcientiæ peccatorem magis præſentẽ reddit. Nec enim primus homo latere potuit, quem conſcientiæ reatus demonſtrabat in publicum, tametſi velaret pudenda foliis, & inter frutecta abſconderet. Item euidentia facti. In oppreſſione puſillorum. Exod. 3. Clamor filiorum Iſrael venit ad me, vidiq; afflictionem eorum, qua ab Aegyptijs opprimunt. Eccl. 35. Nonne lachrymæ viduæ ad maxillas deſcendunt, & exclamatio eius ſuper deducentem eas? In peccatorum enormitate, Gene. 18. Clamor Sodomorum & Gomorræorũ multiplicatus ẽ, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis. Hinc grauitatem peccatorum Hieruſalem dominus oſtendens, ait Eſa. 3. Peccatum ſuum ſicut Sodoma prædicauerunt, nec abſconderunt. In ſeruorum defraudatione. Iaco. 5. Ecce merces operariorum veſtrorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ defraudata ẽ, clamat, & clamor eorum in aures domini ſabaoth introiuit. Demũ offert & accuſat malitia diaboli. Apoc. 12. Proiectus eſt accuſator fratrũ noſtrorum, qui accuſabat illos ante conſpectum dei noſtri die ac nocte. Et niſi ipſe dederit æs alienum, niſi gratiam impartitus fuerit, ſoluendo non ſumus. Per nos enim in peccatum cadimus, ſed non per nos poſſumus reſurgere. Pſalm. 93. Niſi dominus adiuuiſſet me, paulominus habitaſſet anima mea in inferno inferiori. Venditio alienationem ſignat à deo. qui enim venditur, alterius dominij fit. Sic peccator hic in poteſtatem fit diaboli, vt de peccato ruat in peccatũ. Romañ. 1. Propter quod tradidit illos deus in reprobum ſenſum. 3. Regum. 21. Igitur nõ fuit alter vt Achab, qui venundatus eſt vt faceret malum in conſpectu domini. Et poſt iuſtitiæ ſatisfaciat per pœnam, niſi præueniat faciem domini in confeſſione. Pſalm. 94. Præoccupemus faciem eius in confeſſione. Videamus nunc quid fecerit ſeruus videns vinculum obligationis ſuæ quod debebat, & defectum reſtitutionis, quum quod redderet non haberet, ac iuſſum punitionis quo vendi debebat, quemadmodum ad humiles & deuotas ſe conuertit preces. Chryſoſtomus: Terrere vult, vt per minas ad ſupplicationem inducat. Eſaiæ. 36. Cum feceris iudicia tua in terra, iuſtitiam diſcent habitatores orbis. Redite ergo præuaricatores ad cor, Eſaiæ. 46. Quia ergo ſponte noluit, coactus pœnituit, vitæ reſipiſcentiam & emendationem, & iuxta diuinæ legis ſanctionem ſatisfactionem pollicens, quaſi diceret Pſalm. 6. Domine, ne in furrore tuo arguas me. Iob. 10. Dimitte me ergo, vt plangam paululum dolorem meum. Pſalm. 6. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Remigius: Vox peccatoris exprimitur, poſcentis tempus viuendi, & ſpatium corrigendi. Procidit, cum ſeipſum abijcit, cum ſuperbam mentem & erectam inclinat. Iob. 15. Cucurrit aduerſus deũ erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt. ſed timore iudicis ad pedes ſe deijcit. Omnia enim dedit, qui ſe dedit. Romañ. 6. Humanum dico propter infirmitatẽ carnis veſtræ. Sicut exhibuiſtis mẽbra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Expectat enim dominus vt miſereatur, Eſaiæ. 30. Vt conuerſi, ad miſericordiam recipiantur: non conuerſi, iuſte grauius puniantur. Eccl. 5. Altiſſimus enim eſt patiens redditor. Nam Romañ. 9. Deus volens notam facere potentiam ſuam, & oſtendere iram, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ pręparauit in gloriam. Vaſa ergo iræ in interitum apta, non pręparat, ſed ſuſtinet. Ideo Apoſtolus admonet 2. Timoth. 2. In magna domo non ſolum ſunt vaſa aurea & argẽtea, ſed & lignea & fictilia: & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Si quis ergo emundauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem, ſanctificatum & vtile domino, ad omne opus bonum paratum. Voluit ergo dominus ſeruum, reatum ſuum agnoſcere, & veniam petere. Hiere. 2. Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te. Scito & vide, quia malum & amarum eſt reliquiſſe te dominum, & non eſſe timorem eius in te. Pſal. 49. Arguam & ſtatuam contra faciem tuam. Sic ſupplex factus eſt Dauid 2. Reg. 12. Peccaui, inquit, domino. Cui Nathan: Dñs quoq; tranſtulit pctm̃ tuum à te.

Vide ergo pœnitentiæ robur,& domini misericordiam omnia remittentis.Chrysostomus:Audi dei misericordiã,petierat dilationem,& accepit remissionem omnium debitorum.Psalm.102.Quomodo miseretur pater filiorum,misertus est dominus timẽtibus se.Vere miserationes eius super omnia opera eius, Psalm.144. quia non solum electis, sed & reprobis qui ad tempus credunt,siue fructus pœnitentiæ exercent,peccata remittit.Ezech.18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea,& fecerit iudicium & iustitiam,vita viuet & nõ morietur.Omnium iniquitatũ eius quas operatus est,non recordabor.Hinc dominus.3.Regum.21.Nonne,inquit,vidisti Achab humiliatum coram me? quia ergo humiliatus est mei causa,non inducam malum in diebus suis. Bernardus:Sic ex toto dimisit omnem offensam,vt non damnaret vlciscendo,nec confunderet improperando,nec minus diligeret imputando.Quo contra plurimi,qui etsi non vlciscantur, tamen improperant, aut non ex animo indulgent.Chrysostomus: Cur non ante ratiocinationem debitum dimisit,nisi vt ad conseruum mansuetior fieret?

Egressus autem seruus ille,inuenit vnum de conseruis suis,qui debebat ei 2
cẽtum denarios:& tenẽs,suffocabat eum,dicẽs: Redde quod debes. Et procidẽs conseruus eius,rogabat eum,dicẽs: Patiẽtiam habe in me,& omnia reddam tibi.Ille autem noluit,sed abijt, & misit eum in carcerẽ,donec redderet debitum.Vidẽtes aũt conserui eius quæ fiebant,contristati sunt valde:& venerunt, & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant.

Nullus qui in deo manet,expers compassiõis est:sed ille egressus erat & alienus à deo, sicut Cain à facie domini Gene.4.non reueritus maiestatem,nec timens potestatem, & oblitus domini erga se clementiæ.Augustinus: Debito liber,sed iniquitatis seruus,protinus iniecta manu exegit debitum.Attende quàm exiguum sit ad præcedens,quo ad numerum,quia pars centesima:&quantum ad pondus,qa denarius ad talenta.Remigius: Centum denarios debitor est,quem de commissis in fratrẽ aliquibus satisfacere oportet.Totidem & eisdem verbis obsecrat eum,quot ille dominum. At creditor inexorabilis reppulit supplicẽ,Augustinus.At iste rogauit conseruum suũ,sicut ille rogauerat dñm: sed talẽ iste nõ inuenit cõseruũ,qualẽ ille inuenit dñm.Contortum rapiebat ad solutionẽ,iam debito liber:& non solum remittere debitum noluit, sed nec dilationem dedit. Notatur tyrannica & crudelis exactio debiti,quum debitor per vim vel asperas obiurgationes ita opprimitur,vt vix excusandi vel respondendi habeat facultatem.In carcerem mittitur,quum coram iudice sistitur,ac per districtam iustitiam vndiq; coarctatur, vt nullus euadendi sit locus.Noluit ergo intelligere vt bene ageret, Psalm.35.sed abijt à via æquitatis & gratiæ,mittens in carcerem diræ tribulationis,donec se plenius de iniuria vindicaret. Porro cæteri conserui qui viderant miram clementiam domini in seruum,vbi vidissent tantam crudelitatem conserui in conseruum, dolore graui commoti sunt de vnius culpa,& alterius pœna. Chrysostomus: Non solum deo,sed & hominibus displicet crudelitas.Conserui,angeli sunt,ofores mali,& amantes boni. Apoc.22. Conseruus tuus sum & fratrum tuorum, qui contra dolum persequentium, dominum implorant.Sic & iusti,zelo iustitiæ accensi,dum enormitates malorum corrigere nõ valent,ad deum suspirant.Nec paruipendenda illorum suspiria.Lucæ.18. Deus non faciet vindictam electorum suorum,clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico aũtem vobis, quia cito faciet vindictam illorum.

Tũc vocauit illum dominus suus, & ait illi:Serue neq̃ã, omne debitum 3
dimisi tibi,quoniam rogasti me.Nonne ergo oportuit & te misereri cõserui tui,sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dñs eius,tradidit illũ tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitũ.Sic & pater meus cælestis faciet vobis,si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris.

In iudicium intrat cum seruo dñs propter misericordiam,vt ostendat quod non ipse, sed serui crudelitas & ingratitudo donationem irritauerit.Remigius: Hæc vocatio modo fit in cõscientia,sed post fiet in iudicio.Matth.20.Voca operarios,& redde illis mercedem suã.Quanq̃ multi nũc vocantẽ dñm audire nolint.Proue.1.Vocaui,& renuistis. in iudicio tamen,velint nolint,audient.& sic voluntas ipsius plerunq; hic contempta ab homi-

homine & non impleta, tũc implebitur de homine. Chryſoſtomus: Quãdo decẽ millia talentorũ debebat, nõ vocauit eum ſeruum nequam,, nec conuiciatus eſt, ſed quando ingratus factus eſt, tunc ait: Serue, non domine, nequam, nociuus in proximum, & domino infidelis. Nonne ego dominus tantam ſummam tibi donaui, non ob aliud, niſi quoniam rogaſti me? Non igitur par erat, vt tu conſeruus conſeruo paululum pecuniæ cõdonares, & ſupplicis miſereris? Certe mea in te tam recens lenitas, te docere debuit lenitatem in conſeruum. Ponit tria quæ ipſius aggrauabant peccatum. Primum præcepti obligatio, quia oportuit. Matth. 7. Quæcũq; vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite eis. Naturalis inclinatio. Eccl. 13. Omne animal diligit ſibi ſimile, & oñis homo ad ſimilem ſibi coniungetur. Eccl. 28. Homo homini reſeruat iram, & à deo quærit medelam? in hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur? Chryſoſtomus: Obſtupeſcat cælum, quoniam in ferarum mores humanũ genus detruſum eſt. Diuinæ bonitatis imitatio. Sicut & ego dominus, tui ſerui miſertus ſum. Vbi & modum inſinuat: Nam dimiſit integraliter, quia omne. Omnium (inquit Ezech. 18.) iniquitatum ipſius non recordabor. Cordialiter, nam remiſi. Matth. 5. Diligite inimicos veſtros, & orate pro perſequentibus & calũniantibus vos. Chryſoſtomus: Si oderis inimicum, amplius tibi nocuiſti ſecundum animam, quàm illi ſecundum corpus. Illi enim nihil noces odiens illum, teipſum vero tuo odio abſq; dubio lædis. Si autẽ peperceris inimico tuo, tibi amplius præſtitiſti q̃ illi. Roma. 12. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius. Liberaliter, quoniam rogaſti me. Non vẽdidit vt quidam, qui pecunias vel magna exigunt ſeruitia. Sic Petro dimiſſum negationis peccatum. Luc. 22. Egreſſus foras, fleuit amare. Sic publicanus, dicens: Deus, propicius eſto mihi peccatori, deſcendit iuſtificatus, Luc. 18. Hinc admonet Apoſtolus Ephe. 4. Nolite cõtriſtare ſpiritum ſanctum dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Eſtote autem inuicẽ benigni, miſericordes, donantes inuicẽ, ſicut & deus donauit vobis in Chro. Coloſſ. 3. Supportãtes inuicẽ & donãtes vobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquẽ habet q̃relam: ſicut & dñs donauit vobis, ita & vos. Chryſoſt. Si graue videtur dãnũ, aſpicere oportet lucrũ: ſi graue videtur p̃ceptũ, cogita præmium: ſi graue ſit remittere ei qui te contriſtauit, hoc eſt grauius, incidere in gehennam. Nam iratus dominus, non paſſionis commotione, ſed iuſtitiæ executione. Maxima autem eſt pœna, nunquàm videre dominum placatum, ſed dicentem Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum. Sed quia nũquàm reddet quod debet, ideo nunquàm exibit. Nam pœnã quam nunquàm ſoluet, ſemper patietur. Ad hãc imaginem vobiſcum aget pater meus cæleſtis. Illi nemo veſtrum non debet plura, in quem nemo non frequenter delinquit, & grauiter, quo maior eſt is in quem delinquit, quoq; maiora ab illo beneficia accepit. Peccant homines in homines, ſed longe leuiora. Hieronymus: Formidoloſa ſententia, ſi iuxta noſtram mentẽ ſententia dei flectitur atq; mutatur. Si parua fratribus non dimittimus, magna nobis à deo non dimittentur. Et q̃a poteſt vnuſquiſq; dicere, nil habeo contra eum, ipſe nouit, habet deum iudicem, nõ mihi curæ eſt quid agere velit, ego ignoui ei, confirmat ſententiam ſuam, & omnem ſimulationem excludit fictæ pacis, dicens: Si non remiſeritis de cordibus veſtris. Sunt enim qui rogantium importunitate victi, pacem magis ſimulant quàm faciunt. Pſal. 27. Qui loquũtur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum. Pater meus, ait, nõ veſter. Indigni enim tales ſunt, qui deũ habeant patrem, qui ore tantum, non corde remittunt. Cogita ergo quantum malum ſit vindictæ cupiditas, quandoquidem donationem dei reuocat & irritat. Auguſtinus: Qui diuini beneficij oblitus, ſuas vult vindicare iniurias, non ſolum de futuris peccatis veniam non merebitur, ſed & præterita quæ ſibi dimiſſa iam credebat, ad vindictam ei replicabũtur. Vbi enim homo homini iniuriam ſeruat, deus liuoris & retentæ iniuriæ vlciſcitur venenum, vt dicit Chryſoſtomus. Iacobi. 2. Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non fecit miſericordiam. Eccl. 58. Qui vindicari vult, à dño inueniet vindictam, & peccata illius ſeruans ſeruabit. Chryſoſtomus: Duo ſunt quæ colligere poſſumus, vt ſcilicet noſipſos peccãtes culpemus, & aliorũ peccata dimittamus. Nã qui ſua cogitat, ad dandũ conſeruo veniã, non ore ſolũ, ſed & corde facilior eſt. Si eĩ indulges, in caput illius totũ malũ retorquetur, ac ipſe mala patiet, non tu: ſin vero grauiter feras, tũc nõ ab illo, ſed à temetipſo detrimento afficieris: ſi æq̃ aĩo tuleris, multa lucraberis. Primo, peccatorũ remiſſionẽ. Eccl. 28. Relinque proximo tuo nocẽti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Deinde patientiæ & pſeuerãtiæ laudem, Eccl. 28. Memorare teſtamẽtũ altiſſimi, & deſpice ignorãtiã proximi. Tertio,

Dimittẽdi variæ circũſtantiæ.

Manſue-

Manſuetudinem & humanitatẽ, ac cõmodior eris amicis. Quarto, Ipſis ꝙq; inimicis aũ æmulis etiã ſi dæmones ſint, venerabilis eris. Poſtremo, quod omniũ maximũ eſt, dei miſericordiã cõſequeris: & quẽadmodũ peccatoꝝ veniã, ſic virtutũ maiora ꝓmia conſequeris. Matth. 6. Si dimiſeritis hoĩbus pcta eoꝝ, dimittet & vobis pater veſter cæleſtis delicta veſtra. Eccl. 28. Memento nouiſſimoꝝ, & deſine inimicari. Roma. 12. Nulli malũ pro malo reddẽtes. Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum.

¶De non ſequente, & dæmonia eijciente, Marc. 9. Luc. 9.

## ARTICVLVS LXXV.

REſpondens aũt illi Iohannes, dixit: Præceptor, vidimus quendã in nomine tuo eijcientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non ſequitur nobiſcum: Et ait ad illos Ieſus: Nolite prohibere. Qui enim nõ eſt aduerſum vos, pro vobis eſt. Luc. 9. B

Attende & admirare nominis Chriſti virtutẽ, quomodo per indignos, & eos qui non erant diſcipuli, gratia operetur, & ſolũ nominatum. Ita & per ſacerdotes, etiam ſi indigni fuerint, gratia operatur, & ſanctificantur oẽs. Nume. 6. Inuocabũt nomen meũ ſup filios Iſrael, & ego benedicam eis. Sic Caiphas quũ eſſet pontifex anni illius, prophetauit quod Ieſus moriturus erat non ſolum pro Iudæis, ſed & gentibus, Iohan. 11. Diſcipuli ergo adhuc rudes, quum vidiſſent quendam eijcientem dæmonia in Ieſu nomine, inhibuerunt, quũ non eſſet de numero duodecim, nec ſequeretur Ieſum. Incerti aũt an rectè aut ſecus feciſſent, dominũ adierunt. Marc. 9. Magiſter, vidimus quẽdam in nomine tuo eijcientẽ dæmonia, q nõ ſequit nos, & prohibuimus eũ. Ieſus aũt ait: Nolite prohibere. Nemo eſt eñ qui facit in nomine meo virtutẽ, & poſſit cito male loqui de me. Non eſt ſpectandũ an ſequatur nos, ſed an prædicet nomen noſtrum. Quiſquis eñ miraculum edit inuocato meo noĩe, illuſtrat gloriã meã, ſibiq; in poſteꝝ ius adimit male loquẽdi de me, cuius nomen expertus eſt tam efficax. Philip. 1. Dum omni modo ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem annuncietur Chrũs, & in hoc gaudeo, ſed & gaudebo. Marc. 9. Quiſquis eñ potũ dederit vobis calicem aquæ frigidæ in nomine meo, qa Chriſti eſtis, amen dico vobis, nõ perdet mercedẽ ſuam. Nõ ſolũ ergo facientes virtutẽ in noĩe meo, non prohibeo: ſed & ſi quis minimum quiddã dederit vobis pro nomine meo, & ſuſceperit nõ pro humana gratia vel mundana, neutiquam perdet mercedem ſuam.

¶De aduentu Chriſti in Iudæam, & non timenda morte, Matth. 19. Marc. 10. Luc. 12.

## ARTICVLVS LXXVI.

ET factum eſt cum conſummaſſet Ieſus ſermones iſtos, migrauit a Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanem, & ſecutæ ſunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi. Matt. 19.

Poſtquam huiuſmodi monitis ſatis inſtruxiſſet animos ſuorum aduerſus tempeſtatẽ imminentem, venit in locum vbi primum docuerat Iohannes. Mox igitur & huc confluunt turbæ. Iam enim ſic vndiq; fama inclaruerat ipſius, vt nuſquam poſſet latere. nec vnquam ille fatigatur benefaciendo omnibus, ſanandis corporibus, docendis animis. Marc. 10. Et ſicut conſueuerat, iterum docebat eos.

Multis autem turbis concurrentibus, ita vt ſeinuicem conculcarent, cœpit dicere ad diſcipulos ſuos: Attendite a fermento phariſæoꝝ, quod eſt hypocriſis. Nihil enim opertum eſt quod non reueletur, neq; abſconditum quod non ſciatur. Quoniam quæ in tenebris dixiſtis, in lumine dicentur: & quod in aure locuti eſtis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Luc. 12. C

Quàm pernicioſa & vana ſit res hypocriſis, & econtra ſalubris ac victorioſa veritas, oſtendit. Nã phariſæi ipſum venari tentabãt in ſermone & opere, vt turbas ab illo auerterẽt, at res in diuerſum euenit, ſic fortis eſt veritas, & dolus infirmus. Qñ dñs nouit inſanabilem eſſe malitiam phariſæoꝝ & ſcribarum ac legiſperitoꝝ, voluit palam illorum

hypocri

hypocrisim traducere,ne quis incautus eorũ simulatione falli possit,iam tum multis turbis circũstantibus & appropinquantibus. Lucæ.6. Omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat,& sanabat omnes. Cauete ab hypocrisi in pharisæis regnante, quæ mentem vehementer excæcat,q; acerba sit,& plena veteris malitiæ,& transformet corrumpat́q; secum hominum mentes quibus admixta fuerit. 1. Corinth. 5. Nescitis qm̃ modicum fermentum totam massam corrũpit? Tales ergo esse studeatis, quales haberi vultis. Nihil posthac fucatũ diu latere poterit. Veniet tempus quod in apertum proferat & vestram innocentiã,& illorũ malitiã,qui vos modo seductores ac maleficos calũniantur. Omnia enim verba & cogitationes, nudæ ante iudicẽ in supremo illo die apparebunt: quin & in præsenti vita, multa eorũ quæ occultantur, manifestari solent, quãtũcunq; tegantur hypocrisi. 1. Timoth. 5. Quorundam hominũ peccata manifesta sunt, p̃cedentia ad iudiciũ, quorundã aũt & subsequũtur. similiter & facta bona manifesta sunt, & quæ aliter se habent, abscondi non possunt. Veniet em̃ dñs, qui & illuminabit abscondita tenebrarũ, & manifestabit consilia cordiũ, 1. Cor. 4. Quid ergo? Tunc (inquit) laus erit vnicuiq; à dño. Beati ergo quorũ remissæ sunt iniquitates, & quorũ tecta sunt peccata, Psal. 31. Quare curate vt omnis vita vestra fuco careat, neq; quicq̃ dicatis faciatisve, aut cogitetis etiam soli, quod nolitis ab omnibus sciri.

Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quod faciant. Ostendam autem vobis quẽ timeatis. Timete eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete. Nonne quinq; passeres veneunt dipondio, & vnus ex illis non est in obliuione coram deo? Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere. multis passeribus pluris estis vos.

2 Non omnibus sermo ille congruit, sed his qui ex toto corde diligũt deũ, & dicere possunt illud Rom̃. 8. Quis nos separabit à charitate dei, quæ est in Christo Iesu? Tribulatio? an angustia? an fames, an nuditas? an periculũ? an persecutio? an gladius? Sicut scriptum est Psal. 43. Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos. Certus sum em̃, qa neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundũ, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu dño nostro. Offendet veritas homines impios, fucatos imagine pietatis, sed nullius mali metus abducat vos à syncera prædicatione veritatis euãgelicæ. Extremum malorum est vt occidant, sed corpus dũtaxat. At non moritur, q mea causa occiditur. Est timor naturalis, quo naturaliter quis mala timet pœnæ. Sic dñs cœpit pauere & tædere. Marc. 14. Hic ratione moderandus. Alter mundanus, carnalis, quo immoderate corporis damna timentur & rerum, de quo hic. Chrysostomus: Oñia mala operatur timor, & omnia bona contemptus mortis. Si gratis post modicum morituri sumus, quare non ante modicum in causa dei cum gloria morimur, vt fiat voluntarium, quod futurum est necessariũ? Nõ refert quàm diu vixeris, sed quàm bene. Feliciter hinc exit, qui ob nomen Christi mortẽ oppetit. Nec id fiet ante tempus à patre p̃fixum nobis, vt nihilo diutius victuri simus, etiã si maxime nos discruciaret metus mortis. Hinc Esaiæ. 51. Nolite timere opprobrium hominum, nolite timere blasphemantium rabiem. Quod si metum adhibere placet in consilium, æquũ est vt leuior metus cedat maiori: & ille potius timeatur, qui totum hominem nutu potest perdere. Esa. 8. Dominum exercituum ipsum sanctificate, ipse pauor vester, & ipse terror vester. Eccl. 33. Timenti deũ nõ occurrent mala, sed in tentatione deus illum cõseruabit, & liberabit à malis. Prouer. 28. Beatus homo qui semper est pauidus. Ne scilicet incidat in malum culpæ, qui timor est filialis. Psal. 110. Initium sapientiæ timor dñi. Sed qui timet hominem, cito corruet, Prouer. 29. Animam immortalem possessionem, immortalibus subiũcit pœnis, iisq; ardentibus. Scito hoc loco, quod peccatoribus mors ad supplicium infertur, & in hac vita puniũtur quum occiduntur, & in alia quũ in gehennam conijciuntur. Vide aũt quod nõ dixit, mittit, sed potestatem habet mittendi. Non enim semper qui moriũtur peccatores, mittuntur in gehennam, sed sunt in potestate dei, vt etiam dimitti possint. Hoc autem dico, propter oblationes & distributiones quæ fiunt pro defunctis, quæ non parũ conducunt his qui non in grauibus peccatis mortui sunt. Ostendit non timendã mortẽ ex consideratione

Timor duplex.

ratione prouidẽtiæ diuinæ. Nã qui est creator, & omnia nouit, ac numerata habet etiam minutissima, distribuit vnicuiq; q̃d suæ mensuræ cõgruit, sufferẽdi vires. Sap. 12. Non est eñ alius deus q̃ tu, cui cura est de omnibus. Tu aũt dominator virtutis cũ tranquillitate iudicas, & cũ magna reuerentia disponis nos. Subest eñ tibi, cũ volueris, posse. Neq; ergo quicq̃ perit etiam vilissimoꝝ animantiũ, nescio patre. Vos aũt, quos ex oĩbus pauciſſimos delegit ad illustrandã sui nominis gloriã, adeo nõ negligit, vt oẽs etiã capitis vestri pilos habeat numeratos. Si itaq; passer cuius preciũ vilissimũ est, diuinæ prouidẽtiæ moderamine incipit, defluit & definit, quũ sit dei creatura, quãto magis homo, cuius preciũ sanguis est Christi, qui & ad imaginẽ dei creatus est? Iob. 5. Nihil in terra sine causa.

Dico autem vobis: omnis quicũq; confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram angelis dei: Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram angelis dei.

Nolite itaq; metu maloꝝ, quæ possunt homines hominibus inferre, descisc̃ere à pro- 3
fessione nominis mei, memores, per has tẽporarias afflictiones iter esse ad felicitatẽ æternam. Quisquis nomen meũ professus fuerit hic corã hominibus, quod apud mundũ erit inuisum & execrabile, profitebor ego illũ, quũ proferetur filij dei maiestas corã angelis dei, cõdigne à me Christianũ vocatũ, quapropter & regni ipsum faciã participẽ. Ro. 10. Corde eñ creditur ad iustitiã, ore aũt fit confessio ad salutẽ. Apo. 2. Esto fidelis vsq; ad mortẽ, & dabo tibi coronã vitæ. Qui aũt negauerit tam verbis q̃ factis. Sunt eñ qui confitentur se nosse deũ, factis aũt negant, Tit. 1. ego omnium iudex, protestabor in iudicio tam particulari ipsius, q̃ generali omnium, non pertinere ad me huiusmodi. 2. Tim. 2. Nouit dñs qui sunt eius. Si quis aũt ignorat, ignorabitur, 2. Cor. 14. Matth. 7. Amen dico vobis, nescio vos, discedite à me omnes qui operamini iniquitatem.

Et omnis qui dicit verbum in filium hominis, remittetur illi. ei autem qui in spiritum sanctũ blasphemauerit, non remittetur.

Me vident hominem dormientẽ, furientem, videbunt & morientẽ. ignosci potest, si quid in me dicunt, q̃d in hominẽ potest cõpetere. Cæteꝝ q̃ inuidia corrupti, tribuunt ea facta spiritui Beelzebub, quæ sciunt esse virtutis diuinæ, & deũ fraudantes sua gloria, & in impios dæmones transferentes quod dei est, hæc nimirũ est diabolica malitia: quæ ideo nõ impetrabit veniam à deo, quanq̃ ad miserendũ propensissimo, quia nescit pœnitere. Obserua irremissibile dici trifariã. Negatiue, quod nullo modo est remissibile, vt peccatũ dæmonũ & damnatoꝝ æternaliter. Priuatiue, quod nõ habet aptitudinẽ vt remittatur: sic omne mortale peccatum dicitur irremissibile. Contrarie, quod habet dispositionem cõtrariã remissibilitati: sic peccata in spiritũ sanctũ excludũt ea, quibus remissio fit culpaꝝ, hoc est, misericordiam & gratiã diuinã, impugnando agnitam veritatem. Irremissibile q̃duplex.

Cum autem inducent vos in synagogas, & ad magistratus & potestates, nolite soliciti esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus eñ sanctus docebit vos in ipsa hora, quid oporteat vos dicere.

Duplex nostra infirmitas: nã vel propter timorẽ pœnaꝝ martyriũ fugimus. hinc dixit nõ metuẽdos qui corpus occidũt, quũ animã immortalẽ occidere nõ possint, Mat. 10 vel ob simplicitatẽ: ob id dicit, nõ nos, sed spiritũ sanctũ tunc locutuꝝ. Nã alius tunc concionandi modus, & nõ nostrũ, sed dei bellũ est. Quãuis aũt estis, ait, idiotæ, tenues & humiles, nõ est quod metuatis mundi tumultũ aduersum vos. Sufficit spiritus dei benignus ac simplex, aduersus omnẽ vel fraudẽ vel violentiã huius mundi. Ro. 8. Ipse spiritus adiuuat infirmitatẽ nostrã. Semper erit in promptu veritatis simplex oratio: hanc, quoties erit opus, suppeditabit vobis spiritus sanctus. Luc. 21. Ego dabo vobis os & sapientiã, cui non poterunt contradicere & resistere omnes aduersarij vestri. Hinc de Stephano legimus Act. 6. Non poterant contradicere sapientiæ & spiritui qui loquebatur. Et Act. 4. Videntes Petri & Iohannis constantiã, comperto q̃ homines essent sine literis & idiotæ, admirabantur, & cognoscebant eos qm̃ cum Iesu erant.

Ait autem illi quidam de turba: Magister, dic fratri meo, vt diuidat mecũ hæreditatem. Et dixit ei: Homo, quis me constituit iudicẽ & diuisorem super vos? Dixitq; ad illos: Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abundãtia cuiusquam vita eius est ex ijs quæ possidet.

Quemadmodũ terror iudicioꝝ nonnullos transuersos abducit à synceritate professionis euangelicæ, ita multos pecuniæ studiũ corrumpit. Quum eñ esset frequentissima turba circa Iesum, neq; quisquam antehac tam humilem ausus fuisset ab illo rem petere, hic auaritiæ stimulatus morbo, irrupit. Dominus aũt docere volens contemnere temporalia, & in his non multũ occupari, neq; ob hæc contendere cũ fratribus, sed magis cedendum auaritiæ, ait: Quis me constituit iudicem inter vos, dissidentes de re leui ac mox peritura? Ambrosius: Non dignatur iudex esse litium, aut arbiter facultatũ, qui viuorum & mortuoꝝ habet iudicium. An mundus hic non habet iudices suos, qui lites tam humiles dirimant? Mihi non est delegatum, vt hic aut ille diteſcat hæreditate, sed vt omnes perueniant ad æternã hæreditatẽ. 2. Timo. 2. Nemo militans deo, implicat se negocijs secularibus, vt placeat ei cui se probauit. Act. 6. Non est æquũ nos derelinquere verbũ dei, & ministrare mensis. Hinc Apostolus. 1. Coꝝ. 6. Iam quidẽ omnino delictũ est inter vos, q̃ iudicia habetis. Quare nõ magis iniuriam accipitis? quare nõ magis fraudem patimini? Sed vos iniuriã facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. An nescitis quia iniqui regnũ dei nõ possidebunt? Matth. 5. Ei qui vult tecũ in iudicio contendere, & tunicam tuã tollere, dimitte & pallium. Deinde versus ad discipulos ac cæteros qui aderant, cœpit eos exemplo dehortari interpellatoris à studio diuitiarũ, non q̃ per se malæ sint, sed q̃ in his præcipuũ vitæ præsidium ponere, & harũ studio à melioribus, & ab his quæ ad æternã pertinent felicitatem, reuocari, stultitia fit. Cauete, inquit, ab omni auaritia, tanq̃ à diaboli fomento. 1. Timo. 6. Nam qui diuites fieri volunt, incidunt in tentationẽ & in laqueũ diaboli, & desideria multa & inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitũ & perditionem. Radix eñ omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes, errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem homo dei hæc fuge. Eccl. 10. Auaro nihil est scelestius. Nihil est iniquius q̃ amare pecuniam. Hic eñ venalem habet animã suã, quoniam in vita sua proiecit intima sua. Est eñ auaritia immoderatus amor temporalium. Frequenter eñ sub prætextu necessitatis ac prouidentiæ, obrepit triste vitium, quod semel admissum, abducit hominem in omne vitium. Non eñ abundantia facit felicitatem, sed potius ad solicitudinem & contemptum eorum quæ vel sola quærenda sunt. Siquidẽ naturæ necessitas exiguo placatur. Seneca: Quæris quis sit diuitiarũ modus? primo habere quod naturæ est, secundo, q̃d satis est. Nulli secura potest contingere vita, qui de prouidenda re nimis solicitatur. Neq; eñ qui multa possidet, diutius viuit: neq; comitatur diuitiarum multitudinem vitæ longæuitas. Cur igitur affligeris manifeste pro incerta quiete? Hinc auaritia idoloꝝ dicitur seruitus, Ephe. 5. Sed conqueritur dñs per Esa. 1. Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Hiere. 6. A minore quippe vsq; ad maiorẽ omnes auaritiæ student: & à propheta vsq; ad sacerdotẽ, cuncti faciunt dolum.

Auaritia quid.

¶ De diuite fructuũ abundantiam habente, & inutili solicitudine, Luc. 12.

## ARTICVLVS LXXVII.

Luc. 12. D

DIxit aũt similitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiusdã diuitis hubere fructus ager attulit, & cogitabat intra se, dicẽs: Quid faciã, quia non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit: hoc faciam, destruam horrea mea, & maiora faciã, & illuc congregabo omnia q̃ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima mea, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare.

Vide quomodo describit nobis insatiabilis stulti diuitis cogitationes. Deus enim sua bonitate dedit hubertatẽ fructuum, vt sunt annui prouentus impares: verũ deus occulto suo iudicio ac iusto & malis prospera cõcedit, quo sua munificentia ipsos ad sui imitationẽ vt sint misericordes, inducat. Verũ hic tam immisericors erat, vt anteq̃ ea recepisset, clauderet. Nihil interim cogitauit de subleuanda proximoꝝ egestate, non de erogãdo. Ait apud se: Annonæ hubertas maior est, q̃ horrea mea sufficiant recõdendis ijs quæ prouenerunt. Vide nunc diuitiarũ voluptates. Quid eñ lucramur ex eo quod plura congregamus? Quietem eñ non lucramur. id manifestũ à curis. tantum aũt peccatoꝝ multitudinem nobis accumulamus. August. Diues auarus omnẽ formidat hominẽ. videt diuitẽ, & putat prædonẽ: videt pauperem, & suspicatur furem. Quod si charitatem adhibuisset in consilium, quũ sic æstuaret animo, dixisset illi: Circunspice q̃ multis desit quod tibi superest.

pereſt. Agnoſce cui etiam debeas anni tui iſtam felicitatẽ. Sortẽ indulſit deus, vnde colligas vſurã operũ cæleſtium. Sed quoniã ſtultitiam & incogitantiam maluit adhibere in conſilium, huius impulſu dixit: Deſtruam horrea. Vide inſatiabilẽ ſtultitiam. Quod ſi regio plures in poſterũ fructus attulerit, iterũ illa deſtruemus, & alia ædificabimus. Et quæ vtilitas deſtruendi & extruendi? Habes pauperũ ventres horrea, quæ multa capere poſſunt, quæq; incorruptibilia ſunt, cæleſtia eñ ſunt & diuina: quandoquidẽ qui paſcit pauperem, paſcit deũ. Vide & aliam inſipientiã. Illuc, inquit, congregabo, ne quid pereat eorum quæ nata ſunt mihi, quaſi nõ eſſent dei dona, nec alijs communicanda. Ambro. Non ſunt bona hominis, quæ ferre ſecũ non poteſt. Grego. Non eſt hominis terrena poſſeſſio, ſed cæleſtis. Conſtabilitis aũt & in tuto poſitis omnibus, ſecurus omniũ dicam. Hæc cæcitas auarorũ, qua ſibi longã promittunt vitã. Iaco. 4. Ecce nũc qui dicitis, hodie aut cras ſtino ibimus ad illã ciuitatẽ, & faciemus ibi quidẽ annum, & mercabimur, & lucrũ faciemus, qui ignoratis quid erit in craſtinũ. Quæ eñ eſt vita noſtra? Vapor eſt ad modicum parens. Tanguntur quatuor vitia diuitias cõcomitantia. Ociositas, requieſce. Guloſitas, comede. Ebrietas, bibe. Voluptas, epulare. Euge quales animæ diuitis affectiones. Nã co comedere, bibere, irrationalis animæ eſt bonũ: igitur quũ talẽ ſortitus ſit animã, merito ei talia tribuit. Rationalis animæ bonũ, eſt intelligere, ratiocinari, lætari in lege dñi & in bonis cogitationibus. Indicauit aũt dñs clare affectiones libidinoſas & intẽperatas, quæ ſatietatem ciborũ & potuũ comitantur. Vere prudẽtia carnis, mors eſt, Ro. 8.

Vitia diuitias comitãtia quot.

Dixit aũt illi deus: Stulte, hac nocte reperent a te animã tuam: quæ autem paraſti, cuius erunt? Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & non eſt in deũ diues.

Hoc ſomnium diutinæ felicitatis quũ diues ille verſaret in animo, venit ſubito ad illũ vox: Stulte, quũ ipſa vita tua ſit tibi incerta, quur recondis in multos annos, quũ his quæ reponis, frui non poſſis niſi in hac vita, quæ nulli vel ad vnum diem certa eſt? Quo ergo pacto non eſt inſipiens, qui ignorat vel cogitare negligit, q̃ vitæ menſura apud ſolũ deum ſit, nec ſibi quiſquã ſuam vitam definire poſſit? Repetent, inquit, ſicut exactores terribiles, te etiam inuito, vtpote propter vitæ præſentis immodicũ amorẽ reluctante. A iuſto non repetitur anima, ſed ille gaudens eam cõmendat domino, vtpote cupiens diſſolui & eſſe cum Chriſto, Philip. 1. Nocte aũt repetent, quia non habent lumen diuinæ ſcientiæ ſibi fulgens: ſed quũ eſt in nocte cupiditatis diuitiarũ, & ab illa obtenebratur, morte comprehenditur. Eccẽs. 9. Neſcit homo finem ſuũ, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur, ſic capiuntur homines in tempore malo, cũ eis extemplo ſuperuenerit. Sic Nabuchodonoſor in aula Babylonis ambulans, & dicens, nonne hæc eſt Babylon ciuitas magna, quã ego ædificaui in domũ regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloriam decoris mei? cum ſermo adhuc eſſet in ore ſuo, vox de cælo venit: Tibi dicitur Nabuchodonoſor rex, regnũ tuum tranſibit à te, & ab hominibus eijcient te, & cum beſtijs & feris erit habitatio tua. Cuius erunt parata? Certe non tua erunt. Hæredi oportet relinquas, aut ſi quis alius occupet. Pſal. 38. Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos, & ſubſtantia mea tanq̃ nihilum ante te. Veruntamen vniuerſa vanitas, omnis homo viuẽs. Veruntamẽ in imagine pertranſit homo, ſed & fruſtra cõturbatur. Theſaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Eccl. 11. Eſt qui locupletatur parce agendo: & hæc eſt pars mercedis illius in eo quod dicit, Inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis ſolus: & neſcit quod tempus prætereat illum, & mors appropinquet, & relinquat omnia alijs, & moriatur. 1. Timo. 6. Nihil intulimus in hunc mundũ, haud dubium quia nec auferre quid poſſumus. In deum nõ eſt diues, qui propriæ vtilitati, & nõ dei honori & voluntati, qui in ſuis membris cupit refocillari, conſulere ſtudet. Beda: In deum diues eſt, qui ſua pauperibus diſtribuit. Ambro. Sola virtus, comes eſt defunctorũ, ſola nos ſequitur miſericordia, quæ defunctis tabernacula promeretur æterna. Luc. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cũ defeceritis, recipiãt vos in æterna tabernacula. Pſal. 75. Turbati ſunt omnes inſipientes corde, dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.

In deum nõ diues quis.

Dixitq; ad diſcipulos ſuos: Ideo dico vobis, nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ quid manducetis, neque corpori veſtro quid induamini. Anima enim plus eſt q̃ eſca, & corpus plus q̃ veſtimentum. Conſiderate coruos, quia non ſeminant neque metunt, quibus non eſt cellarium neq; horreum, & deus paſcit illos. Quanto magis vos pluris eſtis illis? Quis autem veſtrum cogitãs,

potest ad staturam suam adiícere cubitum vnum? Si ergo nec quod minimũ est potestis, quid de cæteris soliciti estis?

3 Quemadmodũ diabolus à paruis incipit, vt in grauiora mala faciat incidere, ita ediuerso dominus resoluit eius opera. 1. Ioh. 3. In hoc apparuit filius dei, vt dissoluat opera diaboli. Primum em̃ magna peccata fugat, deinde etiam principia eorũ ostendit. Hinc auaritia prohibita, eius radicem solicitudinem amputat. Obserua esse solicitudinem stultitiæ, qua quis anxie cruciatur, quasi non sit prouidentia diuina. Hanc ablegat hic dominus. Prouer. 11. Expectatio solicitorum peribit. Philip. 4. Nihil soliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione, cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud deum. Altera prudentiæ, qua temporalia ad spiritualia ordinantur. Rom. 12. Qui præest, in solicitudine. Solicitudinem à deo retrahentem resecat & abducentem. Non enim talis solicitudo, solis necessariis contenta est, sed semper amplius quærit & maius. Qui autem laborat, & spem in deo ponit, is citra talem solicitudinem viuit. Psal. 127. Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Anima preciosior est cibo, quanquã sine cibo non durat in corporis domicilio. Quia ergo absq; nostra solicitudine nobis corpus dedit & animã, & de cibo & tegumento prouidebit non solicitis, qui nec irrationalia prouisione sua destituit. Psal. 103. Omnia à te expectant, vt des illis escam in tẽpore. Dante te illis, colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Auertente autem te faciem, turbabuntur: auferes spiritũ eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Iob. 38. Quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad deum, vagientes eo q̃ non habẽt cibos? Quid, quod non solum diffidentiæ est, sed & stultitiæ, anxie distorqueri cura rerum huiusmodi? Stultum enim est, solicitudine nihil profutura discruciari. Nemo solicitudine sua vitam suam reddet vno die longiorẽ. Quid, q̃ neq; corporis modus quidem aut figura nobis in manu est?

Considerate lilia quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quia nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis. Si autem fœnum quod hodie in agro est, & cras in clibanum mittitur, deus sic vestit, quanto magis vos pusillæ fidei? Et vos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis: & nolite in sublime tolli. Hæc em̃ omnia gentes mundi quærunt. Pater autẽ vester scit quoniam his indigetis. Veruntamen quærite primum regnum dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiícientur vobis.

Lilia sine omni humano crescunt adminiculo, nec tamen Salomon in omni statu suo inclyto & glorioso, eorum pulchritudini comparari potuit. Beda: Quæ regum purpura, quæ pictura textricum floribus in pulchritudine comparari potest? Si deus tanta prouidentia vestit herbam, etiam vulgo nascentem, & mox perituram, & quæ hodie viret in agro, cras arefacta coniícitur in clibanum: quanto magis vos sinet esse nudos, ô parum fidentes? Scit enim pater vester, quod his quæ pertinent ad corporis alendi tegendiq; necessitatem, indigetis. Si pater, quomodo ergo non daret? Nam scit, quomodo enim ignoraret? Sed & quibus opus habetis, quare non dabit superflua. Hebr. 13. Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus, ipse enim ait: Non te deseram, neq; derelinquam. Psalm. 54. Iacta super dominum curam tuam, & ipse te enutriet. 1. Petri. 5. Humiliamini sub potenti manu dei, vt vos exaltet in die visitationis, omnem solicitudinem proiícientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Augustinus: Scit cælestis medicus, quid nobis daturus sit ad consolationem, quidve subtracturus sit ad exercitationem. Sic Iob & Tobiæ temporalia ad tempus subtraxit. Tobiæ. 12. Quia acceptus eras deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. Videat sibi quisq;, an ad Christum, vel gentes mundi pertineat, quæ diligunt ea quæ mundi sunt. Prima ergo cura sit promerendi regni dei, huius iustitiam ante omnia quærite, sitam in his rebus quæ docui vos ante: & toto animo hoc agite, quod est omniũ maximum: temporalium solicitudinem reiícite ab hoc abducentem, & nolite in sublime tolli. Roma. 11. Noli altum sapere, sed time. 1. Timo. 6. Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in deo viuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum. Psal. 36. Iunior fui, etenim senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Plura de his quære supra Articulo. 26. 43.

Nolite

Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare nobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis, quo fur non appropiat, neque tinea corrumpit. Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit. Luc.12 E

Ostendit q̃ magni apud deũ sint meriti, qui sibi ipsis per humilitatem, & mundo ob simplicitatem vilescunt. Ne qua vos res, inquit, terreat pusille grex. Pauci estis, humiles estis, idiotæ estis, nullis opibus, nulla potentia, nullis armis, nullis copijs instructi estis, ad uersus mundũ hunc impium, & omni genere machinaꝝ in vos cooriturum: nõ est tamẽ quod formidetis. Sic complacitũ est patri vestro, reiectis potentibus, doctis & elatis, vobis iuxta mundũ abiectissimis dare regnũ hoc, quod arcanis opibus animorum, quod cælestibus præsidijs inuictum est. Iaco.2. Nonne pauperes elegit deus in hoc mundo, diuites in fide & hæredes regni, quod repromisit deus diligentibus se? 1. Cor.1. Videte vocationem vestrã fratres, quia non multi sapientes secundũ carnem, non multi potentes, nõ multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit deus, vt confundat sapientes: & quæ infirma sunt mundi, elegit deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt non glorietur omnis caro in cõspectu eius. Luc.1. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Superbo em̃ angelo cum suis deiecto, subuexit in locũ humiles, Iob.5. Qui ponit humiles in sublimi, & mœrentes erigit sospitate. Omnẽ ergo à suis aufert diffidentiæ occasionẽ. Qui em̃ regnũ dare vult cælorũ, terrena necessaria non negabit. Obserua q̃ pusillis, complacitum est patri dare, non superbis. Matth.11. Confiteor tibi pater domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, quoniam sic placitum fuit ante te. Si ergo deus pro nobis, quis contra nos? Ro.8. Qui etiam proprio filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ, quomodo non etiam omnia nobis cum illo donauit? Ephe.1. In quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ, in redemptionẽ acquisitionis, in laude gloriæ ipsius. Sic nonnunq̃ diuino iudicio & hic humiles, superbis eiectis, in regni fastigium subuehuntur. Eccl.10. Sedes ducum superboꝝ destruxit dominus, & sedere fecit humiles pro eis. Vnde.1. Reg.15. Nonne quũ paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? Pro eo ergo q̃ abiecisti sermonem domini, abiecit te dominus ne sis rex. Hinc in locũ est electus ipsius, humilis Dauid, qui ait 2. Reg.6. Ludam & vilior fiam plusq̃ factus sum, & ero humilis in oculis meis. Non possunt diuitiæ magis in tuto collocari, non possunt maiore certioreq̃ cũ fœnore collocari, q̃ in vsus pauperꝝ. Qui em̃ dat eleemosynam, deo fœneratur. Proue.19. Fœneratur domino qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet illi. Qui non potest falli, & vt diues est ac benignus, pro vilibus reddet preciosissima, pro terrenis cælestia, pro fluxis ac mox auferendis æterna. Lucæ.16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Hinc Nabuchodonosor ait Daniel: Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas eleemosynis pauperũ, Danie.4. Obserua quod ait, quæ possidetis, non quæ rapuistis. Eccl.34. Qui offert sacrificium ex substantia pauperis, quasi qui victimat filiũ in conspectu patris sui. Panis egentium, vita pauperis est: qui defraudat illum, est homo sanguinis. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suũ. Ideo Prouer.3. Honora dominũ de tua substantia, & de primitijs omnium frugum tuaꝝ da pauperibus: & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt. Basilius: Si fateris temporalia tibi diuinitus proueniſſe, an iniustus est deus, inæqualiter nobis res distribuens? Cur tu abundas, ille vero mendicat, nisi vt tu bonæ dispensationis merita consequaris, ille vero patientiæ brachio decoretur? Hinc Iob.31. De velleribus ouium meaꝝ calefactus est pauper. Sic Zachæus ait Luc.19. Ecce dimidium bonoꝝ meorum domine do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Vide Artic.96.l.3. Persuadet rationibus quibus contradici nõ potest, nam in cælo corrumpi non possunt, neq; per furem tolli quæ non corrumpuntur, vt aurum & argentum. Sacculos, ait, non veterascentes. Quod em̃ antiquatur & senescit, prope interitum est. Heb.8. Vnde Aggæi.1. Et qui mercedes congregat, misit eas in sacculũ pertusum. Eccẽs.5. Auarus non implebitur pecunia. Thesaurũ non deficientem. Matth.19. Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesauꝝ in cælo. Sed sunt q nõ in cælo, sed in terra thesaurizant. Baruch.3 Qui argentum thesaurizant & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis 2 3

sitionis eorum: qui argentum fabricant, & soliciti sunt, nec est inuentio operum illorum, exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco eorum exurrexerunt. Sed nihil proderunt thesauri impietatis. Iustitia vero liberabit à morte, Proue. 10. Hinc admonet Eccūs. 29. Pone thesaurum tuum in præceptis altissimi, & proderit tibi magis q̄ aurum. Conclude eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. Sap. 7 Infinitus thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitię dei, propter disciplinæ dona commendati. Loquitur de sapientia. His opibus ergo ditescere studete. Tertium addit, quia istuc ipsum, habere cor addictū thesauro corruptibili, & animā quæ diuina est possessio, inijcere terræ, per se quanto supplicio fuerit dignum? Quod em̄ quis vehementer amat, eius non potest obliuisci, cum ibi cor suum habeat. August. Anima plus est vbi amat, q̄ vbi animat. Psal. 72. Quid enim mihi est in cælo? & à te quid volui super terram? Deus cordis mei, & pars mea deus in æternum. Felix qui illo thesaurū suum collocauit. Matth. 13. Simile est regnū cælorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum. Hoc inuento, patres relicta patria peregrinati sunt in terra non sua. Heb. 11. Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspicientes, & salutantes, & confitentes quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui enim hoc dicunt, significant se patriam inquirere. Et si quidē ipsius meminissent de qua exierunt, habebant vtiq; tempus reuertendi. Nunc autem meliorem appetunt. 1. cælestem. Fide Moses grandiusculus factus, negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cū populo dei, q̄ temporalis peccati habere iucunditatē, maiores diuitias æstimans thesauro Aegyptioꝝ improperium Christi, aspiciebat em̄ in remuneratorē. 2. Timo. 4. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidē seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quā reddet mihi dñs in illa die, iustus iudex. Non solū aūt mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Sed vbi reposita? 1. Pet. 1. Benedictus deus & pater dñi nostri Iesu Christi, qui secundū misericordiam suā magnā, regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatā, & immarcessibilem, conseruatā in cælis, in vobis qui in virtute dei custodimini per fidē, in salutē paratā reuelari in nouissimo tēpore. In quo exultabitis, modicū nunc si contristari oportet in varijs tentationibus, vt probatio vestræ fidei multo precio fior sit auro quod per ignem probatur. Ibi ergo merito cor nostrū. Prouer. 23. Præbe mihi fili cor tuū. Si ibi esset cor, haud dubium quin & verba & opera. Luc. 6. Bonus homo, de bono thesauro cordis sui profert bonū. Phil. 3. Nostra cōuersatio in cælis est. Et digne quidem. Ephe. 2. Non estis hospites & peregrini, sed estis ciues sanctorum & domestici dei. Sed Luc. 6. Malus homo de malo thesauro profert malū. Matth. 12. Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui cū sitis mali? Phil. 3. Quoꝝ deus venter est, & gloria in confusione ipsoꝝ, qui terrena sapiunt. Ob id admonet Col. 3. Si consurrexistis cū Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei sedēs: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terrā. In ipso em̄ sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi, Col. 2. Ideo Phil. 3. Veruntamen existimo omnia detrimentū esse, propter eminentem scientiam Iesu Christi domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam.

F Dicebat autem ad turbas: Cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis: Nimbus venit, & statim fit. Et cum austrum flantem, dicitis quia æstas erit, & ita fit. Hypocritæ, faciem cæli & terræ nostis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem & a vobismetipsis non iudicatis quod iustum est?

Dominus cōuersus ad turbas, ait: Quur non præparatis animos vestros regno dei q̄d in proximo est? Quemadmodū aeris qualitates cognoscitis, sic oportebat & meū aduentum cognoscere, ex ijs quæ dicuntur & quæ à me fiunt. An non sentitis tot indicijs rerū imminere? O hypocritæ, omnia vestra fucata sunt. qualis est vestra sanctimonia, talis & scientia. In his quæ sunt huius mundi, sapitis: in his quæ sunt æternitatis, nihil sapitis. Obseruatis faciem cæli & terræ. Scitis quid prophetæ promiserunt, videtis & auditis tanta & tam multa quæ geruntur, & dicuntur inter vos, & nondum ex vobis ipsis coniectatis adesse tempus promissum. Gene. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentium. Danie. 9. tempus ponitur hebdomadarum. Esaiæ. 35. Deus ipse veniet & saluabit nos. Tunc aperientur oculi

oculi cæcorum,& aures surdorum patebunt:tunc saliet sicut cervus claudus,& aperta erit lingua mutorũ.Iohan.15.Si non venissem,& locutus eis non fuissem,peccatum non haberent.Si opera non fecissem in eis,quæ nemo alius fecit,peccatũ non haberent. Nunc autẽ & viderunt,& oderunt,& me & patrẽ meum.Origenes:Nisi esset nobis naturaliter insitũ, iudicare quod iustũ est,nunquã saluator istud prosecutus fuisset,quare non ex seipsis iudicarent hoc.Sic Apostolus Romã.2.Cum enim gentes quæ legem non habent,naturaliter ea quę legis sunt,faciunt,eiusmodi legem non habentes,ipsi sibi sunt lex,qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis,testimonium reddente illis cõscientia ipsorum,& inter se inuicem cogitationum accusantium,aut etiam defendentium in die, cum iudicabit deus occulta hominum secundum euangelium meum per Iesum Christum.

Cum autem vadis cum aduersario tuo ad principem,in via da operam liberari ab illo,ne forte trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori,& exactor mittat te in carcerem.Dico tibi,quia non exies inde,donec etiam nouissimum minutum reddas.

Si res est,& impedit,vende: si quis læsit,condona potius q̃ ius tuũ persequaris.Præstat vel iniquis conditionibus finire litẽ inter vos,q̃ incertũ euentũ iudicio experiri,vbi non semper superior est causa quæ melior est. Primum ergo expende,quanto plus lucri sit in condonanda iniuria,q̃ in persequenda,in deferenda re,q̃ in vindicanda.Primũ lucrifeceris amicitiã,quæ suscepta lite periclitatur:deinde tẽporis cõpendium facis,quod erat tibi non parũ multũ in lite periturũ.Ad hæc animi tranquillitatẽ, quam lites adimere solent, lucraris. Postremo,vitas quicquid malorũ adferre potest infelix litium exitus. Gregorius & Beda sacrã accipiunt scripturã,quæ prauis nostris aduersatur affectibus.Iohan.12.Qui spernit me,&nõ accipit verba mea,habet q̃ iudicet eũ.Sermo quẽ locutus sum,ille iudicabit eum in nouissimo die.Augustinus:Conscientiam malis remurmurantẽ.Dicit enim hæc dñs,exterrens crassiores,&ad pacẽ faciendam cogens,sciens quod eos qui terrestres sunt, metus damni & suppliciorum plus emendat.

¶ De Galilæis & ficulnea, Lucæ.13.

## ARTICVLVS LXXVIII.

ADerant autem quidam illo in tempore,nunciantes illi de Galilęis,quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum.Et respondens, dixit illis:Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint,quia talia passi sunt? Non,dico vobis:sed nisi pœnitentiam egeritis,similiter omnes peribitis.Sicut & illi decem & octo,super quos cecidit turris in Siloe,& occidit eos:putatis quod & ipsi debitores fuerunt præter omnes homines habitantes in Hierusalem? Non, dico vobis: sed si non pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Lucæ.13 G

Dum promiscuæ multitudini dñs loqueretur, præmijs inuitans ad officium pietatis, supplicijs territans,nullumq̃ non mouens lapidẽ,vt animos auditorũ accenderet ad melioris vitę studium,commodũ aduenere,qui rem nouam & horrendã auditu nunciarent. Credebant ipsum ignorare,qui omnia nouit.Heb.4.Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Quoniam enorme erat quod illi perpetrarant, ad terrorẽ omniũ horrendo supplicio puniti sunt.Actu.5. Solet autem vulgus execrari sic damnatos, sibiq̃ plaudere quod tale nihil patrarit,quum sæpe plusor ille sceleratius malus sit,q̃ illi quorũ manifestũ scelus publico supplicio fuit expiatum. Iesus ergo volens huius exempli ad omnes peruenire terrorem,ait:non satis est vos non admittere quod admiserunt illi, ab omnibus peccatis resipiscendũ est.Et ne spem impunitatis vobis faciat vltio dilata,nisi mature resipueritis,subito veniens opprimet vos,quemadmodum nuper illi.18. ruina turris oppressi sunt in Siloa.Siloa fons erat in Hierusalem.Iohannis.9.Esaiæ.8.Docemur quod in hoc puniuntur aliqui,vt nos meliores efficiamur:quod si negligentes fuerimus,patiemur grauissima. Hebræorum.10. Horrendum est incidere in manus dei viuentis. Ecclesia.2.Si pœnitentiam non egerimus,incidemus in manus domini,& non in manus hominum.2.Petri,secundo.

Ciuitates Sodomorum & Gomorræorꝫ in cinerem redigens, euersione damnauit, exemplum eorꝫ qui impie acturi sunt, ponens. Sic & ad bonum patientiæ inducit exemplis bonorum. Tobię.2. Hanc autem tentationem (cæcitatis) permisit dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob.Iac.5. Exemplum accipite fratres exitus mali, & longanimitatis, & laboris, & patientiæ, prophetas qui locuti sunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt.

2 Dicebat autem hanc similitudinem: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua: & venit quærens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt, ex quo veni, quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Succide ergo illam, vt quid etiam terram occupat?

Qui lenitate dei abutuntur ad licentius peccandum, memores sint, hoc grauiorẽ venturam vltionem, quo serius venit. Ro.2. Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiã te adducit? secundum duritiam autẽ tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuiq; secundum opera sua. Hanc sententiam quo dominus altius infigeret animis crassæ multitudinis, adiecit similitudinẽ ad rem accommodam. Qua licet Iudæorꝫ gentem, toties ad meliora prouocatam, per Mosen, prophetas, demũ per Christum, tamen quia perstitit in obstinata malitia, nec fructus fidei bona opera protulit, funditus excidendam peculiariter notauit, tamen in genere cõmonuit omnes, ne deum prouocantem ad pœnitentiam, negligerent. Matth.3. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonũ, excidetur, & in ignem mittet. Ephe.2. Ipsius emꝫ sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit deus, vt in illis ambulemus. Dicitur deus quærere in nobis fructum, non quod ignoret infœcunditatem malorꝫ, sed quo suam ad nos prouidentiam diligentiamq; demonstret, & humanam declaret ignauiam. Iob.24. Dedit ei locum pœnitentiæ, & ipse abutitur eo in superbia. Psal.13. Dñs de cælo prospexit super filios hominum, vt videat si est intelligens aut requirens deum. Vt quid locum mansionis suæ bonis operibus non adornat? Vmbra officiens viti, & succum ad se trahens, quo poterant ali arbores frugiferæ, excidatur. Infirmitatem immittit, quasi excidere volens, quũ fructũ non inuenit (quũ tales nec sibi nec alijs profint, obsint autẽ magis) vel alia pericula. tunc autẽ clamamus. Sine o dñe etiam hoc anno, & pœnitentiam agemus Hoc significat fodere, & stercora ponere. Dolorosa emꝫ peccatorꝫ recordatio & deploratio, mentis agrum impinguat atq; fœcundat. Hiere.2. Scito & vide, quia malum & amarꝫ est dereliquisse te dñm, & non eẽ timorẽ eius in te. Si quidẽ fructũ fecerit, res bene gesta est. Romñ.11. Vide bonitatem & seueritatem dei. In eos quidem qui ceciderũt, seueritatem: in te autem bonitatem dei, si permanseris in bonitate. Alioqui & tu excideris. Iohan.15. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum.

¶De muliere incuruata, Lucæ.13.

## ARTICVLVS LXXIX.

Luc.13 H

ERat autem in synagoga eorꝫ docens sabbatis. Et ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum audisset Iesus, vocauit ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat deum.

Vbiq; dominus & docendo & sanando, simplicium corda ad dei laudem excitat: sed pharisæi ambitione excæcati, magis ac magis inuidia agitabant, gloriam dñi oppugnantes. Docuit in synagogis. nihil pudendum timendumve habens. Iohan.18. Ego semp docui in synagoga, & in templo quo omẽs Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Docuit sabbatis. Sic die festo legerunt in libro legis dei distincte & aperte ad intelligẽdum, & intellexerunt:, cum legeretur. Erat autem Esdras sacerdos & Leuitæ interpretãtes in populo, Neem.8. Obtulit se occasio confirmandæ doctrinæ. Nam mulier deo permittente afflicta, vel ob peccata, sicut Saul.1.Reg.16. Spũs aũt dñi recessit à Saul, & exagitabat eum spũs nequam à dño. Vel ob profectum, vt Iob.1. Sic ab initio nobis autor fuit, vt ab incorruptione in qua conditi fuimus, excideremus, & infirmo passionũq; capaci corpori al-

pori alligati essemus, sed dñs suo contactu sanat. Nam clementissimus primũ illam suis oculis intuitus est, quod mox sequuturæ salutis omen fuit. Nec hoc contentus, vltro vocauit ad se, quo & cunctis miraculũ innotescere ad dei laudẽ & honorẽ. Felix quemcunq; accersierit ad se Iesus, & felix qui audit vocantẽ. Neminẽ em̃ non accersit. Matth. 11. Venite ad me om̃es qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Sed Prouer. 1. Quia vocaui, & renuistis: extendi manũ meam, & non fuit q aspiceret, despexistis om̃e consiliũ meũ, & increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu vestro ridebo, & subsannabo cum vobis id quod timebatis aduenerit, cũ irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tẽpestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio & angustia. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam: mane consurgent, & non inuenient me. Ideo Prouer. 8. Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitã, & hauriet salutẽ à dño. Non dedignat eam dñs sui sacri corporis contactu. Lucæ. 6. Et om̃is turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Erecta est, & agnoscens cæleste beneficium, glorificabat deum. Nihil enim aliud deo retribuere pro beneficijs possumus, nisi vt grati simus. Psalm. 102. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.

Respondens autem archisynagogus, indignans quia sabbato curasset Ie- 8
sus, dicebat turbæ: Sex dies sunt, in quibus oportet operari. In his ergo venite, & curamini, & non in die sabbati. Respondit autem dominus ad illum, & dixit: Hypocritæ, vnusquisque vestrum sabbato non soluit bouem suum, aut asinum a præsepio, & ducit adaquare? Hanc autem filiam Abraæ, quam alligauit satanas ecce decem & octo annis, nõ oportuit solui a vinculo isto in die sabbati? Et cum hæc diceret, erubescebant omnes aduersarij eius: & omnis populus gaudebat in vniuersis, quæ gloriose fiebant ab eo.

Archisynagogus veluti rem magnam docturus, vertit se ad populum & concionem. Sabbatum, inquit, violare nefas est. Chrysostomus: Non indignabat vere ob sabbati violationem, sed Christi gloriam. Non enim charitatis opera illo die inhibita erant, sed seruilia. Ambrosius: Deus septimo die ab operibus mundi quieuit, non ab om̃i operatione, quũ sempiterna & iugis sit operatio eius, sicut ipse filius ait Iohã. 5. Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor, vt ad dei similitudinẽ, secularia nostra opera, non religiosa, cessarẽt. Non tulit ergo dñs tam stolidam pharisæi vocẽ, qui sabbatum non in hoc condiderat, vt iuuando proximo cessaretur, sed à malefactis esset perpetua quies, quam illa sabbatorum ocia figurabant. Esa. 1. Quiescite agere peruerse, discite benefacere. Hypocritæ, inquit, q neglecta vi legis corticem duntaxat vrgetis, ac speciem iustitiæ præ vobis geritis, quum procul sitis à vera pietate. Si iudicatis non violari sabbatum ob beneficium quod muro iumento impenditur, mihi veluti facinus atrox impingitis, quod hanc Abraæ filiam soluerim. Si opus interdicitur sabbato, vter plus operis facit, qui soluit asinum, & ducit ad aquã an ego, qui solo verbo & cõtactu sanaui totam mulierem? Hic sermo Iesu, quoniam perspicuam habebat veritatem, & ad sensum communem etiam humanæ naturæ consentaneum, pudorem incussit obtrectatoribus illis. Dolebant enim aliquid suæ gloriæ decedere apud multitudinem, apud quam eatenus sese venditarant. At turbæ ex miraculis vtilitatem percipientes, gaudebant, maxime q̃ sanationibus fruerentur.

¶ De diuortio, Matth. 19. Marc. 10. Lucæ. 16.

## ARTICVLVS LXXX.

ET accesserunt ad eum pharisæi, tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere vxorem suam, quacunq; ex causa? Qui respondens, ait eis: Non legistis, quia qui fecit hominẽ ab initio, masculum & fœminã fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrẽ, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Itaq; iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit, homo non separet. Mat. 19. 1

Rursus visis tot prodigijs ac studio multitudinis erga Iesum, recruduit pharisæorũ inuidia, q̃ callide & insidiose adorti sunt eũ. Hieroñ. Vt quasi cornuto syllogismo teneant eũ, & quod-

& quodcũq; reſponderit, pateat captioni. Si diceret quacunq; ex cã dimittẽdas, & alias accipiendas, pudicitiæ prædicator videbitur ſibi contrarius, & libidinis fautor. Si non, quaſi ſacrilegij reus tenebitur, & aduerſus doctrinã Moſi, ac dei facere iudicabitur. Deut. 24. Si acceperit homo vxorẽ, & odio habuerit eam, & non inuenerit gratiã in oculis eius propter aliquã fœditatẽ, ſcribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo ſua. Mal. 2. Cũ odio habueris eã, dimitte, dicit dñs deus Iſrael. Operiet aũt iniqtas veſtimentũ eius, dicit dñs exercituum. Credebant ſe dñm quæſtionibus reddere pplexiorem, & populum ab eo poſſe auertere. Dñs autem ita tẽperat reſponſum, vt nec Moſi lædat autoritatẽ, nec ſuum dogma recantet, & phariſæis legiſperitis autoritate legis os obturet, & prudentes caperet ſua ipſoꝝ verſutia. nam ex lege parauerant laqueum. Mar. 10. At ille rñdens, dixit eis: Quid vobis præcepit Moſes? Qui dixerunt: Moſes pmiſit libellũ repudij ſcribere, & dimittere. Quibus dñs: Non legiſtis vos phariſæi, qui cæteros & doctrina, & religione pcedere videmini, quod quũ deus cõderet hoĩm genus, ſic inſtituit primũ coniugiũ, vt vnus vni indiſſolubili copula iungeretur? Hieronymus: Oſtendit ſecunda vitanda connubia, non ait maſculũ & fœminas, quod prioꝝ repudio quærebatur, ſed maſculum & fœminam, vt vnius coniugis conſortia necterentur. Adhærebit vxori, non vxoribus. Præmium nuptiarꝝ, ẽ duobus vnam carnẽ fieri, vt tam præter naturã ſit, vxorem à viro diuellere, quàm membrum à corpore reſcindere. Quod ergo deus tam arcto vinculo connexuit, vt iam corpore & animo conglutinati, non ſint duo homines, ſed vnus homo, vt triſtium, ac lętorum omnium ſit inter eos communio, homo non ſeparet. Ephe. 5. Itaq; viri debent diligere vxores ſuas vt corpora ſua. Qui ſuam vxorem diligit, ſeipſum diligit. Nemo enĩ vnquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit, & fouit eã, ſicut & Chriſtus eccleſiam: quia membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erũt duo in carne vna. (Gene. 2.) Sacramentũ hoc, magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in eccleſia. Verũtamen & vos ſinguli, vnuſquiſq; vxorem ſuam ſicut ſeipſum diligat, vxor aũt timeat virum ſuum. Hieronymus: Caſtitas iuncta ſpiritui, vnus efficitur ſpiritus.

2 Dicunt illi: Quid ergo Moſes mandauit dare libellum repudij, & dimittere? Ait illis: Quoniam Moſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio autem non fuit ſic. Dico autem vobis, quia quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Et qui dimiſſam duxerit, mœchatur.

Phariſæi anſam ſibi datam arbitrantes, qua Ieſum reprehenderent, intulerunt: Si deus hoc voluit, quur Moſes præcepit dare libellum repudij? At dominus ait: Naturæ ſenſus & euangelica ſyncerita flagitat amicitiam perpetuam, & indiuulſam copulam, non ſolum in matrimonio, verumetiam in omni amicitia. Nec eſt quod quiſquam cauſetur, euangelicam doctrinam pugnare cum præſcriptis Moſi. Non enim adeo crudelis erat, vt talem indiceret legem, nec permiſit quod rectum eſſet natura, ſed ſciens duritiam cordis veſtri, leuius malum indulſit, ne grauius à vobis committeretur. Maluit enim iniquum diuortium, quàm homicidium, veneficium, aut etiam parricidium. Neq; hoc efficit libellus repudij, vt rectum ſit repudium, ſed teſtis eſt tuæ duritiæ, qui quamlibet leui de cauſa expellas coniugem, & illi proſpicit de nouo marito, tibi ius adimens, ne reuoces repudiatam, Deutero. 24. Sed omnium illorum ſumma recidit in caput repudiatoris. Primum enim pręfractus eſt & immitis, qui vitium vxoris, nec ferre potuerit, nec voluerit mederi. Deinde domo depulſæ, quæ ſine marito non poteſt viuere, cauſam præbet adulterij committendi. Non ergo voluit deus polygamiam, vt hęc relinqueretur, & altera duceret: & iterum illa relinqueretur, & altera duceretur. Alioqui vnum feciſſet virum, & plures fœminas. Huiuſmodi temperatura reſponſionis, Ieſus aſſeruit præceptum dei, nec Moſen tamen damnauit, nec caſtitatis laudem minuit, nec ſe phariſæorum captioni præbuit, quin potius eos cœpit qui captum venerant. Marc. 10. Et in domo iterum diſcipuli eius interrogauerunt eum de eodem. Et ait illis: Quicunq; dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam: & ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur. 1. Corꝝ. 7. His autem qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed dominus, vxorem à viro non diſcedere. Qđ ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat. Ro. 7. Igitur viuente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro: ſi autem mortuus fuerit vir eius, liberata eſt à lege viri, vt non ſit adultera, ſi fuerit cum alio viro. Lucæ. 16. Et qui dimiſſam à viro ducit, mœchatur.

Dicunt

Dicunt ei discipuli eius: Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit 3
nubere? Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datū est. Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero, sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum. Qui potest capere, capiat.

Si insolubile vinculum permanet inter virum & mulierem, nisi fornicationis causa nō rumpendū, leuius fuerit matrimoniū non contrahere, sed pugnare, & certare cū naturalibus concupiscentijs, q̄ sustinere malam mulierē. Hieronymus: Iis datū est qui petierint, qui voluerint, q̄ vt acciperent, laborauerunt. Hilarius: In vno posuit naturā, in altero necessitatem, in tertio voluntatem. Naturā in eo qui nascitur, necessitatē in eo, qui sic factus est, voluntatē in eo qui spe regni cælestis, talis esse decreuit, cui nos similes effici, si tñ possumus, admonuit. 1. Cor. 7. Vnusquisq; propriū donū habet ex deo, alius quidem sic, alius vero sic. Sapiæ. 8. Et vt sciui qm̄ aliter non possem esse continens, nisi deus det, & hoc ipsum erat summa sapientia, scire cuius esset hoc donū: adij dñm & deprecatus sum illum. Fortiter & vltro certantibus non deerit fauor agonothetæ, non em̄ cogit virginē esse, neq; nuptias destruit, sed virginitatē prefert. Hierony. Vnusquisq; consultet vires suas, vtrum possit virginalia & pudicitiæ præcepta implere. Per se em̄ castitas blanda est, & quemlibet ad se alliciēs: sed considerādæ sunt vires, vt q p̄t capere, capiat. Quasi hortātis vox dñi est, & milites suos ad pudicitiæ p̄mia concitantis. 1. Cor. 7. De virginibus præceptū dñi non habeo, consilium autē do tanq̄ misericordiam cōsecutus à deo, vt sim fidelis. Existimo em̄ hoc bonum esse propter instantem necessitatē, qm̄ bonum est homini sic esse. Alligatus es vxori? noli quærere solutionē. Solutus est ab vxore? noli quærere vxorē. Si autē acceperis vxorem, non peccasti: & si nupserit virgo, non peccauit. Tribulationē tñ carnis habebunt hmōi. Volo aūt vos sine solicitudine esse. Qui sine vxore ē, solicitus est quæ dñi sunt, qūo placeat deo: qui aūt cum vxore est, solicitus est quæ sunt mūdi, qūo placeat vxori, & diuisus est. Et mulier innupta & virgo, cogitat quæ dñi sunt, vt sit sancta corpore & spū, quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, qūo placeat viro. Igitur qui matrimonio iungit virginem suam, benefacit: & qui non iungit, melius facit.

¶De pauulis oblatis, Matth. 19. Marc. 10. Lucæ. 18.

## ARTICVLVS LXXXI.

ET offerebant illi paruulos, vt tangeret illos. Discipuli aūt cōminaban- Mar. 10
tur offerentibus. Quod cū videret Iesus, indigne tulit, & ait illis: Sinite K
paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos. Taliū em̄ est regnum dei. Amē dico vobis, quisq; non receperit regnū dei velut paruulus, nō intrabit in illud. Et cōplexans eos, & imponēs manus super illos, benedicebat eos.

Quoniam de puritate virginea fuerat sermo, deq; sublimitate virtutis heroicæ, quæ paucis contingat, tanquàm per occasionem offertur exemplum simul & absolutæ puritatis, & summæ modestiæ, sine qua virginitas nihil promeret laudis. Nouerant pr̄iarchas filijs benedixisse per manuum impositionem & orationem, viderant Iesu mirabilem sanctitatem, & virtutis efficaciam: ideo existimabant fore, vt quemadmodum viderant illius contactu fugere morbos, ita Iesu contactus seruaret eos à morbis, ruinis, dæmonibus, cæterisq; malis, quibus illa ætas sæpenumero perit. Matth. 19. Tunc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret. At discipuli, qui quanq̄ toties audissent de summa modestia, nondum tamen penitus exuerant humanos affectus, suspicantes dominum maioribus intentum, non esse fatigandum huiusmodi leuioribus negotijs, quia derogaret doctrinæ eius & autoritati, prohibebant accessum. Dominus vero ostēdit, quòd à fastu alienos magis amet, d. Sinite, nec arcete illos à contactu meo. In his est exemplum innocentiæ ac simplicitatis. Etem̄ qui horum sunt similes, mihi gratissimi sunt: quos tamen & si mūdus habet despicabiles, ego tamen non alios dignor regno cælorū. Nesciunt fucum, nesciunt fastū, nesciunt referre, nesciunt regerere conuicium, nesciunt auaritiā, nesciunt ambitionem: mera est innocētia, mera est simplicitas. Illud affirmo vobis, regnū dei nō recipit nisi ad hāc imaginē trāsformatos. Quisq; igitur acceperit prædicationem dei sicut puer,

non dij-

non dijudicans vel diſcredens, ille ingreditur in regnũ dei, & in bona quæ iam fide ſuſcepit. Quoq; magis commendaret omnibus ſimplicem innocentiam, complexus eſt ſingulos: & impoſitis manibus, bene precatus eſt illis, ſui ſacri corporis contactu virtutem occultam infundens puellis, ob ſimplicem parentum fidem. Sic in fide parentum vel eccleſiæ, pueri baptizantur & confirmantur. Nec parui ponderis autoritatem huic ſacramento collatam cognoſcimus, ſi acta diſcipulorum & ſcripta penſamus. 1. Timo. 4. Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manum preſbyterij. Actu. 8. Cum audiſſent apoſtoli qui erant in Hieroſolymis, quia recepiſſet Samaria verbum dei, miſerunt ad eos Petrum & Iohannem. Qui cum veniſſent, orauerunt pro ipſis vt acciperent ſpiritum ſanctum. Nondum enim in quenqnàm illorum ſuperuenerat, ſed baptizati tantum erant in nomine domini Ieſu. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant ſpiritum ſanctum. Non paruipendenda ſacerdotum benedictio in noĩe dñi. Nu. 6. Loquere Aaron & filijs eius: Sic benedicetis filijs Iſrael, & dicetis eis: Benedicat tibi dominus, & cuſtodiat te. Oſtendat dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui. Conuertat dñs vultum ſuum ad te, & det tibi pacẽ. Inuocabunt q; nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego benedicam eis. Imo & parentũ. Eccl. 3. Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta. Hinc ſummo ſtudio parentum antiqui requirebant, & procurabant benedictiones, nec ſine fructu. Iacob, neſcio patre, fratris præripuit benedictionem. Gene. 27. Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam. Benedixiq; ei, & erit benedictus. Et Gene. 48. de filijs Ioſeph ait: Adduc eos ad me, vt benedicam illis. Benedixit q; Iacob filijs Ioſeph, & ait: Deus, in cuius conſpectu ambulauerunt patres mei Abraam, & Iſaac, deus qui paſcit me ab adoleſcentia mea vſq; in præſentem diem: angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis, & inuocetur ſuper eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraam & Iſaac, & creſcant in multitudinem ſuper terram. Applicatosq; ad ſe, deoſculatus & circumplexus eſt.

Baptiſmi pueroꝝ & cõfirmationis efficacia

Benedictionis ſacerdotũ ac parẽtum vis.

¶ De filio prodigo, Lucæ. 15.

## ARTICVLVS LXXXII.

Luc. 15 L

ERant autem appropinquantes ei publicani, & peccatores, vt audirent illum. Et murmurabant ſcribæ & phariſæi, dicentes: quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.

Immenſam erga peccatores oſtendit clementiam, quærendo, reducendo, & ſaluando. Quia enim & verbis & miraculis ſe oſtendit dominus potẽtiſſimũ ſimul & piiſſimum animarum medicum, & tam comminationibus damnationis æternæ, quàm promiſſionibus ſalutis perpetuæ, & pœnitentiam hortabat peccatores, vniuerſa ad eum populi multitudo confluebat. Et quia nec ille quenquàm ſubmouebat aut faſtidiuit, auſi ſunt etiam propius ad illum accedere publicani quidam & peccatores, quod genus hominũ abominari ſolent phariſæi, ad oſtentationem ſanctimoniæ, quum certiſſimum ſanctimoniæ ſignum ſit, non faſtidire peccatorem, ſed adniti modis omnibus vt reſipiſcat, & reſipiſcenti congratulari. Publicani, peccatores dicebantur ex officio, quod vix aut nunquàm ſine peccato poteſt exerceri. Accedebant autem tanquam infirmi ad medicum: quod patet, quia vt audirent illum. Matth. 9. Non valentibus opus eſt medico, ſed male habentibus. Pſal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini: & facies veſtræ nõ confundentur. Vnde Ioh. 6 Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternę habes. Sapiæ. 16. Neq; herba, neq; malagma ſanauit eos domine, ſed ſermo tuus qui ſanat omnia. Volens ergo à peccatorum vulneribus ſanari, ipſum accedat, & dicat, Cant. 2. Sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Pſal. 84. Audiam quid loquatur in me dominus deus, quoniã loquetur pacem in plebem ſuam. Appropinquare, aliud nihil eſt niſi peccata cognoſcere, & voluntatem auerſam, ad deum cõuertere. Quæ conuerſio licet non iuſtificet, tamen ad iuſtificationem diſponit, & deus diſpoſitum ad perfectum perducit. Iaco. 4. Appropinquate deo, & appropinquabit vobis. Prope eſt (inquit Pſal. 144.) dominus omnibus inuocantibus eũ, ſed in veritate. Sunt enim qui ore ſuo tantũ deo appropinquant & labijs ſuis glorificãt, cor vero eoꝝ lõge eſt ab eo. Eſa. 29. De qbus Hier. 17. Dñe, oẽs q te derelinquunt, cõfundentur, in terra ſcribentur: recedẽtes à te, quoniam dereliquerũt venã aquarum viuentium dominum. Non ergo fugiamus à facie domini, ſicut Adam, qui ait Gene. 3. Domine, audiui vocem tuam, & timui, ſed non auſugit. Nam peccatores recipit.

Sanctimoniæ certiſſima ſigna q̃

Grego-

Gregorius: Accesserunt ad Iesum publicani & peccatores: & non solũ ad colloquendũ, sed & conuescendũ recepti sunt. Itaq; pharisæi qui religione, & scribæ qui scientia præeminebant, quũ essent intus pleni liuore, ambitione, auaritia, tamen iusti sibi videbantur, Iesu benignitatem calumniabãtur, d. Hic qui nouam quandã sanctimoniam profitetur, tamen non vitat malorum consortia, non cogitans q̃ malorum contubernio contaminentur boni. Vnde de duobus ipsum notabant, quia peccatores reciperet, & quia cum ipsis manducaret. Eccl. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicat superbo, induet superbiã. Hinc Psal. 100. Superbo oculo & insatiabili corde, cũ hoc nõ edebam. Eccl. 9. Viri iusti sint tibi conuiuæ. Sed obseruandum quod communicat peccatori, ipsum imitando & in peccatis fouendo, quod pessimum est. Sic Christus non recepit. Odio em̃ sunt deo impius & impietas eius, Sap. 14. Alio modo, vt emendet & curet: hoc pium & sanctũ. Vnde & de domino dicitur Esa. 42. Calamũ quassatũ non conteret, & linum fumigans non extinguet. 1. Timo. 1. Fidelis sermo, quoniam dñs Iesus in hunc mundum venit peccatores saluos facere. Grego. Ex qua re colligitur, quod vera iustitia compassionem habet, falsa indignationẽ, quãuis & iusti soleant recte peccatoribus indignari. Sed aliud est quod agitur typo superbiæ, aliud quod zelo iustitiæ vel disciplinæ. Qui ergo de falsa iustitia superbiunt, cæteros despiciunt, nulla infirmantibus cõpassione condescendunt: & quo se peccatores esse nõ credunt, eo deteriores peccatores fiunt. Manducat dominus nobiscum, quum gratiæ suæ dulcedine nos refouet. Apoc. 3. Ego sto ad ostium & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.

Cõmunicare peccatori q̃ varium.

Et ait ad illos parabolam istam: Quis ex vobis homo qui habet centum oues, & si perdiderit vnã ex illis, nonne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat illã? Et cũ inuenerit illam, imponit in humeros suos gaudens: & veniens domũ, conuocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meã quæ perierat. Dico vobis, q̃ ita gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, q̃ super nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia. 2

Dominus sicut misericors erga peccatores, ita & erga calumniatores suos mansuete per parabolas, ne ægre ferant, suã erga peccatores benignitatẽ docet. Non em̃ solũ non repellendi sunt, quũ resipiscunt, sed & modis omnibus iuuandi sunt, vt ad meliorẽ mentem redeant. Quàm deus non auersetur peccatorem resipiscentem, ex suo quisq; animo coniectare potest. Nimirum sua cuiq; res chara est, nec cupit aliquid inde perire. An non vnius ouis damno tantopere commouebitur, vt relictis nonagintanouem, non conquiescat donec inueniat illam? Coniungetq; gregi, lætior de vna recepta, q̃ de incolumitate totius gregis cui non metuebat. Si in oue inuenta gaudij occasio est, quanto magis in homine, qui ad dei imaginem est conditus, quem alit, quem ad æternam felicitatem destinauit? Psal. 94. Nos autem populus pascuæ eius, & oues manus eius. Dicitur vna, propter vnitatem originalis principij. Malach. 2. Nunquid nõ pater vnus omnium nostrũ? Nunquid non deus vnus creauit nos? Et ob vnitatem originalis peccati. Roma. 5. Sicut per vnum hominem in hunc mundum intrauit peccatum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Et propter vnitatem finalis termini, quia ad vnam felicitatem destinati. Sed Esa. 53. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisq; in viam suam declinauit. Psal. 118. Erraui sicut ouis quæ perijt, quære seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus. Vide misericordiam dei. Non angelum misit, non legatum, sed in propria venit persona, angelis relictis, quorum non assumpsit naturam, nec lapsum reparauit ex ipsis. Heb. 2. Nusquam angelos, sed semen Abraæ apprehendit. Gregorius: Quia centenarius numerus perfectus est, ipse centum oues habuit, cum angelorum & hominum substantiam possedit: sed vna perijt, quando peccando homo vitę pascua dereliquit. Dimisit nonagintanouem in deserto, quia illos summos angelorum choros reliquit. Cur autem cælum dicitur desertum, nisi quia desertum dicitur derelictum? Tunc autem & angelus & homo cælum dereliquit quando peccauit. In deserto ergo nonagintanouem oues remanserant, quando in terra dominus ouem quærebat: quia rationalis creaturæ numerus, angelorum videlicet & hominũ, qui ad videndum deum conditus fuerat, pereunte homine erat minutus: sed vt perfecta summa redintegraretur in cælo, homo perditus quærebatur in terra. Vnde Matth. 18. dicit, in mon

Ouis cur dicatur vna.

tibus, vt significet in excelsis: quia nimirum oues quę non perierant, in sublimibus stabãt. Ezech. 34. Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas. Sicut pastor visitat gregẽ suum in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum, sic visitabo oues meas, & liberabo eas de oñibus locis in quibus dispersæ fuerint. Vide pastoris pietatem: nam inuentam ouem non punit, non vrgendo ducit ad caulam, sed nolẽs illam molestare, humeris imponit. 1. Pet. 2. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Esa. 53. Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Samaritanus saucium posuit in iumentum, & duxit in diuersorium, Luc. 10. Et hoc gaudens, propter nimiam charitatem ad humani generis liberationem, angelicæ ruinæ restaurationẽ. Ephe. 4. Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, Psalm. 46. Ascendit deus in iubilo, & dominus in voce tubæ. Ibi vicinos & amicos inuenit, illos videlicet angelorũ choros, qui amici eius sunt, quia voluntatem ipsius continue in sua stabilitate custodiũt. Ioh. 15. Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis. Vicini sunt, quia claritate visionis illius assidue perfruuntur. Matth. 18. Angeli eorũ semper vident faciẽ patris mei qui in cælis est. Danie. 7. Millia milliũ ministrabant ei, & decies milles centena millia assistebant ei. Obserua quod ait, Congratulamini mihi, non oui quæ se propria perdidit culpa, sed mihi, q̃ opus iniunctum à patre consummaui, Iohan. 17. Illud ergo affirmo vobis, q̃ quemadmodum pastor ille ob vnicam ouiculam receptam gaudet cum amicis & vicinis suis, ita maius gaudium erit angelis. Roma. 5. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Hinc Gregorius: Quotidie experimur quòd qui illicita non commiserunt, in rebus sibi licitis sæpe vsum præbent: ad cælestia anxie non anhelant, & ad bona agenda pigri sunt. Econtra sæpe peccator agit: quare maius gaudium de eo, quàm sic stante iusto: quia & dux in prælio plus eum militem diligit, qui post fugam reuersus fortiter hostem premit quàm eum qui nunquam terga vertit, & nunquam aliquid fortiter gessit. Sic & agricola plus illam terram amat, quæ post spinas fruges huberes profert, quàm eam quæ nunquã habuit spinas, & nunquam messem fertilem produxit. Sunt tamen quidã iusti quibus nullus pœnitens possit anteponi: qui etsi non sint sibi malorum conscĩ, licita tamen respuũt, in omnibus se humiliant. Hinc ergo intelligitur, quantum gaudium faciat, quum humiliter plangit, iustus: si in cælo facit gaudium, quando hoc quod male gessit plangit, iniustus. Chrysostomus: Si deus lætatur in paruo hoc inuento, quomodo tu contemnis quæ sunt deo tam studiosa? Ambrosius: Multum debet nos accendere hoc ad probitatem, vt agamus quod illis gratum sit, quorũ affectare patrocinium & offensam timere debemus. Origenes: Deo & angelis occasionem lætitiæ præstamus, cũ in terris ambulantes, cõuersationem in cælis habemus. Domini sententia, in 99. iustis in oue perdita, peccatores intelliguntur. Quanq̃ autẽ hæc imago peculiariter designat dominũ Iesum, qui solus est ille pastor summe bonus, Iohan. 10. qui collapsum genus humanũ patri reconciliauit, de suo dependens quod nos commeruimus: pertinet tamen & ad pastores: nam hos oportet Christi principis affectum, erga gregem ipsius repræsentare. Fit eñ frequẽter, vt qui ab erroribus & manifestis peccatis conuertuntur ad veram pietatem, studio pietatis longe præcurrãt eos, qui nunquam in eiusmodi flagitia prolapsi sunt. Hos non fastidiet ecclesiæ pastor, sed omnia tentabit donec ad ecclesiæ caulas reduxerit. Qui vere iusti sunt, qui vere amici sunt boni pastoris, maiore gaudio gratulabuntur receptæ oui, q̃ multis in sua frigida iustitia confidentibus.

5 Aut quæ mulier habens drachmas decem, & si perdiderit drachmã vnã, *euerrit nonne accendit lucernam, & *euertit domum. & quærit diligenter donec inueniat? Et quum inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quã perdideram. Ita dico vobis, gaudium erit angelis dei super vno peccatore pœnitentiam agente.

Gregorius: Qui per pastorẽ, ipse signatur & per mulierem. Ipse eñ deus, ipse & dei sapientia, in quos omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sunt recõditi, Col. 2. Non aũt propter infirmitatem sensus, sed pietatem affectus mulieri cõparatur. Et quia drachma imaginem habet, mulier drachmã perdidit, quando homo qui ad imaginẽ dei cõditus fuerat, (Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinẽ nostrã, Gene. 1.) peccando à similitudine sui cõditoris recessit. Lucerna, humanitas lumine deitatis illustrata, quæ per incarnationem apparuit. Ioh. 1. Erat lux vera, quæ illuminat omnẽ hominẽ venientem in hunc mundũ. Accẽsa lucerna euertit domũ: quia mox vt eius diuinitas per carnem apparuit, omnis se nostra conscientia concussit, Conscientias eñ turbauit, de reatu suo p̃dicando.

Mulieri cur deus comparetur.

Lucerna mystice quid.

& ad

& ad memoriam reducendo cõmissa flagitia, collata beneficia, comminata supplicia, & præparata stipendia. Emundat eam: quia praua mens, si nõ prius per timorem euertitur, ab assuetis vitijs non emundatur. Eccl. 1. Timor domini expellit peccatũ. Prouer. 15. Per timorem domini declinat omnis à malo. Qui autem sine timore est, non poterit iustificari, Eccl. 1. Hinc dominus Hiere. 2. Scito & vide, quia malum & amarum est dereliquisse te dominũ, & non esse timorem eius in te. Et quærit diligenter. Luc. 19. Venit filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. Euersa domo, inuenitur drachma: quia quũ perturbatur hominis conscientia, reparatur in homine similitudo cõditoris. Ro. 8. Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Gala. 4. Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis. Sicut ergo portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginẽ cælestis, 1. Cor. 15. & 1. Thess. 4. Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra, vt sciat vnusquisq; vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut gentes quæ ignorant deũ. Neem. 8. Gaudium domini est fortitudo vestra. Si eñ mulier sic est affecta erga nummos suos, vt doleat quicq; perisse, & vt vehementer gaudeat receptũ esse quod perijt, quãuis pusillũ: quanto magis deus nihil velit perire ex hominibus, pro quibus seruandis seipsum impendit, quos ad imaginẽ suã condidit? Ezech. 18. Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit dñs, & non vt conuertatur à vijs suis, & viuat? Obserua ergo q̃ vtrobiq; dicit, pœnitentiã agente, 2. Pet. 3. Nõ tardat dñs promissionẽ suã, sicut quidã existimant: sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti.

Ait autem: Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. Et diuisit illis substãtiam. Et non multos post dies congregatis omnibus, adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose. Luc. 15 M

Ostendit q̃ benigne dominus vere pœnitentes recipiat in pristinam gratiam. Quanquam autem hæc parabola generaliter pertineat ad omnẽ peccatorem, post ingentia flagitia resipiscentẽ, tamen pro temporis illius, quo dicta est, ratione, peculiarius notat gentes ad euangelij gratiam receptas: & Iudæos, qui sibi iusti videbantur, illorum inuidẽtes felicitati. Glossa: Deus pater, quia autor est & creator duarum stirpium humani generis, Iudæorum & gentilium, duos habet filios. Maior, qui in cultu vnius dei remansit, gentili populo ad idololatriam post diluuium declinãti, quo Iudæis insipientior puerilior q̃. Augustin. Nihil tam puerile vt idola colere, & nihil stolidius q̃ diuinis non obtemperare iussis. Exo. 4. Primogenitus meus Israel. Iunior adolescentiam ac stultitiam in consiliũ adhibens, adijt patrem, volens naturalibus donis ac cæteris bonis à deo collatis pro libitu vti, ac potius abuti, nec subijci legi diuinæ. Rationalis, ad quam subsequitur liberũ arbitrium, substantia nostra est. Dat enim deus rationalem, vt ea libere vtamur. Sed homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, Psal. 48. Eccl. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui: adiecit ei mandata & præcepta sua: si volueris mandata conseruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam seruare. Apposuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi. Vnusquisq; etiam proprium donum ex deo habet: vnus sic, alius vero sic, 1. Cor. 7. Dat enim vnicuiq; secundum propriam virtutem. Vere adolescentior consilio & iudicio, quisquis importunius obtinet, quod concessum obfuit. Sic filij Israel in malum sibimetipsis carnes petierunt, & obtinuerunt. Nume. 11. Quid iam faceret adolescens, & sui iuris, & semotus à patre, & viuens peregre? Diuortium facit cum benignissimo patre deo, qui se facit aduenam mundi. Iaco. 4. Adulteri, nescitis, quoniam amicitia huius seculi inimica est deo? Qui eñ voluerit amicus esse huius mundi, inimicus dei constituitur. Non est ista locorum seiunctio, sed affectuum. Infelix libertas, quã patris præsentia non moderatur. Psal. 118. Longe à peccatoribus salus, quia iustificationes tuas non exquisierunt. Esa. 46. Audite me duro corde, qui longe estis à iustitia. Prope feci iustitiam meam, & salus mea non elongabitur. Psal. 72. Quoniam ecce qui elongant se à te, peribunt: perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Mihi autem adhærere deo bonum est, ponere in domino deo spem meam. Inter peregrinos prodegit omnem substãtiam, non ipsius qui nihil habebat suum, sed patris. Quando homo egreditur à deo, & se à timore dei elongat, omnia diuina dona expẽdit, propinqui eñ deo, nihil mali agimus

Psal.15. Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commonear. Eccēs.7. Qui timet deum, nihil negligit. Eccī.27. Si non in timore domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. Augustī. Qui sua potestate vti cupit, quid restat, nisi vt recedens ab eius calore torpescat, recedens à veritate euanescat? Deum enī nemo amittit, nisi qui dimittit. Hierony. Sicut Christus ait discipulis suis Matthæ.28. Ecce ego vobiscum sum usq; ad consummationē sæculi: sic malis dicet, Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, Matth.7. Luxus est, quicquid extra necessitatem carnis impenditur cupiditatibus. Hæ nimirū corrumpunt ac vitiant quāuis præclaras naturæ dotes. Roma.8. Si secundū carnem vixeritis, moriemini. Dionysius: Peccata quāuis dona naturæ non penitus corrumpant aut tollant, ea tamen inficiunt, & rationem obnubilant. Sap.2. Excæcauit eos malitia eorum. Ponit tria, quæ plurimis occasio sunt ruinæ. Iuuentus delicioſa. Eccī.12. Amoue malitiam à carne tua. adolescentia enī & voluptas vana sunt. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, anteq̄ veniat tempus afflictionis tuæ, & appropinquauerint anni de quibus dicas, nō mihi placent. Sic diues longam sibi promittēs & deliciosam vitā, audiuit Luc.12. Stulte, hac nocte repetent à te animam tuā: & quæ parasti, cuius erunt? Libertas vitiosa. Nulla enī ætas infrenis viuere potest, maxime imbecillior illa, quæ parū prudentiæ ac timoris, multū vero stultitiæ & ad malā procliuitatis habet. Gene.8. Sensus & cogitatio humani cordis, in malū prona sunt ab adolescentia sua, & Prou.22. Adolescens iuxta viam suā, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Hinc admonet Prouer.22. Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam. Eccī.7. Filij tibi sunt? erudi illos, & incurua illos à pueritia illorū. Sic & animalis sensualitas. Eccī.18. Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudiū inimicis tuis. Tertiū, hubertas copiosa. Deut.32. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit deū factorem suum.

15 Et postq̄ omnia cōsumpsisset, facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egere. Et abijt, & adhæsit vni ciuiū regionis illius, & misit illum in villam suam pascere porcos. Et cupiebat ventrē suum implere de siliquis quas porci manducabant, & nemo illi dabat. In se aūt reuersus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, & ego hic fame pereo? Surgā, & ibo ad patrem meū, & dicā illi: Pater, peccaui in cælū & coram te. iam non sum dignus vocari filius tuus. fac me sicut vnū de mercenarijs tuis.

Ambrosius: Merito egere cœpit, qui thesauros sapientiæ & scientiæ dei, diuitiarūq̄ cælestium dereliquit. Apo.3. Dicis, quia diues sum & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es pauper & nudus, miser & miserabilis. Nihil enim habet hic mundus, quod explere possit animum hominis, præter summū illud bonum, quod non est nisi in domo patris. Hinc Amos.8. Mittam famem in terrā, non famem panis, neq; sitim aquæ, sed audiendi verbum domini. Non enim in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei, Deut.8. Matth.4. Cui graue fuerat obtemperare iussis patris clemētissimi, coactus est sese dare in seruitutem ciui peregrino & barbaro. Quum recusant homines accipere suaue iugum domini, coguntur ferre durissimū iugum satanæ. Qui adhæret deo, vnus spiritus est cū eo, 1. Corī.6. Sic qui adhæret vitijs. Esa.28. Dixistis enī, percussimus fœdus cū morte, & cum inferno fecimus pactum. Beda: In villam mitti, est substantiæ mundialis subiugari cupiditatibus: pascere porcos, est ea quibus immundi spiritus oblectantur, operari. 2. Pet.2. Sus lota in volutabro luti. A quanta dignitate, in quantam contumeliam sua stultitia deuenerat miser? Nec interim crudelis dominus illi dabat quod deberet, vt iā infelicior esset ipsis porcis, quibus seruiebat potius q̄ imperabat. Porci sunt, qui in vilium & materialium affectionum luto volutantur. Semper autem noxia desiderat mens insana, sordibus assueta: alijs non pascitur, nisi immundis & obscœnis cogitationibus, quas huc illucve reuoluit, nec tamen vnquam satiatur. Non enim manet voluptas, sed famescit & perit, cruciat vero perpetuo. Quis enim illi daret? Num deus? Sed ille non adest. Psal.118. Longe à peccatoribus salus. Dæmones? At hi multo magis solicitati sunt, ne vnquam quiescamus, & malitia saturi simus. Omnis ergo inanis mundi voluptas, ad breue tempus deliniens, nec satians, nec saginans animum, porcorum siliquæ sunt. His delectātur dæmones, ac sibi addictos inescant verius q̄ satiant. Non enī est vlla citra deū satietas vel voluptas. Psal.16. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Ipse satiat animam inanē, & animā esurientē replet bonis, Psal.106. Sunt enī quorū deus venter est, & gloria

Mitti in villam, quid.

Pascere porcos, qd

Porci qui.

Siliquæ

gloria in cõfusionem ipsoꝝ, qui terrena sapiunt. Phil. 3. Sed. 1. Cor. 6. Venter escæ, & esca ventri: deus hunc & hanc destruet. Quandiu male agebat, extra se erat: quando aũt cogitabat in quantã venerat miseriã, tunc rediit ad seipsum, cõsiderans & in pœnitentiã veniens à sua exteriori diuagatione. Glos. Bene ad se reuertitur pœnitẽdo, qui à se recesserat peccando. Vide gradus quosdã ad deũ redeundi. Primus, ad seipsum reuerti, seq; arguete erroris. Esa. 46. Redite præuaricatores ad cor. Bene habet, cũ peccator afflatu tacito benigni patris redit ad cor. Ventũ erat ad extremũ maloꝝ. Felix necessitas quæ cõpellit ad resipiscentiam. Siquidẽ hic est primus ad salutẽ gradus, reminiscì vnde excideris, & agnoscere quo degeneraris. Esa. 28. Tantummodo sola vexatio intellectũ dabit auditui. Vnde quò veni miser? Ex patria, in exilium, ex opulenti domo, in regionẽ famis: à libertate, in seruitutẽ: ab amantissimo patre, ad crudelissimũ dominũ: à dignitate filij familias, ad fœdissimã conditionem: à consortio fratris & famulorũ, ad porcos. Quãti mercenarij me feliciores sunt? Chrysostomus: Ego filius, non alienus, fame pereo: & filius boni patris, & liber, & generosus, miserior factus sum seruis & mancipijs vilissimis. Ego hic & in futuro fame pereo. Luc. 16. diues guttã aquæ petijt, sed non accepit. Ro. 6. Quẽ fructũ habuistis in ijs in quibus nunc erubescitis? Nam panis verbi diuini illis non sapit, nec aqua sapientiæ salutaris reficiuntur. Eccl. 15. Sunt qui seruiunt deo, facientes bonũ ex timore. Psal. 118. Confige timore tuo carnes meas. à iudicijs eñ tuis timui. Sunt qui amore in deũ, vt filij. Psal. 118. Quomodo dilexi legem tuã domine? tota die meditatio mea est. Alij desiderio bonoꝝ æternoꝝ. Psal. 118. Inclinaui cor meũ ad faciendas iustificationes tuas in æternũ, propter retributionẽ. Glos. Qui futuræ mercedis intuitu digna operari satagunt, quotidianis alimẽtis supernæ gratiæ reficiuntur. Gen. 15. Ego protector tuus sum, ait deus Abraæ, & merces tua magna nimis. Sic Moses respiciens in remuneratorem, maluit affligi cũ populo dei, q̃ temporalis peccati habere iucunditatẽ. Heb. 11. Sunt demũ mercenarij mali qui non manent in domo in æternũ. Ioh. 8. qui tẽporalia spectãt, quibus dicetur: Recordare fili, quia recepisti bona in vita tua. Luc. 16. & Matt. 6. Amen dico vobis, receperunt mercedẽ suã. Secundus, propositi stabilitio. Surgã à peccato desistendo. Hiere. 18. Reuertatur vnusquisq; à via sua mala, & dirigite vias vestras & studia vestra. Ephe. 5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Posteaq̃ deplorauit suã infelicitatem, in qua totus iacebat, incipit erigere se. In defensione facti mei nullũ est præsidiũ: vna spes est, quoniã noui patrem vere esse patrẽ natura clementem & exorabilẽ. Statuat ille quicquid volet, pater est, illius sum. & in illum peccatũ est, quicquid peccatũ est. Heb. 4. Adeamus ergo cum fiducia ad thronũ gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Ibo ergo ad patrem, & dicam ei Psal. 31. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meã domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. In cælũ peccat, qui illi terrena præponit, & per negligentiam non quærit. Deus aũt in omni loco contemplatur bonos & malos, Prouer. 15. Te offendi, tuũ iudicium cõmerui. Esa. 1. Filios enutriui & exaltaui, ipsi vero spreuerũt me. Roma. 8. Qui spiritu dei aguntur, hi filij dei sunt. Diaboli mancipiũ me feci. 2. Pet. 2. A quo quis superatus est, eius & seruus efficit. Ioh. 8. Qui facit peccatũ, seruus est peccati. Ro. 6 Serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortẽ, siue obeditiõis ad vitã. Glos. Ad filij affectũ aspirare non p̃sumo, sed mercenarij statũ pro mercede seruitutis desidero. Psal. 118. Tuus sum ego, saluũ me fac. Glos. Cũ meus essem, perieram: sed nunc quia tuus sum, saluum me fac. Tertius, voti exequutio. Non eñ solum consultandũ est de his quæ placent deo, sed & opus est facto. Surgit, qui viam peccatoꝝ deserit, qui occasiones sequelasq; peccati à se rescindit. Mich. 2. Surgite, quia non habetis hic requiem. Esaiæ. 48. Non est pax impijs, dicit dominus.

Gradus redeundi ad deũ quot.

Deo q̃ varie seruiatur.

Gradus secundus.

In cælum peccare.

Et surgens, venit ad patrem suũ. Cum aũt adhuc longe esset, vidit illũ pater suus, & misericordia motus est. Et occurrens, cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Dixitq; ei filius: Pater, peccaui in cælum & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autẽ pater ad seruos suos: Cito proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius: & adducite vitulum saginatum, & occidite: & manducemus, & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Et cœperunt epulari.

Relegit totũ iter lachrymans & gemens, qui ferox & amens à patre discesserat. Ha-

bes imaginẽ hominis ab extremis malis reſipiſcentis, vide nunc diuinæ clemẽtiæ ſimulacrũ. A longe vidit, vt eſt oculata pietas, & prior qui tenerius amabat, ac procurrit obuiã venienti. Chryſ. Quid eſt q̃d pater occurrit, niſi q̃d peccatis nr̃is impediẽtibus, propria virtute ad eũ venire, non poteramus, ipſe pius & potens ad inualidos deſcendit? Recipit ergo velociter pœnitentẽ reſpiciendo, dum miſericordia p̃uenit voluntatẽ vt velit, comitatur vt poſſit, cooperatur vt perficiat. Phil. 2. Deus eſt em̃ qui operat in nobis & velle & perficere pro bona volũtate. Pſal. 38. Deus meus, miſericordia eius p̃ueniet me Pſal. 93. Miſericordia tua dñe adiuuabat me. Pſal. 118. Aſpice in me & miſerere mei, ſecundum iudiciũ diligentium nomen tuũ. Greſſus meos dirige ſecundũ eloquium tuũ, & nõ dominetur mei omnis iniuſtitia. Heb. 12. Tanquã filijs ſe offert vobis deus. Auguſt. Tardior videtur homo in recipiendo gratiã, q̃ deus in dando. Apoc. 3. Ecce ſto ad oſtium & pulſo: ſi quis audierit vocẽ meã, & aperuerit mihi, intrabo ad eũ, & cœnabo cũ ipſo, & ille mecum. Tardus vero eſt ad puniendũ: hinc ad puniendũ veniens, ambulabat in paradiſo. Gene. 3. ſed ad ſaluandũ, exultauit vt gigas ad currendã viam. Pſal. 18. & Can. 2. Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles. Secũdo dulciter. Etenim natura & benignitate, deus, pater eſt, & totus totũ amplectitur: nec expectatis filij precibus, pietate natiua victus, irruit in collũ filij, & oſculatus eſt filiũ, oſtendens eũ qui olim deſciuerat, nunc obedientẽ factũ. Oſculũ, plenã in Chriſto ſignat remiſſionẽ & perfectã vnionẽ. 1. Ioh. 2. Ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris. Grego. Nyſenus: Confeſſionis meditatio placauit ei patrẽ, vt obuiam iret, & oſcula collo inferret, p̃ueniens interpellationis verba. Hæc tametſi eſſent argumenta propenſi ad ignoſcendũ animi, tamen ſibi etiamnũ iratus iuuenis, ait: Pater, peccaui. Bernar. Humilis debet eſſe confeſſio, qua per eam emendatur ſuperba tranſgreſſio. In duo quilibet peccator delinquit. In patrẽ, cuius legem, fidẽ, teſtamenta q̃ tranſgreditur. Hinc neceſſaria cõfeſſio cordis. Secundo, in eccleſiam quam ſcandalizat, cuius cõmunione ſe priuat, cuius ſacramẽta contemnit & cõtaminat. Sumus em̃ vnius eccleſiæ filij, & eiuſdẽ corporis membra, q̃d cohoneſtare debemus, nõ polluere. 1. Corin. 6. Neſcitis q̃m̃ corpora veſtra mẽbra ſunt Chriſti? Tollens ergo membrũ Chriſti, faciam membrũ meretricis? Tertio, honorabiliter. Non em̃ intonat ſæuis verbis, nõ exprobrat ſuã in illũ benitatem. tantũ eſt gaudiũ de recepto filio. ſed iubet ſtolã reſtitui, vel innocentiæ per baptiſmũ, quo ad gentes. Gala. 3. Quicunq; in Chriſto Ieſu baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. vel pœnitentiæ nouæ vitæ, veteri homine exuto. Ephe. 4. Deponẽtes vos ſecundum priſtinã conuerſationem veterem hominẽ, qui corrumpitur ſecundũ deſideria erroris: renouamini aũt ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouũ hominẽ, qui ſecundũ deũ creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Col. 3. Expoliantes vos veterẽ hominẽ cum actibus ſuis, & induentes nouũ, eum qui renouatur in agnitionẽ dei, ſecundũ imaginem eius qui creauit illũ. Apoc. 3. Suadeo tibi emere à me aurũ ignitum, probatũ, vt locupleſ fias, & veſtimentis albis induaris, vt non appareat cõfuſio nuditatis tuæ. Apocal. 19. Byſſinũ iuſtificationes ſunt ſanctor̃. Obſerua q̃ opera priora, quæ per peccatũ interierunt, (Nam iuſti, à iuſtitia auerſi & iniquitatẽ facientis, iuſtitiæ quas fecerat, non recordabuntur, Ezech. 18.) per pœnitentiam reuiuiſcunt, ac ad iuſtitiã imputantur. Sed quoniam non ſatis eſt abſtinere à malo, niſi quiſq; ſe exerceat in bono, datur annulus in manu, hoc eſt, virtus operatiua, ſignaculũ Chriſtiani, vt demonſtrare queat q̃ recreatus ſit ad imaginẽ dei. Obſignatur annulo fidei, vt per opera fides clareſcat, & per fidem opera confirmentur, vt dicit Beda. Solent em̃ qui ſponſis copulantur, copulæ ſymbolũ ac amicitiæ declarare aut annulo, aut cæteris gẽmis. Oſe. 2. Et ſponſabo te mihi in ſempiternũ, & ſponſabo te mihi in iuſtitia & iudicio & in miſericordia & miſerationibus, & ſponſabo te mihi in fide. 2. Cor. 1. Qui vnxit nos deus, & qui ſignauit nos, & dedit pignus ſp̃ũs in cordibus noſtris. Qui aũt pie volunt viuere in Chr̃o Ieſu, perſequutionẽ patientur. 2. Timo. 3. Huic neceſſaria patientia. Heb. 10. Patientia vobis neceſſaria eſt, vt voluntatem dei faciẽtes, reportetis promiſſionẽ. hinc calceamenta dantur in pedes, munimẽta cõtra ea q̃ virtuoſi proceſſus ſunt corruptiua. Ephe. 6. Calceati pedes in p̃parationẽ euangelij pacis. Quarto, lætanter. Ne quis eũ minoris faceret in domo ob erratũ adoleſcẽtis, vitulo mactato, totã familiã ad cõmunem lætitiã inuitat, & iuſtas gaudij cauſas reddit. Qualiſqualis erat, inquit, filius erat. Is mortuus fuerat, & reuixit. Peccatũ em̃ mors animæ eſt. Ezech. 18. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Sap. 6. Homo per malitiam occidit animam ſuã. Auguſtinus: Vera mors eſt, quam nõ timent homines, ſeparatio à deo. Apo. 3. Nomen habes q̃ viuas, & mortuus es. Vitulus ſaginatus nõ ignoratur quis ſit, qui quotidie immolat & ſumitur, qui multis verbor̃ & figurar̃ inuolucris p̃monſtratus eſt. Vitulus, quo ad naturã paſſibilem, ſecundũ quã fuit immolatus: ſaginatus, quo ad gratiarum pleni-

Qualiter ſeu q̃cuplis citer pœnitentẽ deus reſpiciat.

Ambulare deus quando & curdicatur.

In q̃ duo quiſq; peccet.

Vitulus ſaginatus.

plenitudinem. Heb. 9. Si sanguis hircorũ & taurorũ, & cinis vituli aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per spm̃ sanctum semetipsum obtulit immaculatũ deo, emundauit conscientiã nostrã ab operibus mortuis, ad seruiendum deo viuenti? Esa. 25. Faciet dñs exercituum oĩbus populis in monte hoc conuiuium pinguium medullatorũ. 1. Corũ. 11. Quotiescunq; manducabitis panem hunc, mortem domini annunciabitis donec veniat. Qualem autẽ se præbuit pater hic parabolicus in recipiẽdo filio, tales se præbere debent pastores & episcopi erga peccatorem resipiscentem. Verum ab hac imagine longe absunt supercilioſi pharisæi, qui suis blandientes vitijs, nihil aliud quàm sequuntur in lapsus alienos. Gaudendum ergo maxime miseræ conscientiæ iam pacatæ, iam in gratiam receptæ. Prouerb. 15. Secura mens quasi iuge conuiuium. Cantic. 5. Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi. Sic & de gentium conuersione ait Apostolus Roĩ. 15. Gentes autem super misericordia honorare deum, sicut scriptum est Psal. 17. Propterea confitebor tibi in gentibus domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum Esa. 11. Lætamini gentes cum plebe eius.

Erat autem filius eius senior in agro: & cum veniret, & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & chorum, & vocauit vnum de seruis, & interrogauit quæ hæc essent. Isque dixit illi: Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit. Indignatus est autem, & noluit introire. Pater ergo illius egressus, cœpit rogare illum. At ille respondens patri suo, dixit: Ecce tot annis seruio tibi, & nunquam mandatum tuum præteriui, & nunquam dedisti mihi hœdũ, vt cum amicis meis epularer: sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit omnem substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti ei vitulum saginatum. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & oĩa mea tua sunt: epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.

Maior filius mystica quis

Dum ergo illi epulantur, filius natu maior versabatur in agro legis Mosaicæ, sudans gestandis oneribus legis, & exaltans opera legis grauia, quum frater interim iunior acceperit mitissimum patris iugum. Affixus enim insipidæ literæ legis, non nouerat quantum habeat gaudiorum euangelicus spiritus. Necdum enim cælestia degustare nouerat, terrenis promissionibus delectatus. Non autem sic receptæ sunt gẽtes, vt excluſi sint Israelitæ, sed nunc quoq; stant pro foribus indignantes, q̃p ob gentes ad salutem euangelicam receptas sibi gratuletur ecclesia. Augustinus: Vsq; in hanc horam grauantur intrare in ecclesiam (quæ domus dei dicitur. 1. Timoth. 3.) credentium Iudæi. Dura enim ceruice, & incircũcisi auribus & cordibus, semper spiritui sancto restiterunt. Pater aũt egressus est. 2. Corin. 5. Pro Christo legatione fungimur: tanquàm deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. Nec tanta patris comitate mitescit filius ille maior, sed arroganter expostulat cum patre & impie fratrem accusat, quem nec fratris vocabulo dignatur, d. Filius tuus, mactasti illi vitulum illum insignem & obesum. An non videris tibi videri filium hunc maiorem ingredi indignantem, & hæc murmurantem aduersus patrẽ, quum legis pharisæos obtrectantes Christo, quod cum publicanis & peccatoribus cibum capiat? Iudæos indignantes aduersus Græcos, quod admitterentur ad ministerium apostolorum. Actu. 6. Destomachantes quod gentes ab idololatria venientes, absq; legis onere per solam fidem admittantur ad gratiam euangelicam, baptismo donentur, & spiritu sancto confirmentur. Actu. 15. Inuidentes quod ipsis abstinentibus à conuiuio, gentium ecclesia cum inenarrabili gaudio spiritus comedit illum vitulum eximium, quem pater pro salute totius mundi mactari iussit? Actu. 3. Deus qui prænunciauit per os omniũ prophetarum pati Christum suum, impleuit sic. Esaiæ. 53. Propter peccata populi percussi eum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Debes ergo & gratulari fratri, nec abesse ab huius conuiuij lætitia. Itaque putato non tibi rediisse eundum, sed pro male frugi, probum esse renatum. Non decet meminisse qualis fuerit, sed gaudere quod talis sit qualem optamus. Hic enim scopus est parabolæ propter pharisæos murmurantes quod peccatores susciperet, qua docet, etiam si iusti simus, non repellendos peccatores, neque obmurmurandum expectante illos deo. Nullus igitur iudicia dei grauatim ferat, sed gratum sit ei, si peccatores feliciter agant & saluent.

Qui em̃ scis, si is quem tu peccatorem censes, pœnitentiam agens gratior fiat? Quid si occultas habeat virtutes, & propterea à deo benigne respiciat? Porro, natu minor hoc reperit animũ patris propensiorem ad ignoscendum, quod gentes quæ deum non nouerant, errore deliquerunt verius q̃ destinata malitia. Solet em̃ adolescentiæ comes esse rerũ imperitia & incogitantia: & idcirco huic ætati libentius ignoscimus. Porro Iudæus q sibi videbat esse iustus, sibi placẽs ex obseruatiõe legis grauius peccat inuidẽdo fratri, q̃ ille peccauerat aberrando. Hinc publicanus descendit de tẽplo iustificatus præ pharisæo. Luc. 18.

¶ De via ad vitam. Matth. 19. Marc. 10. Lucæ. 18.

## ARTICVLVS LXXXIII.

Mat. 19 N

ET ecce vnus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam? Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus, deus. Si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata. Dicit illi: Quæ? Iesus autem dixit: Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices, honora patrem & matrem diliges proximum tuum sicut teipsum.

Quàm noxia diuitiarũ sit cupiditas, ostendit, quæ semen verbi diuini suffocat. Mar. 10 Et cum egressus esset in via, procurrens quidam genu flexo ante eum, rogabat eum. Lucæ. 18. Et interrogabat eum quidam princeps, dicens: Magister bone, quid faciens vitam æternam possidebo? Suspicabat Iesum sibi indicaturũ modũ quempiam, quo diuitiarum possessione perpetuo frui posset. Audierat enim Iesum docentem, præcepta legis Mosaicæ non esse satis ad consequendum regnum cælorũ. Dominus aũt indicare volens quod bonitatis cognomen in neminem competat, nisi in solum deum, qui suapte natura bonus est, ait Lucæ. 18. Nemo bonus nisi solus deus. Nam vere bonus per essentiam, & fons bonitatis. Hieronymus: Qui magistrũ vocauerat bonum, & nõ deum vel dei filiũ confessus fuerat, discit, q̃uis sanctum, hominem comparatione dei non esse bonũ, de quo dicit Psal. 117. Confitemini dño q̃m bonus. Origenes: Bonus homo dicit in euangelio, Matth. 12. sic angeli boni, Psal. 142. & spũs sanctus bonus, Lucę. 11. & filius dei q imago est bonitatis illius. Sap. 7. Verũ deo proprie conuenit, esse bonũ: omnibus alijs, abusiue & eatenus, qua tenus baturam participãt diuinitatis: atq; vt cognoscamus nos nihil à nobis, sed à deo posse, sinic̃q totũ tribuere. Luc. 17. Cum feceritis oĩa quæ præcepta sunt vobis, dicite: serui inutiles sumus. Comparatione em̃ dei, etiam dum declinamus à malo, & facimus bonum, parum est Iob. 4. Nunqd homo dei comparatione iustificabitur? aut factore suo purior erit vir? Nullus ergo proprie bonus, partim quòd mutabiles sumus de bono in malũ, partim q̃ nostra bonitas ad diuinam collata bonitatem, malitia sit. Istis ergo verbis mentem iuuenis sublimiorẽ reddere voluit, vt ipse tanq̃ deus agnoscat. Admirare adolescentẽ, quod quũ alij pleriq; sanando morborũ gratia accesserint. Ille vitæ æternæ hæreditatẽ quæsierit, tametsi grauissimo auaritiæ morbo teneret. Quid faciam, inquit, vt vitam æternã percipiam? Mar. 10. Rom̃. 2. Non em̃ auditores legis iusti sunt apud deũ, sed factores legis iustificabunt. Iaco. 2. Fides sine operibus mortua est in semetipsa. Dñs ad legẽ mittit, ne Iudæi dicerent, quod legẽ contẽneret. Mar. 10. Præcepta nosti. Ecclesiast. 15. Deus ab initio constituit hominẽ, & reliquit eũ in manu consilij sui, adiecit mandata & præcepta sua: si volueris mandata conseruare, conseruabunt te, & in perpetuũ fidẽ placitam seruare. Apposuit tibi aquam & ignẽ: ad quod volueris, porrige manũ tuam. Ante hominem vita & mors, bonũ & malũ, q̃d placuerit ei, dabit illi. Sed q̃m legis mãdata multiplicia erãt, vtpote moralia, iudicialia, cærimonialia, interrogauit quæ. Ponit aũt p̃cepta secũdæ tabulæ proximũ respiciẽtia, quãtũ ad duo p̃cepta naturæ. Tob. 4. Q̃d ab alio tibi oderis fieri, vide ne tu aliq̃ alteri facias. Mat. 7. Oĩa ergo quæcũq; vultis vt faciãt vobis hoĩes, & vos facite illis: hæc est em̃ lex & prophetæ. Inferẽt aũt nocumẽtũ proximo vel in propria p̃sona, contra hoc ait: Nõ occides, p̃termisso ordine iuris. Gene. 9. Quicũq; effuderit sanguinẽ humanũ, fundẽt sanguis illius. Ad imaginẽ q̃ppe dei factus est homo. Alioq Fxo. 22. Maleficos nõ patieris viuere. Vel in p̃sona coniũcta, Nõ mœchaberis. Pro. 6. Qui adulter ẽ propter cordis inopiã p̃det aĩam suã. Hebr. 13. Fornicatores & adulteros iudicabit deus. 1. Corꝝ. 6. Neq; adulteri regnũ dei possidebũt. Aut in substãtia, & hoc vel facto, cõtra q̃d, Nõ furtũ facies. 1. Corꝝ. 6. Neq; fures regnũ dei possidebũt. Mar. 10. Ne fraudẽ feceris. 1. Thes. 4. Ne quis supergrediat, neq; circũueniat in negotio frẽm suũ, q̃m vindex ẽ dñs de his oĩbus.

Honora

Honora patrem & matrem. Ephe.6. Filij, obedite parentibus vestris in domino: hoc enim iustum est. Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod est mandatū primū in promissione, vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram. Omnia aūt in vno concludit, dicens: Diliges proximū. Romañ. Qui enim proximū diligit, legem impleuit. Dilectio proximi, malum non operatur. Plenitudo ergo legis, est dilectio. 1. Iohã. 4. Et hoc mandatū habemus à deo, vt qui diligit deum, diligat & fratrem suum.

At ille respōdens, ait illi: Magister, hæc omia obseruaui a iuuentute mea quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me. 2

Marc. 10. Iesus aūt intuitus eum, dilexit eum, & dixit ei: Vnū tibi deest. Vade &c. Iesus adolescentem intuitus probæ indolis ac lætæ spei, qui non ista fingeret, nec sibi malitiose placeret, quemadmodum pharisæi, significabat sese etiam huius ætatis studio delectari. Quod ista seruaris, inqt, laudo: cæterū in istis, vt tu putas, nō est collocata pfecta iustitia. Præscribit aūt illi paupertatem caput omniū virtutū. Si vis perfectus esse, inquit. Hieronymus: In voluntate nostra est, vtrū velimus esse pfecti: tñ qcunq; perfecti esse volumus, vēdere debemus, non dissipare, quæ habemus: & non ex parte, sicut Ananias & Saphira. Actu. 5. Quæ possides, ait. Prou. 3. De primitijs frugū tuarū da pauperibus. Aliena em restituenda sunt. Luc. 19. Si qd aliquē defraudaui, reddo quadruplū. Da pauperibus, non histrionibus vel amicis. Luc. 14. Cū facis prandiū aut cœnā, noli vocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neq; vicinos, neq; diuites, ne forte & ipsi te reinuitent, & fiat tibi retributio: sed cū facis prādiū, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos: & beatus eris, qa non habent retribuere tibi. Retribuet em tibi in resurrectione iustorū. Nec hoc satis est ad perfectionem, nisi post contemptas diuitias saluator sequat. Multi em pauperes & misericordes plurimis scatent vitijs, quare & via virtutū amplectenda. Sic ergo dissipare, recōdere est: nam pro terrenis opibus meliorem thesaurū habebit in cælis. Origenes: Iste q mutat pro diuitijs paupertatē, vt fiat perfectus, credens sermonibus Christi, adiuuabit statim sicut apostoli Christi, vt sapiens fiat in Christo, vt magnanimus, vt iustus, vt castus vt absq; omni passione. Obserua euangelium q̄dā prę̄cipere, quædam cōsulere. Sunt enim præcepta de his, quæ ad salutem adeo sunt necessaria, vt non possit cuiquàm his non obseruatis salus contingere. Vnde dominus præcepta tradens, absolute loquebatur, pœnas æternas transgressoribus intentans. Nisi abundauerit, inquit, iustitia vestra plus quàm scribarū & pharisæorū, non intrabitis in regnum cælorū, Matth. 5. Consilia autem de his, quæ ad salutem vtilia sunt, vt tamen sine ipsis salus contingere possit. Hebræ. 12. Hic (erudiuit nos) ad id quod vtile est. Vnde magni consilij angelus dicitur. Esa. 9. Sed pharisæi spreuerunt consilium dei. Lucę. 7. Quare dominus paupertatis proponens consiliū, non coactitio vsus est sermone, neq; pœnam non seruantibus comminatus est aliquam, neq; necessitatem imposuit, sed in hominis arbitrio situ esse voluit. Sic & continentiam. Matth. 19 Qui potest capere, capiat. Hinc de virginibus ait Apostolus. 1. Corꝝ. 7. De virginibus prę̄ceptum domini non habeo, consilium autem do. Qui non iungit matrimonio virginem suam, melius facit. Audis hic penes arbitrij libertatem situm, si velis continere: consilium enim dans, indicat rem factu possibilem. Et Christus testat quosdam se castrasse propter regnum cælorū. Erit igitur non coacta, sed spontanea voluntas: quo fit, vt q̄d volens pollicita est, quove sese sua sponte astrinxit, id vt reddat, oportet, modo liceat, deceat atque expediat. Hiere. 4. Iurabitis, dicit dominus, in iustitia, iudicio, & veritate. Eiusmodi vota non semel scripturæ sanctæ commēdant, & seruanda præcipiūt. Deut. 23. Cum votū voueris dño deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud dñs deus tuus: & si moratus fueris, reputabit tibi in pctm: si aūt nolueris polliceri, absq; pctō eris: q̄d aūt semel egressum est de labijs tuis, obseruabis: & facies sicut promisisti dño deo tuo, & propria volūtate, & ore locutus es. Pro. 22. Ruina est homini deuotare sanctos, & post vota retractare. Porro Esa. 19. ecclesiæ tempus designans, ait: Cognoscent Aegyptij dominum in die illa, & colent illū in hostijs & muneribus, & vota vouebūt dño, & soluēt. Sic & Paulus adolescentularum transgressionem, quæ sese domino deuouerant damnans, dicit. 1. Timot. 5. Cum luxuriatæ fuerint in Chro, nubere volūt, habētes dānationē, qa primā fidē irritā fecerunt. Licet ergo cōsilia quæ circa paupertatē, castitatē, & obediētiam versant, carni pugnēt, ea tñ spūs amplectit, quasi salubria, & ad beatitudinē expediētia, qbus & Chrus adest, vt exequant suo prę̄sidio suaq; gratia. Sic adfuit Paulo. 2. Corꝝ. 12. Sufficit tibi grā mea. Phil. 4.

Consulit in euangelio quædam, quædam præcipi

Omnia

Omnia possum in eo qui me confortat. Sic adest & oĩbus ad ipsum confugientibus, eumq; in veritate precantibus, Luc. 11. Petite, & accipietis. Chrysostomus: Neq; em̃ onerosum aliquid aut molestũ est imperatũ, sed facilia cuncta prorsus ac leuia, vt si afferamus promptam solummodo voluntatẽ, oĩa efficere possimus, etiã si peccatis pleni fuerimus innumeris. Nam & Manasses post sceleratã mundatus est vitã ac dilutus. Quo autẽ istud effecit modo? pœnitentiæ profectu, fletu, studio voluntatis. Non est quippe aliquod peccatũ quod non cędat pœnitentiæ virtute, imo gratiæ dei, qui, cum ad meliora conuertimur, continuo nobis cooperator efficitur. Si em̃ bonus esse malueris, qui prohibeat, nullus oĩno est. Est quidẽ diabolus prohibens, sed profecto nihil poterit, te eligente meliora: magis autem hoc tibi in adiutorium, deo cooperãte. Quod si tu certe nolueris illud, retroq; recesseris, quemadmodũ ille tutabitur? Non em̃ necessitate ac violentia, sed cũ tua te vult voluntate saluare. Deus enim non vult violenter astringere, quemadmodum è regione. si solam ad placendum ei ostenderis voluntatem, nunquam te ille destituet, quantalibet aduersus te diabolus moliatur. Nude ergo & expedite Christus sequendus. Hieronymus: Si habes substantiam, vende: si non habes, grandi onere liberatus es, nudum Christũ nudus sequere. Durum, grande, difficile: sed magna sunt præmia, dicente domino. Matt. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.

5 Cum audisset autem adolescens verbum, abijt tristis. Erat enim habens multas possessiones. Iesus autem dixit discipulis suis: Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum cælorum. Et iterum dico vobis: facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum cælorum. Auditis autem his, discipuli mirabantur valde, dicentes: Quis ergo poterit saluus fieri? Aspiciens autem Iesus, dixit illis: Apud homines hoc impossibile est, apud deum autem omnia possibilia sunt.

Auebat adipisci vitam æternam, ambiebat perfectionis honorem: sed hunc affectum veluti bonũ semen obruebant spinæ diuitiarũ, quas subito relinquere, videbatur admodũ durũ. Marc. 10. Qui contristatus in verbo, abijt mœrens. Quo claret beneuolum illum fuisse, & q̃uis auarus, vitam tamen desiderasse æternam. Itaq; mœstus abijt domũ, nequaquàm intelligens Iesum non damnare diuitias, sed affectum & amorem, curasq; diuitiarum, q̃bus vix possunt non esse obnoxij q̃ eas possidẽt. Vidẽs ergo Iesus mœstũ illũ abire, q̃ sic ambiebat felicitatẽ regni cęlestis, vt tñ opes huius mũdi nõ posset cõtẽnere, cõuersus, Mar. 10. & circũspiciẽs, ait discipulis suis: Quàm difficile q̃ pecunias habẽt, in regnũ dei introibũt? Nã angusta porta & arcta via est quæ ducit ad vitã. Mar. 10. Discipuli aũt obstupescebãt in verbis eius. At Iesus rursus rñdens, ait illis: Filioli, q̃ difficile est confidentes in pecunijs in regnũ dei introire. Tenaciores em̃ iusto, adhærent pecuniæ, & difficile abstrahitur qui talibus est comprehensus. Quàm diu em̃ pecunias habemus, molitur diabolus nos supplantare, ne regula dispensationis recte vtamur, & difficile est effugere eius laqueos. 1. Timoth. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationẽ, & in laqueum diaboli, & in desideria multa, & inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitũ, & in perditionem. Radix em̃ omnium malorũ est cupiditas. Eccleſiast. 10. Nihil iniquius q̃ amare pecuniam, hic em̃ animam suã venalem habet. Humilis porta non recipit camelos opum sarcinis onustos. Sic em̃ notauit diuites auaros, quibus diuitiæ magis sunt oneri q̃ vsui, vt quas alijs baiulant potius q̃ sibi. Ecclesiastes. 5. Diuitiæ conseruatæ in malum dñi sui. Generauit filiũ, qui in summa egestate erit. Sicut egressus est nudus de vtero matris suæ, sic reuertet, & nihil auferet secum de labore suo. Mirabilis prorsus infirmitas, quomodo venit, sic reuertetur. Capitur etiam camelus & pro sune, quo nautæ pro alligandis ancoris vtuntur. Marc. 10. Qui magis admirabant, dicentes ad semetipsos, & quis pt saluus fieri? Existimabant vix quempiam posse inueniri, qui amplas possessiones subito profusurus esset ob regnum dei, quanquàm ipsi paucula quædã reliquissent: vnde non pro seipsis interrogant, quum pauperes essent, sed pro oĩbus, quia misericordes erant. Quotus enim quisq; est mortaliũ, qui aut abĵcere possit diuitias quas habet, aut non optare si non habet? Lucę. 18. Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud deum. Docet non humana infirmitate metiendam salutem, sed virtute diuina. Nam eius consilio amicos facimus de mammona iniquitatis, Luc. 16. Hieronymus: Vbi difficile ponitur, non impossibilitas prętenditur, sed raritas demonstratur. Difficillimũ est, temporalibus abundare, & ea non inordinate amare: esse in diuitijs, & non vti delicijs: ab alijs ob diuitias honorari, & nõ extolli,

nec mun

nec mundi vanitates sectari. Eccles. 31. Beatus dives qui inuentus est sine macula, & qui post aurū non abijt, nec sperauit in pecunia & thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Non ergo humanæ est virium, contenere diuitias, eaq; cōmoda quæ diuitias consequuntur: sed hanc animi sublimitatē impartit deus ijs qui per credulitatem simplicē, præbent se aptos dotibus diuinis. Solus ille mutat animos diuitū, vt alacres etiam vel abijciant quod possident, vel possideant tanq̄ communes, non proprias, semper parati relinquere, si quando id postulet euangelij negotiū. Quur enim ægre contemnant opes, qui non grauantur impendere vitam? Dives enim apud deum esse desiit, quisquis amorē posuit pecuniæ, & sic habet, vt libentissime sit relicturus, quoties id postularit ratio salutis æternæ. Psal. 61. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Iob. 31. Si putaui aurum robur meū, & obrizo dixi, fiducia mea. Si lætatus sum super multis diuitijs meis, & quia plurima repperit manus mea. Hinc. 1. Timoth. 6. Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum suarum, sed in deo viuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum: bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam.

Tunc respondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Mar. 19. O

Ostendit incōprehensibilia manere bona eos, qui terrenis contēptis & relictis, Christū sequuntur. Nonnihil spei ex dñi verbis conceperat Petrus quibus iuuenem admonuit, venditis omnibus & in pauperes erogatis, se sequi: qui quanq̄ dives non esset, tamen hoc ipsum quod habebat, alacer reliquit, ac dominū fuerat secutus. Hinc ait: Præstitimus quod ab adolescēte requirebas, illi promittebas thesaurū in cælis, nobis igitur quid sperandū est præmij? Hieronymus: Grandis fiducia. Petrus piscator erat, dives non erat, cibos manu & arte quærebat: & tamen loquitur confidenter, reliquimus oīa. Marc. 4. Relictis retibus & naui, secuti sunt eū. Plurimū reliquit, qui totū quod habet, sic deserit, vt nec de sarciendo, nec de augendo cogitet. Etem paruarū rerum magna tenemur affectione. Sed & oēs voluptates reliquit, & cū parentibus amorē carnis. Illæ em affectiones non solū contra diuites, sed etiam contra pauperes militant. Vnde dñs dixit Abraæ. Gene. 12. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Origenes: In datis non ipsum datum, sed affectū dantis aspiciens deus iustificat, & melius suscipit parua dantem cū magno affectu, q̄ magna ex affectu modico. Exemplo sunt duo minuta viduæ, Luc. 21. & hic Petrus. Quanq̄ nonnulli haud pauca reliquerunt, vt claret in Matthæo, Luc. 5. Sed qa non sufficit tantū relinquere, hoc em & Socrates fecit & alij, adiungit quod perfectū est. Et secutt sumus, inquit, te corporis gressu, cordis affectu, vitæq; assimilatione. 1. Iohan. 2 Qui dicit se in Chō manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. 1. Cor. 4. Imitatores mei estote, sicut & ego Chī. Eccl. 23. Gloria magna est sequi dñm. lōgitudo em dierū assumek ab eo. Nam Ioh. 14. Nemo venit ad patrē, nisi per me. Hinc Iohā. 8. Qui sequit me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Iohan. 14. Ego sum via, veritas, & vita.

Iesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. 2

Hiero. Non dixit, qui reliquistis oīa, hoc em multi fecerūt vanitatis studio, sed qui secuti estis me, quod propriū apostolorū est atq; credentiū. In futuro seculo, quum reuixerint mortui, dabitur q̄ cuiq; pro meritis suis præmium, iamq; filius hominis depositā, quā nūc videtis, humilitate, cōsederit in sede maiestatis, manifeste & vniuersal'r exercēs iudicia riā ptātē. Ioel. 3 Cōsurgāt & ascēdāt gētes in vallē Iosaphat, qa ibi sedebo vt iudicē oīes gētes in circuitu. Dañ. 7. Aspiciebā ergo in visiōe noctis, & ecce cū nubibus cæli quasi filius hoīs veniebat, & vsq; ad antiquū dierū puenit, & in cōspectu eius obtulerūt eū, & dedit ei ptātē & honorē, & regnū, & oēs ppli, tribus & linguæ seruiēt ipsi. Actu. 10. Ipse est, qui cōstitutus ē à deo iudex viuorū & mortuorū. Origenes tres ponit generatiōes. Vnā, q̄ oēs nascimur filij iræ. Ephe. 2. Qua nemo mūdus à sorde, nec infans cuius est vnius diei vita, super terram. Iob. 15. Altera, qua renascimur ex aqua & spiritu sancto. Iohan. 3. qua consepelimur Christo. Ro. 6. An ignoratis fratres, qa quicūq; baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti em sumus cum illo per baptismū in mortem, vt quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam pris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Qua oīs tergit macula, qua oīs mūdus à sorde. Ephes. 5. Chūs dilexit ecclesiā, & seipm Generationes nostres

& seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundās eā lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. In tertia conformes fiunt corpori claritatis Christi, quæ terminatur ad esse substantiale secundo collatum, restitutum q̄ corpori. 1. Cor. 15 Mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Oportet em̄ corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Phil. 3. Nostra conuersatio in cęlis est, vnde etiam saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ, secundū operationem virtutis suæ, qua possit etiam sibi subijcere omnia. Sedebitis & vos piscatores, modo toti mundo exosi, abiecti, ac penitus deplorati, tunc consortes honoris, qui nunc consortes estis afflictionis, iudicantes duodecim tribus Israel: quia vobis credentibus, illi credere noluerunt, quod ex eadem stirpe progeniti, ijsdem miraculis ac beneficijs prouocati, tamen nulla ratione perduci potuerunt vt crederent, quum vos humiles & idiotæ, statim ad simplicem vocis iussionem, etiam illa reliqueritis, quibus vitam sustentabatis. Hieronymus: Discimus hic, dominum cum suis discipulis iudicaturum. Vnde Matth. 12. Luc. 11. Ideo ipsi iudices vestri erunt. Nec quoniam super duodecim sedes sessuros ait, duodecim solos homines cum illo iudicaturos putemus. Alioqui quum in locum Iudæ Matthias selectus sit. Paulus qui plus omnibus laborauit, vbi ad iudicandum sedeat, locum nō habebit. 1. Cor. 15. qui tamen ad numerum iudicantium se cum alijs pertinere demonstrauit, dicens. 1. Cor. 6. Nescitis quoniam angelos iudicabimus? Sic & de ipsis iudicandis. Si enim duodecim tribus Israel, vbi tribus Leui quæ decimatertia? vbi & gentes? Num & Iudas? Non, quia non sequutus perseueranter. Sæpe enim deus pollicetur bona quibusdā dignis, quæ aufert, quum exciderint, & indignos se reddiderint. Similiter facit & in asperis: sæpe minatur, & non inducit, conuersis nobis. Obserua quod Christus secundum naturam diuinam, imo tota trinitas, iudicabit autoritatiue: secundum quod homo, executiue. Iohan. 5. Pater omne iudicium dedit filio. Apostoli per assessoriam dignitatem, tanq̄ amici. Cęteri electi per approbationem, sententiam iudicantis iustissimam approbantes. Minus mali, per comparationem. Matth. 12. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam. Qui ergo sua relinquentes, dominum secuti sunt, hi iudices cū domino erunt: qui licita habentes, recte vsi sunt, iudicabuntur, quibus dicetur: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, &c. Matth. 25.

5 Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.

Volens ostendere hanc eximiam laudem non solum patere diuitibus, verumetiam tenuibus, qui quicquid hoc est quod possident, libenter habent pro derelicto ob euangeliū, quum hæc virtus magis æstimetur ab affectu relinquētis, q̄ à modo rei relictæ. Marc. 10. Amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domū &c. propter me & euangelium, (Luc. 18. propter regnum dei) qui non accipiat centies tantū, nūc in hoc tempore, hoc est, domos & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros cum persecutionibus, & in futuro vitam æternam. Ne pœniteat relictorꝝ, magnum ostendit præmium & lucrum, ob dei regnum fecisse iacturam. Hieronymus: Sensus est: Qui carnalia pro saluatore dimiserit, spiritualia recipiet, quæ comparatione & merito sui ita erunt, quasi paruo numero centenarius cō paretur. Pro singulis relictis centuplum accipiet in hac vita, quantumuis sæuiant, persecutionum procellæ. Siquidem longe plus accrescit ex charitate euangelica, q̄ decessit eximmanitate persecutorꝝ. Vehementiores atq; dulciores sunt affectus spiritus quàm naturæ. Psal. 118. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Nulla em̄ comparatio fluxarum rerum, & mox, etiam si nullus eripiat, perituraꝝ, ad opes animi, quas nemo potest elargiri, nisi solus deus, nemo potest eripere, nisi qui largitur. Philip. 3. Veruntamen existimo oīa detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi domini mei, propter quem oīa detrimentū feci, & arbitror vt stercora, vt Christū lucrifaciam. Quid enim confert vxor domui viri sui? Profecto curat quo necessaria sint parata. Quot fuerunt & sunt, quibus cura de necessarijs prædicatoribus fuit verbi diuini? Sic matres, sic fratres, &c. qui amico diligunt affectu. Hinc. 1. Cor. 7. Tanquā nihil habentes, & oīa possidentes. Et si hoc parum videtur, addetur & ad cumulum, æternæ vitæ possessio in seculo futuro. Chrysostomus: Aspice qualiter paupertatem, quam docuerat, dīs per opera demonstrauit: confundant paupertatis detractores, cuius gloria in capi

te no-

te nostro in ipsis etiam incunabulis refulget. Luc. 2. Pannis eum involuit, & reclinauit in præsepio, qa nõ erat ei locus in diuersorio. 2. Corinth. 8. Scitis gratiã domini nostri Iesu Christi, qm propter vos egenus factus est, cum eẽt diues, vt illius inopia vos diuites eẽtis. Matth. 8. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius aũt hominis non habet vbi caput suum reclinet. Itaq; ne discipulis securitatem adderet, quod à domino ob derelictas res & affectus neglectos essent collaudati, adiecit:

Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. P

Non enim in rebus sita est ista laus, sed affectibus. Pauperior est, qui quod casu obtigit, sic habet quasi non habeat, facile donans quoties subleuandus est proximus: nec gaudio gestiẽs si quid accrescat, nec dolore contabescens si quid eripiatur: quàm is, qui hoc ipsum quanuis pusillum quod habet, magnifacit, nec augendi vllum facit finem. His dictis videbatur Iudam notare, qui quum & ipse relictis oñibus sequutus esset dominum, tamẽ post sceleratius auarus compertus est, q ij qui iuxta mundum sunt opulentissimi. Sic & Iudæi nouissimi facti, qui primi, econtra gentes. Hieronymus: Non tempore differente domino, sed fide.

¶De operarijs in vinea, Matth. 20.

## ARTICVLVS LXXXIIII.

SImile est regnũ cælorũ homini patrifamilias, q exijt primo mane cõducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro ocioso, & dixit illis: Ite & vos in vineam meã, & qd iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autẽ exijt circa horam sextam & nonam, & fecit similiter. Circa vndecimam vero exijt, & inuenit alios stantes, & dicit illis: Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei: quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineam meam. Matt. 20 Q

Quoniam ænigma videbatur quod dixerat de primis & nouissimis, explanat parabola, qua declarat diuersis ætatibus homines esse vocatos ad cultum pietatis, & oñibus tamen iustitiæ cultoribus idem esse præmiũ æternæ salutis, modo vocati gnauiter laborauerint in vinea iustitiæ. Regnũ cælorũ, præsens dicitur ecclesia, quæ cũ triumphante vnũ facit regnũ. Huius rex, deus: lex, charitas: plebs, Christiani: vna merces, æterna felicitas, quæ hic in spe habetur, & illic percipitur in re. Roma. 8. Spe eñ salui facti sumus. 2. Corinth. 5. Quàm diu sumus in hoc corpore, peregrinamur à dño. Non tamẽ sumus hospites & aduenæ, sed ciues sanctorũ & domestici dei, Ephe. 2. Hinc Philip. 3. Nostra cõuersatio in cælis est. Coloss. 3. Quæ sursum sunt, quærite, non quæ super terram. Cõditor ergo noster recte paterfamilias dicitur, qui electos quos condidit, in mundo quasi subiectos in domo gubernat. Baruch. 3. O Israel, quàm magna est domus dei tui, & ingẽs locus possessionis eius. Deute. 32. Nonne ipse est pater tuus, qui possedit, fecit & creauit te? Sapiæ. 11. Diligis omnia quæ sunt, & nihil eorum odisti quæ fecisti: nec eñ odiens aliqd fecisti aut constituisti. Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatum non esset, conseruaretur? Sapiæ. 12. Tu aũt dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos. Subest tibi, cum volueris, posse. Exijt non loci mutatione, sed noua operatione. Quũ eñ non cognoscitur, in occulto est: quando cognoscitur, de occulto procedit ad notitiam: eoq; frequentius exijt, quo amplius sui notitiam dedit Israeli, vt dicit Gregorius: Ad erudiendam plebẽ suã, quasi ad colendam vineam nullo tempore destitit operarios mittere: quia & prius p patres, & postmodum per legis doctores & prophetas, ad vltimum per apostolos, dũ plebis suæ mores excoluit, quasi per operarios in vineæ cultura laborauit. Quanuis & pro quolibet modulo vel mensura, quisquis cum recta fide bonæ prædicator actionis extitit, huius vineæ operarius fuit. Esa. 5. Vinea dñi exercituum, domus Israel est: viri Iuda, germen eius delectabile. Ne putaretur ante legẽ non fuisse, ait Psal. 79. Vineã de Aegypto transtulisti, & plantasti eam. Hanc ob malitiam agricolarum, qui hæredem occiderũt, alijs locauit, Matt. 21. Vt eñ vinea fertilis iucũdissimos fructus producit, ita & Christi ecclesia: atq; vt ramos quosdam habet aridos, ita & in ecclesiæ corpore est inuenire Paterfamilias quis.

membra quædam arida. Testatur dñs Iohan.15. Ego sum vitis, & vos palmites. Conducit aũt operarios, non loquutores, qui dicant & non faciant, Matth.23. Chrysostomus: Conuentio est vitæ æternæ promissio. Denarius imaginẽ regis habet, qui olim pro decem nummis computabatur: & signat, quod homo qui ad imaginem dei factus fuerat Gen.1. sed per peccatum deformatus, in æterna beatitudine perfecte reformaret ex obseruatione præceptorum decem decalogi, quæ in duobus charitatis præceptis includũtur, dilectionis dei & proximi. Diurnus dicitur, quia propter eum quotidie laboratur, & quotidie regnum ingredientibus cæleste datur, ipsumq; meremur in die gratiæ. Iohã.9. Venit nox quando nemo operari potest, & accipiemus in die gloriæ. Psal.83. Melior est dies vna in atrijs tuis super millia. Noluit diuina benignitas vt gratis sibi seruiretur, sed pro denario diurno, hoc est, regno cælorum. Diligenter ergo curandũ, ne de vinea excidamus per infidelitatẽ, & ne malitiose in ea operemur peccãdo: alioqui ejiciemur sicut Adã Gene.3. ac tertio, ne negligẽter laboremus. Hiere.48. Maledictus q facit opus dei negligẽter. Origenes: Affectus, nõ tẽpus, respicitur, q̃d quis fecit in fide: ideo non aspicitur ex quo quis vocatus est, sed quantum quis operatus est, & ob id omnibus idem tribuitur denarius. In foro, hoc est, in seculo, rerum temporaliũ negociationibus pleno, vbi plurimi animas vendunt, detenti per mundi concupiscentiam, fugientes bene operari per negligentiam. Ite & vos, dimittendo opera tenebrarum, faciendo fructus lucis. Roma.13. Abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Cum istis non componit de precio, sed quod iustum est dicit. Reddet enim cuiq; secũdum opera sua, Matt. 16. Ad vndecimam exiens, inuenit rebus temporalibus inhærentes, & spiritualem profectum negligentes. Iohan.16. Exiui à patre & veni in mundũ. Iohan.3. Lux venit in mũdum, & dilexerunt homines magis tenebras q̃ lucem. Eccl.33. Multam malitiam docuit ociositas. Vnde Ezech.16. Hæc est iniquitas sororis tuæ Sodomæ: superbia, & abundãtia panis, & ociositas. Prouer.12. Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui aũt sectatur ocium, stultissimus est. & 28. Qui sectatur ocium, replebit egestate. Omnis etiã gentiliũ vita, extra Christũ infructuosa. Nemo, inquit, nos conduxit, hoc est, vias vitæ nemo nobis aperuit. Nam per legẽ scriptã conducti nõ erant, & lex naturæ in ipsis obscurata. Roma.1. Obscuratũ est insipiens cor eorũ, vt perfectã de deo cognitionẽ non haberent. Actu.17. Et tẽpora quidẽ huius ignorãtiæ (qua sculptilia deos putarũt) despiciẽs deus, nunc annũciat hominibus, vt oẽs vbiq; pœnitentiã agãt. Hinc dñs grauitatem incredulitatis metitur, d. Iohan.15. Si nõ veniſſem, & locutus eis nõ fuissem, peccatũ nõ haberent: nũc aũt excusationẽ non habent de peccato suo. Roma.11. Cæcitas ex parte cõtigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret. Chrysostomus: Dies ista, operationũ dies: dies quæ sequitur, dies feriarũ. Consideranda pietas dei, quæ vt occasionẽ habeat p̃miandi, vndecima operarios mittit in vineam. Nam & gentiles ad vndecimã vocãtur. Possunt & ad vnumquenq; horarum diuersitates, per ætatũ momenta distingui. Mane puericia, in qua bene operari nitimur. Eccl.39. Cor suũ tradet ad vigilandũ diluculo, ad dñm qui fecit illum. Hora tertia, qui in adolescẽtia, quãdo sol (hoc est, calor naturalis) in altũ tendit. Thren.3. Bonum est viro cũ portauerit iugũ ab adolescentia sua. Proue.22. Prouerbium est, adolescens iuxta viam suã, etiam cũ senuerit, non recedet ab ea. Eccẽs 12. Memento creatoris tui in diedus iuuentutis tuæ. Hora nona qui saltem in senectute, quando sol (hoc est, calor naturalis) declinat. Vndecima, qui in decrepita ætate, & vltimo vitæ fine. Id enim vult parabola, q̃ & in senecta licet resipiscere & regnum cælorũ assequi. Concludit ergo dei pietas duritiam nostram.

Diurnus cur denarius dicat.

Mane.

Hora tertia.

Nona hora.

8 Cum sero autem factũ esset, dicit dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens a nouissimis vsq; ad primos. Cũ veniſſent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperũt singulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati sunt q̃ plus essent accepturi. acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes, murmurabant aduersus patremfamilias, dicentes: Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis feciſti qui portauimus pondus diei & æstus?

Sero mystice quid.

Sero, vt dicit Rabanus. mundi finis est, aut vitæ vniuscuiusq; terminus. tunc eñ non est tẽpus operandi fructuose, sed mercedis recipiendæ. Procurator Chrũs, cui oĩa pater dedit in manus, Iohan.13. Nam procurat nobis patris propiciationem. 1. Iohan.2. Si qs peccauerit, aduocatũ habemus apud patrẽ, Iesum Christũ iustũ: & ipse est propiciatio

pro pec

pro peccatis nostris.non pro nostris aũt tantũ,sed & pro totius mũdi.Sic & iustã remu
nerationẽ.Matth.25.Venite benedicti patris mei,possidete paratũ vobis regnũ.Heb.10
Habentes fiduciam in introitu sanctoꝝ in sanguine Christi.Voca operarios.Apoca.14.
Opera enim illoꝝ sequũtur illos.Apoc.22.Ecce venio cito,& merces mea mecũ est,da-
re vnicuiq; secundũ opera sua.1.Cor.3.Vnusquisq; propriã mercedẽ accipiet secũdum
suũ laborẽ.Iob.5.Hõ nascitur ad laborẽ.Vnde Gene.3.In sudore vultus tui vesceris pa-
ne tuo.Nã & primus homo positus fuit in paradisum, vt operaret & custodiret illum,
Gene.2.Ideo admonet Eccẽs.9.Quodcũq; potest manus tua,instãter operare: quia nec
opus,nec ratio,nec sapiẽtia,nec sciẽtia,erunt apud inferos quo tu properas.Chrysost.
Iustitiæ fuit,oĩbus reddere,sed nouissimis:primũ non fuit iustitiæ contrariũ,sed miseri-
cordiæ ostensiuũ.Iudæi prius vocati sunt,sed tamẽ gẽtes post vocatæ,non solũ æquatæ
sunt illis,verũ etiam antepositæ incredulis.Nã in aduentu dñi vocati, ad regnũ sine ali-
qua tarditate veniunt,æquales ijs qui ab initio mũdi cœperũt. prius etiam latronem q̃
Petrũ in paradisum perduxit. Qui circa vndecimã venerant,vna tantũ hora laboraue-
rant:& tamen acceperũt & ipsi singulos denarios vitã æternam,quæ (vt dicit Augusti.)
æqualis erit oĩbus,nulli lõgior,nulli breuior:meritoꝝ tamẽ diuersitate fulgebũt alij ma-
ius,alij minus.1.Cor.15.Stella differt à stella in claritate,sic & resurrectio mortuoꝝ.Io-
han.14.In domo patris mei mãsiones multæ sunt.Acceperũt & primo vocati,iuxta cõ-
uentionem singulos denarios:sed vidẽtes æquatos in præmio,qui nõ fuerãt pares in tem
poris spatio,abeuntes murmurabãt:non q̃ minus acceperint quàm constitutum, sed q̃
plus accipere voluerint his,in quos clementia se cõductoris effuderat. Semper Iudæi in
regno dei dignioꝛẽ locum habere voluerũt gentibus,vt patet in Actis.Eo q̃ æstũ meri-
dianũ pertulerimus,quũ isti venerint sub vesperam, refrigerato iam sole.Ante Christi
eñ aduentũ plus laborauerũt, eo q̃ mors nondum esset soluta,neq; diabolus contritus,
sed adhuc viuebat pctñ.Vnde de lege ait Petrus Actu.15.Quid tẽtatis deum imponere
iugum super ceruices discipuloꝝ,quod neq; nos,neq; patres nostri portare potuimus?
Nos aũt gratia Christi per baptismum iustificati,virtutem accipimus ad vincendũ ad-
uersarium nostrum,iam deictum & occisum à Christo.

At ille respondens vni eorum.dixit: Amice,non facio tibi iniuriam.Nõ- 3
ne ex denario conueniſti mecum? Tolle quod tuum est,& vade. Volo autẽ
& huic nouissimo dare,sicut & tibi. An nõ licet mihi,quod volo,facere? An
oculus tuus nequam est,quia ego bonus sum? Sic erũt nouissimi primi,& pri
mi nouissimi.Multi enim sunt vocati,pauci vero electi.

Vni pro omnibus dixit:Amice,nõ facio &c.quur meã benignitatẽ inuides alijs? Mea
in alios gratuita liberalitas,te nõ lædit.Iob.8.Nunquid deus supplantat iudiciũ,aut om
nipotens subuertit quod iustũ est? Præstitisti operam,habes mercedẽ.De tuo nihil de-
cedit,si quid huic additur ex mea liberalitate.An mihi liberꝝ non erit per te,de meo q̃d
volo facere? Cũ eñ volũtas dei sit essentialiter idem quod sapiẽtia & iustitia,nec iniusta
nec irrationabilis esse potest:sed eo ipso quod aliquid vult,iustum est.Sap.12.Virtus tua
domine iustitiæ initiũ est.An oculus tuus liuore torquetur, quia me vides benignum in
eos quos lubitum est? Gregorius:Conquerendũ,non si daret quod nõ deberet,sed si nõ
daret,q̃d deberet.largitio gratiæ in præsenti,& gloriæ in futuro,nõ potest à nobis diju-
dicari,cur vni plus,alteri minus largiatur:sed eius ordinationi,qui ponderator est spiri-
tuum,Prouer.16.& cui omne cor patet,& omnis voluntas loquit,est penitus relinquẽ-
da.Psal.83. Gratiã & gloriã dabit dñs. Quanquam inter sanctos nec est liuor,nec mur-
muratio aduersus deum,tamẽ huiusmodi dictis expressit summã honorem quẽ nouissi-
mus est habiturus,vt in præmio locum primum sortiretur,& domini liberalitate æqua-
retur his qui prius venerant.Hac similitudine ostendit dñs neminẽ ab hoc præmio vi-
tæ æternæ secludi,qui modo vocatus audiat.Hoc præmium vt nõ debetur oĩno meritis
nostris,sed potius beneficentiæ diuinæ,tamẽ non contingit citra nostrũ conatũ, quan-
quam & hoc debeamus vocanti,q̃ ad cultum pietatis accedimus,q̃ in eo perseueramus
vsq; ad vesperam.Philip.1. Qui cœpit in vobis opus bonũ,perficiet vsq; in diem Chri
sti Iesu.& 2.Deus enim est,qui operatur in nobis velle & perficere pro bona volũtate.
Hinc 1.Cor.15.ait Apostolus:Plus oĩbus laboraui,nõ ego aũt,sed gr̃a dei mecũ. Statim
igitur properet,quisquis vocatus fuerit:alioqui frustra fuerit vocatus,si nõ det operam
vt sit etiam electus.Psal.39.Annũciaui & locutus sum,multiplicati sunt super numerum.
Gregorius:Ecce vox omniũ Christũ clamat,sed vita non clamat. Pleriq; dum deum vo

cibus sequũtur, moribus fugiũt. Tit.1. Cõfitentur se nosse deũ, factis aũt negãt. Pauci ergo electi, qa multi male operãtur. Hiere.4. Vt inique agerẽt laborauerũt, Matt.7. Non omnis qui dicit mihi, dñe dñe, intrabit in regnũ cælorũ: sed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnũ cælorũ. Aut hic mercedẽ accipiunt. Matt.6. Amen dico vobis, receperunt mercedẽ suã. Aut nõ perseuerant in finẽ. Matt.10. & 24. Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Eccl.18. Ne veteris vsq; ad mortẽ iustificari. Apoc.22. Iustus iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. Sumus enim dei mercenarij, vt dicit Chrysostomus, q nunq̃ fine opere eẽ possunt, curentq; oportet opera dñi, nõ sua. Anselmus: Quicũq; nondũ viuit vt pauci, aut vitã suam corrigẽdo se inter paucos colligat, aut cũ multitudine timeat reprobationẽ. 2. Pet.1. Quapropter fratres magis satagite, vt p bona opa certã vestrã vocationẽ & electionem faciatis.

¶ De paucitate saluandorum, & dolo Herodis, Luc.13.

## ARTICVLVS LXXXV.

Luc.13 R

ET ibat per ciuitates & castella docẽs, & iter faciẽs in Hierusalem. Ait autem illi quidam: Domine, si pauci sunt qui saluantur? Ipse autem dixit ad illos: Contendite intrare per angustam portam: qa multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt:

Causam assignat, quare pauci electi: qa vocati renuũt, & ideo post cũ volũt, ingressum non inueniunt. Proue.1. Quia vocaui, & renuistis: extẽdi manũ meã, & nõ fuit qui aspiceret, despexistis omue consiliũ meũ, & increpationes meas neglexistis. Ego q̃q; in interitu vestro ridebo & subsannabo, cũ vobis id q̃d timebatis aduenerit. Ob id em̃ dñs ciuitates & castella obambulabat, vt vocaret ad ingressum regni per pœnitẽtiæ viã. Luc. 4. Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnũ dei, qa ideo missus sum. & 5. Non veni vocare iustos, sed pctõres ad pœniam. Conandũ est, qa angustus ingressus, sed ducit ad latitudinẽ regni cẽlorũ. nõ capit hæc porta onustos diuitijs. Marc.10. Quàm difficile est, cõfidẽtes in pecunijs regnũ dei introire. Cumulatos honoribus. Ioh.5. Qũo vos potestis credere, q gloriã ab inuicẽ accipitis, & gloriã quæ à solo deo est non quæritis? Nõ distentos luxu. Rom.16. Huiusmodi Christo dño nostro nõ seruiũt, sed suo vẽtri. Non graues auaritia. est em̃ idolorũ seruitus,, Ephe.5. Non turgidos & elatos fastu. 1. Petri.5. Deus superbis resistit, humilibus aũt dat gratiã. Qui tales sunt, eligũt viã latam, spatiosam, & prima facie blandã, sed ducentẽ ad mortẽ. Prouer.14. Est via quæ videtur homini iusta, & nouissima eius deducũt ad mortẽ. Proue.12. Via stulti recta in oculis eius: qui aũt sapiẽs est, audit consilia. Cum lite ergo & pugna cõtra dæmones, mundũ & carnem, irrefrenatãq; propriã voluntatẽ, Christi sectanda sunt vestigia. Matt.16. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suã, & sequatur me. 1. Iohan.2. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Hæc via ingrediẽtibus aspera videtur, sed ingressis dulcescit. Prouer.4. Ducã te per semitas iustitiæ: quas quũ ingressus fueris, nõ arctabũtur gressus tui: & currẽs, nõ habebis offendiculũ. Mat.11. Iugum meum suaue est, & onus meum leue. Hinc Iohan.10. Ego sum ostium. per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur, & egrediet, & pascua inueniet. Cũ aũt sero q̃sierint, nõ patebit aditus. Matt.25. Nouissime veniunt & reliquæ virgines, dicẽtes: Dñe domine, aperi nobis, At ille respondẽs, ait: Amen dico vobs, nescio vos.

Angusta porta quos seu quotu plices non capiat.

Cum autem intrauerit paterfamilias, & clauserit ostiũ, incipietis foris stare & pulsare ad ostium, dicentes: domine domine, aperi nobis. Et respondẽs
z dicet vobis: Nescio vos vnde sitis. Tunc incipietis dicere: Manducauimus coram te & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis: Nescio vos vnde sitis. Discedite a me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit fletus & stridor dentium, cum videritis Abraam & Isaac & Iacob, & omnes prophetas in regno dei, vos autem expelli foras. Et venient ab oriente & occidẽte & aquilone & meridie, & accumbent in regno dei: Et ecce sunt nouissimi, qui erant primi: & sunt primi, qui erant nouissimi.

Quàm

Quàm nociua sit mora cuiq;,indicat.Cũ intrauerit paterfamilias Christus,completo finali iudicio,cum vniuersis electis cælestem paradisum,& clauserit ostiũ,quod nunc patet omnibus admittentibus,tum sero resipiscentes,agnoscetis errorem vestrũ: & inuidẽtes his qui sunt ingressi, incipietis obsidere ostium,ab electis loco & præmio separati. Tunc ille qui prius auditus non est inuitans ad ingressum, vicissim non audiet vos. Prouer.1.Tunc inuocabunt me,& non exaudiam:nocte consurgent, & non inuenient me, eo ꝙ exosam habuerint disciplinam,& timorem domini non susceperint,nec acquieuerint cõsilio meo,& detraxerint vniuersæ correptioni meæ.comedent igitur fructus viæ suæ,suisq; consilijs saturabuntur.Proue.28.Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.Nescio vos per approbationẽ. 2.Timoth.2.Nouit dominus qui sunt eius.Psal.1.Nouit dominus viam iustorum,& iter impiorum peribit.Proue.12. Iter deuium ducit ad mortem.Nouit dominus oĩa notitia simplicis visionis. Heb.4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius.Prouer.15.In omni loco oculi domini contẽplãtur bonos & malos.At illi:Qui sit domine,vt non agnoscas nos? Ad Israelitas simpliciter referri potest,quanquam & nos manducamus corpus diuinum, & bibimus eius sanguinem coram eo,quotidie ad eius mensam mysticam accedẽtes,& docet in plateis nostris dominus.Atqui nulla inde vtilitas,si auditores quidem diuinæ legis fiamus,nõ aũt factores.Imo contra ad maiorem tormẽtorum occasionem audiuisse accedit,sicut & diuinarum sanctificationũ sumptio ad iudicium.Ista enim non efficiunt germanos Christi discipulos.Qui enim vestigijs Christi ingressus non fuerit,hũc non agnoscet,dicens: Vos cuiates fitis,nescio.O durum & intolerabile verbum, nesciri ab eo qui nouit oĩa. 1.Corinth.14.Si quis ignorat,ignorabitur.Sed plus horrendum quod subditur: Abite procul,recepturi vobis dignum præmium ab eo quem coluistis. Psal.5.Neq; habitabit iuxta te malignus, neq; permanebũt iniusti ante oculos tuos.Psal.139.Veruntamẽ iusti confitebuntur nomini tuo,& habitabunt recti cum vultu tuo.Famuli mei,quoniã mecũ sunt,& mea causa passi sunt,mecum æterni conuiuij iucũditate fruentur.2.Cor.1.Sicut socij passionum estis,sic & consolationis eritis,Luc.22. Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis: & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum,vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Vos ergo qui seculi voluptates,æternæ prępositis felicitati,illuc abite vbi erit fletus,ex diuersis generibus infernalium tormentorum.Psal.10.Ignis,grãdo,nix,glacies,spũs procellarũ, pars calicis eorum.Matth.25.Ite maledicti in ignem æternũ.Et stridor dentiũ,ex vehementissimo frigore.Iob.24.Ad nimium calorẽ transiet ab aquis niuium,& vsq; ad inferos peccatũ illius.Augebit autem calamitatem,aliorum conspecta felicitas, quos hic fueratis persequuti.Psal.111.Peccator videbit & irascetur,dentibus suis fremet & tabescet,desiderium peccatorũ peribit.ac vos ab his prognatos (Abraam, Isaac & Iacob,&c.) expelli foras, neq; quicq̃ vobis prodesse generis & cognationis prærogatiuam.Iohan.8Si filij Abrahæ estis,opera Abraæ facite.Apoc.22.Foris canes & venefici,& impudici,& homicidæ,& idolis seruientes,& omnis qui amat & facit mendacium.Venient autem non solũ ex Iudæa,sed ex omni natione quæ sub cælo est.Act.10.Non est acceptio personarum apud deum,sed in omni gente qui timet deũ & operatur iustitiam, acceptus est illi. Roma.9. Quid ergo dicemus? ꝙ gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiã, iustitiam autem quæ ex fide est:Israel autem sectando legẽ iustitiæ,in legem iustitiæ nõ peruenit.Quare? quia non ex fide,sed quasi ex operibus.Offenderũt eñ in lapidẽ offensionis,sicut scriptũ est Esa.28.Ecce pono in Sion lapidem offensionis & petrã scandali, & omnis qui credit in eum,non confundetur.Sic & nos primi videmur, vtpote à cunabulis instructi nomen Christi & professi:sed postremi erimus,prælatis gentibus qbusdam qui in fine vitæ suæ conuertẽtur.Ita & virtutibus p̃clari quandoq; paulatim tepescunt.Apoc.2.Habeo aduersum te pauca,ꝙ charitatẽ tuã primam reliquisti. Hinc 1.Corinth.10.Qui stat,videat ne cadat.Econtra vitiosi pœnitendo crescunt. Roma.5.Vbi abundauit delictum , superabundat & gratia.

In ipsa die accesserunt quidam pharisæorum,dicẽtes illi:Exi & vade hinc quia Herodes vult te occidere. Et ait illis:Ite, dicite vulpi illi,ecce eĵcio dæmonia,& sanitates perficio hodie & cras,& tertia die consummor. Veruntamen oportet me hodie & cras & sequenti die ambulare, quia non capit prophetam perire extra Hierusalem.

Quoniam hæc inuisa Iudæorũ auribus (Non eñ sufferre poterãt gẽtes sibi præferri,

vt claret in Actis) passim magna cum libertate docebat Iesus, inuidia tabescẽtes dominum terrere nitebantur, ne miracula faciẽdo, turbas sibi cõciliaret & virtute diuini verbi alliceret, dicentes: Consule vitæ tuæ, & relinque Galilæã. Monstrat autem dñs nihil sibi periculi esse à quoquam homine, etiã si plurimum vellet, nisi vellet ipse: nec se moriturum nisi eo tẽpore quo decretũ esset, nec alio mortis genere, nec alio loco quàm constitutum esset. Nõ em̃ in Galilæa, sed Hierusalem præfinitum erat passurum dominũ. Vulpi, qui versutia humana credit se aliquid posse aduersus consiliũ dei. Prouer. 21. Non est sapientia, non est prudentia, nõ est consiliũ contra dñm. Esa. 46. Consilium meũ stabit, & oẽs volũtas mea fiet. Luc. 22. Et filius quidem hominis secundũ quod diffinitũ est, vadit. Beda: Vulpes animal est fraude plenũ, in foueis latitans ad insidias, odore fœtens, nũquam recto incedẽs itinere. Sic malus princeps bestialis est, ventrẽ & luxum quærẽs, dolosus per calliditatem, simulatione & duplicitate prauam suam intentionem abscondens, per excogitatam versutiam insidians, fœtens per malam famam, curue incedẽs p conuersationem iniustam. Ecce nõ est humanum quod gero, nec licet definere ante tẽpus à deo præscriptũ. Siquidẽ Hierusalem antiqua prophetarũ est interfectrix, nec cõuenit vt propheta quisquam pereat extra eam. Assueti em̃ effundere seruorũ sanguinẽ, & ipsum dominum occident. Hoc dicto deum se declarauit.

Vulpis natura.

¶ De hydropico sanato & humilitate, Luc. 14.

## ARTICVLVS LXXXVI.

Luc. 14 G

ET factum est cũ introisset Iesus in domum cuiusdam principis phariſæorum sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum Et respondens Iesus, dixit ad legisperitos & pharisæos, dicens: Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanauit eum, ac dimisit.

Quanta diligentia salus animarũ procuranda sit, dominus ostendit, qui & factis & doctrina inimicos suos ad viam salutis reducere nõ destitit. Satis em̃ sciens pharisæorũ morositatem, domus eorũ ingredit, quia curæ ei fuit animarum vtilitas. Bernardus: Habuit Chrũs in factis obseruatores, in verbis contradictores, in tormẽtis illusores. Accumbebãt simul & pharisæi, qui more suo obseruabãt Iesum, si quid diceret faceretve, q̃d in eo calumniarẽtur. Inuidorũ mos est obseruare, quia nihil bono aspiciũt oculo, & de malis aliorum gaudent, & bonis tristantur. Sic fratres Ioseph. Gene. 37. Videntes aũt fratres eius quod à patre plus cũctis filijs amaretur, oderant eum, nec poterãt ei quicquam pacifice loqui. Inuidus alterius rebus marcescit opimis. Nam dupliciter obseruabãt, vt si curaret, damnarẽt quasi legis transgressorem & contemptorem: si non, arguerent impietatis & impotẽtiæ. Est em̃ hydropis morbus fere incurabilis, aquaticus, subcutaneus, de vitio vesicæ nascẽs, cum inflatione turgente & anhelitu fœtido, & est propriũ hydropiæ, quo plus bibit, tãto amplius sitit. Profuit misero venisse in conspectum dñi. Infelix peccator, qui se subducit ab eius cõspectibus, qui vult oẽs fieri saluos. 1. Timoth. 2. Qui vult oẽs homines saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire. Psal. 33. Accedite ad eum & illuminamini: & facies vestræ nõ confundentur. Ecõtra Psal. 72. Ecce qui elongãt se à te, peribunt: perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Hiere. 17. Domine, omnes q̃ te derelinquunt, confundẽtur. Non petebat verbo salutem propter pharisæos & sabbatũ, sed humili affectu. Psal. 9. Desiderium pauperũ exaudiuit dominus, præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Respondet dñs ad cogitata, deũ se declarans. Hire. 17. Prauum cor hominis & inscrutabile, q̃s cognoscet illud? Ego dñs scrutans corda & renes. Nã legisperitis & pharisæis, qui legis sciẽtia & vitæ eminẽtia pollebãt loquebat, quo eorũ cæcitatẽ manifestius argueret, quærens si sabbato liceret curare fine ipsius violatione. Hoc ipsos latere non debebat, quia opus diuinũ & charitatiuũ. Matt. 12. Itaq; licet sabbatis benefacere. Manifeste ergo irridet eos vt insipientes: siquidem quũ deus sabbatũ benedixerit, ipsi benefacere prohibẽt, & p hoc faciũt malũ. Nõ em̃ benedictus est dies, in quo nihil boni fieri solet. Conscientia ergo vrgẽte tacẽt, nõ ignorãtes cõtra se dictũ quicquid respõderint. Si em̃ licet, cur obseruãt? si nõ licet, cur pecora in sabbato curant? Matt. 12. Quãto melior magis est hõ oue? Ipse ergo quanq̃ nutu posset, tamẽ apprehẽsum sanauit ac dimisit, in signũ perfectæ sanitatis, vt qui prius morbo grauabat, ambularet expe-

ditus

ditus quo vellet. Felix quẽ Iesus apprehenderit, diu eñ in infirmitate permanere nõ potest. Esa. 42. Apprehẽdi manũ tuam, & seruaui te. Iob. 5. Increpationem domini ne reprobes, quia ipse vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabũt. Sic mutum apprehensum eduxit e turba, & sanauit, Marc. 7

Et respondẽs ad illos, dixit: Cuius vestrũ asinus aut bos in puteũ cadet, & nõ cõtinuo extrahet illũ die sabbati? & nõ poterãt ad hæc respõdere illi.

Hoc factũ quum esset mirabile, tamẽ pharisæos offendebat violata sabbati religio. Iesus aũt ostendens illoꝝ religionẽ esse præpostera, qui in salute hominis offenderẽtur, in asino seruato non offenderẽtur, temerarijs ipsoꝝ respondet iudicijs. Si tantũ, inquit, apud vos valet bouis aut asini salus, vt nõ putetis violari sabbatũ, quur mihi inuidetis q̃d hominẽ, cui præsens erat periculum ab aquis intercutaneis, seruarim die sabbati? Si opus expenditur, plus est operis in extrahendo iumento, q̃ in homine seruando. Vidi, contigi, ac dimisi. Si personam æstimatis, potior esse vobis debet vnius hominis salus, quàm plurimoꝝ boum aut asinoꝝ. Ad hũc sermonẽ obticuere pharisæi, quoꝝ animi sic erant corrupti deprauatiq̃, vt quum non haberẽt quod dilucidæ veritati responderent, tamẽ approbare non possent, q̃d à Iesu fieri videbant. Splendidissima enim luce veritatis euanescere videbant oẽs tenebras falsitatis, sic nanq̃ eos conuicit, vt eosdem etiam auaritiæ condẽnet, ostendẽs eos sabbatum violare in operibus cupiditatis, qui ipsum violare arguunt in officijs charitatis, legem male interpretantes. Non enim in sabbato à bonis, sed malis feriandum. Leuit. 23. Omne opus seruile non facietis in eo. Sic in æterna requie à malis tantum feriabitur, non à bonis. Non enim animalis saluti, sed suæ auaritiæ cõsulebant. Heu & modo plures tales. Bernardus: Cadit asinus, & est qui subleuet: perit anima & non est qui recogitet. Philip. 2. Omnes quæ sua sunt quærũt, non quæ Iesu Christi. Beda: Quia ipsum dñm obseruabant, prouida dominus dispensatione ante eos hydropicũ sanat, & mox contra auaritiam disputat, vt per huius ægritudinem corporis, in illis ægritudo exprimeretur mẽtis. Bene per hydropicũ auarus designatur, qui quanto copiosior diuitijs, quibus non bene vtitur, tanto ardentius per fas & nefas alia acquirere laborat. Eccẽs. 5. Auarus non implebitur pecunia: & qui amat diuitias, fructũ non capiet ex eis. Et hoc ergo vanitas. Vbi multæ sunt opes, multi & qui comedũt eas. Eccl. 10. Auaro nihil est scelestius. Nihil iniquius quàm amare pecuniã. hic enim animam suam venalẽ habet. Sitis enim auaritiæ nec inopia minuitur, nec copia satiatur, quin semper sitim implicat. Semper enim auarus eget.

Hydropicus mystice quis.

Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum inuitatus fueris ad nuptias, nõ discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, & veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum. & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade & recumbe in nouissimo loco: vt cũ venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

Quoniam dñs Iesus omnium factoꝝ suorum gloriã volebat esse penes patrem deum, pharisæoꝝ fucatam sanctimoniam vbiq̃ detegebat. Venabãtur eñ gloriam suam apud homines, & ideo inuidebant gloriæ dei. Atq̃ hic erat verus hydrops animæ, nascens ex corrupto iudicio mentis, veluti ex hepate vitiato, collocantes gloriam in his rebus in q̃bus nõ erat collocanda. Vides cœnas Christi quales sint: nempe in salutem animarum, & non in satietatem ventris, vertũtur. Sanauit hydropicũ, docuit pharisæos quod bonũ sit in sabbatis benefacere: & vidẽs eos de primo accubitu tumultuãtes, cupit & huic morbo mederi salutifero pharmaco, q nõ à parua, sed magna & vix ineffugabili causa incipit, inani inquam gloria. Morbus autem animi sanari non potest, si nõ cognoscas: quare ciuiliter vniuscuiusq̃ conscientiam tangit, vt neminem tamen prodat. Ostendit autẽ non esse veram gloriam quæ ambitur, sed quæ quum promerearis, vitatur. Hinc attẽdit quomodo eligerent, non quod eligerẽtur. Quo cõtra Heb. 5. Nemo sibi assumat honorem, sed qui vocatur à deo tanq̃ Aaron. Gregorius: Quãto gradus altior, tãto casus grauior. Hiero. Lætamur ad ascensum, sed timeamus casum: non est eñ tãti gaudij excelsa tenuisse, q̃ti mœroris excelsa tenuisse. Da huic locũ. Tũ pro capta gloria lucrifacies igno-

miniam,& cogeris cum rubore locũ tenere extremũ. Amice,aſcende ſuperius. Tũc tua modeſtia cedet tibi in gloriam apud conuiuas reliquos. Modeſtiam tuã agnoſcẽt ex eo, quo tibi poſtremum locũ elegeris: dignitatem agnoſcent ex cõuiuatore, qui te vt ſingularem amicũ, dignum honore iudicauit. Vide quomodo dominus hominẽ à culpa liberat,& quomodo ciuilem facit. Beda: Aperta eſt hæc ſaluatoris admonitio, ad literã docens non ſolum apud deum, ſed etiã apud homines humilitatẽ eſſe laudabilẽ. Proue.25. Ne glorioſus appareas coram rege,& in loco magnatorũ ne ſteteris. Melius eſt enim vt dicatur tibi, aſcende huc, q̃ vt humilieris coram principe. Omnis enim qui ſe exaltat, humiliabitur. Claret in Lucifero Eſa.14. Quomodo cecidiſti lucifer qui mane oriebaris? Luc.10. Videbam ſatanam ſicut fulgur de cælo cadentem. Sic primi parẽtes e paradiſo eiecti, Gene.3. Eccl.10. Initium omnis peccati ſuperbia. Hoc vere eſt humiliari, quando quis magno fruitur honore in mũdo, ſed miſer & humilis ſit apud deum. Apoc.3. Dicis quia diues ſum & locupletatus,& nullius egeo: & neſcis quia tu es miſer,& miſerabilis, & pauper,& cæcus,& nudus.& quãto quis ab aliquibus obſeruatur, tãto ab alijs irridet, & nonnunquam ab his à quibus honoratur. Quanquã nõ mox qui ſe coram hominibus exaltat, ſemper humiliatur, quũ videamus tales ſæpe in finẽ vſq; perſeuerare: & eos q ſe humiliãt, in ipſa ſua mediocritate perdurare: reſtat fine dubio, quũ deus nec fallere, nec falli poſſit, in futuro implendũ, tunc ſcilicet quando diabolus qui rex eſt ſuper oẽs filios ſuperbiæ, Iob.41. cum ſuis membris humiliabitur. Matth.25. Ite maledicti in ignẽ æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſa.14. Qui dicebas in corde tuo, in cælum cõſcendam, ſupra aſtra dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus aquilonis, aſcẽdam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo. Veruntamẽ ad infernum detraheris, in profundum laci. Humiles in ſuo capite exaltabũtur, audientes illud Matth.25. Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mũdi. Tria quo ad humilitatẽ cõſideranda. Primũ, humilitatis motiuum triplex. Saluatoris exemplũ in naſcẽdo, cõuerſando,& moriendo. Matth.11. Diſcite à me, q̃a mitis ſum & humilis corde. Eſa.53. Nos deſiderauimus eum deſpectũ & nouiſſimũ virorũ. Nam maledictus q̃ pendet in ligno. Deute.21. Galat.3. Chrũs nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictũ. Humanũ exordiũ. Gene.2. formauit igitur deus hominem de limo terræ,& inſpirauit in faciẽ eius ſpiraculũ vitæ,& factus eſt homo in animã viuentẽ. Eccl.10. Quid ſuperbis terra & cinis? Gregorius: Heu vnde faſtus homini, vnde tanta ſuperbia, cuius tam ærumnoſa natiuitas, cuius natiuitatem ſequitur tam laborioſa pœnalitas, cuius pœnalitatem concludit mortis neceſſitas, cuius eſſe momentaneũ, mũdus exilium, vita periculum? Iob.14. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs: qui quaſi flos egreditur & conteritur,& fugit velut vmbra,& nũquam in eodem ſtatu permanet. Bernardus: Cõſidera homo vnde veneris,& erubeſce: vbi es,& ingemiſce: quo vadis,& contremiſce. Sed nos ob ea quæ habemus, quaſi noſtra ſint, extollimur. 1. Cor.4. Quid habes quod nõ accepiſti? Si aũt accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Vitę periculũ. Eccẽs.9. Sunt iuſti atq; ſapientes,& opera eorum in manu dei: & tamẽ neſcit homo, vtrum amore an odio dignus ſit, ſed omnia in futurum reſeruantur incerta. Eccl.13. Humiliare deo & expecta manus eius. 1. Petr.5. Humiliamini ſub potenti manu dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis. Secundum, humilitatis fructus: nam exaltabitur. Eſt enim offenſæ reconciliatiua. Pſal.114. Humiliatus ſum,& liberauit me. 3. Reg.21. Nonne vidiſti Achab humiliatũ coram me? Quia ergo humiliatus eſt mei cauſa, nõ inducã malũ in diebus eius. Gratiæ acquiſitiua. Eccl.3. Quãto magnus es, humilia te in oĩbus,& coram deo inuenies gratiã. Iac.4. Deus ſupbis reſiſtit, humilib⁹ aũt dat gratiã. Eccl.35. Oratio humiliantis ſe, nubes penetrat. Animæ illuminatiua. Pſal.118. Intellectũ dat paruulis. Proue.11. Vbi fuerit ſupbia, ibi erit & contumelia: vbi aũt eſt humilitas, ibi & ſapiẽtia. Matt.11. Cõfiteor tibi pater dñe cæli & terræ, q̃a abſcondiſti hæc à ſapiẽtibus & prudẽtibus,& reuelaſti ea parulis. Triſtitiæ cõſolatiua. Iudith.8. Expectemus humiles conſolationem eius. 2. Cor.7. Qui cõſolatur humiles, cõſolatus eſt & nos. Gloriæ collatiua. Luc.1. Depoſuit potentes de ſede,& exaltauit humiles. Hinc Sauli dictũ eſt 1. Reg.15. Cũ eſſes humilis in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es. Phil.2. Hoc enim ſentite in vobis, q̃d & in Chriſto Ieſu, q cũ in forma dei eſſet, nõ rapinã arbitratus eſſe ſe æqualẽ deo, ſed exinaniuit ſemetipſum, formã ſerui accipiens, in ſimilitudinẽ hominũ factus,& habitu inuẽtus vt homo, humiliauit ſemetipſum, factus obediẽs vſq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis. Propter q̃d & deus exaltauit illũ,& donauit illi nomẽ q̃d eſt ſup omne nomẽ, vt in noĩe Ieſu omne genu flectat cæleſtiũ, terreſtrium & infernorum, & oĩs lingua confiteat, q̃a dñs noſter Ieſus Chrũs in gloria eſt dei patris. Tertiũ, Humiliatio-

Tria quæ dã circa humilitatẽ cõſideranda.

miliationis modus, vt sit cordialis. Est em̃ qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo, Eccl.19. Psal.50. Cor contritũ & humiliatũ deus nõ despiciet. Luc.1. Respexit humilitatẽ ancillæ suæ. Virtualis. Eccl.13. Attẽde ne seductus in stultitia humilieris. Ephe.4. Obsecro ego vinctus in dño, vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate & mãsuetudine, cũ patiẽtia supportantes inuicẽ in charitate. Quũ ergo nulla virtus aliqd sit sine humilitate, quo quisq; maior ẽ, hoc se magis debet deijcere, donec veniat ille, q̃ vera perpetuaq; gloria subuehit humiles iuncta mundũ, & elatos ac sublimes deijcit. Eccl.7. Est em̃ qui humiliat & exaltat circũspector deus. Psalm.37. Quoniam excelsus dñs & humilia respicit, & alta à longe cognoscit.

¶ De cœna, Lucæ.14.

## ARTICVLVS LXXXVII.

DIcebat autem & ei qui se inuitauerat: Cum facis prandium aut cœnã noli vocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neq; vicinos, neq; diuites: ne forte & ipsi te reinuitent, & fiat tibi retributio. Sed quum facis conuiuiũ, voca pauperes, debiles, claudos & cæcos, & beatus eris, quia nõ habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Hæc quum audisset quidam de simul discumbẽtibus, dixit illi: Beatus qui manducabit panem in regno dei. Luc.14 T

Hac parabola dñs docet, in q̃s opes collocandæ sint, si retributio quærit à deo. Diuites em̃ dum volũt hospitales videri, nõ vocãt quos reficiant, sed eos à q̃bus vicissim inuitẽtur, aut inde gloriã aucupent: sibi atq; hæc nõ est hospitalitas, sed ambitio, aut auaritia, vel vtrũq;. Est conuiuiũ vanitatis. Sic rex Assuerus grande conuiuiũ fecit cũctis principibus & pueris suis, fortissimis Persarũ & Medorũ inclytis, & p̃fectis prouinciarũ coram se, vt ostẽderet diuitias gloriæ regni sui, atq; magnitudinẽ ac potentiæ suæ iactantiam, Hest.1. In hoc conuiuio quũ incaluisset vino, reginã Vasthi honore & cõiugio spoliauit. Impietatis. Herodes cœnã fecit principibus, tribunis & primis Galilææ, in qua Iohãnẽ decollari p̃cepit, Marc.6. Sic Absalon fratrẽ suũ Amnon ad conuiuiũ vocatũ, occidi fecit, 2.Reg.3. Oq̃t spũaliter occidunt in cõuiuijs impiorũ. Proue.23. Noli esse in conuiuijs potatorũ, nec in comessationibus eorũ q̃ carnes ad vescendũ conferũt: quia vacãtes potibus & dãtes symbola, consument. Esa.5. Væ q̃ potentes sunt ad bibendũ vinũ, & viri fortes ad miscendã ebrietatẽ. Charitatis. Sic filij Iob faciebant conuiuia p̃ domos, vnusq;sq; in die suo: & mittẽtes, vocabãt tres sorores suas, vt comederẽt cũ eis, Iob.1. Talia cõuiuia ob amicitiã cõseruandã, tametsi sine peccato fieri possint, difficulter tñ fit quin peccata intercidãt. Hinc Iob sacrificiũ obtulit pro singulis & holocausta, dicẽs: Ne forte benedixerint filij mei deo in cordibus suis, & peccauerint, Iob.1. Hinc dixit filio suo Tobias, cũ esset dies festus dñi, & factũ eẽt prandiũ bonũ in domo ipsius: Vade, & adduc aliquos de tribu nostra timẽtes deũ, vt epulent nobiscum, Tob.2. Eccl.9. Viri iusti sint tibi cõuiuæ. Vtilitatis, hoc ostendit hic saluator, Bern. Fratres & amicos, ac diuites alterutrũ conuiuia celebrare, nõ quasi peccatũ dñs interdicit, sed sicut cætera humanæ necessitatis commercia, ad promerẽda vitæ cælestis p̃mia nil valere ostẽdit. Luc.6. Si benefeceritis eis q̃ vobis benefaciũt, q̃ vobis est gratia? Siquidẽ & peccatores hoc faciũt. Si ergo amici & fratres ac vicini pauperes sunt, & ob id vocant, fit meritorie: si diuites, tũc inuitãtur vel ad fouendã charitatẽ, sic meritoriũ est: aut lasciuiã vel aliã causam malã, sic peccatũ: aut ob quandã curialitatẽ & amicitiam naturalẽ, sic indifferẽs. Si ergo vis bene collocare prandium tuum, pauperes voca, qui conuiuiũ æquale, aut lautius exhibere nequeunt. In his refocillandis deum refice. Dices: in his opera & impensa perit, non em̃ habẽt q̃d rependant, & semper egent. Hoc ipso beatus eris, q̃a opulentissimũ habẽt dñm, q̃ sibi patietur imputari, q̃d in illos collocatũ est. Is restituet pro tẽporarijs æterna. Restituet em̃ haud dubie, si non in hac vita, quanq̃ hic quoq; restituet. Proue.11. Alij diuidũt propria, & ditiores fiunt. certe in resurrectione iustorũ, quæ ipsis erit ad gloriam, impijs aũt ad ignominiam. Pertinet hæc parabola ad subleuandam omnẽ necessitatẽ proximi, quocunq; officio charitatis promouendus sit ad salutem. Hæc quum dixisset Iesus, quidam conuiua, veluti per somnium tactus desiderio cælestis illius conuiuij, beatum fore ait qui mãducaturus esset panẽ in regno dei, paucos fore subindicãs, & hoc solũ ludęis cõtingere.

Cõuiuiorũ aliqt descriptio ac circũstantiæ.

Cõuiuãdi ipsissimæ rationes.

Iesus

Iesus autẽ proposita parabola docuit, primo quidẽ vocatos Iudæos, ne quæri possent se spretos esse: sed dum ipsi dediti rebus mundanis, vocati recusant venire, pluris habentes peritura bona, quàm vitam æternam, vocandas esse omnes promiscuæ nationis gentes, vt impleretur ecclesiæ cœtus.

Luc. 14 V

At ipse dixit ei: Homo quidam fecit cœnam magnã, & vocauit multos. Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia parata sunt omnia.

Ostendit nõ diuina austeritate, sed humana, prouenire puersitate, q̃ minus plurimi ad regnũ pertingãt æternũ, delicijsq; fruantur cælestibus. Homo hic, dñs est Iesus. 1. Tim. 2. Mediator dei & hoim homo Chrũs Iesus. Cœnã magnã in cælesti fecit palatio. Heb. 1. Et tu dñe in principio terrã fundasti, & opa manuũ tuarũ sunt cæli. Magna dicit. Psal. 47. Magnus dñs & laudabilis nimis in ciuitate dei nostri, in mõte sancto eius. Magni cõ uiuæ, qa filij dei. Rom. 5. Gloriamur in spe gloriæ filiorũ dei. Apoc. 5. Fecisti nos deo nostro regnũ & sacerdotes. Magni ministri. Dan. 7. Millia milliũ ministrabãt ei, & decies millies cẽtena millia assistebãt ei. Imo Chrũs Luc. 12. Trãsiens ministrabit eis. Iohan. 10. Ingredient & egredient, & pascua inuenient. Luc. 22. Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnũ, vt edatis & bibatis sup mensam meam. Magna fercula. Esa. 64. Oculus non vidit deus absque te, quæ præparasti expectantibus te. 1. Corinth. 2. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit, quæ præparauit deus diligentibus se. Sic & quũ nos participes hic facit carnis filij sui, q̃ magnũ salutis nostræ est mysterium. 1. Cor. 11. Cõuenientibus vobis in vnũ, iam nõ est dñicam cœnã mãducare. Vnusquisq; em̃ suã cœnã p̃sumit ad manducandũ. Reficit & nos cœna gratiæ hic, ne deficiamus in via. Apoc. 3. Ecce sto ad ostiũ & pulso. si qs audierit vocẽ meã, & aperuerit mihi ianuã, introibo ad illũ, & cœnabo cũ illo, & ipse mecũ. Eccl. 15. Cibauit illũ pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illũ. Venit mõ ad nos p gratiã, suscipiet post ad se p gloriã. Oẽs vocauit ad sui cognitionẽ, partim p ordinatã visibiliũ constitutionem. Roma. 1. Inuisibilia dei à creatura mũdi per ea q̃ facta sunt, intellecta conspiciũtur. partim p naturalẽ legẽ. Magis tñ proprie Israelitas. Mat. 23. Hierusalem Hierusalẽ, quoties volui cõgregare filios tuos, quẽadmodũ gallina cõgregat pullos suos sub alas, & noluisti? Nullũ em̃, quantum ex ipso est, excludit. 1. Timoth. 2. Qui vult oẽs hoĩes saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire. Matt. 11. Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati estis, & ego reficiã vos. Inuitarat olim p prophetas, denũciat rursus per Iohannẽ & filium hominis, qa parata sunt oĩa. In Græco ponitur cũ articulo, illũ seruum suũ Phil. 2 Exinaniuit semetipsum, formã serui accipiens. Esa. 49. Et dixit mihi, seruus meus es tu, quia in te gloriabor. Heb. 1. Multifariã multisq; modis olim deus loquẽs patribus in pphetis, nouissime locutus est nobis in filio. 1. Iohan. 2. Filioli, nouissima hora est. 1. Cor. 10 Nos sumus in quos fines seculorũ deuenerũt. Definito tẽpore, quũ diabolus malitiæ mẽsuram impleret, tũc ipse per incarnationis mysteriũ & sanctã vitã omne genus malitiæ sanauit. Galat. 4. At vbi venit plenitudo tẽporis, misit deus filiũ suum? Ad quid? Dicere inuitatis, vt venirẽt, Quanquã specialiter missus fuerit ad Israelitas. Matth. 15. Non sum missus nisi ad oues quę perierũt domus Israel. illis tamẽ ob terrena recusantibus, itum est ad gentes. Actu. 13. Vobis oportebat primũ loqui verbũ dei: sed qm̃ repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce cõuertimur ad gẽtes. sic em̃ præcepit nobis deus. 2. Cor. 5. Pro Christo legatione fungimur, tanquã deo exhortãte per nos: obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. Gregorius: Omnia sunt parata, qa Christo immolato patet introitus regni cælestis. Matth. 4. Pœnitentiã agite, qm̃ appropinquat regnũ cælorum. Nulla ergo nobis excusandi ratio, quũ oñia sint parata. Nihil em̃ restat nisi voluntatẽ indispositã ad gratiæ susceptionẽ præparare. Ioh. 14. Vado parare vobis locũ. Bern̄. Festinemus ad locũ tutiorẽ, ad agrũ huberiorẽ, ad pastũ suauiorẽ, vt habitem⁹ sine metu, abundemus sine defectu, epulemur sine fastidio. Psal. 30. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te? Psal. 35. Inebriabuntur ab hubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.

2 Et cœperũt simul oẽs excusare. Primus dixit: Villam emi, & necesse habeo exire & videre illã. Rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinq;, & eo probare illa. rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit Vxorem duxi, & ideo non possum venire.

Grego-

Gregorius: Quis nõ defleat audiẽs quia omnia parata sunt, & alius ob honores, alius ob diuitias, alius ob voluptates venire recusat, cum tamẽ ampliora ibi reperiat? Cũ eñ frui liceret diu expectata & optata cœna, excusant. Psal. 140. Nõ declines cor meũ in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. Ambrosius: Ideo excusant, quia nemini intercluditur regnũ, nisi quẽ suæ vocis professio excludit. Tit. 1. Confitent̃ se nosse deum factis aũt negant. Excidimus à deo, & propter villas, & propter iuga boum, & propter vxorem. Adhærẽtes eñ illis, & totã vitã in illa impendentes, & vsq; ad sanguinẽ vexati & excoriati, nullũ diuinũ vel sensum vel verbũ cogitamus, vel attẽdimus. In villa dominandi notatur appetitus, quẽ precio animæ plures emũt. Sic eñ circa conseruandum & acquirendũ honorẽ mundanũ superbi occupantur & ambitiosi, vt diuina negligẽtes p̃cepta, ad æternos nõ aspirent honores, nimia ambitione excæcati. Iohan. 5. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo deo est nõ quæritis? Eccl. 10. Initiũ omnis peccati superbia. Nam ambitio sic mẽtem impedit, ne se suo creatori substernat: quare gratiæ influxum recipere non valet. 1. Petr. 5. Deus superbis resistit, humilibus aũt dat gratiã. Ideo exeunt, regimen negligentes propriũ, & alior̃ ambientes, proximũ iudicantes, quemadmodũ pharisæus publicanũ in templo, Luc. 18. Finaliter necesse habebũt exire à cõsortio sanctor̃, quemadmodũ caput ipsor̃. Luc. 10. Videbam satanam tanquã fulgur de cælo cadentem. Rogabat excusari. Eccl. 19. Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Solent superbi sub humilitatis p̃textu honores aucupari. Sic Absalon 2. Reg. 15. In boum iugis auaritia signatur. Auarus enim rei domesticæ augendæ intentus, prius habet lucrum terrenæ possessionis, q̃ æternæ felicitatis: quinq; sensus in terra vertẽda occupat, quia in cœno temporalium veluti sus nutritur, dominicam cœnam fastidiẽs. Hinc idolorum nominatur seruitus. Ephe. 5. & 1. Timoth. 6. Radix omniũ malor̃ cupiditas: quam quidã appetentes, exciderunt à fide. Obserua quod ait, quinq; iuga: quia animam ligat vt se explicare nõ possit. Proue. 5. Iniquitates suæ capient impium, & funibus peccator̃ suor̃ constringetur. Vnde verbo vitium suũ exprimit, quia probatio ad curiositatem pertinet. Probat auarus quid possit pecunia in lucro, possessiones in fructu. Eccl. 10. Auaro nihil est sceleſtius. Nihil est iniquus q̃ amare pecuniam, hic enim animã suam venalem habet. Habent hi quinq; iuga, hoc est, quinq; sensus terrenis occupatos: si enim dominus dedisset sextum, is omnium esset occupatissimus. Christus iugum habet vnum, & id suaue. Matth. 11. Ium est ad tertium, qui ait: Vxorem duxi. scis q̃ sit res operosa, quot curas secum trahat: & idcirco si maxime velim, non licet nunc venire. Beda: Quia multi non propter fœcunditatem, sed desideria carnis vxores ducunt, ideo per rem iustam, hoc est, per coniugium carnalis voluptas designatur, propter quam studiosus ad dei cænam recusat venire. Tob. 4. Qui ita coniugiũ suscipiunt, vt à sua mente & à se deũ excludãt, & suæ libidini ita vacẽt vt equus & mulus, quibus non est intellectus, habet dæmonium potestatem super eos. Cõcupiscentia enim carnalis citius & leuius deijcit, & delectũ fortius ligat & tenet, vnde iste nõ rogat excusari. Ose. 4. Fornicatio & vinum & ebrietas auferunt cor. Ephe. 5. Hoc autẽ scitote intelligentes, quia omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolor̃ seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & dei.

Et reuersus seruus, nunciauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo: Exi cito in vicos & plateas ciuitatis, & pauperes ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. Et ait seruus: Domine, factum est vt imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo: Exi in vias & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autem vobis, quia nemo virorũ illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.

His atq; alijs prætextibus quũ se excusarent oẽs, reuersus seruus, renunciauit domino quomodo se excusassent. Ibi dñs indignans q̃ vltro vocati ad tam honorabile, tamq; felix conuiuium, ob res friuolas excusarent omnes, quo magis vrerentur in posterum, simul atq; intellexissent, & quantam gloriam spreuissent, & qui nũc in spretæ felicitatis societatem successissent, dixit seruo: Exi cito, excutias desidiã & torporẽ, ne ex mora vocandi in peccatis permanentes, & se non præparantes, à cœna cælesti excludant. Erunt qui fruantur, etiam si vocati contemnant oblatum honorem. In plateas ciuitatis, id est, Iudæor̃ gentẽ. Matt. 10. In viam gentiũ ne abieritis, & in ciuitates Samaritanor̃ ne intraueritis: sed potius ite ad oues q̃ perierũt domus Israel. Grego. Pauges & debiles sunt, qui iu-

qui iudicio suo apud semetipsos infirmi sunt: sed pauperes & quasi fortes sunt, q in paupertate positi superbiunt. Quia enim superbi venire contemnũt, pauperes eliguntur: qa iuxta pauli vocem, infirma mundi eligit deus, vt confundat fortia: & quæ stulta mundi sunt eligit deus, vt confundat sapientes. 1. Cor. 1. Sed dum morum vitia in membrorum debilitate signantur (vtpote pauperes in virtutibus, debiles ad bonum: cæci, ingenij lumine carentes: claudi, rectos gressus operationum non habentes) profecto liquet, quia sicut illi peccatores fuerunt qui vocati venire noluerũt, ita & hi qui vocantur & veniũt. Sed peccatores humiles eliguntur, & superbi repelluntur. Multi autẽ tales ex ludæis ad dominicam cœnam collecti sunt, sed hæc multitudo locum cõuiuij non impleuit. Hinc seruus ait: Factum est vt imperasti. Non enim sufficit facere quod imperat, sed sicut imperatur. Est adhuc locus, nam apparasti conuiuiũ innumerabiliũ conuiuarũ capax. Dominus autem volens apparatum conuiuiũ q̃ plurimis esse vsui, ait: Exi extra ciuitatẽ, & vndecunq; collige mẽdicos, hospites vel ignotissimos, qui latam & spatiosissimã ad mortem ducentem ambulant viam. Matth. 7. Qui si grauentur venire, vel improbitate cõpelle, vt impleatur numerus electorum, qui inexpletus non remanebit. 2. Timoth. 2. Nouit dominus qui sunt eius. Gregorius: Cum de vicis & plateis vocantur, ille populus signatur, qui tenere legẽ suburbana conuersatione nouerat. Cum de vijs & sepibus, agrestem illũ populũ designat, qui sine lege viuebat. Notandũ quod alij vocantur & venire nolunt, qui donũ intellectus accipiunt, sed eundẽ intellectũ operibus non sequũtur. Alij vocantur & veniunt, qui acceptam intelligentiam operando perficiunt. Quidam sic vocantur, vt etiam compellantur: qui bona facienda intelligũt, sed facere desistũt: vident quæ facere debẽt, sed hæc ex desiderio non sequuntur. His contingit plerunq;, vt eos in carnalibus desiderijs suis mũdi huius aduersitas feriat, apprehendere tẽporalem gloriã conẽtur & nequeant: & dum se frangi in suis desiderijs aduersante mũdo conspiciũt, qd de se autori suo debeant commemorant, ita vt ad eum erubescẽtes redeant, qui eũ pro amore mũdi superbiẽtes deserebant. Vnde dñs Ose. 2. Ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet: & sequetur amatores suos, & non apprehendet eos: quæret, & non inueniet eos, & dicet: Vadam & reuertar ad virũ meum priorem, quia bene mihi tunc erat magis q̃ nũc. Sic deus animã, carnis voluptates sequẽtem, plerũq; misericorditer respicit, & eius voluptatibus amaritudines permiscet: & ne quod male quærimus inuenire possimus, obsistit. Mala quæ nos hic premũt, ad deum ire compellũt. Augustinus: Felix necessitas quæ ad meliora compellit. Seneca: Infirmitati meæ gratias ago, quæ me cogit non posse, quod non debeo velle. Discimus q̃d pauperes cogendi vt beneficium percipiant, & q̃ discipuli inuiti docendi. 2. Timoth. 4. Prædica verbum, insta opportune, importune. Gregorius: Ecce vocat deus per se, p flagella, per suos, per miracula. nemo contemnat, ne dum vocatus excusat, cum voluerit, intrare non valeat. Ait enim: Nemo, quibus id honoris habitum est vt primi vocarẽtur & fastidierunt, gustabit cœnam meam. Eortasse pœnitebit olim quum viderint lautitias ac splendorem conuiuij, & inuidebunt ijs, quibus ipsorum fastidiũ locũ fecit. Sed frustra tum cupient ingredi, qui, cum liceret, excusarunt.

¶De odiendis parentibus, Luc. 14.

## ARTICVLVS LXXXVIII.

Luc. 14 X

IBant aũt turbæ multæ cum eo, & conuersus dixit ad illos: Si quis venit ad me, & nõ odit patrẽ & matrẽ, & vxorẽ & filios, & fratres & sorores, adhuc aũt & animã suam, non potest meus esse discipulus. Et qui nõ baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus

Ostendit quemadmodum omnibus contemptis, solus Christus sequendus sit & eligẽdus. Multi eñ ibant cum Iesu, qui non cum omni alacritate & obedientia sequebantur, sed frigidiores erant: ideo docet qualem deceat esse discipulum suum, d. Nõ omnis qui sequitur me pedibus, meus est discipulus. Oñibus humanis affectibus renunciet oportet qui volet meus perpetuus esse discipulus. Odio habeat, qui ad pietatem obstaculo sunt, & propter necessitudinem à bonis operibus prohibetur. Si non obsistũt, honorãdi sunt parentes ad extremum vsq; spiritum, quemadmodum ipse nutritio suo Iosep. Lucæ. 2. Et erat subditus illis. & matrem (Iohan. 19.) discipulo commendauit. Vnde Mat. 10. Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non est me dignus. Namsic deus omnia amat,

secun-

secundum id quod sunt per naturam, gratiam & gloriam. Sap. 11. Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Iniquos autem odit secundum quod tales. Sap. 14. Similiter sunt deo odio impius & impietas eius. Psal. 5. Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Sic & nos. Psal. 118. Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi. Psalm. 138. Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Hoc virtuosum odium vult hic dominus. Nã sic odienda & anima, renunciando concupiscentijs quæ nos separant à deo. Eccl. 18. Si præstes animæ tuæ concupiscentias suas, faciet te in gaudium inimicis tuis. Roma. 8. Si secundũ carnem vixeritis, morieminini: si autẽ spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Etiam si perferẽdum martyrium, quoniam perpetuum lucrũ proponitur. Duplex crux. Quædam imposita: hanc quidã portant impatienter cum siniſtro latrone, Lucæ. 23. Alij patienter, cum dextro latrone dicentes Luc. 23. Nos quidem iuste, nam digna factis recipimus. Hinc Apostolus Heb. 12. In disciplina perseuerate. Tanquam filijs vobis se offert deus. quis enim filius quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & non filij estis. Voluntarie assumpta. Galat. 5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs suis. Roma. 6. Hoc scientes, quia vetus noster homo simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. Gala. 2. Christo confixus sum cruci. viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Christus. Ideo subdit: Et sequitur me, non mundum, non carnem. 1. Iohan. 2. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Alioqui non est verus Christianus. Actuum. 11. Antiochiæ primum discipuli nominati sunt Christiani.

Odium virtuosum.

Crux duplex.

2

Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum: ne postquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? Alioqui adhuc illo longe agente, legationẽ mittens, rogat ea quę pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui nõ renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.

Proinde priusquã aggrediare negociũ nequaq̃ delicatum, animũ præpara ad omnia dura quæ sunt perpetienda: alioqui tolerabilius est non aggressum esse, q̃ ab eo quod cœperis deficere. 2. Pet. 2. Si enim refugientes coinquinationes mundi, in cognitione domini & saluatoris nostri Iesu Christi, his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Gala. 3. Sic stulti facti estis, vt cũ spiritu cœperitis, nunc carne cõsummemini? Ideo Eccl. 32. Fili, sine consilio nihil facias, & post factũ non pœnitebis. Gregorius: Omne quod agimus, præuenire per studiũ considerationis debemus. Non enim sufficit fidei fundamentũ, nisi perseuerantes superstruamus. 1. Cor. 3. Fundamentũ aliud nemo potest ponere, præter id quod positũ est, quod est Christus Iesus. Si quis aũt superædificat super fundamentũ hoc aurũ, argentũ, lapides precioſos, ligna, stipulã, fœnũ, vniuscuiusq; opus manifestũ erit. Sed qui sumptus, vel vnde? Non sufficit enim deligere Christum sequi, nisi adsit sufficiens alacritatis præparatio, vt perseueret. Hinc Iohan. 6. Multi discipulorum eius abierunt retro, & iam non cũ illo ambulabant. Matth. 10. Qui perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. Sed Ioh. 15. Sine me nihil potestis facere. Vnde Philip. 1. Qui cœpit in vobis opus bonũ, perficiet vsq; in diem Christi Iesu. Phil. 2. Deus est enim qui operatur in nobis & velle & perficere, pro bona voluntate. Operatur ergo in nobis, sed nõ sine nobis. 1. Cor. 15. Gratia dei sum id q̃d sum: & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis oĩbus laborauit: non ego aũt, sed gratia dei mecũ. Vt ergo velimus efficaciter, & possimus perseueranter, rogandus deus pro gratia, vt qui dat omnibus affluenter, & non improperat, Iaco. 1. Matth. 7. Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Alioqui timeamus ne dæmones illudant nobis. Psal. 12. Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero: ego aũt in misericordia tua speraui. Rogat ea quæ pacis sunt. Nã id sane tolerabilius est, q̃ experire martis aleam imparibus præsidijs. Honestius enim, ante prælium cõmissum agere de rebus cõponendis, q̃ post cladem acceptã, inhonestioribus legibus accipere pacem. Iudæi ignorantes dei iustitiam, & suam volentes constituere, iu

ſtitiæ dei non ſunt ſubiecti, Romano. 10. cum ſimplo contra duplum veniunt exercitiũ. Roma. 5. Arbitramur hominẽ iuſtificari per fidem ſine operibus legis. Iuſtitia aũt dei per fidẽ Ieſu Chriſti, in omnes & ſuper omnes qui credunt in eũ. Sic & munditiã operꝫ & iuſtitiam ſectantes, cordis neglecta, Matth. 23. Quo contra Apoſtolus. 2. Cor. 7. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationẽ in timore dei. Et vere in timore dei. Iob. 9. Vere ſcio ꝙ non iuſtificetur homo cõpoſitus deo. Si voluerit cõtendere cũ eo, non poterit reſpondere vnũ pro mille. Sapiens corde eſt, & fortis robore, quis reſtitit ei, & pacẽ habuit? Longe agit modo Chriſtus, differens iudiciũ, noſtrã exoptans reconciliationẽ. 2. Corꝫ. 5. Pro Chriſto legatione fungimur: tanq̃ deo exhortante per nos, obſecramus pro Chriſto, reconciliamini deo. 2. Pet. 3. Non tardat dñs promiſſionẽ ſuam, ſicut quidã exiſtimant: ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiã reuerti. Quantũcunq; ergo iuſti, quicquid habent,
3 ab ipſo habent. 1. Cor. 4. Quid em̃ habes quod nõ accepiſti? ſi ergo accepiſti, quid gloriaris quaſi nõ acceperis? Quid ergo reſtat, niſi vt pacẽ requiramus, dicẽtes: Non intres in iudiciũ cum ſeruo tuo dñe, quia nõ iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuẽs? Pſal. 142. Hinc concludit, niſi omnibus renunciatis, diſcipulũ verum non poſſe fieri. Non em̃ eſt in aliquo alio ſalus. Act. 4. Ideo Pſal. 72. Mihi aũt adhærere deo bonũ eſt, ponere in domino deo ſpem meã. Pſalm. 76. Renuit conſolari anima mea. Memor fui dei, & delectatus

Relinquere omnia.

ſum. Beda: Diſtat inter renunciare omnibus, & relinquere omnia. Paucoꝝ (id eſt, perfectorum) eſt relinquere omnia, hoc eſt, & curas mundi poſtponere: cunctoꝝ autem fidelium eſt renunciare omnibus, hoc eſt, ſic tenere quæ mundi ſunt, vt tamen per ea non teneantur in mundo, ſed licite eis vtantur. Pſal. 61. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. 1. Cor. 7. Reliquum eſt, vt qui habent vxores, tanq̃ non habentes ſint: & qui emunt, tanquam non poſſidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Præterit em̃ figura huius mundi. Hinc dominus adoleſcẽti ait: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ poſſides, & da pauperibus. Hic vero, Niſi quis renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

Renunciare oĩbus.

Y Bonũ eſt ſal. Si aũt ſal euanuerit, in quo condietur? Neq; in terrã, neq; in ſterquiliniũ vtile eſt, ſed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

Oportet diſcipulum meum eſſe ſimilem ſali. Sal, ſi vigorem habeat, valet ſeruandis & condiendis omnibus cibis. Hinc oportet, vt incorrupti in ſe & malitiæ ſint expertes, alios & doctrina & vitia condientes. Euſebius: Sal ſecundũ ſubſtantiam ex aqua conſtat, parum habens terreſtreitatis, deſiccatq; fluidam naturã, vel materiam corporum corruptorum, & mortua corpora conſeruat. Ideo dominus ſuos diſcipulos nominat ſal. Matth. 5 Vos eſtis ſal terræ. quia alios regeneraturi erant per aquam & ſpiritum ſanctum, corruptam q; hoĩm vitam, à fluxu vitiorũ reſtringere debebant. Quod ſi ſemel ſal eẽ deſierit, & vis illa natiua euanuerit, ita vt ipſi ſali ſale ſit opus, nulla ratione poteſt effici, vt ad vllum valeat vſum. Si em̃ profuturus aliꝭ, reprobus fiat, & vitioſa affectione & vita corruptus, neq; prodeſſe, neq; vtilitatem capere poterit. Et quia non ſimpliciter accipiendum de ſale, addit: Qui habet aures talium rerũ capaces, intelligat. Col. 4. Sermo veſter ſemper in gratia ſit ſale conditus. Nam ſi fuerit acharis, inſulſus dicitur.

¶De villico iniquitatis, Luc. 16.

## ARTICVLVS LXXXIX.

Luc. 16 Z Dicebat autem & ad diſcipulos ſuos: Homo quidã erat diues, qui habebat villicum. Et hic diffamatus eſt apud illum, quaſi diſſipaſſet bona illius. & vocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris villicare.

Vult dñs hic nos docere, vt bene diſpenſentur creditæ nobis diuitiæ, quaꝝ non domini, ſed diſpenſatores ſumus. Si em̃ in noſtrũ luxum abuſi fuerimus, accuſabimur, quũ dñs velit datis vti in vtilitatẽ conſeruoꝝ, nõ in proprias delicias. Phariſæi em̃ ſuperbi & auari, ſicut pœnitentibus veniam, ita egentibus pecuniam negabãt. Homo iſte diues, mediator dei & hominum eſt Chriſtus Ieſus. 1. Timot. 2. Diues in cælo & in terra. Matth. 28. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo m in terra. Pſal. 23. Domini eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarũ & vniuerſi qui habitant in ea. Sed quid Apoſtolus? Ephe. 2. Deus qui

diues

diues est in misericordia. Roma. 10. Diues in omnes qui inuocant illũ. Villicũ habet, id est, œconomũ, dispensatorem substantiæ domus suæ, quemlibet Christianũ, qui in baptismo sui accepit villicationẽ & proximi quem iuuare debet. 1. Pet. 4. Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in alterutrũ illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Quod eñ habet quisq; quo possit prodesse proximo, substantia diuitis domini est, quam oportet largiter in proximum erogare. Luc. 12. Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit dñs super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram? Beatus ille seruus, quẽ, cum venerit dominus, inuenerit ita facientem. Sed is delatus est, ꝙ profusior quàm par esset, dissiparet bona ipsius. Defert ante dominum omnia perlustrans veritas. Prouer. 15. In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos. Hiere. 29. Ego sum iudex & testis, dicit dominus. Angelica pietas. Matth. 18. Videntes conserui, nunciauerunt domino. Apoca. 22. Angelus dixit Iohanni: Conseruus tuus sum & fratrum tuorum. Diabolica peruersitas, quæ nec iustis parcit. Iob. 1. Nunquid Iob frustra timet deum? Nonne tu vallasti omnem substantiam eius per circuitum? Operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra. Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ habet, nisi in faciem benedixerit tibi. Ecce quum in operibus non haberet quod accusaret, intentionem malam prætendit, quasi Iob propter tẽporalia deo seruiret. Quid faciet de nobis, plenis omnibus malis? Apoc. 12. Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat eos die ac nocte. Conscientiæ puritas. Roma. 2. Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & cogitationum inuicem accusantium, aut etiam defendentium. Esa. 66. Marc. 9. Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Peccati enormitas. Gen. 4. Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Gene. 18. Clamor Sodomorum & Gomorræorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Sic & oppressio pauperum. Exo. 3. Clamor filiorum Israel venit ad me, vidiq; afflictionem eorum qua ab Aegyptijs opprimuntur. Sed nunquid frustra. Luc. 18. Deus non faciet vindictam electoꝝ suoꝝ, clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis, quia cito faciet vindictam illorũ. Quasi dissipasset bona, sibi ad bene vtendum & erogandum tradita. Quantumcunq; qs tam naturalibus q̃ alijs abutatur donis, deus tamen in bonũ reducit sua bonitate ordinem & finem suæ bonitatis & iustitiæ. Nec vnquã sic destituitur humana natura in hac vita, quin per dei clementiam reparari possit, quod angelo non contigit. Vnde dicitur, quasi dissipasset. Vocauit dominus œconomum, vt indicaret illi reddendã rationem procurationis, & quod dispensaturus non esset vltra res suas. Hic plane patet, quod non de finali iudicio agitur, quia locus datur pœnitentiæ. Vocat ergo inspiratione, prædicatione, flagellatione, mortis timorem incutiendo & iudicij, vt cogitet quam domino de omnibus rationem reddat. Ponit tria verba magni horroris, quæ mente recondita, ab omni peccato retraherent hominem. Primũ, rigidæ reprehensionis. Quid hoc audio de te, sic dotato muneribus gratiarum, præuento benedictionibus, constituto dispẽsatore? Sic increpat male cogitantes, male loquentes, praue operantes. Sic prælati subditoꝝ arguere debent vitia, non dissimulare, ne cum ipsis puniantur sicut Heli 1. Reg. 2. & 4. Secundo, veritatem inquirere. Gene. 18. Descendam & videbo, vtrum clamorẽ qui venit ad me, opere cõpleuerint, an non est ita vt sciam. Tertio, crimen proponere, quo excusari possit vel corrigi. Secundum, anxij timoris. Redde rationẽ, quid agas apud te, quid apud proximum, quid cogites in corde, quale proferas verbũ, quid auditu delectet, cui infigas oculum: redde rationẽ, bona mea dissipas, bonis male vteris, bona mea das extraneis. Voco, & non respondes: porrigo manũ, & nõ respicis. Iob. 31. Quid eñ faciam, cũ surrexerit ad iudicandũ deus? & cum quæsierit, quid respondebo illi? Omnia eñ tunc nuda erunt, quũ libri aperientur conscientiarum. Apoc. 20. Libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris, secundũ opera ipsorũ. 1. Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare, (temere proximum) quoadusq; veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Sap. 1. In cogitationibus impij erit interrogatio. Matth. 12. Omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationẽ de eo in die iudicij. 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet añ tribunal Chri, vt referat vnusq; propria corpis, prout gessit, siue bonũ, siue malum. Et non solum de malis commissis, sed & de lucris neglectis. Matth. 25. Inutilem seruum eñcite in tenebras exteriores. illic erit fletus & stridor dentiũ. Tertium, amari doloris. Cito enim aufertur hæc dispensatio, quoniam hic omnis vita breuis est, & post hãc vitam non est bene merendi facultas. Verum vel tarde sentiemus quò feramur: & quum dies illa venerit, laborare non poterimus, quia nox. Iohan. 9. Venit nox quando nemo

Villicus ꝙ prie simul & mystice quis.

Delatores villici quot & qui.

Tria horribilia in villicũ verba

Prælatis q̃ tria potissimũ ageda

operari potest. Ideo Gala. 6. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum. Eccl. 14. Ante mortem para iustitiam. Nam Eccles. 9. Quodcunq; potest manus tua, instanter operare: quia nec opes, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erũt apud inferos, quo tu properas.

2 Ait autem villicus intra se: Quid faciam quia dominus aufert a me villicationem? Fodere non valeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam, vt cum amotus fuero a villicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitq; illi: Accipe cautionem tuam, & sede cito, & scribe quinquaginta. Deinde alio dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis quia prudenter fecisset, quia filij huius seculi, prudentiores filijs lucis sunt in generatione sua.

Oeconomus, vt intellexit breui futurum, vt amoueretur à dispensatione, callide sibi prospexit in breui. Non est enim, inquit, vnde viuam. Nihil mihi collegi dum licuit, superest vt aut ad stipem diurnam fodiam in agro, aut publicitus mendicem. Parabo ergo mihi amicos ex facultatibus domini mei: hi submotum ex officio dispensandi, memores meæ erga se benignitatis, recipient me in domos suas. Confugit ad mundanam sapientiam, quæ est quomodocunq; viuendi astus. Sapien. 15. Sed & lusum æstimauerũt vitam nostram, & conuersationem compositam ad lucrum, & oportere vndecunq; etiam ex malo acquirere. Obserua quantum timor operetur. Prouer. 15. Per timorem domini declinat omnis à malo. Ait intra se, quum foris in tali casu amicum non habeat. Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Philip. 2. Nam bona quærunt temporalia amici, non animæ, de cuius salute vtinam & nouissima esset cura, & non penitus nulla. Gregorius: Tanto securius quisq; dominũ expectat, quanto quotidie vitam suam suspectius examinat. Chrysostomus: Fidelis dispensator desiderat cum Paulo dissolui, & esse cum Christo. Is autem cuius vota terrena, anxiatur in exitu. Vita enim præsens exercitium habet mandatorum, futura solatium. Si nihil operatus es hic, frustra in futuro speras. Nõ enim finita vita ista, est locus vt terram cordis nostri compunctione scindamus ad ferendum fructum, aut mendicando: confusibile enim tunc erit mendicare, vbi non exaudimur, vt patet in virginibus, Matth. 25. & diuite epulone, Lucæ. 16. Clementissimus dñs nolens quenq; perire, istud quoq; tolerat, & laborẽ fugere, & pudorem. Illud, quia difficile: istud, quia contemptibile propter repulsam, dummodo corde compungantur, & eleemosynarum largitione redimant. Singulatim debitores vocauit, ne apud dominum de fraude accusari posset, & quisq; specialem sibi crederet gratiam factam. Primo medietatem remisit, dicens: Dominus prædiues est, volo vt dimidium lucrifacias opera mea. Accipe cautionẽ, chirographũ manus tuæ, & sede cito, qui periculũ in mora. Sequẽti quintam remisit partẽ, & sic de alijs. Amotus à villicatione apud illos viuebat, nunc ab hoc, nunc ab illo amice receptus. Quod vbi dñs intellexit, laudauit ipsius astũ, prudentiam q; mundanã, licet & id fecerit in fraudem dñi sui. Non ergo de fraude, sed de prouidentia, sicut serpens non de veneni profusione, sed capitis cõseruatione, nobis imitandus & laudãdus proponitur. Matth. 10. Estote prudentes sicut serpẽtes. Omnis enim parabola oblique & figurato modo, rem quarundã naturam manifestat, non per omnia rebus illis assimilata, propter quas assumpta est. Idcirco nõ oportet omnes parabolæ partes curiosius inquirere, sed quatenus apparent proposito vtiles: reliquæ finẽdæ sint, quasi parabolã cõtexentes, & nihil ad propositũ inducẽtes. Taxat ergo dñs nostrã socordiã, & ad huius imitationẽ suos exhortatur. Nã si laudatus est qui bona sui dñi ante dissipauit, & de residuo amicos sibi per furtũ procurauit, multo magis Christus, qui nullũ damnũ sustinere potest, & largissimus, laudat misericordiam præstantes. Ingratitudo aũt nostra arguitur, si cõsideremus quæ & quanta nobis deus contulit: in creatione, gubernatione, reparatione, imo quæ præparauit in glorificatione. Hinc omnes debitores sumus, quare & orare nos docuit Matth. 6. Dimitte nobis debita nostra. Sed filij huius sæculi, qui mundũ pro patria habẽt, & in terrenis hæreditatẽ quærunt, seculo se cõformant, qui laudant oĩa quæ in terra lucrosa sunt. 1. Io. 4. Ipsi de mũdo sunt, & de mũdo loquuntur, & mũdus eos audit. diligẽtiores sunt in temporalibus acquirendis, cõseruandis, & expẽdẽdis, filijs lucis, hoc est, dei, quia deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ, 1. Ioh. 1. & quia lucidã habẽt conuersatio-

Villici prouidẽtia, nõ fraus, imitanda.

Parabolarũ partes non omnes discutiẽdæ

uersationem. Ephe. 5. Eratis aliquãdo tenebræ, nunc aũt lux in dño, vt filij lucis ambulare. & quia lucem æternam quærunt, & hæreditabunt. Origenes: Filij huius seculi non sapientiores, sed prudẽtiores dicuntur filijs lucis: & hoc nõ absolute, sed in generatione sua in his quæ ad carnalẽ spectant generationẽ. Sic cattus clarius videt homine, nõ ad legendas literas, sed capiendos mures. Inuenimur eñ in humanis dispensationibus res nostras prudẽter dispensare, vt etiã si administratione exciderimus, habeamus quoddã refugiũ vitæ. In his aũt rebus, quæ debent secundũ deũ dispensari, nullã videmur gerere curam, quomodo rationẽ dispensationis demus, & ex hac vita educti ne inueniamur ab omni cõsolatione destitui. Ro. 8. Prudentia carnis mors est: prudentia aũt spũs, vita & pax.

Et ego dico vobis: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt quũ defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. 9

Tempus hoc quoniam breue est & incertum, properandũ est, vt erogatis in pauperes terrenis facultatibus, paremus nobis viaticũ in vitam æternã. Mammona, diuitiæ iniquitatis dicuntur lingua Syrorũ: quia vt communiter, aut inique colliguntur, aut auare retinentur, aut iniuste expenduntur. & sic quæ nobis datæ sunt vt sint arma iustitiæ, à nobis ad iniustitiã vertuntur. 1. Timo. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationẽ & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt hominẽ in interitũ & perditionẽ. Hinc dicitur Eccl. 31. Beatus dives qui inuentus est sine macula, & qui post aurum nõ abijt, nec sperauit in pecuniæ thesauris, quis est hic, & laudabimus eum? fecit eñ mirabilia in vita sua. Si ergo iniuste acquisitæ sunt, restitui debent. Luc. 19. Si quid aliquẽ defraudaui, reddo quadruplũ. si iuste, pauperibus impartienda. Aeterna eñ tabernacula constituta sunt, in quæ possunt recipere eos, qui hic ipsis amice de bonis quæ sunt domini, largiuntur. Pauperes eñ debitores sunt. Prouer. 19. Fœneratur dño qui miseretur pauperis. Felix permutatio, quũ caduca permutantur æternis. Quid aũt vilius est, aut à virtute longius abest, q̃ opes huius mundi? Vix vnquã sine fraude parantur, nec alia est tuendi augendiq; ratio q̃ parandi. Onerosa possessio est, nec ea tuta interim, nec omnino diuturna. Non eñ sequuntur herũ suũ hinc emigrantem. Sed his tamen emere licet quod æternum est, quodq; in æterna vita sit vsui. Ita fiet vt quod reconditũ, iniustũ facit hominẽ ac multis curis obnoxium, id erogatũ, fiat instrumentũ euãgelicæ iustitiæ, & merces ad largientem multo cũ fœnore redit. Auguſt. Non damnat diuitias per quas mereamur cælum, sed cor appositum, quod non dispensat, sed recondit.

Mammona quid.

Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est. Et qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod verum est, quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis, q̃d vestrum est, quis dabit vobis? A

Ostendit quibus notis auaritia cognoscatur. Qui eñ in temporalium erogatione fideliter agit erga proximũ, & spiritualia bene administrabit. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi & dispensatores mysteriorũ dei. Hic iam quæritur inter dispẽsatores, vt fidelis quis inueniatur. Qui aũt in modico, hoc est, temporalibus, quæ respectu spiritualium modica sunt & minima, infidelis est, & in multo infideliter aget. Hinc vult Apostolus episcopum suæ domui esse bene præpositum. 1. Timo. 3. Si quis autẽ domui suæ præesse nescit, quomodo ecclesiæ dei diligentiam habebit? Quisquis eñ non potest contemnere diuitias terrenas, quæ nec veræ, nec nostræ sunt, insyncere dispensabit animi diuitias, quæ veræ sunt diuitiæ & nostrę. Et si in alieno, quod nobis commissum est infideles sumus, quod nostrum est, quis committet nobis ad erogandum? Qui dispensat opes hominis, ita demum fidelis dispensator inuenitur, si quàm parcissime dispenset q̃d creditum est: at contrà deus qui diues est in omnes, Roma. 10. cupit largissime erogari quod dispensandum tradidit, & pro infideli habet quisquis veluti proprium tenuerit q̃d dominus voluit esse commune, quoties exigit proximi necessitas. Exteriora enim aliena sunt. 1. Timo. 6. Nihil intulimus in hunc mundũ, haud dubium quia nec auferre quid possumus. Psal. 48. Homo cum interierit, non sumet omnia, neq; descendet cum illo gloria sua. Cuius ergo animũ vilissimæ rei cura solicitare potest ad peccandũ, hic multo facilius occasione maiore pertrahetur ad peccandum.

Nemo seruus potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odiet, & alterum diliget: aut vni adhærebit, & alterum contemnet. Non potestis deo 2

seruire & mammonæ. Audiebant autem hæc omnia & pharisæi, qui erãt auari, & deridebant illum. Et ait illis: Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, deus autem nouit corda vestra. Quia quod hominibus altum est, abominatio est ante deum.

Nemo potest duobus dominis contrarijs seruire, seruitute vtrisq; placente. Vbiq; taxatur amor pecuniæ, hoc est, affectio erga illas & studium. Est enim auaritia tantæ impietatis, vt Apostolus eam nominet idolorum seruitutem, Ephe. 5. & Eccl. 10. Auaro nihil est scelestius. Nihil est iniquius q̃ amare pecuniam. hic enim venalem animam suam habet, quoniam in vita sua proiecit intima sua. Seruit mammonæ, qui magnam felicitatis partem collocat in diuitijs: eaq; causa magno studio laborat, vt quàm plurimum possideat, vt quod partum est, tueatur & augeat. Non seruit, qui habens victum & quibus tegatur, contentus est. 1. Timo. 6. & de his quæ supersunt dat eleemosynam. Luc. 11. Audiebant hæc pharisæi, quorum animi velut vtres antiqui, non capiebant hoc euangelicæ doctrinæ mustum. Erant enim auari, non solum pecuniæ, sed etiam gloriæ. Grauatim ferunt auari, si quando de paupertate audiant. abominatio enim est peccatori pietas, & reprehensiones impio sunt flagella. Amos. 5. Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfecte abominati sunt. Sed audiant illud Prouer. 29. Viro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei superueniet interitus, & eum sanitas nõ sequetur. Iustificabant se apud homines, laudem humanam venantes. Matth. 23. Omnia opera sua faciunt vt videantur ab hominibus. Psalm. 54. Quoniam deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent. Gala. 1. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Nouit deus corda hypocritarum notitia reprobationis. 1. Regum. 16. Homo videt ea quæ patent, deus autem intuetur cor. Hiere. 23. Si occultabitur vir in absconditis, & ego non videbo eum, dicit dominus? Quia quod altum est, vt simulata iustitia, rerum opulentia, gloria mundana, deus abominatur. Iob. 36. Simulatores & callidi prouocant iram dei. Alia enim iudicia dei, alia mundi. Roma. 2. Scimus quoniam iudicium dei est secundum veritatem. Vnde. 1. Regum. 16. Non secundum intuitum hominum ego iudico. Atq; is demum diues est, qui apud deum diues est: is iustus, qui apud deum iustus est: is magnus, qui sibi paruus, deo magnus est.

§ Lex & prophetæ vsq; ad Iohannem. ex eo regnum dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit. Facilius est autem cælum & terrã præterire, q̃ de lege vnum apicem cadere. Omnis qui dimittit vxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam a viro ducit, mœchatur.

Legalia illa promissa & prophetica, quibus temporalia promittebantur, ad Iohannem durauerunt, quando veritas figurarum exhibetur. Ex fide promissorum proficiendum est ad amorẽ rei iam exhibitæ. Iohãnes confinium fuit, dirimens legem cum suis figuris, & prophetas cum suis promissis ab euangelio: quod re ipsa exhibet & quod lex vmbris suis designarat, & quod prophetæ deo afflati venturum prædixerant. Prædixit em̃ adesse regnũ dei, nõ terrenum, sed cæleste. Paupertatem enim in terra seruare debẽt, qui cælos desiderant. Ex eo tempore regnum cælorũ annunciatur, & quiuis in illud vim facit. Ad hanc gloriam nulli præcluditur aditus. Quod si vos pharisæi non dignamini intrare, occupabunt & intrabunt gentes, intrabunt quælibet orbis nationes. Excludi non possunt, posteaquã semel apertum est ostium: irrumpunt, si non admittuntur. Amat huiusmodi violentiam regnum dei. An non & violentia, seipsum vincere, carnem spiritui subijcere, diuinæ voluntati se subijcere, & illuc pertingere per pœnitentiæ humilitatem, vnde angelus supremus cecidit per superbiæ cæcitatem? Apoca. 2. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso dei mei. Nec est quod clamitent legis amatores, abrogari legem, antiquari prophetas. Imo hæc est legis, non abolitio, sed absolutio. Illud autem affirmo vobis, citius præteribit cælum & terra, quibus nihil durabilius, q̃ vnus apiculus legis prætereat, quin perficiatur quod prædictum est. tantum abest vt venerim abolituru legem. Ostendit se non contrarium legi. Non enim venit soluere legem, sed adimplere, Matth. 5. Quum vinculum matrimoniale indissolubile sit, ostendit se legi consonum quam perficit, dicens vxorem non ducendam altera viuente, neq; dimissam accipiendam viro viuente, quanquam ob cordis duritiam repudij libellus admissus sit, Mat. 19. Roma. 7. Quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi.

¶ De

¶De diuite epulone. Lucæ.16.

## ARTICVLVS XC.

HOmo quidam erat diues.qui induebatur purpura & byſſo,& epulabatur quotidie ſplendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius hulceribus plenus, cupiens ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis,& nemo illi dabat.Sed & canes veniebant, & lingebant hulcera eius. Luc.16 B

Oſtendit quantũ obſint diuitiæ abutẽtibus, aduerſitas vero patienter tolerata,quantũ profit humilibus.Homo quidam,magni nominis apud homines,apud deum obſcurus & ignotus,quantũ ad approbationem.Iuſtum quippe eſt, vt qui deum in ſuis membris non agnoſcunt,ab ipſo non agnoſcantur.Mat.25.Quàm diu vni ex minimis meis nõ feciſtis, nec mihi feciſtis.Pſal.48.Vocauerunt nomina ſua in terris.Gene.11.Venite,faciamus nobis ciuitatem & turrim,cuius culmen pertingat vſq; ad cælum,& celebremus nomen noſtrum.Sed non à deo agniti.Hierem.17.Recedentes à te,in terra ſcribent.Quam dilexerunt & quæſierunt.Erat diues, cui nihil deeſſe videbat ad abſolutam huius mundi felicitatem.Notat de auaritia:nam ſi adſint diuitiæ,& cor non apponat, niſi adiuſte & ſancte viuendum,is non diues, ſed pauper ſpiritu,aut liberalis,aut quod eſt talibus maxime propriũ,miſericors dicit.Sic Abraam Gene.13. Erat autem diues valde in poſſeſſione auri & argenti.Ita & Iob.1.Eratq; vir ille magnus inter omnes orientales. Diues autem iſte omnino diſſolutus erat,purpura & byſſo induebat,& præterea omnibus delicijs vacabat, ambitioni deſeruiens & voluptati.Quadrupliciter peccat erga diuitias. Male acquirendo,vt furto,ſicut Achã de anathemate Hiericho tulerat, ob quod ira dei in populum deſæuit donec lapidatus fuit,Ioſue.7.Fraude.O deus,quis huius riuulos enodet?.1.Theſſa.4.Et ne quis ſupergrediat, neq; circũueniat in negotio fratrem ſuũ, quoniam vindex eſt deus de his omnibus.Vſuras committendo.Secundo,male expendendo,De iſto notatur hic diues.Induebat purpura,ad cultum exteriorem, & inanem oſtentationem: byſſo,ob mollitiem interiorem.Roma.13.Carnis curam ne feceritis in deſideriis.Reprehendit veſtium ornatus,ob precioſitatem.Luc.7.Ecce q in veſte precioſa ſunt & delicijs, in domibus regũ ſunt.Non aũt in domo dei.Gregorius:Nemo potet in luxu & gloria veſtiũ precioſarũ peccatũ deeſſe:quia ſi hoc culpa non eſſet,nequaquàm Iohannem dñs de veſtimẽti ſui aſperitate laudaſſet.Beda:Indignũ videt,miſeq; cadauer veſte precioſa adornari,de cuius precio multi poſſent pauperes adiuuari.Secundo,ob ſuperfluitatem,Bernardus:Nudi clamant,famelici conquerunt,nobis fame & frigore laborantibus,q̃d conferũt tot mutatoria in pertícis, vel multiplicata in ciſtis?Iaco.5.Agite nũc diuites, plorate vlulantes in miſerijs veſtris quæ aduenient vobis.Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt,veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt, aurum & argentũ veſtrum æruginauit, & ærugo eorũ in teſtimoniũ vobis erit,& manducabit carnes veſtras ſicut ignis,Hinc Luc.3. Qui habet duas tunicas, det non habenti.Tertio,Curioſitatem.Eccleſiaſt.11.In veſtitu ne glorieris vnquàm.Auguſtinus:Nõ affectetis veſtibus placere,ſed moribus.Bern. Ex cordis theſauro procedit, quicq̃d vitioſi foris apparet.Vanũ cor,vanitatis notã ingerit corpori:exterior ſuperfluitas interioris vanitatis indiciũ eſt:mollia indumenta,mollitiem animi indicant.Eſa.3.Pro eo q̃d eleuatæ ſunt filiæ Sion,& ambulauerũt extẽto collo,& nutibus oculorũ ibant,& plaudebant,& ambulabãt,& pedibus ſuis cõpoſito gradu incedebãt, decaluabit dñt verticẽ filiarũ Sion,& dñs crinẽ earũ nudabit. In die illa auferet dñs ornamentum calceamentorũ, & lunulas,& torques,& monilia,& armillas,& mitras,& diſcriminalia,& perichilides,& mutatoria,& palliola, & linteamina, & acus, & ſpecula, & ſindones,& vittas,& teriſtra. Et erit pro ſuaui odore fœtor,& pro zona funiculus,& pro criſpanti crine caluitium, & pro faſcia pectorali cilicium. Sopho.1.Viſitabo ſuper principes, & ſuper filios regum,& ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina.Quarto,inhoneſtatem.Prouer.7.Ecce mulier in ornatu meretricio,præparata ad decipiendas animas.Hinc.1.Tim.2. Similiter mulieres in habitu ornato,cũ verecũdia & ſobrietate ornantes ſe,& nõ in tortis crinibus, aut auro,aut margaritis,vel veſte precioſa:ſed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona. Tit.2.Anus ſimiliter in habitu ſancto.1.Pet.3.Quarũ nõ ſit extrinſecus capillatura,aut circũdatio auri,aut indumẽti veſtimentorũ cultus,ſed q̃ abſconditus eſt cordis hõ in incorruptibilitate q̃eti & modeſti ſpũs,q̃ eſt in cõſpectu dei locuples.Sed ne q̃d deeſſet ad oblectamẽtũ corpis,comeſſabat,& hoc q̃tidie,nec mediocriter, ſed magnifice,

Quotupliciter circa diuitias peccetur.

Veſtium ornatus quot de cauſis reprehendat

& ambitioni seruiens,& luxui,& voluptati. Hoc vitium dei obliuionem inducit. Osee.13. Saturati sunt,& eleuauerunt cor suum,& obliti sunt mei. Exo.32. Sedit populus manducare & bibere,& surrexerunt ludere. Phil.3. Quorum deus venter est,& gloria in confusione ipsorum, q terrena sapiunt. Iaco.5. Epulati estis sup terram,& in luxurijs enutristis corda vestra. Hinc admonet dñs Luc.21. Attendite ne grauent corda vestra crapula & ebrietate,& curis huius seculi. Ro.13. Carnis curam ne feceritis in desiderijs. Ro.8. Debitores sumus,nō carni vt secundū carnē viuamus,si em̄ secundū carnē vixeritis,morieminī: si aūt, spū facta carnis mortificaueritis,viuetis. O quot hoc vitio,& deū & naturā offendūt,quæ paucis contēta est. Eccī.37. Noli auidus esse in omni epulatione,& non te effundas super omnē cibum. In multis em̄ escis erit infirmitas & auiditas appropinquat vsq; ad cholerā. Propter crapulā multi obierunt, q autē abstinens est,adijciet vitam. Tertio,auare retinēdo. Eccī.11. Inueni requiē mihi,& nunc māducabo de bonis meis solus: & nescit q̄d tempus illū prætereat, & mors appropinquet,& relinquat oīa alijs,& moriat. Claret hoc in diuite,qui longam sibi & quietā in bonis suis promittebat voluptatē,cui dictū fuit Lu.12. Stulte,hac nocte repetūt aīam tuam à te, & quæ parasti,cuius erunt? Aggrauabatur ergo peccatum huius, quia naturalis pietatis oblitus, pauperi non subuenit. Ecclesiast.13. Omne animal diligit sibi simile,sic omnis homo proximū sibi. Notat ergo de tribus vitijs quæ sunt in mundo.1. Iohan.2. Omne quod est in mundo,concupiscentia carnis est,& cōcupiscentia oculorum, & superbia vitæ,quæ non est ex patre,sed ex mūdo est. Erat huic multum dissimilis mendicus quidam,obscurus,& ignotus apud homines,sed clarus & notus apud deum. Ambrosius: Claret ex hoc,quod pauperē noīe notat,rem gestam Christū narrare. Dicit Lazarus adiutus, q̄a destitutus ab hoibus, sed adiutorē habet deū. Iaco.2. Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo,diuites in fide,& hæredes regni quod repromisit deus diligentibus se? Vos aūt exhonorastis pauperē. Psal.71. Animas pauperum saluas faciet. Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum,& honorabile nomen eorum coram illo. Nouit em̄ dñs q̄ sunt eius. 2. Timo.2. Huic nec domus erat,nec cibus,nec vestis,ac ne corporis q̄dē prospera valetudo. Iacebat vehemēter infirmus añ vestibulū domus bis miser, quare impiū ei nō subuenire. Nō admissus est hulcerosus,ne funesto spectaculo cōtristaret oculos vndequaq; lauti cōuiuij. Accessit ad miseriæ cumulū fames itolerabile malū. Siq̄dē minima petijt,micas q̄ de mēsa cadebāt scilicet: sed non erat q̄ daret,quū canes illic essent panibus saturi. Eccī.10. Secundū iudicem populi, sic & ministri eius. Prouer.29. Rex impius oēs ministros habet iniustos. Immisericordiā hoīm dānabant canes hulcera lambentes. Ambrosius: Auis sociat auibus,pecus pecoribus,pisces piscibus: solus tu homo consortem excludis,& feras includis: parietem vestis auro,& pauperes nudas vestimento: pauperem panem petit,& non accipit,& equus tuus aurum sub dentibus mandit. Esaiæ.58. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagos q̄ induc in domum tuam: cum videris nudum operi eum,& carnem suam ne despexeris. 1. Iohan.3. Qui habuerit substantiam huius mūdi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo,quomodo charitas dei manet in eo? Chrysostomus: Non putes propter vtilitatē pauperum deum fecisse diuites,quos sine diuitibus pascere posset sicut Heliam.3. Regū.17. filios Israel. Exod. 16. Deut.8. sed propter vtilitatem diuitum fecit pauperes, q aliàs infructuosi essent & steriles,sicut granum non seminatum. Gregorius: Pensandū est, conditor noster oīa quāta consideratione dispensat,in vna re duo iudicia exhibuit. Dum enim egenum & hulceratum ante ianuam diuitis (vt antē oculos esset) & delicijs affluentis posuit,in vna eadem q̄ re,& ex visione pauperis non miserenti diuiti cumulum damnationis intulit,& rursum ex visione diuitis tentatum quotidie pauperem probauit,cui certe ad pœnam sufficeret paupertas,etiam si sanus fuisset: & rursum suffecisset ægritudo, etiam si subsidium adesset. Sed vt probaretur amplius,simul hunc & ægritudo & paupertas tabefecit, atq; insuper vidit procedentem diuitē obsequentibus cuneis circūfulciri, & se in infirmitate & inopia à nullo visitari. Sed nunquid in tantis malis blasphemabat? num cuuiciabatur? num incessebat luxum diuitis? num inhumanitatem condemnabat? Nihil horum, sed fortis erat & magnæ philosophiæ.

Rem gestā esse de Lazaro & diuite, nō parabolam

2 Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinū Abraæ. Mortuus est autem & diues,& sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraam a longe, & Lazarum in sinu eius,& ipse clamans,dixit: Pater Abraam,miserere mei, & mitte Lazarum,vt intingat extremum digiti sui in aquam,vt refrigeret linguam meam,

quia cru

quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraam: Fili, recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est, vt hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare.

Quis non iudicasset diuitem illum, absolutum exemplar felicitatis, & hunc Lazarum exemplar infelicitatis extremę? Sed nequaquàm ex his quæ contingunt in hac vita, æstimanda est hoīs felicitas. Subito rex vices inuersæ sunt. Mors enim omnibus imminens, vt diuitibus finis est omnium voluptatum, ita afflictis terminus omnium dolorum. Lazarus qui neglectus erat ab hominibus dum viueret, mortuus, ab angelis deportatus est in sinum Abraæ. Hoc honore dignatus est eum deus, quem diues non dignabat tecto suo. Apocal. 14. Beati mortui q in dño moriunt. Chrysostomus: Sufficiebat ad deportandum pauperem vnus angelus, sed propterea plures veniunt, vt currum lætitiæ faciant. Sinus Abraæ, q ante passionē dñi limbus erat, requies nunc est æterna. Secundū id quod reqes p absentiā oīs mali, sic fuit: sed prout dicit sup hoc pñtiā oīs boni, sic ē locus gloriæ, ad quē aīas defunctor optamus puenire. Dicitur Abraæ sinus, qa pater credētiū appellat, qa contra spem in spem credidit. Romañ. 4. & Galat. 3. Qui ex fide sunt, hi filij sunt Abraæ. Mortuus est autem & diues, morte naturæ & gehennæ, qui ante mortuus fuit morte culpæ. Psalmo. 33. Mors peccatorum pessima. In morte naturæ separatur anima à corpore, sed in resurrectione readunanda. In carne mea, inquit Iob. 19. videbo deum saluatorē meū, quem visurus sum egoipse, & non alius, & oculi mei conspecturi sunt. In morte culpæ separatur anima à deo. Psal. 118. Longe à peccatoribus salus. Sap. 16. Homo per malitiam occidit aīam suam. Sed per pœnitentiam reuiuiscere licet. Apoca. 3. Nomen habes q viuas, & mortuus es. In mente ergo habe qualiter acceperis & audieris, & serua, & pœnitentiam age. In morte gehennæ separatur totus hō à deo, & oñibus electis in torum. Pro. 11. Mortuo hoīe impio, nulla erit vltra spes. Psal. 48. Sicut oues in inferno positi sunt mors depascet eos. Mors ergo omniū cōmunis, solum docet diuites hoc, q homines sunt quemadmodum cæteri. At Lazaro nec honor sepulturæ habitus est, diues autem magnifica funeris pompa elatus. Græci sic distinguunt: Mortuus est diues, & sepultus. s. cū pompa, & in inferno eleuans oculos suos cum esset in tormētis, vidit Abraam à longe, & Lazar in sinu eius, participem quietis. Greg. Oculos quos culpa clauserat, pœna aperiebat. Esa. 28. Tātūmodo vexatio intellectū dabit auditui. Chry. Sicut pauperi dū viueret gratiorē faciebat pœnā iacere ante ianuā diuinis, & alia bona pspicere, sic diuiti mortuo augebat pœnā in gehēna prospectus delectatiōis Lazari. Quēadmodū dñs electū Adā è regione paradisi collocauit, vt cōtinuo aspectās, sentiret à quātis bonis excidisset: sic & illū in grauibus tormētis, vbi nō minus dure tractabat rex suauiū inopia, & oīm malar copia q in vita se tractauerat molliter, condēnauit in cōspectu Lazari. Nō em tm cruciant igne tartareo, quantū conscīæ stimulo, sciētes se nunq liberandos. Esa. 66. Vermis eor nō morietur, & ignis eor nō extinguet. Patrē iuocabat, quē imitari in hospitalitate noluit. Ioh. 8. Si filij Abraæ estis, opa Abraæ facite. Misericordiā stultus petijt, q nec sui nec alior miseratus fuit. Pro. 21. Qui obturat aures suas ad clamorē pauperis, clamabit & ipse, & nō exaudiet. Iaco. 2. Iudiciū sine misericordia fiet ei q nō fecit misericordiā. Non em pœnitēt damnati de peccatis, inquantum sunt dei offensiua, turpia, & iniusta: sed vt sunt eis causa tanti supplicij. Vnde non ait: Miserere mei quia peccaui, sed quia crucior. In diuersis positus est tormentis, sicut fuerat in diuersis peccatis. Peccauerat in diuitiarum hubertate: hinc positus est in summa egestate, vt nec aquæ guttam impetret. In linguæ edacitate, quam sequitur loquacitas. Chrysosto Quia in conuiuando magis loquacitate peccauerat in lingua, grauius ardebat. Quot irrisiōes & detractiōes in conuiuijs contingunt? Sap. 11. Per quæ quis peccat, per hæc & punietur. Apoca. 18. Quantum glorificauit se & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Gregorius: Diues eum cui in hac vita misereri noluit, in suo iam supplicio positus, patronum quærit. O quanta est subtilitas iudiciorum dei, quàm districte agitur bonorum actuum malorumq; retributio. Sed guttā aquæ petijt, nec habebit, q micas pauperi negauit. Fili, inqt, agnosce rerum vices iustę mutas. Id agnoscas oportet, si meminisse voles q tu cū viueres, tua bona receperis, Lazar cōtra suis malis sit defunctus. Vide sctm & cōpatiētē, & hæreditatis amissæ cōmonefaciētē. Grego. Snīa ista pauore indiget magis q̄ expositiōe. Nā si qua bona agimus, timēdū, ne bonis pspere succedētib, remūeremur: vñ diues iste īdicat boni aliqd habuisse, ex q in hac vita bo-

Sinus Abraæ qd

vita bona receperit,& Lazarus malum habuisse aliquod quod purgaret. Sed mala Lazari purgauit ignis inopiæ,& bona diuitis remunerauit felicitas transeuntis vitæ. Illum paupertas afflixit & terfit,istum abundantia remunerauit & reppulit. Nunc vero inuersis rerum vicibus,hic post afflictiones patienter toleratas refocillat:tu vero post delicias,quibus te male oblectasti,merito cruciaris. Pro supbis ꝑ dibus habes tartarum,ꝑ delicijs cruciatū ꝑternū, pro iocis & cantionibus perēnē eiulatū. Esa.65. Hęc dicit dñs deus: Ecce serui mei comedent,& vos esurietis:ecce serui mei bibent,& vos sitietis:ecce serui mei lætabuntur,& vos confundemini:ecce serui mei laudabunt præ exultatiōe cordis,& vos clamabitis præ dolore cordis,& præ contritione spūs vlulabitis. Chrysostomus: Si ægrotamus,si pauperes sumus,gaudeamus:accipiamus mala in vita nostra,vt postea recipiamus bona. Iac.1. Omne gaudium existimate frēs,cum in varias tentationes incideritis,scientes quod probatio fidei vestræ patientiam operat, patientia autem opus perfectum habet. 2. Corꝝ.4. Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ,supra modum in sublimitate,æternum gloriæ pondus operat in nobis, non contemplantibus nobis quæ vident,sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt:quæ autem non videntur,æterna sunt. Eligamus ergo nunc cum Mose & populo dei affligi, magis quàm temporalis peccati habere iucunditatem. Hebr.11. Non enim sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam,quæ reuelabit in nobis. Romañ.8. Attende quomodo in die illo qui alium iniuria affecit,ipsum videbit in gloria,& hic iterum illum in quanta sit condemnatione. Sapientię.5. Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos,qui se angustiauerunt,& qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili,& mirabuntur in subitatione insperatæ salutis,dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum,& in similitudinem improperij. Nos insensati, vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei,& inter sanctos sors illorum est. Ostendit quod non debeat adiuuari, nunc consequenter quod non possit. Super hæc omnia, hoc deploratior est vestra calamitas, quòd ingens hiatus nos dirimit, posteaquam incommutabili dei sententia,sua ꝙbusꝙ sedes designata est. Chryso. Videre possumus,transmeare nō possumus:nos videmus quod fugimus,vos videtis quod perdidistis. Gregorius: Qui in inferno sunt, ad beatorum consortium transire velle, dubium non est. Iustorum autem animæ quanuis in naturæ suæ bonitate misericordiam habeant, tanta tamen rectitudine constringuntur,autoris sui iustitiæ coniunctæ,vt nulla ad reprobos compassione commoueantur.

5 Et ait: Rogo ergo te pater Abraam, vt mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres,vt testetur illis,ne & ipsi veniant in locum hunc tormentorum. Et ait illi Abraam: Habent Mosen & prophetas,audiant illos. At ille dixit: Non pater Abraam,sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autem illi: Si Mosen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit,credent.

Non charitate,sed timore pœnæ petit,ne tali consortio crescceret etiã misero mali sensus. Sed nunc frustra supplex est,qui supplicem proximum reppulit. Gregorius: Notandum,quod ad pœnam diuiti cognitio seruat & memoria, cognoscit Lazarum quem contempsit, fratrum quoꝙ meminit suorum quos reliquit. Vt peccatores in supplicio amplius puniantur,& eorum vident gloriam quos contempserunt, & de illorum etiam pœna torquentur,quos inutiliter amauerunt. Psal.111. Peccator videbit & irascet, dentibus suis fremet & tabescet,desiderium peccatorum peribit. Non autem simpliciter quempiam ex mortuis mitti, sed Lazarum rogat,vt videant eũ coronatũ in gloria & incolumitate,ꝙ viderant ante infirmũ & contemptũ,fiantꝙ testes tanti miraculi,& tantæ gloriæ spectatores. Sic diuitē experta calamitas sero iam fecit & supplicē & doctorē. Nam modo tps est meriti. Gala.6. Dum tps habemus,operemur bonũ. 2. Corꝝ.6. Ecce nunc tps acceptabile,ecce nũc dies salutis. Sed heu Iob.24. Dedit ei deus locũ pœnitētiæ, & ipse abutit eo in supbia. In cęlo locus est p̄mij. Mat.5. Ecce merces vestra multa est in cælis. In inferno locus tormēti. Iob.10. Terrã tenebrosam & opertã mortis caligine,terrã miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Nihil,inqt Abraã,nece sse ē hac gratia Lazarum auocari à quiete sua,fratres tui,si voluerint esse frugi,habent ꝙ in suis libris illis loquant. Sed quia dei verba despexerat,hæc audire non posse suos sequaces æstimabat,

mabat, dicens: Si quis ex mortuis certa renunciet quàm dira patiantur hic, qui illic vitant meo exemplo transigunt, quod fere omnes faciunt diuites, resipiscent, seseq; reponent ad meliorem frugem, ex inconsueta apparitione & exhortatione fortius animati. O quot sunt tales, qui dicunt, quis venit ex inferno renũcians quid illic agatur? Sed isti sunt prætextus eorum, qui nunquàm volunt quod male amant relinquere. Maior est enim, inquit, Mosi & prophetarum autoritas, quàm mortui alicuius. Iohan. 5. Si crederetis Mosi, crederetis vtiq; & mihi. Causarentur enim phantasma esse, aut dæmonium. Iudæi scripturas de Christo audientes, neq; mortuis resurgentibus crediderunt. Nam Lazaꝝ frẽm Marthæ occidere voluerunt, Iohan. 12. Et qa non vere crediderunt Mosi & prophetis, hodie quoq; Christo ẽ sepulchro reddito, & ad dexteram patris confidenti reclamant. Hoc exemplo dominus consolatus est suos, qui propter amorem regni cælestis multas afflictiones perpessuri erant in mundo: & Iudæorum primores & diuites, elatos, ac sibi viuentes, territat, vt vel metu supplicij vitam impiam corrigant: alioqui futurum, vt illic vicissim riderentur, qui hic Iesum ad meliora vocantem irriserunt.

¶De fide augenda, & humilitate seruanda, Lucæ. 17.

## ARTICVLVS XCI.

ET dixerunt apostoli domino: Adauge nobis fidem. Dixit autem dominus: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro, eradicare & transplantare in mare, & obediet vobis. Luc. 17 C

Quoniam intelligebant fontem omniũ euangelicaꝝ virtutum esse fidem, quam adeo diligenter dñs exigebat in edendis miraculis, quam toties cõprobauit in alienigenis, quæ nihil non impetraret, & per quam ipsi quoq; morbos depulerant, & dæmones, nec ignorabant fidei defectu factũ, quod quendam muto obnoxium dæmoni non quiuerint liberare, dicunt dño: Dñe, quando nihil boni habemus nisi ex te, fac nos pfectiores & firmiores in fide, quo lucidius cognoscamus credenda, atq; firmius feruentiusq; teneamus. Ostẽdit dñs fidei firmitatem & virtuositatem. Granum em̃ sinapis, quanuis paruum sit quantitate, magnum tamen est virtute, feruidum, amarum, veneniq; expulsiuum: si fides feruida esse debet per charitatẽ. In Christo em̃ Iesu neq; circũcisio aliquid valet, neq; præputium, sed fides quæ per charitatem operat. Amara, per patientiã aduersa tolerando. Roman. 8. Sed in his omnibus superamus propter eũ qui dilexit nos. Veneni omnis expulsiua erroris, p synceritatẽ. 2. Cor. 10. In captiuitatẽ redigentes omnẽ intellectũ, in obsequium Christi. Hinc Marc. 9. Omnia possibilia sunt credenti. Sic ergo & sycaminum transplantare in mare, cuius folia vermes pascunt, vnde fiunt serica.

Quis autem vestrum habens seruum arantem, aut pascentem boues, qui 2
regressus de agro, dicat illi statim: Transi & recumbe, & non dicat: Para quod cœnem, & præcinge te, & ministra mihi donec manducem & bibam, & post hæc tu manducabis & bibes? Nunquid gratiam habet seruo illi, qui fecit quæ ei imperauerat? Non puto. Sic & vos, cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus.

Instruit de humilitate conseruanda, vt in omnibus deo gloria tribuat, si quid per nos præclare aut magnifice egerit. Nam seruus bona fide suo functus officio in agro, si domũ reuersus fecerit imperata, num ideo dominus habebit illi gratiam? Non opinor, sed pœnam exacturus erat nisi fecisset. Quam ob rem? Non ob aliud nisi quod seruus est, & omnem operam debet domino, cuius est etiam ipse. Eccl. 33. Cibaria & virga & onus asino: panis & disciplina, & opus seruo. Seruum inclinant operationes assiduæ. Qui seruit deo, etiam si mandata custodiat, non pt extolli. Nihil em̃ vtilitatis aut perfectionis deo affert, quia bonoꝝ non indiget. Psal. 15. Sed væ erit ei si non fecerit. 1. Cor. 9. Si non euangelizauero, væ mihi est. Aufert ergo à nobis omnem vanæ gloriæ, præsumptionis ac pompæ occasionẽ, qui non solum non facimus quod debemus, sed & in multis offendimus. Iaco. 3. Hæc modestia cõseruat thesauꝝ fidei in nobis. Nostrũ est em̃ humiliter sentire de nobis. 1. Cor. 4. Quid em̃ habes q̃d nõ accepisti? Si aũt accepisti, qd gl'iaris quasi nõ acceperis? Ipsius erit dicere, Euge serue bone & fidelis, qa supra pauca fuisti fidelis, supra multa te cõstituã, intra in gaudiũ dñi tui. Mat. 25. Est alius seruus iutilis, nõ suo, sed diuino iudicio

& sibi &

& sibi & proximo, qui proiici iubetur in tenebras exteriores. Matth. 25. Videant & contremiscant, qui peccantes, & mandata dei prætergredientes, extolluntur, quum oia facientes, nihil magni de nobis sentire nos velit & prȩcipiat deus. Prouerb. 2. Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas: Qui lętãtur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Quorum viæ peruersæ, & infames gressus eorum. Ideo. 1. Pet. 5. Humiliamini sub potenti manu dei, vt vos exaltet in tempore visitationis.

De encæniis, par. 2. ar. 19. r
De Lazaro suscitato, par. 2. ar. 20. s
De conspiratione contra Iesum, par. 2. ar. 21. t

¶ De ascensus in Hierusalem prænunciatione, Mat. 20. Marc. 10. Luc. 18.

## ARTICVLVS XCII.

Luc. 18. D

ASsumpsit autem Iesus duodecim, & ait: Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occident, & die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur.

Ostendit vt in instituendo proximo magis ei tradamus, quæ necessaria sunt, quàm iucunda, ac salutaria magis quàm suauia. Sæpe prædixit de morte & passione, simul & resurrectione, vt claret Matth. 15. Tunc cœpit Iesus ostendere discipulis suis, quia oportet eũ ire Hierosolymam, & multa pati à senioribus & scribis & principibus sacerdotũ, & occidi, & tertia die resurgere. Matth. 26. genus mortis expressit, dicẽs: Scitis, quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur? Hoc fecit, partim quo diuinitatem ipsius animaduerterent, qua futura præsciuit & prænunciauit: partim quo fidem resurrectionis in ipsis firmaret, quo minus foret molesta per mortem eius absentia, quos tam brẽui solatura esset resurrectionis præsentia, quæ triduo solum, & eo in completo, illis erat subtrahenda. Gregorius: Præuidens ex passione sua discipulorum animos dominus perturbandos, prædicit eis & passionis pœnam, & resurrectionis gloriam, vt cum morientẽ cernerent, & resurrecturum non dubitarent. Et demum vt testes essent veritatis tam voluntariæ passionis. Actu. 13. Deus suscitauit eum à mortuis tertia die, qui visus est per dies multos his, qui simul ascenderant cum eo de Galilæa in Hierusalem, qui vsq; nunc sunt testes eius ad plebem. Mar. 10. Erant autem in via ascendentes Hierosolxmam, & præcedebat illos Iesus, & stupebant, & sequentes timebant. Sequuntur Iesum, sed tristes & obmurmurantes, q; se volens in manifestum vitæ periculum conĩceret, & illius animum admirabantur, ac sic metuebant, ne per illum venirent in periculum commune. Tales discipulos tam crassos & infirmos tolerauit Iesus, & nos tædet imbecillitũ ferre tarditatem? Mat. 20. Ascendes Iesus Hierosolymam, assumpsit duodecim discipulos suos secreto. Hos huius tempestatis aliqua ex parte participes etiam non modo testes esse voluit, tanq̃ idonei quibus crederetur mysterium crucis, quod turba nondum potuisset capere. Ostendit prophetas morte sua locutos. Matth. 16. Lex & prophetæ vsq; ad Iohannem. ex hinc regnum dei euangelizatur. Luc. 13. Non capit prophetam perire extra Hierusalem. Matth. 20. Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis: & condẽnabunt eum morte, & tradent eũ gentibus. Ascendimus, inquit, vt intelligatis me volentem ac scientem pati quæ passurus sum. Nam veluti nocentem & impium me condemnabunt, & obiectis variis criminibus, addicent supplicio capitis, mox vt palam facinorosum tradent gentibus. Matth. 27. Tradiderunt eum Pontio Pilato præsidi. Iohan. 19. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Fuit traditus à Iuda, & in illa fuit venditus. Mat. 26. Quid vultis mihi dare, & ego eũ vobis tradam? Secundo, à Iudæis. Iohan. 18. Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi, & in illa fuit condemnatus. Matth. 26. Reus est mortis. Tertio, à Pilato, & in illa fuit crucifixus. Mat. 27. Iesum flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur. Sic & adhuc traditur in membris suis. Act. 9. Saule Saule, quid me persequeris? Sed væ homini illi, per quem filius hominis tradetur. Matth. 26. Sunt enim qui cum Iuda tradunt eum ob cupiditatem. Mar. 14. Qui audientes, gauisi sunt, & promiserunt ei pecuniam se daturos, & quærebat quomodo illum opportune traderet. O quot tales sunt. Hinc. 1. Cor. 6. Tollens membrum Christi, faciam membrum meretri-

meretricis: Cum Iudæis, ex inuidia. Matth. 27. Sciebat enim q̃ per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Cum Pilato, ex fauore. Marc. 15. Pilatus aũt volens populo satisfacere, dimisit illis Barrabam, & tradidit Iesum flagellis cæsum vt crucifigeretur. Et lu dibrijs afficient tanquã fatuũ. Primo in domo pontificis. Luc. 22. Et viri qui tenebant eũ, illudebant ei, cædentes. Secundo, ab Herode. Luc. 23. Spreuit aũt illum & Herodes, & illusit indutum veste alba. Tertio, à Pilato. Matth. 27. quũ spinea corona capiti imposita, & chlamyde coccinea circumposita, genuflexo, in faciem illuderent, dicentes: Aue rex Iudæorũ. Quarto, in cruce. Marc. 15. Prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua & dicentes: Vah qui destruis templũ dei, & in tribus diebus reædificas. Sic & nunc iusti deridetur simplicitas, Iob. 12. Flagellis cædent. Ioh. 19. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit. Sic flagellatur benignitas. Psal. 72. Et fui flagellatus tota die. Sed quomodo? Psal. 128. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerũt iniquitatem suam. Et conspuent. Primo in atrio pontificis. Matth. 26. Tunc expuerunt in faciem eius. Secundo, à militibus præfidis. Matth. 27. Et expuentes in eum. Esa. 50. Corpus meũ dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Faciem meã non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. Psal. 87. Posuerunt me abominationẽ sibi. Sic enim conspuitur conscientiæ puritas fœditate peccati, cõtra illud 1. Cor. 15. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginẽ cælestis. Et occident. Matth. 21. Hic est hæres, venite, occidamus eum. O quot in se Christũ occidunt. Gala. 2. Viuo ego, inquit Apostolus, iam non ego, viuit vero in me Christus. 1. Ioh. 2. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Semper aũt dominus sicut bonus Samaritanus, oleũ cũ vino miscet. dixerat quia occident, alij scilicet, nõ ipse: sed econtra ipse resurget, & hoc breui, quia tertia die. Verũ quia hic sermo ingratus erat, nõ descendebat in animos apostolorũ, vt difficile credimus quæ nolumus esse vera. Diligebant enim dñm, sed carnali quodam affectu, vt dicit Beda. Vnde Petrus Matth. 16. Absit à te dñe, non erit tibi hoc. Secũdo, quia nedũ hominẽ innocentem, sed & deũ miraculis potentẽ cognoscebant eũ, quia & sæpe manibus illorũ elapsus fuit. quare mori posse non credebant. Tertio, quia more suo parabolice ipsum loqui credebant. Quanq̃ enim de dñi sui fide dubitare nõ possent, tamen ita blandiebantur suis affectibus, & interpretabantur in his Iesu sermonibus subesse tropũ aliquẽ, cuiusmodi dñs peculiariter vti consueuit, fallens his nõnunq̃ non modo populum, verũetiam ipsos apostolos, vt claret in fermento pharisæorũ, Matth. 16. Sic & verbum resurrectionis, multis tunc minus erat credibile.

¶De decem leprosis, Luc. 17.

## ARTICVLVS XCIII.

ET factum est dum iret in Hierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilæam. Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi. Qui steterunt a longe, & leuauerunt vocem, dicentes: Iesu præceptor, miserere nostri. Luc. 17 E

Quanto beneficium maius & liberalius, tanto deuotius & frequẽtius recolendũ. Nihil aũt recreationis excedit beneficiũ. Cum ergo dominus ad purgandam animæ nostræ lepram, per sui sanguinis effusionẽ, ad locũ passionis iret, non reformidans gentẽ quamlibet atrocem, quamlibet effusionẽ sui sanguinis auide sitientẽ, pertransijt prius Galilæã: qua peragrata, intrauit Samariã, quæ interiacet Iudææ & Galilææ, vt patet Ioh. 4. Itinera aũt dñi plena erãt miraculis & mysterijs. ambulabat enim de loco in locũ, vt oĩbus subueniret, oĩbus adesset, occurreret singulis, cõcurreret vniuersis, hos miraculis, illos p̃mijs ad fidẽ alliciẽs. Ioh. 10. Et alias oues habeo q̃ nõ sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & fiet vnũ ouile & vnus pastor. Ante ingressum occurrerũt leprosi. Cõtagiosum enim & abominandũ genus, & idcirco procul arcebantur ab hominũ commercio. Leui. 15 Omni tẽpore quo leprosus est, solus habitabit extra castra. Ex hoc etiã miraculum plures habuit testes. Sic & dñs conscientiæ nostræ domũ ingrediens, lepram animæ fugat. Nam lepra infecti, fœtent, sitiunt, & inficiunt. Sic peccatores fœtent per luxuriã. Ioel. 1. Computruerunt iumenta in stercore suo. Sitiunt per auaritiam. Eccẽs. 5. Auarus non implebitur pecunia. Inficiunt per superbiam. Eccl. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicat superbo, induet superbiam. Gregorius: Peccatũ quod per pœnitentiã non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Claret in Dauide, qui ex incauto aspectu incidit in adulterium, & hinc in homicidium, 2. Reg. 12. Qui modo separati à deo & bo-

bis merito. Psal.118. Longe à peccatoribus salus, quia iustificationes tuas nō exquisierūt. Psal.118. A lege aūt tua longe facti sunt. Sed finaliter separabuntur & præmio à consortio beatorum. Psalm.72. Quoniam ecce qui elongant se à te, peribunt. Nullum tamen est mali genus, quod non sanet Iesus, modo veniatur in illius conspectum, modo prodatur illi morbus, & adsit fiducia. Psal.50. Cor mundum crea in me deus. Loco quidem longe distabant, oratione aūt appropinquabant. Psal.144. Prope est dñs omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eū in veritate. Sunt eñ qui ore suo appropinquāt deo, corde aūt longe sunt ab eo. Esa.29. Osee.7. Et non clamauerunt ad me in corde suo, sed vlulabant in cubilibus suis. Isti aūt plena fide clamauerūt ex toto cordis affectu. Ipse eñ erat qui saluare volebat & poterat. Iesu, inquiunt, p̄ceptor, miserere nostri. Agnoscunt morbū, implorant medici auxiliū, supponunt imperiū. Præceptor. Sap.12. Subest eñ tibi, cū volueris, posse. Eccl.35. Oratio humiliātis se, nubes penetrabit. Obserua & hic figni

Leprosi mystice qui.

ficatos homines hæreticos, intus malis affectibus totos deprauatos, foris variegata cute, veluti falsa veris permiscēte doctrina insyncera. Est eñ omnis doctrina erronea, aliqua veritate permixta, (sicut lepra bonā corporis veletudinem nō repente ex toto destruit) ne si aut aperte mendax fuerit, nō recipiatur aut si ex toto vera, erronea nō sit. Permiscēs eñ vera falsis, vt dum veritas superinducta recipitur, latens intrinsecus falsitatis morbus irrepat, more eorū qui venena propinantes, ora calicis melle liniunt, vt dū mellis dulcedo intenditur, virus poculi auidius insumatur. Decē euangelista cōmemorat, pulchra quidem quātitate cōmendabiles, sed obscœna cute deformes. Nā falsi doctores intra denariam perfectionē se iactitāt cōprehensos, dum diuinorū quæ decalogo accipiunt, mandatorum impletores se affirmant, & Christianæ professores fidei affirmant. Delectat numerus, sed offendit sinistri dogmatis insynceritas. 2. Timo.3. Habentes speciem quidem pietatis, virtutem aūt eius abnegantes. Hi arcendi & procul relegandi ab ecclesiarū populeribus. 1. Cor.5. Modicum fermenti totā massam corrumpit. 1. Cor.15. Corrumpūt bonos mores colloquia mala. Leuanda est ergo vox ad dominū pro salute, vt qui in verbis saluatoris errasse se cognoscunt, saluandi præceptorē vocent, & per cognitionē præceptoris ad formā redeant salutis. Orauerunt nō vt hominē, sed vt deum.

2. Quos vt vidit, dixit; Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent, mundati sunt.

Audīt clamorem dominus fiduciæ testē, & aduertit oculos. Psal.144. Volūtatem timentium se faciet, & deprecationem eorū exaudiet, & saluos faciet illos. Felices qui se cōspectui offerunt Iesu, vt misericordiam consequantur. Sic filius prodigus Luc.15. Ibo ad patrem meū. Infelices qui fugiunt à conspectu dñi, sed non aufugiunt, sicut Adam. Gene.3. Dominus ergo vt doceret diuinæ legi semper parendū, legis à se constitutæ mandatum exequuturus, ad sacerdotes eos direxit, penes quos erat autoritas discernendi leprosum à mundo. Præcepit eñ lex, vt si quis lepræ maculā incurrisset, ad sacerdotē duceretur, vt eius iudicio mundus vel immundus iudicaretur, Leui.14. Matth.25. Nō veni solue re legē, sed adimplere. Secundo, vt videtes mundatos quos ipsi leprosos iudicarūt, sed nec per sacerdotiū vel legē mundare quiuerant, aut crederent & saluarentur, aut de sua incredulitate inexcusabiles de eius aduentu redderentur. Iohā.10. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimoniū perhibent de me. Si nō facio opera patris mei, nolite credere. Hinc Ioh.15. Si opera nō fecissem in eis q̄ nemo alius fecit, peccatū non habe rent: nunc aūt excusationē non habent de peccato suo. Tertio, vt sacerdotium ecclesiæ, cuius illud figura fuit, cōmendaret. Nam cōuersi praui dogmatis errorē quasi cutis morbidæ varietatē, ad examinandū pandere debēt: sic q̄ ab eis fidei regulis instructi, pristinæ munditiæ & pulchritudini restituantur. Quāuis eñ dñs qui verus magister est, interna sua eruditione quid tenendū sit valeat inspirare, magna tñ dispensatione vult doctoribus obsequi, vt per hoc qui docēdi sunt, magna humilitate solidētur, & ad capessenda fidei sacramēta capaciores efficiantur. Sic Paulus qui p reuelationē euangeliū, non per hominē accepit, Gal.1. ad Ananiā missus est, Act.9. Et per reuelationē ascēdit Hierosolymā ad conferendū cū apostolis, ne in vacuū curreret, aut cucurrisset, Gal.2. Parēt illi, & abeunt, pleni bona fiducia, vnde anteq̄ venirēt, ad sacerdotes, mūdati sunt, ne legis virtute, & nō Christi crederētur mundati, & vt meritū fidei & obedientiæ ostēderetur, ac immēsa dei benignitas, quæ peccatoribus votum emendandi habentibus, ac p̄ceptum dñi implendi, occurrit, & ipsos mundat. i. culpā atq; reatū remittit, anteq̄ ad suos etiam perueniant vicarios, quibus dixit Ioh.20. Quorū remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorū retinueritis, retenta sunt. Vult tamē q̄ perueniant & iussa capessant iuxta suam ordinationem.

Act.15

Act.15.Fide purificans corda illorũ.Sapien.6.Præoccupat qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat.Esa.64.Occurristi lætanti & facienti iustitiam.Sic pater occurrit filio reuertenti,ruens in oscula & amplexus,Luc.15.

Vnus aũt ex illis,vt vidit quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans deũ:& cecidit in faciem ante pedes eius,gratias agens:& hic erat Samaritanus. Respondens aũt Iesus,dixit: Nonne decem mundati sunt? & nouẽ vbi sunt? Non est inuentus qui rediret & daret gloriã deo,nisi hic alienigena. Et ait illi:Surge,vade,quia fides tua te saluum fecit.

Erat par omnibus fidutia,sed dispar erat gratitudo.Samaritanus non habuit clam diuinam erga se beneficentiam.Licet eñ debeamus benefacere tacita laude hominũ,hi tamen quibus benefit,prædicare debent beneficium,vt ex hoc deus laudetur,& cæteri ad idem tali exemplo moueantur,vt dicit Chrysost.Psal.65.Venite,audite,& narrabo omnes qui timetis deum,quãta fecit animę meæ.Ad ipsum ore meo clamaui,& exultaui sub lingua mea.Iniquitatem si aspexi in corde meo,non exaudiet dominus. Propterea exaudiuit deus,& attendit voci deprecationis meæ.Benedictus qui nõ amouit orationẽ meã & misericordiam suam à me.Omnia eñ regerenda sunt in Christũ salutis nostræ autorem, qui tam sæpe nos à lepra mundat animæ,quæ periculosissima est.Psal.102.Benedic anima mea domino,& noli obliuisci omnes retributiones eius.Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis,qui sanat omnes infirmitates tuas.Qui redimit de interitu vitam tuam,qui coronat te in misericordia & miserationibus.Sed pauci animũ ad beneficia præterita retorquent.Vnde dominus sciens beneficium ad omnes peruenisse,& taxare volens illorũ ingratitudinẽ,qui tantũ dei suffurari beneficium studuerunt, ait:Nonne decẽ mundati sunt? Glos.Ingratos quasi ignotos requirit vbi sint,sicut Adam Gene.3.Adam, vbi es? Sicut eñ ingratus diuinũ non recognoscit beneficium,ita nec deus ipsum notitia approbationis.2.Timo.2.Nouit dominus qui sunt eius.Bernar.Felix qui ad singula dona gratiæ redit ad eum,in quo omnis est plenitudo gratiarũ:& dum pro acceptis nõ ingratum se exhibet,locum in se facit gratiæ amplioris.Ephe.5.Gratias agentes semper pro omnibus in nomine dñi nostri Iesu Christi,deo & patri.1.Thess.5.In omnibus gratias agite.Quũ ergo obmutesceret Samaritanus,non solũ gratus,sed etiã modestus, qui venerat suo functurus officio,nõ accusaturus alios,Iesus ad circunstantes cõuersus,alienigenæ fidem cõmendauit,Iudæorũ duritiam percellendo.Pene eñ in omnibus euangelij locis,Iudæos ad fidẽ tardos,& gentiles promptos & paratissimos fuisse inuenimus. Iudæi eñ plurimũ legi tribuebant,partũ vel nihil gratiæ:sic isti per sacerdotes seducti,suam mundationẽ legi tribuebant,non gratiæ Christi.Modestiam huius sequi debemus, ne de absentibus malũ,etiam si verũ sit, loquamur.Iaco.4.Nolite detrahere alterutrũ fratres.Qui detrahit fratri suo,aut qui iudicat fratrẽ suũ,detrahit legi & iudicat legẽ.Si autẽ iudicas legẽ,nõ es factor legis,sed iudex.Vnus est eñ legislator qui potest perdere & saluare.Prou.24.Abominatio hominũ detractor.Nã imitator est diaboli,qui deo detraxit mendacij ipsum incusans.Gen.3.Nequaq̃ moriemini.Scit eñ deus,quia in quocunq; die comederitis ex eo,aperientur oculi vestri,& eritis sicut dij,scientes bonũ & malũ.Eccẽs.10.Si mordeat serpens in silentio,nihil eo minus habet qui occulte detrahit.Ait dñs Samaritano:Certus esto,hoc meũ tibi beneficium fore perpetuũ,quia fides tua te saluum fecit,quæ te & ad gratias agendas inclinauit.Cadit ante pedes Iesu,qui repressis p̃sumptionis cogitationibus,q̃ sit infirmus videt,nihil virtutis sibi tribuẽs,bona q̃ agit diuina intelligit.Vnde & Samaritanus custos dicitur,qui ita bona q̃ accepit, deo tribuit,vt cũ Psalmista dicat:Fortitudinẽ meã ad te custodiã,Psal.58.Qui ergo humiliter sic ifirmitatẽ suã agnoscens,ante deum iacuit,diuina consolatione surgere ad fortiora opera,& ire crescẽdo vsq; ad perfectũ iubetur.Psal.83.Ibunt de virtute in virtutem.

¶De obstinatione Samaritanorum,Luc.9.

## ARTICVLVS XCIIII.

FActum est aũt,dum complerentur dies assumptionis eius,& ipse faciẽ suam firmauit vt iret in Hierusalẽ. Et misit nuncios ante conspectũ suũ. & euntes, intrauerunt ciuitatem Samaritanorũ,vt pararent illi.& non receperunt eum,quia facies eius erat euntis in Hierusalem. Luc.9 F

Dum tempus adesset passionis, quã subsequuta est ascensio, Philip. 2. Propter quod & deus exaltauit illum, & dedit illi nomen q̃d est super omne nomẽ, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestriũ & infernorũ: & omnis lingua confiteatur, quia dominus noster Iesus Christus in gloria est dei patris. Iohã. 13. Sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrẽ. Modum insinuat Luc. 22. Et filius quidẽ hominis, secundũ quod definitũ est, vadit. Luc. 24. Nonne sic oportuit pati Christũ, & ita intrare in gloriã suã? Decreuit ergo nõ vltra hinc inde obambulare, sed ascendere in Hierusalem mente cõstanti & imperterrita, vt ibi verus agnus offerretur, vbi typicus immolabatur. Sciens aũt suos nõ recipiendos, nihilominus misit tamen, vt sibi pararent hospitium, quo omnẽ tolleret excusationẽ q̃ non crediderunt. Non eñ receperunt eos, eo q̃ ex ipso habitu vultuq̃ coniectabãt q̃ peterẽt Hierosolymã. Samaritani vero, qm̃ in monte adorabãt, adorant & abominabãtur oẽs, qui religionis causa peterẽt Hierosolymam.

2 Cum vidissent aũt discipuli eius Iacobus & Iohannes, dixerunt: Domine, vis dicamus vt ignis descendat de cælo, & consumat illos? Et conuersus, increpauit illos, dicens: Nescitis cuius spiritus estis? Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in aliud castellum.

Erant discipuli adhuc imperfecti, quare Christus increpatione coercuit illoꝝ iracundiam, docens legem suam sublimiorẽ vita Heliæ, quæ docet mansuete ferendos illos qui nos afficiunt iniuria. Matth. 5. Orate pro persequẽtibus & calumniantibus vos. Nolite, inquit, vobis factũ Heliæ in exemplũ vocare. Ille spiritu ductus eius tẽporis, perdidit impios, 4. Reg. 1. Phinees zelo, fornicãtes transfodit, Nume. 25. Vos aũt nondũ intelligitis, cuius spũs instinctu ducamini, an zeli, an passionis. Mansuetior est euãgelicus spũs. Ioh. 3 Non eñ misit deus filiũ suũ in mundũ, vt iudicet mundũ, sed vt saluetur mundus per ipsum. 1. Timo. 1. Fidelis sermo, qm̃ dñs Iesus venit in hunc mundũ peccatores saluos facere. Amb. Non semper in eos qui peccauerũt, est vindicandũ: quia nonnunq̃ amplius prodest clemẽtia tibi ad patientiã, & lapso ad correptionẽ, sicut & ipsi Samaritani post ascensionẽ celeriter crediderunt. Act. 8. Sic Christus cõtra Samaritanos nõ commouetur, vt ostenderet quia non habet vltionis studiũ virtus perfecta, nec vlla est iracundia, vbi plenitudo est charitatis: nec excludenda est infirmitas, sed iuuanda. Procul sit à Christianis indignatio, procul à magnanimis cupiditas vltionis.

## ¶De petitione filiorum Zebedæi, Matth. 20. Marc. 10.
## ARTICVLVS XCV.

Mat. 20 G

TVnc accessit ad eum mater filiorũ Zebedæi cũ filijs suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic vt hi duo filij mei sedeãt, vnus ad dexterã tuã, & vnus ad sinistrã in regno tuo.

Affectio carnalis plurimũ impedit veri cognitionẽ, quũ non quæ dei, sed quæ sua sunt quærat, quãdoq̃ etiã in perniciẽ. Prouer. 1. Vsquequo paruuli diligitis infantiã, & stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient? Ambitio ergo honoris q̃ cupiditas, quæ ex respectu sui ipsius nascitur, & nõnihil carnis habet, Iacobũ & Iohannẽ tentauerat, quia frequẽter dominũ audierant loqui de regno dei, cuius specimen viderãt in monte, Matth. 17. Et dño respondente, Matth. 19. Cũ sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel, cuius glorioſi regni innouata hic fuit mentio de sua resurrectione, in qua regnaturus erat in potestate. Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Obserua hoc euangeliũ duobus legi temporibus in ecclesijs, hoc est, in festo Iacobi, quemadmodũ hic ponitur, & in feria quarta secũdæ dominicæ quadragesimę, vbi p̃mittitur illud Mat. 20. Ascendens Iesus Hierosolymã, assumpsit duodecim discipulos secreto, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymã, & filius hominis tradetur principibus sacerdotũ, & scribis, & cõdemnabunt eũ morte, & tradent eũ gentibus ad illudendũ, & flagellandũ, & crucifigendũ, & tertia die resurget. Secreto duodecim seduxit, veluti selectos, ne cæteri scandalizarentur, & quia secreta non omnibus passim, sed familiarioribus pandenda, & mystica maioribus reuelanda. Prouer. 25. Causam tuã tracta cũ amico tuo, & secretũ extraneo nõ reueles. Tob. 12. Sacramentũ regis abscondere, bonũ est. Aderat tamen inter hos Iudas, sicut satan inter filios dei, Iob. 1. Chrysost. Ecce ascendimus Hierosolymã, quare nemo me cõpellit. Cũ ergo videritis in cruce pendentẽ, ne purũ æstimetis hominẽ. Nam etsi mori posse, puri sit hominis: tamẽ

velle

velle mori, hominis nō est: resurgere, dei solius. Ioh. 10. Ego pono animā meam, & iterū sumam eā. Vide arti. 92. d. Sequitur arti. præsentis enarratio. Audierant de honore duodecim sellarū, sed rudes & adhuc humana somniantes, carnale scilicet regnū, quū statim à resurrectione venturū hoc regnū & hos honores crederent, quia dixit, tertia die resurget, quo sibi quoq; præcellentē dignitatē aliquā impetrent, cū se nossent inter discipulos specialius diligi, specialius cū beato Petro conscios sæpe factos arcanorū quæ ignorent cæteri, subornant matrē, quæ pro filijs interpellet Iesum. Hierony. Putabat eum mulier post resurrectionē ilico regnaturū, & hoc quod in secundo aduentu promittitur, in primo esse complendū, & auiditate fœminea p̄sentia cupit immemor futurorū. Nec mirum quū & discipuli huius fuerint opinionis post resurrectionē. Luc. 24. Nos vero sperabamus quia ipse esset redempturus Israel. Act. 1. Dñe, si in tēpore hoc restitues regnū Israel? Preces tamen descendebāt ex voluntate filiorū. Hinc Marc. 10. Et accedūt ad eū Iacobus & Iohānes filij Zebedæi, dicētes: Magister, volumus vt quodcūq; petierimus, facias nobis. Priusquā proponant quid optent, obstringere conantur dñm, ne fas esset negare quod peterent. Ille aūt veluti nō negaturus quicquid peterent, iubet vt eloquantur, quid magni rei postulent. Quanq̄ secundū veritatē mater pro filijs postularit, vt Matthæus dicit, tamē quia id fuit subordinatione filiorū, ne alij offenderētur hoc ab ipsis audientes, poterat em̄ mater pro filijs rogare sine offensa, quæ & dñm sequebat, ideo Marcus dicit filios petisse, nam & cū matre accesserūt Iesum. Dñs aūt non ignarus quid vellēt, quo cōmodius ipsorū ignorantiā argueret, quid vellēt rogat. Marc. 10. Quid vultis vt faciā vobis? Et dixerūt: Da nobis vt sedeamus, vnus ad dexteram tuā, & alius ad sinistrā tuā in gloria tua. Hoc est, vt proximi simus post te. Chrysost. Alij filijs suis militiā prouidēt, alij honores, alij diuitias, sed nemo prouidet deū. Perditionē illorū magno precio cōparant, salutem aūt illorū nec dono accipere volunt, si viderint eos pauperes, tristantur: sed si viderint peccantes, nō contristātur, vt ostendāt se corporū parentes, non animarum.

Respondens autem Iesus, dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. 2

Pius dñs non arguit matrem, sed filios qui adhuc carnales erant, & matrē ad hoc induxerant, nec illorū imputat temeritati, sed ignorantiæ. Beda: Nesciebāt quid petebant, qui in regno cælestis patriæ quenq̄ ad sinistrā Christi sessurū putabant, cum in illa discretione nouissimi examinis, omnes electi ad dexterā summi regis & iudicis legātur statuēdi, reprobi ad sinistrā. Nesciebant quid petebant, qui sublimitatē præmiorū potius à dño, q̄ operum perfectionem quærebant. Ita em̄ præmia pollicetur, vt digna præmijs merita præmonstret: sic vitam donat æternam, vt angustam portam & arctam viam ad hanc esse decernat. Luc. 13. Contendite intrare per angustam portam. Ipsi aūt exaltari voluerunt, antequam humiliarentur. Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos introire in regnū dei. Ante metere, q̄ seminare. Gala. 6. Quæ em̄ seminauerit homo, hæc & metet. Prius coronari, q̄ certare. 2. Timo. 2. Nō coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Sic & nos sæpe nō solum non vtilia, sed & noxia petimus. Iaco. 4. Petitis, & non accipitis, eo q̄ male petatis, vt in cōcupiscentijs insumatis. Hinc 1. Ioh. 5. Et hæc est fiducia quā habemus ad deum, quia quodcunq; petierimus secundū voluntatem eius, audit nos. Sic filij Israel in malum sibimetipsis carnes petierunt. Nume. 11. Adhuc carnes erant in dentibus eorū, nec defecerat huiusmodi cibus, & ecce furor dñi concitatus in populū, percussit eū plaga magna nimis. Dominus igitur regni sedē quærentibus, iter ad ipsum regnū ostendit, dicens: Delectat vos mentio regni, quod ipsum longe aliud est q̄ somniatis, sed in præsentia magis agendū est de afflictiōe, de q̄ cruce, qua est iter ad regnū. Quoniā ergo non intelligitis quale sit regnū dei, ideo nescitis quid petatis. Quæritis inanem gloriam, nec cogitatis quibus medijs ad veram regni mei gloriam perueniatur. Sedere à dexteris meis, magnū est, & quod excellit etiam angelicos ordines: & vos quidē ad gloriam festinatis, ego ad passionē voco. Nemo em̄ pōt fieri particeps regni mei, nisi & meæ passionū particeps fiat. Marc. 10. Potestis bibere calicem quē ego bibo, aut baptismo quo ego baptizor baptizari? Passionē suam poculū nominat, q̄ statim somnum conciliet, & q̄ ab ipso magna cū auiditate sumpta. Sic & baptisma, quod futura esset peccatorū purificatio. Hieronymus: Calicē in scripturis passionē intelligimus. Matt. 26. Pater, si possibile est, transfer à me calicē istum. Psal. 115. Quid retribuam dño pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiā, & nomen dñi inuocabo. Origenes: Nihil dignū reddere possumus deo pro omnibus quæ fecit nobis, nisi vt calicem salutarē prompte accipiamus, & nomē dñi inuocemus, & magnanimiter bibere eū, in quo bibēdo vota nostra reddimus deo.

Nam preciosa in cõspectu domini mors sanctorũ eius, Psal.115. Beda: Qui passionis calicẽ humiliter, patienter, ac gaudenter pro Christo susceperit, merito cũ illo sublimiter regnabit. Ro.6. Si complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Nã & mali, velint nolint, calicẽ dñi non salutarẽ, sed iræ bibent. Psal.74. Calix in manu dñi, vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc, veruntamẽ fæx eius nõ est exinanita, bibent oẽs peccatores terræ. Apo.16. Et Babylon magna venit in memoriã ante deũ, dare illi calicẽ vini indignationis iræ eius. Hiere.49. Ecce qbus nõ erat iudicium vt biberẽt calicẽ, bibentes biberunt, & tu quasi innocens relinqueris? Non eris innocens, sed bibens bibes. Si ergo mens appetit quod demulcet, prius curet bibere q̃d dolet: sic nanq; per amarũ poculũ confectionis, peruenitur ad gaudiũ salutis. Illi ergo auidi tate cõsequendi quod optabãt, sicut stulte postularant, ita temere de se pollicentur, nondum sibi satis noti. Beda: Mentem quidẽ ac deuotionẽ suã, qualis in p̃senti erat, simpliciter dño pandunt: qui tamen quãtæ infirmitatis essent, postmodũ ostenderunt, dum adue niente tẽpore, quo ipse dñs eundẽ calicẽ biberet, etiam illi cũ cæteris discipulis relicto eo fugerunt, quemadmodũ Petrus qui præ cæteris in mortẽ & in carcerẽ cum dño se iturũ promisit, præ omnibus negauit. Vnde Luc.22. Paratus sum tecũ & in carcerẽ & in mortem ire. Sed Matth.26. ait: Non noui hominem. Non em̃ sumus sufficiẽtes cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex deo est, 2. Corinth.3. Iohan.15. Sine me nihil potestis facere. Hinc Apostolus Philip.4. Omnia possum in eo qui me confortat.

Ait illis: Calicem quidẽ meum bibetis. sedere aũt ad dexterã meam vel sinistram, non est meũ dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo.

Accepit quidẽ Iesus, quod dicerent se promptos ad imitationẽ suæ crucis: sed de prẽmio q̃m non intelligebant quid peterent, quoniã non erat illius temporis, negat hoc esse suũ dare ipsis, sed eam dignitatẽ non obuenturam nisi ijs, quibus hoc datũ esset à patre, vt

Calix passionis quot modis bibatur.

insigni virtute primum locũ mererentur, videlicet vt omnibus adderet stimulos ad summa contendendi. Calicẽ, inquit, quẽ ego bibo, bibetis: & baptismo quo ego baptizor, baptizabimini. Beda: Quũ Iohannes non per mortis passionẽ de corpore exierit, quomodo à domino calicem bibiturus dicitur? nisi quia duobus modis calix bibitur: Vno, cum à persequutore illata mors patienter susc̃ipitur: alio modo, cũ mens ad passionẽ prompta habetur. Promptitudinẽ Iohannes ostendit, cũ flagellatus cũ cæteris, gaudẽter ibat à cõspectu concilij, Act.5. Sic & cũ à Domitiani præfecto in doliũ feruentis olei missus, diuina se protegente gratia illæsus exiuit. Veraciter ergo calicem dñi cum fratre suo Iacobo qui gladio occisus est, Act.12. Iohannes bibisse intelligitur: quia qui tanta pro veritate sustinuit, q̃ promptus etiam ipsam mortẽ, si offerretur, exciperet, ostendit. Nã post acceptam spiritus sancti gratiã, firmũ de reliquo pectus ad bibendũ calicem dñi tenebant: qa ad patiendum moriendumq; pro illo, iam inuincibiles esse cœperunt. Sed q̃m iusti iudicis non est, ad gratiam dare dignitatẽ, sed secundũ merita, ait: Non est meum, hãc dignitatem respectu cõsanguinitatis, prout petitis, dare vobis. Regnum em̃ cælorũ vim patitur & violenti rapiunt illud, Matth.11. Non em̃ est acceptio personarũ apud deũ, Ro.2. Sed quibus paratũ est? Matth.7. Non omnis qui dicit mihi, domine dñe, intrabit in regnũ cælorũ: sed qui facit voluntatẽ patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnũ cælorũ. Audiant hæc & pertimescant, qui beneficia & dignitates ex personarũ acceptione metiuntur & præstãt, & hoc sæpe in perniciẽ eccleſiæ. Iaco.2. Nolite in personarũ acceptione habere fidẽ domini nostri Iesu Christi gloriæ. Hinc Matth.24. Quis putas est fidelis seruus & prudens, quẽ constituit dñs super familiam suã, vt det illis cibũ in tempore? Vnde subdit: Sed quibus paratũ est. 1. Cor.2. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus se. In Christo em̃ Iesu neq; circuncisio aliquid valet, neq; præputiũ, sed fides quæ per dilectionẽ operatur, Gal.5. Hinc dicet electis Matth.25. Venite benedicti patris mei, possidete paratũ vobis regnũ à constitutione mundi. Esuriui em̃, & dedistis mihi manducare. Ecce quibus paratũ est, qui fidem habent per charitatẽ operãtẽ. Alioqui fides sine operibus mortua est in semetipsa, Iac.2. 1. Cor. 13. Si habuero omnẽ fidẽ, ita vt montes transferam, charitatẽ aũt non habuero, nihil sum. Charitas omnia suffert, omnia credit, omnia sustinet.

5 Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autem vocauit eos ad se, & ait: Scitis quia principes gentium dominantur *earum, & qui maiores sunt, potestatẽ exercent inter eos? Non ita erit inter vos. Sed

corũ,

quicũq;

quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus: sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis.

Chrysostomus: Patit dñs sæpe discipulos suos vel dicere aliquid, vel petere non recte, vt ex eorũ culpa occasiones inueniat docendi regulam pietatis: nec eñ est periculosus error, præsente magistro. Glossa: Sicut illi carnaliter petunt esse super oñes, sic & isti carnaliter indignant esse aliquẽ ante se de duobus fratribus. Atq; interim non venit in mentem sermo Iesu, quẽ habuit de minimo & maximo in regno cælorũ, deq; imitatione paruuli, profunda illis obrepserat obliuio. Mat. 18. Itaq; Iesus intelligens & duorũ stultã petitionẽ & aliorũ indignationẽ ex eodẽ fonte proficisci, oñes simul aduocat, vt oñibus eodẽ pharmaco medicinã admoueat, vocatione ante sermonẽ demulcens. Nouit q̃ sit tyrannica, & graui indigens reprehensione, plaga ambitio: ideo acrius eos perstringit, & abiicit eos in infideliũ & gentiliũ portionẽ, si inani gloriæ studere voluerint. Alij, inquit, hoies, quia regunt, clari sunt: & amare primas, gentiliũ est. Nam dominatum & tyrannidẽ exercent in illos qbus imperant: & q primates sunt, potestatẽ suã exercent in sibi subiectos. Populi eñ malo, suæ consulũt autoritati, eaq; curãt, non quæ conducũt multitudini, sed quæ faciunt ad strepitũ fortunæ gloriæq; suæ. Meos aũt discipulos humilitas commẽdat & honorabiles facit: atq; adeo q maior esse voluerit gra & gloria, debet his q opus hñt ministrare Nec eñ in aliud sibi sumit primũ locũ, nisi vt oĩm cõmodis inseruiat, nihil inde venãs nec honoris, nec cõpendij. 1. Tim. 3. Fidelis sermo: si qs episcopatũ desiderat, bonũ opus desiderat. Inter hos igit qui sunt hoc affectu, nec est cur quisq̃ ambiat honorẽ, nec ẽ cur qsq̃ inuideat alteri dignitatẽ. Quis eñ illi inuideat, q nihil aliud studet, q̃ alteri prodesse, vel vitæ suæ dispendio? His etiã si defert honor, hũc non arrogant sibi, sed deo transcribũt. Bernardus: Non est magnũ, esse humilẽ in abiectione: magna eñ & rara virtus, humilitas honorata. Grego. Magnũ est, honorẽ nõ appetere: maius, oblatũ respuere: maximũ, de habito nõ superbire. Principes ergo gẽtium dominant eaꝝ. Imo Mar. 10. Hi q vident principari gẽtibus, dominant eis, principes vero ecclesiæ seruiunt subditis. Volunt eñ non solum p̃esse, sed & prodesse. Non eñ prælationẽ, sed affectũ excludit. Nam peccãtes coram oĩbus arguẽdi, vt cęteri timorẽ habeãt. 1. Timo. 5. Sic & satanæ tradẽdi in interitũ carnis, vt spũs saluus fiat. 1. Cor. 5. Corripiẽdi inquieti, sed cõsolandi pusillanimes. 1. Thess. 5. Suscipiẽdi infirmi. Ro. 15. Imitãdus Christus q accessibilẽ se fecit oĩbus, & paruulis, & publicanis. Non pigeat vos imitari, q̃d in me videtis expressum, p̃cipuæ humilitatis indicium, q sum magister vester & dñs. Non eñ venit filius hoĩs in mũdum, vt imperaret cũ pompa: nam quæsitus in regẽ, fugit Iohã. 6. vt alios seruitio p̃meret, sed vt oĩm saluti subministraret. Q̃n quis nõ solũ ministrauerit, sed & mortuus fuerit pro eo cui ministrat, q̃d illo maius esse potest? Gala. 2. Qui dilexit me, & tradidit seip̃m pro me. Pro multis, ait. Ambrosius: Vult oñes hoies saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire. 1. Timo. 2. sed si accedant ad eum. Non eñ sic vult, vt nolentes saluent, sed volentes. Heb. 11. Accedẽtem ad deũ oportet credere, quia est, & quod inquirentium se remunerator sit. Esa. 53. Ipse pctã multorũ tulit. Hieronymus: Frustra ergo aut illi immoderata quæfierant, aut isti dolent sup maiorũ desiderio, cũ ad summitatẽ virtutũ, nõ potẽtia, sed humilitate veniat. Aut ergo ambite regnum cæleste, & expectate p̃miũ cæleste: aut si ambitis regnũ huius mũdi, nolite poscere præmiũ regni cælorũ. Chrysostomus: Quicũq; primatũ desiderat in terra, inueniet confusionẽ in cælis: nec inter seruos dei cõputabit, qui de primatu tractauerit: nec vnusq̃sq; festinet qũo alĳs maior appareat, sed qũo oñibus inferior videatur, quoniam non q maior fuerit in honore, ille iustior est: sed qui fuerit iustior, ille maior est. Vnde & Iohannes magnus dictus est, sed coram deo, Lucæ. 1.

¶ De illuminatione cæci & Zachæo, & decem minis, Lucæ. 18. 19.

## ARTICVLVS XCVI.

FActum est autem, cum appropinquaret Hiericho, cæcus quidam sedebat secus viam, mendicans. Et cũ audiret turbã prætereuntẽ, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt aũt ei quod Iesus Nazarenus transiret, & clamauit, dicens: Iesu fili Dauid, miserere mei. Et qui præibãt, increpabant eũ, vt taceret, ipse vero multo magis clamabat: Fili Dauid, miserere mei. Luc. 18 H

Ostendit veræ fidei efficaciam, quæ nihil non impetrat, si perseueret in prece. Fons salutis, est cognitio Iesu, cognoscere enim, videre est. Lumen est fides, tenebræ sunt terrenæ cupiditates. Obserua in dominica quinquagesimæ istud euangelium in ecclesia legi, & tunc præmitti in Luca: Assumpsit autem Iesus duodecim. Vide Art. 92. Dominus obiter & in via miraculum cæci operatus est, vt & transitus eius nobis vtilis esset & doctrina, vt semper & vbique, & apud omnes, vtiles simus, & non ignaui. Erat autē Hiercho inter Galilæam & Hierusalem sita, quam Iosue anathema posuerat, destruente eam domino circuitu filiorū Israel septem dierum in ingressu terræ promissionis, Iosue. 6. Cæcus, quū ex strepitu vocū ac pedum deprehenderet magnam vim hominū prætereuntem, interrogabat quid hoc esset, suspicans magnum aliquem transire, à quo eleemosynam peteret, vt est hoc hominū genus eo curiosius, quòd oculis careat. Protinus ergo ex his, quæ de Iesu audierat, concepta fiducia, clamabat. Chrysostomus: Experimur quòd rosa vel alius flos quicunq; antequàm videat, odore percipit: sic & iste cęcus Iesum Nazarenum floridum, odore bonæ famę sensit, quē videre nō potuit. Non ergo amplius, vt solebat, eleemosynā petebat, sed magna voce misericordiam postulabat ab eo, cuius proprium est misereri & parcere. Hinc Dauid filium nominat, qui misericors fuit, & quod se credere ostendit, ipm fore Christum saluatorem promissum. Fuit enim vulgatum & cognitum apud Iudæos, Christum fore filium Dauid. Vnde pharisæi interrogati à domino, cuius filius esset Christus, respondērūt: Dauid, Matth. 22. Porro turba suspicans eum vulgarem eleemosynam petere, ac metuens, ne homo sordidus, ac mendicus publicus, molestus esset domino, increpabat eū. Quoniam autem non licebat videre Iesum, tanto magis intendebat vocem, nescius quantum abesset quem appellabat. Chrysostomus: Ista est natura fidei, vt quanto magis vetat, eo magis accendit: propter qđ serui dei in persecutionibus non vincunt, virtusq; fidei in periculis est secura, in securitate vero periclitatur.

5 Stans autem Iesus, iussit illum duci ad se, & cum appropinquasset, interrogauit illum, dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, vt videam. Et Iesus dixit ei: Respice. fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur illum, magnificans deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem deo.

Iesus ergo qui semel atq; iterum vociferantem dissimularat, vt euidentiorem redderet hominis fidem, tandem restitit, iussitq; cæcum adduci ad se, vt omniū oculos ad miraculi considerationem prouocaret. Fortassis erant complures in turba, qui nihil aliud sperare auderent quàm stipem. Poterat & absentem curare, sed ob dei gloriam adduci fecit, dās & prælatis exemplū pauperibus, & oppressis subueniendi. Sed dns conqueritur Esa. 1. Pupillo non iudicant, causa viduæ non ingreditur ad eos. Et si quandoq; ingrediat, plus expensarum impenditur q̄ causæ fit summa. Nouerat quid vellet cæcus, sed tamen interrogauit, quo cor ad petitionem excitet. Certe ipsi petitiones nostræ innotescunt solis desideriis. Peti eñ vult hoc, & quod nos petere & se dare prænoscit. Importune quippe nos ad orationem admonet, & tamen dicit, scit pater vester qd opus sit vobis, anteq̄ petatis eum. Licet eñ dare velit beneficia, vult tñ rogari. Non aspernat dns ille fons & origo omnis gloriæ cæcū pauperem, & homo peccator fastidit proximū suum. Magna autē tribus verbis petit, quod ab homine præstari non poterat, nihil addubitans quin ilico posset vt potentissimus, vellet tanq̄ clementissimus. Gregor. Non aurū, non argētum, sed lucem quærit, paruipendit extra lucem aliqd quærere: qa & si habere cæcus quodlibet potest, sine luce tamen videre non potest quod habet. Vnde Tob. 5. Quale mihi gaudiū est, q̄ in tenebris sedeo, & lumē cæli non video. Ecclesiast. 11. Dulce lumē, & delectabile videre solem. Imitemur eū, quē & corpore, & mēte audimus illuminatū: petamus à deo non quæ trāseūt, sed lumē qđ deū hic p fidē, & post cernere possimus per spēm. 1. Cor. 13. Videmus nunc p speculū in ænigmate, tunc aūt facie ad faciē. Ioh. 17. Hæc est vita æterna vt cognoscant te solū deū verū, & quem misisti Iesum Christum. Erat genus humanū clare vidēs à deo creatum, sed p pctm excæcatū. Sapiæ. 2. Excæcauit eos malitia eorū. Sopho. 1. Ambulabunt vt cæci, quia dño peccauerunt. Vere magna cæcitas, lapides & bestias pro deo colere. Sic & auaritiæ & ventris ingluuiei deseruire. Phil. 3. Quorū deus vēter est, & gloria in confusionē ipsorū, q̄ terrena sapiunt. Ro. 15. Huiusmodi Chro dño non seruiūt, sed suo ventri. Sic & auaritia idolorū dicitur seruitus. Eph. 5. Sed miseranda cæcitas, quæ seipsam ignorat. Hinc Mar. 3. Circūspiciens Iesus eos cum ira contristatus est super cæcitate cordis eorū. Vnde Iohan. 9. ait pharisęis: Si cæci essetis, pctm non haberetis, nūc vero dicitis, quia vide-

qua videmus, peccatum vestrum manet. Hi ergo si nondum possunt accedere ad Iesum, quia videre non possunt, saltem ad strepitum toti orbi terrarū Iesu gloriam prædicantiū, interogent quid hoc rei sit, & vbi cognouerint præterire Iesum, ne sinant elabi præsentē occasionem, sed miserabili clamore fatigent aures illius: & si præteritorū conscientia maiorū, quæ obstrepit clamanti, suadeat silentiū, tanto instantius clament. Huiusmodi mendicos amat dominus Iesus, & ideo differt nonnunquàm quod petit, vt plura promereat, qui mendicat. Magna enim præmia, magnis sunt precibus comparāda. Transit, sed non præterit, si vocem intendimus. Felix mendicus postquàm ad ipsius vocem restitit Iesus. Quid mirum si ad vocem interpellantis restitit, qui ad ouem perditam venire dignatus est? Felicior cęcus postq̄ adducit ad Iesum, iā em̄ saluti proximus est, nec diu cęcus esse potest, quisquis accesserit ad fontem omnis lucis. Origenes: Transiens dominus, cæcum audit: sed itans, illuminat, quia per humilitatem suam nostræ infirmitatis vocibus compatit, sed per potentiam diuinitatis lumen infundit. Fides tua, qua credidisti quod ego sum ille filius Dauid, qui celebrer Christus, & tantum præ te tulisti feruorem, vt quanuis increparent te, non silueris, te saluum fecit. Fide cōspexerat Iesum, priusquàm oculis corporis cerneret. Hæc nimirū est, quæ nihil non impetrat à clementissimo domino: hæc est quæ in medijs fluctibus & vitiorū tenebris, procul compellat Iesum, vt misereatur. Vidit & ex mendico factus est Iesu sectator, & prædicator diuinæ bonitatis: quin & populus tanto conspecto miraculo, tribuit laudem deo. Non inuidebant vt pharisæi, sed congratulabantur cæco, & collaudabant diuinam potentiam & bonitatem. Deus enim de suo beneficio hæc duo sic diuidit, vt sibi gloriā retineat, & nobis vtilitatem relinquat. Psal. 113. Nō nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Esaiæ. 42. Ego dominus, hoc est nomen meum, gloriam meam alteri non dabo. Non sufficit lumen recepisse, nisi Christum sequamur, ne in tenebris ambulemus. Ephe. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, vt filij lucis ambulate. Iohan. 8. Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Sequamur ergo Christum, aspiciamus qua gradiatur: & quem mente cernimus, opere sequamur. Vidit enim & non sequitur, qui bonum quidem intelligit, sed bene operari contemnit. Videt & sequitur, qui bonum quod intelligit, operat. Ecce dominus & creator angelorum, pauper de pauperibus natus parentibus, prosperari in hoc mundo noluit, opprobria, irrisiones q̄ tolerauit: & quia rerum delectatione corporalium à gaudio æterno cecidimus, cum qua amaritudine illic redeat ostendit. Quid itaq; homo pro se pati debet, si tanta deus pro hominibus pertulit? Diuerso qp̄pe itinere ambulat, qui gaudia delectationes q̄ appetit, cui dux suus viam amaritudinis ostendit. Per fletus quippe & gaudia ducimur, veritate pollicente quæ ait Matt. 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Ad fletum vero per gaudia venitur, eadem attestante Lucæ. 6. Væ vobis qui ridetis nunc, quia flebitis. Si ergo retributionis gaudium in peruentione quærimus, pœnitētiæ amaritudinem in via teneamus. Ecclesiastes. 2. Risum reputaui errorem, & gaudio dixi, qd frustra deciperis? Prouerb. 14. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Sic fit, vt vita nostra non solum in deum proficiat, sed hæc ipsa nostra conuersatio, ad laudem dei, & alios accendat. Marci. 10. Et veniunt Hiericho.

Et ingressus perambulat Hiericho, & ecce vir nomine Zachæus, & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues. Et quærebat videre Iesum, quis esset, & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens, ascendit in arborem sycomorum, vt videret eum, quia inde erat transiturus. Luc. 19 I

Ostendit quàm obuia dei sit benignitas pijs votis humilium, plus tribuens q̄ petere audent. Quum ingressus dñs iret per mediam ciuitatem, vndiq; stipatus densissima turba promiscuæ multitudinis, erat vir qdam ex re nomen habens, ardens desiderio iustitiæ Zachæus, quærebat vt de facie quoq; nosse posset, de quo rumor tam admiranda sparserat. Credebat & amabat quod audierat, & ideo iuxta votum Simeonis, Luc. 2. & patriarcharum, Lu. 10. fctā cupiditate gestiebat oculos explere felici spectaculo, maiora conaturus, ni mo destia obstitisset: & ob hoc dignior, cui Iesu maior fieret copia. Diu tenuerat & Herodē, desideriū videndi Iesum: vidit, & aspernatus est. Luc. 23. Non magnū, videre Iesum secundū carnē his oculis, qbus eū conspexerūt pharisæi, & deridebāt. Ioh. 15. Nunc aūt viderūt & oderūt & me & patrem meū. Zachæus ideo cupiebat videre, vt sciret quis esset, nimirum vnicus ille filius dei, totius salutis autor. Non viderant qs esset qui dicebant Marc. 6.

Nonne

Nonne hic est faber, filius Mariæ? Sed discipulorum beati oculi prædicantur, qui videre meruerũt, quod multis terrę principibus negatum esset, Lu. 10. Beatus Simon pronunciat qui viderat, quis esset Iesus. Matth. 16. Tu es Christus filius ille dei. Hanc sequit visio beata. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc aũt facie ad faciẽ. 1. Iohan. 3 Charissimi, nunc filij dei sumus, & nondum apparuit, qd erimus. Scimus qm̃ cũ apparuerit, similes ei erimus, qm̃ videbimus eũm sicuti est. Quod ergo natura minus habuit, ascensu supplet arboris, atq; ideo iuste, q̃uis rogare non audebat, benedictionẽ dominicæ susceptionis, quam desiderabat, accepit. Sycomorus, id est, caprificus, dicit eo quod gignat ficos sui generis, vnde & ficus Aegyptia dicit, foliis morum referens. Si Iesum videre cupimus, arborem crucis ascendamus, qa illac est transiturus. Iohan. 12. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Gala. 5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Gala. 2. Christo confixus sum cruci, viuo ego iam non ego, viuit vero in me Christus. Omnis eñ princeps in malitia, paruus est in iustitia: contraria enim sunt caro & spiritus. Gala. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibijuicem aduersantur, vt non quæcunq; vultis, illa faciatis, & propterea non potest videre Iesum præ turba. Qui enim secularibus negocijs & affectionibus turbantur, non vident Iesum. Pusilli sunt, qui rebus fluxis incumbunt. Ascendant per pœnitentiam, dulcedinem, & omnem voluptatem carnis infatuando & mortificando, in sublimiorem vitam. Psalmo. 83. Ibunt de virtute in virtutem, videbit deus deorum Sion. Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit, in valle lachrymarum, in loco quem posuit.

Sycomorus quid

Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus, vidit illum, & dixit ad eum: Zachæe, festinãs descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & suscepit illum gaudens, & cum viderent omnes, murmurabant quod ad hominem peccatorem diuertisset.

Sedebat in arbore, obuijs oculis expectans aduentãtem Iesum, fortassis multis Iudęorum risui erat diues & publicanus, sublimis in arbore spectator vnius hominis. Iesus delectatus hominis insigni cupiditate, quã ipso facto, quam oculis atq; vultu præferebat, quãquàm & ante viderat illum, tamen vt & Iudæis ostẽderet exemplũ promptæ credulitatis, sublatis in altũ oculis vidit Zachæum. Salutẽ eximiã expecta, quoties obtutu suo quempiam dignat Iesus. Habent eñ oculi illius salutare fascinum. Sic conuersus dñs vidit Petrũ, qui negauerat ipm̃, & recordatus est Petrus verbi domini, & egressus foras, fleuit amare. Mat. 26. Sic peccatricẽ respexit, dicẽs: Remittunt tibi peccata tua, Lucę. 7. Hinc Psal. 118. Aspice in me, & miserere mei. Nam oculi dñi super iustos, & aures eius ad preces eorum. Psal. 33. Vocat ex nomine, qa iam scriptus erat in libro vitæ. Luc. 10. Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cælis. 2. Timo. 2. Nouit dñs qui sunt eius. Vnde reprobis dicturus est. Mat. 7. Non noui vos, discedite à me oñes operarij iniqtatis. Vide benignitatẽ Iesu aspectũ desiderans, vocem audire meruit, & vt notus vocari ex nomine. Non despicitur, sed solam dat alacritatẽ, & recipit mercedem: priusquàm ipse videt, spectatur à Iesu. Accepimus dñm frequenter rogatũ iuisse ad conuiuiũ, nunq̃ aũt accepimus vltro non inuitatum ingessisse sese, atq; id vulgo pax habet ciuile. Sed introspexerat dñs affectũ hoīs, cui tanti erat vidisse Iesum prætereuntẽ. Plura tentaturus erat, nisi propriæ indignitatis conscientia obstitisset. Plus eñ impetrat humilis, q quod tacite secũ optat, propter conscientiam imbecillitatis suæ non audet petere, q̃ qui veluti deuincturus officio Iesum, vocat illum ad se. Quẽadmodũ ille nos sua gratia trahit ad se, ita nos illum humilitate nostra ad nos inclinamus. Iohã. 6. Nemo venit ad me, nisi pater q misit me, traxerit eum. Esaię. 66. Super quẽ requiescet spũs meus, nisi sup humilem & quietũ & trementẽ sermones meos? Sic & precibus detinet, ne puniat. Exo. 32. Cerno q̃ populus iste duræ ceruicis sit, dimitte me, vt irascat furor meus contra eos, & deleam eos. E sublimi speculatus fuerat Iesum per fidẽ. descẽdit ad officia pietatis, non eñ satis est contẽplari Iesum, quoties eget hospitio. Eget aũt, quoties eget proximus. Vult nos paratos esse, quũ quippiã imperat: hinc festinans descendit. Ecclesiastes. 9. Quodcũq; potest manus tua instãter opare: qa nec opus nec ratio, nec sciẽta est apud inferos quo tu properas. Descendendũ per humilitatem, & suscipiẽdus dñs. Luc. 1. Respexit humilitatẽ ancillæ suæ. Quũ eñ ipse summũ sit bonum, sine ingenti gaudio suscipi non p̃t: & merito. Qui ipm̃ mõ suscipit p grãm, post suscipiet ab ipso in gloriam. Ioh. 14. Si abiero & præparauero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. Matth. 25. Euge serue bone & fidelis, quia sup

quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudiũ dñi tui. Ambrosius: Qui domicilio interno recipit Christũ, maximis exhuberantium pascit delectationibus voluptatũ. Sap. 7. Venerunt mihi oĩa bona pariter cum illa. Hinc fructus spũs dicit, charitas, gaudiũ, pax. Istud eĩ purum & verũ est gaudium. Phil. 4. Gaudete in dño semper, iterũ dico, gaudete, quanq̃ non plenum. Iohan. 16. Petite, & accipietis, vt gaudium vestrũ sit plenũ. Iterũ videbo vos, & gaudebit cor vestrũ, & gaudiũ vestrũ nemo tollet à vobis. Mũdanũ, error potius est & deceptio q̃ gaudiũ. Eccles. 2. Dixi in corde meo, vadã & affluam delicijs, & fruar bonis, & vidi quod hoc quoq; esset vanitas. Risum quoq; reputaui errorẽ, & gaudio dixi, quid frustra decipetis? Prou. 14. Risus dolore miscebit, & extrema gaudij luctus occupat. Venerat & iam tẽpus, vt salus demigratura à Iudæis, transiret ad ecclesiã gentiũ. Illic eĩ oportet manere Iesum vsq; ad cõsummationẽ seculi. Mat. 28. Ecce ego vobiscũ sum oĩbus diebus vsq; ad consummationẽ seculi. Hiero. Semper virtutes persequit inuidia. Vnde & inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarũ. Sapiæ. 2. Imitant autem illum qui sunt ex parte illius. Dupliciter ergo peccabant: temere iudicando, quum iam peccator non esset, iustificatus à dño. Roma. 8. Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? Matth. 7. Nolite iudicare & non iudicabimini. Iohan. 7. Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Secundo, inuidia. Ad'hominem, inquiũt, peccatorem diuertit: quasi non primũ omnium peccatum sit, inuidere proximo, & quasi bonus esse possit, qui fratri salutem inuideat. O cõtaminatam & inuisam deo iustitiam, quæ mauult fastidire quàm sanari, mauult inuidere proximo quàm communicare. Dupliciter quis communicat peccatori, vel vt à peccato retrahat & emendet, hoc sanctum & pium. Sic medicus communicat ægroto. Matth. 9. Non est valentibus opus medico, sed male habentibus. Vel vt in peccato foueat, hoc pessimum est. Psalmo. 9. Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur. Ecce vnde sanari, & saluari debuerant, inde peiorati sunt.

Dupli peccatori quã communicare

Stans autem Zachæus, dixit ad Iesum: Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse filius sit Abraæ. Venit enim filius hominis quærere & saluum facere quod perierat.

Zachæus contempto murmure populi Iudaici, stat ante Iesum, ambiens etiam in discipulorũ ascisci numerũ, ostendens quousq; profecisset. Chrysostomus: Quẽadmodũ sol in domũ per radios suos infusus, non illustrat verbo, sed opere, ita saluator radijs iustitiæ, caliginem neqtiæ fugat. Ioh. 8. Ego sum lux mundi. Audi mirabile, nondũ didicit, & obedit. Hic dat dimidium bonorũ, nec de præda, sed si quid fraude partũ erat, restituebat fœnore quadruplo. Nam eĩ placet deo liberalitas, si in iniuria pseuerat: qa nõ spolia, sed dona quærunt. Eccl. 34. Qui offert sacrificiũ de substantia pauperũ, quasi q victimat filium in conspectu patris. Docet itaq; nullũ esse lucrũ, si qdem ex iniustitia pecunias habentes alijs misereamur, relictis illis quos iniuria affecimus. Quadruplũ reddit, vt illius cui iniuria facta, damnũ resarciat. Audiant hoc & imitent vsurarij palliati, & exactores iniusti. Reddo ait, in p̃senti, talis eĩ semper est in mora, & possessor malæ fidei vllo tpe non p̃scribit. Deinde de iuste acqsitis largiebat egenis dimidiũ. Prouer. 3. Honora dñm de tua substantia, & de primitijs frugum tuarum da pauperibus, & implebunt horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt. Iob. 31. De velleribus ouium mearũ calefactus est pauper. Nõ parce seminauit. 2. Corũ. 9. Qui parce seminat, parce & metet. Tob. 4. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude. 2. Corũ. 8. Si enim voluntas prompta est, secundum id quod habet accepta est, non secundũ id quod non habet. Do, inquit, in præsenti, & per me, non per hæredes. Prouerb. 3. Ne dicas amico tuo, vade & reuertere: & cras dabo tibi, cũ statim possis dare. O q̃t per hæredes decepti sunt, qs eĩ fidelis illi, q sibĩpsi infidelis est? Quot intus erat in pharisæis, plenum erat rapina, dolo, Mat. 23. & habemus Zachæum hoĩem iustum & liberalem, non solum diuitem, verumetiam publicanum, atq; adeo sui generis principem, quo magis etiam erat abominabilis apud Iudæos. Sed nihil moratur titulos dominus, mentem intuetur, & ex factis æstimat, ex his autem factis quæ ex fide & charitate proficiscuntur. Neq; vero hæc de se prædicabat Zachæus, quemadmodum ille pharisæus, suæ iustitiæ buccinator apud deum & publicani derisor. Luc. 18. Non præfert suam iustitiam alienæ, sed vt homo peccator & publicanus, simpliciter aperit studiũ suum, cupiẽs discere an quid foret addendũ ad

adipiscẽ

adiſpiſcendam vitam æternam. Sic enim expediebat, vt hæc Zachæi vox audiret ab inuidis Iudæis, & à Chriſto ijſdem audientibus probaret. Non em̃ poterat illis efficacius exprobrare ſuã fraudulentiam, auaritiam, rapacitatem, q̃ non ſolũ ipſi nihil largiebant egẽti proximo, verũetiam prętextu pietatis parentes fraudabãt à filijs debito ſubſidio. Vide q̃d nunc filiũ dicit Abraæ, quum mox̃ ſimilitudinẽ in ſe oſtendit. Iohan. 8. Si filij Abraæ eſtis, opera Abraæ facite. Quiſquis ergo fide ac ſynceritate vitæ pietate q̃ refert Abraam, is filius eſt Abraæ, conſors benedictionis olim promiſſæ. Galat. Si aũt vos Chriſti, ergo ſemen Abraæ eſtis, ſecundũ promiſſionem hæredes. Beda: Non de ſtirpe generatus, ſed qa eius fidem eſt imitatus. Sed ne propriæ iuſtitiæ tribuat, dicit ſuæ gratiæ munus eſſe. Matth. 9. Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Pius ſane magiſter, qui turbis murmurantibus ſua myſteria non dedignat aperire, adeo peccator̃ pœnitentiam non eſſe reſpuendam, vt ipſe dei filius ob hanc maxime quærendam, ſit deſtinatus ad terras. Quid enim magis perijt, quàm peccator. Nam deo perijt, q̃ diu à Chriſto inuentus non eſt & ſaluatus. Perijt in homine innocentia naturæ, ideo comparatur oui perditæ. Matth. 18. Similitudo gratiæ, ideo comparatur drachmæ perditæ. Lucæ. 15. Adeptio gloriæ, ideo aſſimilatur filio prodigo. Lucæ. 15. Quæramus ergo nos eum, qui tanta diligentia nos quæſiuit. Eſaiæ. 55. Quærite dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum, dum prope eſt. Pſal. 68. Quærite dominum, & viuet anima veſtra: quærite faciem eius ſemper.

Hæc illis audientibus, adijciens, dixit parabolam, eo quod eſſet prope Hieruſalem, & quia exiſtimarent, quod regnum dei confeſtim manifeſtaretur.
Luc. 19 K Dixit ergo: Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere ſibi regnum, & reuerti. Vocatis autem decem ſeruis ſuis, dedit eis decem minas, & ait ad illos: Negociamini dum venio. Ciues autem eius oderant eum, & miſerunt legationem poſt illum, dicentes: Nolumus hunc regnare ſuper nos.

Oſtendit quàm exactam dñs de donis collatis exacturus ſit rationem, & negligentiam puniturus. Serui em̃ ſumus omnes, operam debemus dño, ſors tota illius eſt, cuius ſumus & ipſi. Tantũ hoc pro ſua virili cuiq; enitendum eſt, vt augeat rem dñi, de præmio relinquat arbitrium dño, qui ſuo tempore promptam voluntatem noſtram, ac fidelem conatum largiſſime remunerabit. Iudæi imo & diſcipuli temporale quoddam regnum ſomniabant mox ipſi Meſſię futurum, prophetar̃ oracula carnaliter intelligentes. Eſa. 9. Super ſolium Dauid & ſuper regnum eius ſedebit, vt confirmet illud & corroboret in iudicio, & iuſtitia, amodo & vſq; in ſempiternũ. Hiere. 23. Ecce dies veniunt, dicit dñs, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit rex, & ſapiens erit, & faciet iudicium & iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabit Iuda, & Iſrael habitabit confidenter. Actu. 1. Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael? Hunc errorem hic excludit parabola. Nam licet homo fuerit, manſit tamen in faſtigio & nobilitate deitatis, & ſecundũ humanitatem de nobili fuit ſtirpe, Dauid. Luc. 1. Et dabit illi dñs deus ſedem Dauid patris ſui. Apocaly. 19. Et habet in veſtimento & in fœmore ſuo ſcriptum, rex regum, & dominus dominantium. Abijt in regionem longinquam, de qua Pſal. 114. Placebo domino in regione viuorum, vnde in die iudicij reuertetur. Actu. 1. Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cęlum? Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum. Tradidit ſeruis pecuniam, ſic vt inter eos omnes eſſet æqua ſortis partitio, ſimulq; mandauit illis: Hanc, inquit, pecuniam vobis trado, non vt prodigatis, vel ſeruetis apud vos ocioſam, ſed vt negociatione creſcat, videlicet vt reuerſus reperiam rem aductam. 1. Petr. 4. Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ dei. Epheſi. 4. Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Itaque ciues profecto cœperunt agitare de rebus nouandis, hoc molientes, vt dum alterum regnum aſſerit, ab eo quod poſſidebat excluderetur. Iudæi enim qui gaudere de ipſius aduentu, & regno debuerant. Zachariæ 9. Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Hieruſalem, ecce rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluator, excæcati oderunt, eo quod vitia ipſorum argueret. Prouerb. 15. Non amat peſtilens eum, qui ſe corripit, nec ad ſapientes gradit. Iohã. 7. Me autem odit mundus, qa ego teſtimonium phibeo, q̃m opa eius mala ſunt. Hinc grauis fuit eis etiã ad videdũ. Sap. 2. Quare exinuidia tradiderũt eũ. Mat. 27. Sciebat em̃ quod p̃ inuidiã tradidiſſent eũ. Oĩbus aũt modis conati ſunt, & ipſum, & fidem ipſius extinguere, nec ip̃m recipere pro Chſto. Iohã. 19.

Non ha-

Non habemus regem nisi Cæsarem. Noli scribere, rex Iudæorũ. Hiere. 11. Eradamus eũ de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius. Dañ. 9. Et non erit populus eius qui eum negaturus est.

Et factum est vt rediret accepto regno, & iussit vocari seruos quibus dedit pecuniam, vt sciret quantũ quisq; negociatus esset. Venit autem primus, dicens: Domine, mina tua decem minas acquisiuit. Et ait illi: Euge serue bone, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates. Et alter venit, dicẽs: Domine, mina tua fecit quinq; minas. Et huic ait: Et tu esto super quinque ciuitates.

Accepto regno, redijt, Matth. 28. Data est mihi oĩs potestas in cælo & in terra. Psal. 2 Postula à me, & dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuã, & possessionẽ tuã terminos terræ. Hoc regnũ diabolus per tyrannidẽ occuparat. Roma. 11. Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentiũ intraret. Vocauit seruos. 2. Cor. 5. Oẽs nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit, siue bonũ, siue malũ. Romañ. 14. Vnusquisq; pro se rationẽ reddet. Oportet ergo nos quod nostrũ est facere, illos aũt dñs iudicabit, q̃ inde noluerũt vtilitatẽ percipere. Dñs industriam ac fidẽ serui collaudans, ait: Declarasti te fidelẽ & amantẽ erga dñm tuum. nũc rebus meis auctis, æquũ est vt particeps sis amplioris fortunæ. Obserua quod non ait, ego acquisiui vel feci, sed mina tua: quia sancti nihil sibi, sed totũ diuinæ gratiæ ascribunt, quanquam & ipsi gratiæ cooperentur. 1. Cor. 15. Gratia dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia dei mecum. Qui ergo donis collatis hic laudabiliter vtuntur ad dei gloriã, proximi ædificationem, & propriam salutem, copiosam in cælis accipient mercedem. 1. Cor. 3. Vnusquisq; propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. 2. Cor. 6. Hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis. ait enim, Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nũc dies salutis.

Et alter venit, dicens: Ecce mina tua quam habui repositam in sudario: timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis q̃d nõ seminasti. Dixit ei: De ore tuo te iudico serue nequam. Sciebas q̃ ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens quod nõ seminaui? Et quare non dedisti pecuniã meã ad mensam, & ego veniens cũ vsuris vtiq; exegissem illã? & astantibus dixit: Auferte ab illo minam, & date illi qui decem minas habet. & dixerunt ei: Domine, habet decẽ minas. Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autem qui non habet, & q̃d habet, auferetur ab eo. Veruntamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me.

Venit tandẽ seruus omniũ ingratissimus, pessimæq; fidei. Adeo non profudi, inquit, pecuniam tuam, vt nec attigerim. Hoc malui q̃ venire in periculũ, ne si male cessisset negociatio, tecum mihi res esset. Metuebam enim te, non ignarus q̃ sis lucri cupidus, adeo vt non solum nihil dones de tuo, verũ etiam tollas alienũ. Dñs offensus non solum ignauia serui, verum etiam q̃ culpam referret in mores dñi, cõmotus ait: Atqui hoc ipsum te debebat ad industriam excitare, vt meam pecuniã tradidisses mẽsarijs. Itaq; quod pro sui excusatione se apte dixisse putabat, ad culpæ vertebat augmentũ. Admirantes serui de dñi sentẽtia, qua iussit dare minam ei qui decẽ lucratus fuerat, dixerũt: Dñe, q̃d opus est huic addere? Satis beatus ẽ. Tum dñs, vestra nihil refert quid habeat. sic mihi visum est, & sic æquũ est in hac ratione, vt qui industria fideli auxerit rem dñi, huic mea benignitas adijciat aliquid, vt magis etiam abundet. Contrà qui per ignauiã nihil lucri sibi parauit, huius egestati adeo non subueniatur, vt hoc ipsum etiam quod habet, sit auferẽdum. A negligenti ergo & ignauo cui non est studium vt crescat & augeatur quod accepit, & istuc ipsum tolletur. Hæc non solum de doctrina & sermone accipimus, sed & aliis donis & virtutibus: & siquidem vigilantes & sobrij fuerimus, multiplicabimus hæc: si uero aũt negligentes, & voluptate mortui erimus. Id eñ sudario signatur, quo facies à sudore

dore tergitur,& mortuoꝝ corpora inuoluuntur.1.Timoth.4. Noli negligere gratiam quæ in te eſt.Durum deũ inculpant impij quũ pijſſimus ſit,qa præcipit ea quæ dura ipſis videntur & diſplicent,& ea prohibet quæ carni delectabilia ſunt.Hinc dicunt,Quid faciam? Si quis fuerit ſanctus,vult deus vt ſit ſanctus:me nõ vult,& nõ ſum.Stulte homo, operare iuxta virtutẽ tuam,& affer aliquid ei qui dedit,etiam ſi non quantum Paulus & Petrus.Tu ergo quum eadem acceperis quæ Petrus & Paulus, nam & illi minã,& tu mi nam,& poſtea nõ motus ad operationẽ boni, arguis deũ. Oſe.13. Perditio tua o Iſrael, tantummodo in me auxiliũ tuum.Ioh.15.Sine me nihil poteſtis facere.Recipit dñs pecuniam,non noſtrã,ſed ſuã,& hoc cũ vſura ſalutis noſtræ & proximi.Alioqui indigni inuenti, donis illis ſpoliabunt.Ad hoc eñ nobis habitus donoꝝ atq; virtutũ largitur,vt p eum procedamus in actũ:nec ſibi totũ ſic attribuit, quin opa ipſa nobis imputet ad meritum,& pro eis copioſiſſimũ conferat præmium. Nam & gratia bono ipſius vſu meret augeri,vt aucta mereatur perfici.& ſic habẽti datur.Ignauus vero ſeipſum & dono redit indignum,& merito,ac p̃mio ſempiterno.Pſal.140. Non declines cor meũ in verba malitiæ,ad excuſandas excuſationes in peccatis.Iob.13.Verũtamen vias meas in cõſpectu eius arguam,& ipſe erit ſaluator meus.Inimicos meos adducite. Hæc parabola etſi peculiariter notare videatur Iudæos qui dixerũt,Non habemus regẽ niſi Cæſarẽ,Ioh. 19.concludit tamẽ omnes qui nõ obediunt euangelio,qui pœnas dabunt in interitũ æternas,à facie domini & à gloria virtutis eius,cũ venerit glorificari in ſanctis ſuis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderũt,2.Theſſ.1.Apoc.21.Timidis autẽ & incredulis & execratis,& homicidis,& fornicatoribus,& veneficis,& idololatris,& omnibus mẽdacibus,pars illoꝝ erit in ſtagno ardenti igne & ſulfure, quæ eſt mors ſecunda. Galat.6. Ergo dum tempus habemus,operemur bonum ad omnes.Bonum aũt facientes,nõ deficiamus.tempore enim ſuo metemus, non deficientes.

Et his dictis,procedebat aſcendens Hieroſolymam.

Verbo & exemplo ſuos ad conſtantiam animãdo.

¶De duobus cæcis illuminatis, Matth.20.Marc.10.

## ARTICVLVS XCVII.

Matt.20 L

ET egredientibus illis ab Hiericho,ſecuta eſt eum turba multa.& ecce duo cæci, ſedentes ſecus viam, audierunt quia Ieſus tranſiret, & clamauerunt dicentes:Domine,miſerere noſtri fili Dauid.Turba autem increpabat eos vt tacerent.At illi magis clamabant,dicentes:Domine, miſerere noſtri fili Dauid.

Nuſquam Ieſus nõ eſt hoc q̃d dicitur.aut docet,aut ſanat,aut viuificat.Secundũ Auguſtinum,tres cæcos dñs in hac via illuminauit, vnũ ante ingreſſum Hiericho,duos in egreſſu,vt dicit hic Matth.quoꝝ vnum tantũ nominat Marc.10.qui famoſior erat. De primo dicit Luc.18.Marc.10.Et proficiſcente eo de Hiericho,& diſcipulis eius,& plurima multitudine,filius Timæi Bartimæus cæcus,ſedebat iuxta viã mendicãs.Qui cũ audiſſet quia Ieſus Nazarenus eſt,cœpit clamare & dicere: Ieſu fili Dauid, miſerere mei. Et cõminabant illi multi vt taceret.At ille multo magis clamabat : Fili Dauid,miſerere me.Quũ ex ſtrepitu ſenſiſſent immẽſam multitudinẽ eſſe, percontati q̃d hoc foret,audierũt Ieſum trãſire . Spe ergo de ſalute cõſequẽda,ex his q̃ audierãt,cõcepta,clamabãt feruẽti corde & clara voce.Credebant eñ q̃d Ieſus ex ſemine Dauid ſecundũ carnem, Meſſias promiſſus,poſſet curare eos.Diſſimulauit clamorẽ illoꝝ Ieſus,q̃ magis eẽt perſpicua fides & ardor illoꝝ.Videns aũt turba Ieſum ad clamorem illoꝝ nihil reſpõdere, ac ſuſpicãs illi hoc moleſtũ eſſe,increpabat eos.At illi cõſtanti fiducia erga Ieſum, quem audierant beneficũ in oẽs,nihilominus nõ tacẽt,ſed crebrius idipſum ingeminãt, vt deſiderium plenũ veræ lucis oſtendãt,timentes ne propter ſtrepitum non audirent.Plane multum feruebant fide,quum increpati plus clamarent.

2 Et ſtetit Ieſus,& vocauit eos,& ait: Quid vultis vt faciã vobis? Dicunt illi:Domine,vt aperiãtur oculi noſtri. Miſertus aũt eorum Ieſus, tetigit oculos eorum.Et confeſtim viderunt, & ſecuti ſunt eum.

Ieſus

Iesus igit vbi satis spectatã reddidisset oĩbus illoꝝ fidẽ, nosq; illoꝝ exẽplo docuisset, feruẽter & cõstãter pulsandas aures dei, si qd velimus impetrare. Marc. 11. Quicqd orãtes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. constitit, quando quidẽ illi sequi non poterant, nisi clamore tantũ, iussitq; venire ad se. Marc. 10. Et stãs Iesus, p̃cepit illũ vocari. & vocãt cæcũ, dicẽtes: Animæquior esto, surge, vocat te. Qui proiecto vestimento suo, exiliens venit ad eum. Tantam spem cõcepit ex vocatione, vt abiecto pallio exilierit, & occurrerit ad Iesum. Marc. 10. Et respondẽs Iesus, dixit illi: Quid tibi vis faciam? Cæcus aũt dixit ei: Rabboni, vt videam. Præceptor mi, ait, credens ad imperiũ ipsius salutẽ cõsequi posse. Quærit aũt, vt desideriũ augeat, & meritũ crescceret, ac miraculũ oĩbus innotescceret, qa nõ eleemosynã, sed lumen postularent. Marc. 10. Iesus aũt ait illi: Vade, fides tua te saluũ fecit. Et cõfestim vidit, & sequebat eum in via. Non solũ corpis gressu, sed & imitatione virtutis. Hiericho Syris lunã sonat, ea typũ habet huius vitæ, quæ nihil aliud est q̃ perpetua nascentiũ & morientiũ, lætoꝝ & tristiũ vicissitudo. Quod mors illius erat effectura per euangelij p̃dicati fidẽ, hoc exhibet imagine corporali. Cæcũ erat genus humanũ ignorãtia veri, & mendicũ erat inopia omniũ virtutũ. Hieronymus: Cæci, vterq; populus, q̃ alter scriptam legem, alter naturalẽ sequẽs, sine Christo cæcus fuit, nec dicere potuit: Dñe, in lumine tuo videbimus lumẽ, Psal. 35. Nam Iudæi ignorantes dei iustitiã, & suã volẽtes cõstituere, iustitiæ dei nõ fuerũt subiecti, Roma. 10. Gentes vero quũ deũ cognouissent, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerũt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratũ est insipiens cor eoꝝ: dicẽtes em̃ se esse sapientes, stulti facti sunt, Roma. 1. Iesus aũt suo cõtactu vtrosq; illuminauit. Iohan. 1. Erat lux vera quæ illuminat omnẽ hominẽ venientem in hunc mundũ. Esa. 42. Dedi te in fœdus populi, in lucem gentium, vt aperires oculos cæcoꝝ. Ita sanat & animum cupiditatibus mundanis excæcatũ suo cõtactu. Nõ statim proditus est quisquis corpore nihil cernit, sed saluus esse non potest, qui nihil cernit oculis animi. Hos oculos recepisse salus æterna est. Psal. 12. Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, prævalui aduersus eum. Hieronymus: Cõueniens hic ordo salutis. Audimus, clamamus, vocamur: venimus, illuminamur, seqmur. Audimus per prophetas. Roman̄. 10. Fides ex auditu. Iohan. 5. Scrutamini scripturas. illæ sunt quę testimonium perhibent de me. Clamamus per desiderium. Psal. 118. Clamaui in toto corde meo, exaudi me dñe. Vocamur per apostolos. 2. Cor. 5. Pro Christo legatione fungimur: tanq̃ deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. Venimus per fidem. Heb. 11. Accedentem ad deũ oportet credere quia est, & inquirentiũ se remunerator sit. Ideo vestimentum veteris hominis reĳciendũ. Coloss. 3. Expoliantes vos veterẽ hoĩem cum actibus suis, & induentes nouũ, eũ qui renouat in agnitionẽ dei, secundũ imaginem eius qui creauit eum. Luci em̃ proximus est, q̃ cæcitatis suæ magnitudinem agnoscit, & quem vehemẽter tædet cæcitatis suæ. Illuminamur vt videamus voluntatẽ dñi. Psal. 26 Vnã petĳ à dño, hãc requirã, vt inhabitem in domo dñi oĩbus diebus vitæ meæ. Vt videam voluntatẽ dñi, & visitẽ tẽplum eius. In hoc aũt datur lumẽ, vt illius sequamur vestigia. Tuo em̃ relinqueris arbitrio, vtrũ dono dei bene vti velis an male. nõ cogeris sequi, tantũ data est lux vt cernas Iesum. abi quo vis, sed tuo periculo. Pax est nouisse Iesum, nisi quẽ vides studeas imitari. Iesus recta tendit ad crucẽ, huc illũ receptis oculis sequaris oportet. 1. Ioh. 2. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Galat. 5. Qui Christi sunt, carnẽ suã crucifixerũt cum vitĳs & concupiscẽtĳs. Galat. 2. Chr̃o cõfixus sum cruci. viuo ego iam nõ ego, viuit vero in me Chr̃s. Matt. 16. Si qs vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

Hiericho qd sonet.

¶ De alabastro vnguenti, par. 2. art. 22. v

¶ De sessione asselli, Matt. 21. Marc. 11. Luc. 19. Iohan. 12.

## ARTICVLVS XCVIII.

ET cum appropinquassent Hierosolymis, & venissent Bethphage, ad montem Oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos, dicens eis: Ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis asinã alligatã, & pullum cum ea. soluite, & adducite mihi. Et si quis aliquid vobis dixerit, dicite quia dominus his opus habet, & confestim dimittet eos. Matt. 21. M

Quàm fallax fugaxq; mundi sit gloria, cum ipsis temporꝫ momẽtis, manibus apprehendẽtium elabendo, suosq; sectatores misere decipiendo, dñs hoc ostendit portento. Luc. 19. Et factũ est cum appropinquasset ad Bethphage & Bethaniã, ad montẽ qui vocatur Oliueti, misit duos discipulos. Erat Bethphage viculus quidã prope mõtem Oliueti, qui sabbati habebat iter ab Hierusalem, Acto. 1. Duos misit, in commendationẽ charitatis, & ad designandũ, neminẽ rite verbi ministrũ, nisi legitima autoritate missum. Roma. 10. Quomodo prædicabũt nisi mittantur? Hinc Iohan. 20. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Quo contra Hiere. 23. Nõ mittebã prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad illos, & ipsi prophetabãt. Hierusalem castellũ nominat, quũ nõ esset ibi ciuiũ vnio, sed periculosa dissensio: quare ex libertate tẽporali in miseriam Romanorꝫ redacti sunt seruitutem, & ex spũali in seruitutẽ peccati, & sic dño suo rebellans, armis malitiæ munitũ. Acto. 7. Dura ceruice & incircũcisi cordibus & auribus, vos semp spiritui sancto restitistis, sicut & patres vestri. Quem enim prophetarꝫ nõ persecuti sunt patres vestri? Iohan. 15. Si me persecuti sunt, & vos psequẽtur. Psal. 54. Vidi iniquitatẽ & cõtradictionem in ciuitate, die ac nocte circũdabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius & iniustitia. Et non defecit de plateis eius vsura & dolus. Marc. 11. Et statim introeuntes illuc, inuenietis pullũ (Luc. 19. asinæ) ligatum, super quẽ nemo hominũ adhuc sedit. Soluite illũ & adducite. & si qs vobis dixerit, qd facitis? (Luc. 19. quare soluitis?) sic dicetis ei, quia dñs operã eius desiderat, qa dño necessarius est. & confestim illum dimittet huc. Secundũ glossam, ad custodẽ refertur animaliũ quod dimitteret, audito qd dñs operam eius desideraret: secundũ Chrysostomũ, ad dñm, qꝫ statim peracto opere mitteret. Beda: Bene, cũ ad mõtẽ Oliueti veniisset dñs, discipulos misit qui animalia adducerent: qa non nostris meritis, sed sola ipsius gratia ad eũ peruenimus. 1. Iohan. 4. In hoc est charitas dei, nõ quasi nos dilexerimus deũ, sed qm̃ ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propiciationẽ pro peccatis nostris. Mons quippe Oliueti, celsitudinem dominicæ infinuat dilectionis, qua nos misericorditer visitare & saluare venerat. Cant. 1. Oleum effusum nomẽ tuum. Hinc vnctus dicitur præ participibus suis, Heb. 1. Iohan. 1.

Asina & pullus qd designent.

De plenitudine eius oẽs nos accepimus. Asina & pullus, vtriusq; populi rudia corda designãt, quibus ipse præsidens, à noxia libertate suo frenans imperio, ad visionem supernæ pacis adducit. In qua manet fixa immobilisq; felicitas, quæ Hierusalẽ est mater oĩm credentiũ & bene viuẽtium in Christo. Vterq; em̃ populus funibus peccatorꝫ erat circunplexus, & solutione diuina opus habebat: iste lege quam acceperat male vtendo, ille nunquã accipiendo peccauerat. Roma. 3. Nõ est distinctio Iudæi & Grẽci. omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei. Gene. 6. & 8. Sensus & cogitatio cordis humani, in malum prona sunt ab adolescẽtia sua. Hinc Roma. 7. Inuenio aliam legem in mẽbris meis, repugnantẽ legi mẽtis meæ, & captiuantẽ me in lege peccati, quę est in mẽbris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum. Duo missi sunt, Petrus ad Iudęos, Paulus ad gẽtes: & in hodiernum diem duo nos saluant testamẽta. Roma. 3. Nũc aũt sine lege iustitia dei manifestata est, testificata à lege & prophetis. Iustitia aũt dei per fidẽ Iesu Christi, in omnes & super oẽs qui credũt in eum. non em̃ est distinctio. Matth. 13. Omnis scriba doctus in regno cælorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Chrysost. Nostra negligentia & volũtate alligamur, sed p dei misericordiam absoluimur. Cũ em̃ peccando tradiderit se quis sub regno diaboli, iam nõ potest de potestate eius exire nisi adiutorio diuino. In atrio em̃ fortis, stat alligatus. Asina, sensualitas: pullus, hoc est, volũtatis affectus, per peccatũ ligãtur. Prouer. 5. Iniquitates suæ capient impiũ, & funibus peccatorꝫ suorꝫ constringetur. Eccẽs. 4. Funiculus triplex difficile rumpitur. Triplex funiculus ad peccatũ trahẽs, Caro, mũdus, diabolus. Sed dñs soluit compeditos, Psal. 145. & Psal. 115. Dirupisti dñe vincula mea. Et hoc, cũ appropinquat per gratiã suã. Iac. 4. Appropinquate deo, & appropinquabit vobis. Deinde soluit se homo p amaritudinẽ cõtritionis. Esa. 58. Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. Demũ per ministros ecclesiæ. Mat. 18. Quæcũq; solueritis super terrã, erũt soluta & in cælo. Iohan. 20. Quorꝫ remiseritis pcta, remittunt eis. Sed ad qd soluendi? Num vt ad libitum agãt? Minime. sed quia dñs opus habet, nõ ob suã necessitatẽ, sed ipsorꝫ salutẽ. Psal. 15. Conserua me dñe, qm̃ speraui in te. dixi dño, deus meus es tu, qm̃ bonorꝫ meorꝫ non eges. Psal. 49. Meus est orbis terrarꝫ & plenitudo eius. Nã & pctores conditione quidem dei sunt, sed volũtate diaboli. Iustũ aũt est, vt creatura quãdoq; suo deseruiat creatori. Roma. 6. Sicut exhibuistis mẽbra vestra seruire immũditiæ, & iniquitati ad iniquitatẽ, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Galat. 5. Vos enim in libertatem vo-

Asina mystice quid.

tatem vocati estis fratres, tantum, ne libertatē in occasionem detis carnis, sed per charitatem spūs seruite inuicem. 1. Petri. 2. Quasi liberi, & non quasi velamen habētes malitiæ libertatem, sed sicut serui dei. Felix nimirū iumētum, quod dominica iussione solutū, semper cum ipso manet. Nam ipso regente tenetur ne cadat, deducit ne erret, & cū gloria ad dominicū suscipitur vsum, Psal. 72. Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cū gloria suscepisti me. Roma. 8. Qui spiritu dei aguntur, ij filij dei sunt.

Hoc autem factum est, vt adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subiugalis.

Hæc partim ideo facta sunt, vt discipuli intelligerēt illi nihil esse incognitū, & habere potestatē imperandi quibuscūq; vellet, & quicqd vellet, si voluisset vti viribus suis, partim vt Iudæi vel hoc argumēto agnoscerēt illū esse Messiā, & viderent hunc nouum ingressum olim à Zacharia propheta fuisse p̄dictū. Beda: Mediator dei & hominū, homo Chrūs Iesus, q pro humano genere passurus venit in mundū, appropinquāte hora passionis, loco ipsius appropinquare voluit, vt per hoc clarescceret quia nō inuitus, sed spō te pateretur. In asino veniens, à turbis rex appellari & laudari voluit, vt etiam eruditus quisq; per hoc cognoscceret ipsum esse Christum, quē sic venturū prophetia olim p̄missa signauerat. Sed inuidētes scribæ & pharisæi, ea q̄ legebāt, intelligere nō potuerūt. Chrysostomus: Interrogēt Iudæi, qs rex delatus super asinā, intrauit Hierusalē. & qa nō habent aliū q sic venerit, necesse erit hunc solū dicere regē ipsis per prophetā promissum. Hinc obseruandū, & Matthæus q Hebræis hebraice scripsit, secūdum prophetæ testimonium asinā & pullū posuit: alij aūt tres, qui Græce scripserunt, nullū de asina, sed solū de pullo mentionē fecerūt. Sic nempe habetur Zacha. 9. Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem, ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator, ipse pauper, & ascendēs super asinā, & pullū filiū asinæ. Tria ergo propheta ipsi tribuit insignia, qa iustus, saluator & pauper. Deus aūt paterno per prophetam loquēs affectu, ait: Dicite filiæ Sion, ad ipsius cōsolationē. Ecce rex in præsenti. Esa. 52. Ego ipse qui loquebar, ecce, adsum. Vere rex regum & dñs dominantiū. Apoca. 19. Nam potestatem habet super corpus & animam. Matt. 10. Eum timete, qui potestatē habet & corpus & animam perdere in gehennam. Sed Iohan. 12. Noli timere filia Sion, ecce rex tuus venit. Nam tibi promissus. Matt. 15. Non sum missus nisi ad oues quæ perierūt domus Israel. Ex te natus. Iohan. 4. Salus ex Iudæis est. Venit, post tot patrū desideria & suspiria. Esa. 64. Vtinā disrūperes cælos & descēderes. Agge. 1. Veniet desideratus cūctis gētibus. Venit aūt tibi. Chrysost. Ad vtilitatē tuā, si credideris: contra te, si ingrata fueris. Hiere. 23. Regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudiciū & iustitiā in terra. Esa. 11. Iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æqtate pro mansuetis terræ, & percutiet terrā virga oris sui, & spū labiorū suorū interficiet impium. Nō enim terrena immitibus, sed cælestia regna dat māsuetis. Psal. 36. Mansueti aūt hæreditabūt terrā, & delectabunt in multitudine pacis. Venit nō in curru aureo preciosa purpura fulgens, neq; ascēdit super equū feruidū discordiæ amatorē & litis, sed super asinā tranquillitatis & pacis amicam. Nō venit vt suscitet bella, imponat exactiōes, sed sua & seipsum donare. Dedit eñ regnum cælorū in possessionē. Venite benedicti patris mei, possidete paratū vobis regnum. Corpus in refectionem. Ioh. 6. Ego sum panis viuus qui de cælo descēdi. si quis māducauerit ex hoc pane, viuet in æternū. Animam in redemptionem. Iohan. 10. Animam meā pono pro ouibus meis. Matth. 20. Filius hominis nō venit ministrari, sed ministrare, & dare animā suam redēptionē pro multis. Quia ergo Iudæi pro maiori parte Christū non receperūt, ideo regnum diaboli manet super eos, quia spūs immundus iuxta saluatoris testimoniū (Mat. 12.) septē nequioribus assumptis, ipsos inhabitat, & regnū peccati manet super eos. Iohan. 8. Dixi vobis quia in peccato vestro moriemini. Si non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro. Et regnum dei ablatum est ab ipsis. Matt. 21. Auferetur à vobis regnū dei, & dabitur gēti facienti fructus eius. Venit ergo mansuetus & humilis, vt amaret & imitaret. Matt. 11. Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Mansueti ergo māsuetum portare debēt. Iaco. 1. In mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. Chrysostomus: Idcirco asina sedisse dicitur, vt viuendi nos philosophia erudiret. ita & simul prophetias implebat, & dogmata veritatis pandebat, & viuendi præcepta exemplis præbebat & affirmabat. Regulam enim nobis præbet, ne maiora quàm necessarius vsus exigit, inquiramus. Itaq; quando nascebatur, non magnificas ædes, non locupletē

matrem,ſed pauperrimam & fabro deſponſatã elegit,& in tugurio naſcitur, & in præſepio ponitur.Sic diſcipulos nõ oratores,nec genere claros elegit,ſed inopes valde.Mẽſa ſua hordeaceis panibus referta erat,recumbẽtibus in fœno.veſtes viles,nec conditionem vulgi excedẽtes.Domum nullam habebat de loco ad locum pedibus iter faciebat, non in ſede,ſed in montibus ſedebat.Non equis ſublimibus aut mulis vſus eſt,ſed aſinis, & hoc cũ neceſſitas ſcripturæ exegit.2.Cor.8.Scitis gratiã dñi noſtri Ieſu Chriſti, q̃ cũ dives eſſet,propter nos egenus factus eſt,vt nos inopia ipſius diuites eſſemus.

9 Euntes autem diſcipuli,fecerunt ſicut præcepit illis Ieſus, & adduxerunt aſinam & pullum,& impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua, & eum deſuper ſedere fecerunt. Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via. Aliĳ autem cædebant ramos de arboribus,& ſternebant in via. Turba autem quę præcedebant,& quæ ſequebantur,clamabant dicentes: Oſiana filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini. Oſiana in altiſſimis.

Sæpe venit in Hieruſalẽ aliàs,ſed nunq̃ cũ tanta maieſtate vt nunc.Prius deliteſcebat propter inuidiam illorũ,nunc aũt paſſione inſtante clarior venit,vt ſi velint,gloriã eius intelligant,& ex prophetĳs quæ de ipſo erant,agnoſcant eum deum verum:ſin nolint, in maiorem ipſorum condemnationem ſit,quod etiam tam claris miraculis non crediderint.Beda:Inſtar agni paſchalis ante quinq̃ dies quàm pati inciperet, locum paſſionis adĳt,vt ſe inſinuaret eſſe illũ de quo prædixit Eſaias 53.Oblatus eſt quia ipſe voluit. ſicut ouis ad occiſionem ducetur,& quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet,& non aperiet os ſuum.Luc.19.Abierũt aũt qui miſſi erant,& inuenerunt ſicut dixit illis Ieſus, ſtantem pullum.Marc.11.Ligatum ante ianuam foris in biuio,& ſoluerunt eum.Luc.19 Soluentibus aũt illis pullum,dixerũt domini eius ad eos: (vbi viderũt ab ignotis ſolui.) Marc.11.Quid facitis ſoluentes pullum? At illi dixerũt,ſicut præcepit illis Ieſus.Luc.19. Quia dñs eum neceſſarium habet, & duxerũt illum ad Ieſum.Admirare & imitare ſimplicem & promptam diſcipulorũ obedientiam nihil cunctantium. Sic nos exequi decet dei iuſſa,nõ diſpicere qualia præcipiat aut cur.Neq̃ eñ deus nos conſtituit præceptorũ diſcuſſores,ſed executores,vt dicit Chryſoſtomus,alioqui audiemus illud Ioh.21.Quid ad te? tu me ſequere. Theoph.Non pmitterẽt animalia ducere, niſi diuina virtus eis incubuiſſet cogens,p̃ſertim cũ rurales eſſent & coloni.Quod ergo fecerũt, miniſteriũ fuit illorũ,virtus aũt & autoritas Chriſti.Sic quod ſoluerũt Iudæos & gentes,prima quidem facie videbatur opus illorũ,reuera aũt opus & virtus fuit Chriſti.Nec enim totũ mũdũ ſub poteſtate diaboli ligatum ſoluere potuiſſent, niſi gratia Chriſti virtutẽ confregiſſet inimici.Matt.12.Quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis,& vaſa eius diripere,niſi prius alligauerit fortem? Diſcipuli,quo commodius ſederet dominus,inſtraue runt pallia ſua,atq̃ ita collocarunt eum in tergo pulli.Hieronymus:Secundũ literam,in paruo itineris ſpatio ſuper vtrũq̃ animal ſedere nõ quiuit. Cũ ergo hiſtoria vel impoſſibilitatem habet,vel turpitudinẽ,ad altiora tranſmittimur,vt aſina animal ſubiugale,legis onus ſignificet,quo Iudæi erãt onerati,Acto.15.Pullus aſinæ laſciuus & liber,gentiũ populum,quibus ſedit dñs,miſſis duobus diſcipulis,vno in circũciſionem,altero in gentes.Pullum ergo adducunt indomitum,quem ſoluunt & domant, qui erat ligatus ante ianuam fidei,cum vinculis peccatorũ ſuorũ,in biuio ſtantem,libertate arbitrĳ dubitantẽ inter vitam & mortem.Sedit,in eo regnare cœpit,vt non regnet peccatũ in laſciua carne.Roma.6.Non regnet pcẽm in veſtro mortali corpore:ſed iuſtitia,pax & gaudiũ in ſpũ ſancto,Roma.14.Non eñ neceſſitate ſup pullum venire voluit, quũ omnẽ Iudæam & Galilæam pedes perambulauerit:ſed ſignũ erat, q̃ per mortẽ ſuam honor ſibi regius cõueniebat,cuius regnũ futurum erat eccleſia ex Iudæis & gẽtibus cõgregata.Iohan.11. Ieſus moriturus erat pro gẽte,& nõ tantum pro gente,ſed vt filios dei qui erãt diſperſi, congregaret in vnũ.Hieruſalẽ enim,cæleſtẽ repræſentat gloriã,Galat.4. ad quã Chriſtus rex noſter per fidei obediẽtiam vtriq̃ populo inſidens,perducit vtrũq̃,ſed prius apoſtolicis ornamẽtis decoratũ,quæ ſunt gratiæ doctinæ apoſtolicæ.Talium dorſis gaudet inſidere dñs,qui ſimpliciter obediunt,qui ſuaue iugum euangelicæ doctrinæ libenter accipiunt,qui non ferociunt aduerſus ſeſſorem.Roma.8.Qui ſpũ dei aguntur, hi filĳ dei ſunt.Mũdi principes amant feroces caballos,ac bello natos & edoctos. Dñs Ieſus tales amat aſinos,qui mites mitem vehant dñm,nec ſeſſorem tergo excutiant. Erant nuda iumenta prius,ſed apoſtoli ſuis pallĳs conueſtiunt,ſua doctrina,ſanctæq̃ vitæ exem

Aſina.

Pullus aſinæ.

plis ta

plis ea prꝑarãtes ſeſſuro dño, qui quod ſemel fecit iuxta carnẽ, nunq̃ non facit iuxta ſpiritualem ſenſum. Triplici honore Ieſum proſecuti ſunt. Primo veſtes ad viæ ornatum ſternebãt. Luc. 19. Eunte aũt illo, ſubſternebant veſtimẽta ſua in via. Multitudo q̃ diu incorrupta manebat, agnouit quantũ opus erat, & ideo ſinguli pro viribus ſuis venerant. Veſtis, animæ caro eſt, quam ſubñciamus dño, & ſternamus viam vitæ noſtræ. Secundo frondibus. Marc. 11. Alij aũt frondes cædebãt de arboribus, & ſternebãt in via. Iohã. 12. In craſtinum aũt (poſt cœnam quam fecerãt ei in Bethaniam reuerſo) turba multa quæ venerat ad diem feſtum, cum audiſſent quia venit Ieſus Hieroſolymam, acceperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obuiam ei. Declarabant palmæ, quod fortis quidẽ & victor fuerit mortis, reſuſcitato Lazaro. Palma enim victoꝝ erat corona ac triumphalis perpetuo virens, procera & aſcenſu difficilis, ſed fructu ſuauiſſimo, genuina quadam naturæ vi ſurgens aduerſus onus impoſitũ. hæc Hierony. Iuſti vt palma florebũt, Pſal. 91. anguſti in radicibus, lati in frondibus & fructibus, qm̃ bonus odor Chriſti ſunt in omni loco, 2. Cor. 2. & ſternũt viam mandatoꝝ dei bona fama. Incidamus ergo ab arboribus ramos, hoc eſt, ſanctoꝝ vitas imitemur. Erat aſpera via, ſed hanc diſcipuli ſubſtratis veſtibus cõmuniunt, oſtendẽtes facilem eſſe viam pietatis, ſi quis per exempla ſanctorum ingrediens, ſubdat ſe dño Ieſu. Itur per ramos palmaꝝ, per frondes arborum virẽtes, p ſemper florentem & virentem memoriã martyꝝ, virginũ, & confeſſoꝝ. Quanta eñ vis exemploꝝ offert ſeſe vndiq; viã pietatis ingreſſis? Tertio, vocibus. Triphalis acclamãtis vox populi, atq; ingeminata, ad Chriſti gloriã pertinebat. Symmachus: Obſecro dñe, ſalutẽ imparti nobis, vel filio Dauid. Hierony. Iudæi precaturi deũ, dicũt, ana domine, q̃d LXX. ò dñe interpretantur. Symmachus apertius, obſecro dñe, dicit. Hoſiah vero, ſaluifica, ſiue ſalutem imparti. Hinc patet, Ana interiectionẽ eſſe deprecãtis: cui ſi addas Hoſiah, ex duobus vnum coaleſcit nomen, quod euãgeliſtæ interpretati nõ ſunt, ſicut & pleraq; alia. Qui præibant prophetæ, qui ſequebantur apoſtoli, vna eademq; cõfeſſionis laudant voce dominum: quia vna nimirum eſt fides eorum qui ante incarnationem & qui poſt fuerunt patrum, quãuis ſacramenta pro temporum varietate habuerint diuerſa. Actu. 15. Per gratiam domini noſtri Ieſu credimus ſaluari, quemadmodũ & illi, & gentes ſcilicet & Iudæi. Sic & opera noſtra quæ præcedunt, & quæ ſequuntur, ſint in gloriam dei. Sunt enim qui vitam honeſtam præ ſe ferunt principio, quorum vita ſubſequens, longe diſſimilis, non eſt in gloriam dei. Benedictus qui venturus dicebaris & expectabaris. In nomine patris venit, quia in omnibus gloriam patris quæ fiuit. Iohan. 8. quanquam à Iudæis pro maiori parte receptus non fit. Iohan. 1. In propria venit & ſui eum non receperunt. Hinc Iohan. 5. Ego veni in nomine patris mei, & non recepiſtis me: ſi alius venerit in nomine ſuo, illum recipietis. Marc. 11. Benedictum quod venit regnum patris noſtri Dauid, Oſiahana in excelſis. Luc. 1. Et dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris ſui, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius nõ erit finis. Hieronymus: Perſpicue docet aduentum domini in carnem, non ſolum humani generis in terra, ſed & angelorum in cælis eſſe ſalutem: quia dum nos redempti ad ſuperna reducimur, eorum profecto numerus, qui in ſatana cadente fuit minoratus, impletur. Ephe. 1. Inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cælis & quæ in terra ſunt in ipſo. Cũ omni ergo humilitate & ſpũs iucũditate myſteria Chriſti recolere debemus, quatenus ipſum per gratiam recipere mereamur.

Quotuplici honore Chriſtũ Iudæi proſecuti.

Palma.

Oſiana vel hoſiana, vel per ſyncopen Oſiana.

Et cum appropinquaret iam ad deſcenſum montis Oliueti, cœperũt oẽs turbæ deſcendentium gaudentes laudare deum voce magna ſuper omnibus quas viderãt virtutibus, dicentes: Benedictus qui venit rex Iſrael in nomine domini, pax in cælo, & gloria in excelſis. Luc. 19 N

Pergebat ire Hieroſolymã, vbi peracturus erat eximium illud ſacrificium pro ſalute generis humani, & e ſpecula crucis velut auarus & ambitioſus rex, omnia pertracturus ad ſe. Quum ergo iam ventum eſſet ad pedẽ montis, ac recta tenderetur Hieroſolymã, mirus quidã affectus corripuit animos omniũ, quoꝝ alij comitati fuerant Ieſum, alij ex Hieroſolymis proceſſerãt obuiã, vt afflatu quodã numinis, contempta phariſæoꝝ inuidia, redderẽt teſtimoniũ dño Ieſu. Ioh. 12. Benedictus q̃ venit in nomine domini rex Iſrael. Hic plane noui cuiuſdã regni auſpicia deſcribuntur. & nouus quidã rex feſtis iã acclamationibus excipitur, q̃ diaboli regnũ extrudat atq; deuaſtet. Atq; hoc modo excipiunt nouũ regem, quotquot ſentiunt ſe à tyrannide diaboli liberatos eſſe. In illoꝝ animis hæc freqũs eſt gratulatio, Hinc pax dicit in cælo, quia antiquũ bellum quod habui-

mus contra deũ, diremptum est. Ephe. 2. Ipse est enim pax nostra, q̃ fecit vtraq; vnum. Coloss. 1. Pacificans per sanguinẽ crucis, siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt. Esa. 53. Disciplina pacis nostræ super eũ, cuius liuore sanati sumus. Consonat ista laus spũs sancti per ora simplicium, illi, quam angeli in natiuitate dñi cecinere, Lucę. 2. Iohan. 12. Testimonium ergo perhibebat turba quæ erat cũ eo, quando Lazarꝰ vocabat de monumẽto, & suscitauit eum à mortuis, propterea & obuiã venit ei turba, qm̃ audiebat eum hoc fecisse signum. Sed inuidorꝫ corda principũ in cunctis quę prouide gessit, eum potius persequi quàm in eum credere maluerũt, & in multis miseri, vitæ autorẽ morti potius dare, quàm per ipsum viuificari voluerũt. Iohan. 12. Pharisæi ergo dixerũt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus? ecce mũdus totus post eum abiit. Ea res sacerdotum ac pharisæorꝫ animos, propemodũ in desperationem adegit, nec tamẽ ab impio cœpto resipiscunt, sed inter sese cõmurmurant, d. Videtis quoniam omnibus machinamentis aduersus illũ nihil proficimus, sed quo magis obsistimus, hoc magis & illius autoritas inclarescit, & populi studium accenditur. Antea paucos habebat discipulos, ecce nũc totus mundus deficit à nobis ad illũ, vt nobis iam nõ satis tutum sit in illum manus palam iniicere. Luc. 19. Et quidam pharisæorꝫ de turbis, dixerunt ad illum: Magister, increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait: Dico vobis, qa si hi tacuerint, lapides clamabũt. Dñs piam simplicis turbæ professionem non cõpressit, sed pharisæorꝫ cæcitatem oblique taxauit, q̃ nõ vererentur ea quæ magnifice gerebat dñs, tribuere Beelzebub principi dæmoniorum, Luc. 11. Qua fronte, inquit, cõpescam gloriam merito canẽtes deo, & quod à prophetis olim dictũ est, nunc pijs votis occinentes? Psal. 117. O dñe saluum me fac, ô domine bene prosperare. Benedictus qui venit in nomine domini. Illud affirmo vobis, adeo deus non vult laudem suam sileri, vt si homines conticescerent, lapides clamarẽt, quibus vos estis insensibiliores. Hoc, vt dicit Beda, in passione factum est, quando tacentibus præ timore discipulis, petræ scissæ sunt & monumẽta aperta, Matt. 27. Iohan. 12. Hæc nõ cognouerunt discipuli eius primo, sed quãdo glorificatus est Iesus, tũc recordati sunt, qa hæc scripta erant de eo, & hæc fecerũt ei. Hæc em̃ non intelligẽtes, putabant oĩa agi fortuito: sed post q̃ morte, resurrectione, missoq; spũ sancto glorificatus est Iesus, tum rem gestã cum prophetæ dictis cõferentes, animaduertũt hoc de illo scriptũ fuisse, quod acclamatum est à turba, quodq; ipse sic adueniens fecit. Hoc honoris dominus Iesus, qui humilis semper vixerat, sibi passus est exhiberi, quo declararet, sibi nõ defuturã fuisse gloriã huius mũdi, nisi maluisset eam aspernari q̃ amplecti, quo turpius videret, hoc ab his qui se discipulos illius profitentur ambiri, quod ille spreuit qui solus promeruit.

¶ De fletu super ciuitatem, & eiectione vendẽtium, Matt. 21. Marc. 11. Lucæ 19.

## ARTICVLVS XCIX.

Luc. 19 O

ET vt appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit super illam, dicẽs: Quia si cognouisses & tu. Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, nũc autem abscondita sunt ab oculis tuis.

Quàm noxium sit & damnabile, sic p̃sentibus inhærere, vt æterna & quæ salutis sunt negligantur, & verbis declarat & factis. Nã inter voces laudantiũ lachrymas fudit, turbæ laudabant, Chrũs lachrymatur. Illi flores spargebãt & ramos in via, ipe lachrymas. Nouerat em̃ q̃ in proximo ipsum occisuri essent, quare & ciuitas illorꝫ subuertenda, & cuncti dispergendi. Quũ iam eo progressus esset dñs Iesus, vt propius in prospectu eẽt Hierosolyma, videns ciuitatem illã ædificijs magnificã ac splendidam, viris, opibus ac religionis opinione florentem, superbã rebus præsentibus, ignoratione calamitatis futuræ securã, misericordia motus illachrymauit: ac verbis abruptis, veluti p̃ dolore singultiẽs, deplorauit illius exitium. Appropinquauit affectu saluãdi, at habitatores ipsius maleuolẽtia elõgabat ab eo. Psal. 72. Ecce q̃ elongant se à te, peribunt. Ideo Iac. 4. Appropinquate deo, & appropinquabit vobis. Vidit cõpassionis affectu. Exo. 3. Vidi afflictionẽ populi mei, & descẽdi vt liberem eũ. Hinc fleuit propter mala culpæ multiplicata, & pœnæ cõminata. Fleuit aũt non ruinã murorꝫ, sed animarꝫ, ostendẽs non esse voluntatis suæ vt cæci essent & perirent, sed odium ipsos excæcasse & malitiam, & odium quidem sine vlla causa. Iohan. 15. Odio habuerunt me gratis. Non enim lætatur in perditione viuorum, Sapiæ. 1. Vnde quasi dolens dicit Esa. 1. Heu consolabor de hostibus meis,

Quid seu cur flerit Christus.

meis,& vindicabor de inimicis meis.Ezech.18.Non est voluntatis meæ mors impij,dicit dñs.Væ illis,quos nec cõsideratio proprij delicti,nec alieni periculi ad lachrymas mouet.Iob.30.Flebã quondã sup eo qui afflictus erat,& cõpatiebatur anima mea pauperi. Sic Psal.118.Exitus aquarũ deduxerũt oculi mei,qa nõ custodierũt legem tuam. August. Scitote fratres q̃ post mũdi gaudia,æterna sequũtur lamẽta, quia nemo potest hic & in futuro gaudere.Si hic gaudere cupis,scias te exulẽ patriæ:si hic ploraueris, cælestis patriæ ciuis cõstitueris.Luc.6.Væ vobis qui ridetis nũc,qa flebitis.De qbus Proue.2.Qui lætantur cũ malefecerint,& exultãt in rebus pessimis.Iob.31.Si gauisus sum ad ruinã inimici,& lætatus sum eo q̃d inuenisset eum malum,non eñ dedi ad peccandũ guttur meũ vt expeterem maledicẽs animã eius.Videant qui nõ solũ de malo proximi gaudent, sed & multis technis exitium ipsi moliuntur.1.Cor.13.Charitas nõ gaudet super iniquitate, cõgaudet aũt veritati.Causam fletus indicat,dicẽs:Si cognouisses & tu, quẽadmodum ego cognoui hunc diem tuũ,quo tibi pax offertur,ac remissio pctõrũ,studeres amplecti quod offertur:& quia contemnis,si cognouisses mala inde tibi superuentura, sicut ego cognoui,& tu mecũ fleres,quæ modo exultas.Nimirũ hic tuus dies est,quo ad resipiscẽtiam prouocaris,& inuitat te dei bonitas ad pœnitentiã:inuitat aũt extremo gradu bonitatis,ad quẽ nihil potest adiungi,toties abs te spreta clemẽtia dei, nouo quodã modo dignatur te inuisere,vt saltem hac ratione mitescas, & ad pacẽ redeas. Sed ipsa cõuertisti pacem pietatis,in pacem voluptatis cũ mũdo,quæ est,libere indulgere voluptatibus, & sine freno timoris dei peccare.Hinc dñs Ioh.14.Pacẽ meam do vobis, non quomodo mundus dat,ego do vobis.Non aũt vera pax.Esa.57.Non est pax impijs, dicit dñs. Nam excæcat intellectũ,quare melior esset tribulatio dans intellectũ.Esa.28.Tantũmodo sola vexatio intellectum dabit auditui. Veniet alius dies nõ tuus,sed vltionis diuinæ. Esa.34.Dies vltionis dñi,annus retributionis iudicij Sion.quo pœnas dabis omniũ scelerum tuorũ,quæ cumulare q̃ deplorare maluisti.Romañ.2.Ignoras qm̃ benignitas dei ad pœnitentiã te adducit? secũdum aut duritiam tuam & cor impœnitẽs,thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei,qui reddet vnicuiq; secundum opa sua his quidem qui secundum patientiã boni operis,gloriam & honorẽ & incorruptionem quærẽtibus,vitam æternã:his aũt qui sunt ex contentione,& q non acquiescũt veritati, credũt aũt iniquitati,ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animã operãtis malum.Nũc aũt nec diem tuum agnoscis,nec illum prospicis, qm̃ vterq; absconsus est ab oculis tuis,quos habes præsentis felicitatis temulentia cæcutientes.Quod deus semel fecit secundum historiam,hoc quotidie in ecclesia per electos suos agit,quum quosdam ex bona vita ad mores reprobos peruenisse considerat.Plangit eñ eos qui nesciũt quur plangantur.2.Cor.12.Lugeam multos ex his qui ante peccauerũt, & nõ egerũt pœnitentiam super immũditia & fornicatione,& impudicitia quam gesserũt.Qui si damnationem quæ eis imminet prouiderent,semetipsos cum lachrymis electorum plangerẽt. Hinc Deute.32.Gens absq; consilio atq; prudẽtia,vtinam saperent atq; intelligerent,ac nouissima prouiderent.Saperent dei benignitatem,eos ad resipiscẽtiam inuitãtis. Psal. 33.Gustate & videte quoniã suauis est dominus,beatus vir qui sperat in eo. 2.Petri.3.Nõ tardat dominus promissionem suam,sicut quidam existimãt,sed patienter agit propter vos,nolens aliquos perire,sed omnes ad pœnitentiam reuerti.Sed Iob.24.Dedit ei locum pœnitentiæ,& ipse abutitur eo in superbia.Nã diem præsentis vitæ quæ nobis data est ad pacem pectoris,qua peruenitur ad pacem æternitatis,peruertimus in pacẽ carnalis voluptatis.Secũdo,peccati fœditatem.Hiere.2.Scito & vide,quia malum & amarum est,reliquisse te dominum deum tuum, & non esse timorem eius apud te,dicit dominus.Quàm vilis facta es,nimis iterans vias tuas? Intelligerent,mundanorum vanitatem.Nam satisfacere non possunt affectui hominum.Eccẽs.2.Dixi in corde meo,vadã & affluam delicijs,& fruar bonis:& vidi quod hoc quoque esset vanitas.Risum reputaui errorem,& gaudio dixi,quid frustra deciperis? Nec diu durare.Sap.5.Quid nobis profuit superbia? diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquã vmbra,& tanquam nuncius præcurrens.Secundo,humanam calamitatem.Iob.14.Homo natus de muliere,breui viuens tempore,repletur multis miserijs:qui quasi flos egreditur,& conteritur,& fugit velut vmbra,& nunquã in eodem statu permanet.Gene.8. Sensus & cogitatio cordis humani,prona sunt ad malum ab adolescentia sua. Quid de corpore? Esa.40.Omnis caro fœnum,& omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatũ est fœnum,& flos eius decidit. Hinc Eccl.40.Iugum graue super omnes filios Adæ,à die exitus de ventre matris,vsq; in diem sepulturæ in matrem omnium. Non ergo erit finis miseriarũ,nisi finis fuerit vitæ.Eccl.10.Quid superbis terra & cinis? 1.Ioh.2. Transit

mũdus

mũdus & cõcupiſcẽtia eius. Prouiderẽt nouiſſima. Mortis ineuitabilitatẽ. 2. Reg. 14. Oẽs morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram quæ nõ reuertũtur. Heb. 9. Statutũ eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autẽ, iudiciũ. Hinc Eccl. 41. O mors, quàm amara eſt memoria tua homini pacẽ habẽti in ſubſtãtijs ſuis, viro quieto, & cuius viæ directæ ſunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibũ? Eccẽs. 9. Neſcit homo finem ſuũ: ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & aues laqueo, ita hoïes tẽpore malo, quũ eis extemplo ſuperuenerit. Secundo, Iudicij æquitatẽ. Eccẽs. 12. Cuncta quæ fiunt, adducet deus in iudicium: & pro omni errato, ſiue bonũ ſiue malum ſit. Vnde Matth. 12. Dico autem vobis, quoniam omne verbum ocioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationẽ de eo in die iudicij. Sapiæ. 1. In cogitationibus impij erit interrogatio. Nam vt dicitur 1. Corinth. 4. Veniet dñs & illuminabit abſcondita tenebrarũ, & manifeſtabit conſilia cordium. Hinc Iob. 31. Quid faciam, cũ ſurrexerit ad iudicandũ dñs? & cũ quæſierit, qd reſpondebo ei? Iob. 9. Vere ſcio q̃d ita ſit, quod nõ iuſtificetur homo cõpoſitus deo. Si voluerit contendere cũ eo, non poterit reſpondere ei vnũ pro mille. Gregorius: Sed peruerſa aĩa, rebus præſentibus dedita, in terrenis voluptatibus reſoluta, abſcondit ſibi mala p̃ſentia, futura præuidere negligit, quæ præſentẽ lætitiã perturbent: dũq; in præſentis vitæ oblectationem ſe deſerit, quid aliud q̃ oculis clauſis adignẽ vadit? Deute. 32. Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit, incraſſatus, impinguatus, dilatatus. Dereliquit deũ factorẽ ſuũ, & oblitus eſt dñi creatoris ſui. Hinc admonet Eccl. 11. In die bonorũ ne immemor ſis malorũ, & in die malorum ne immemor ſis bonorũ: qm̃ facile eſt coram deo, in die obitus retribuere vnicuiq; ſecundum vias ſuas. & Apoſtolus 1. Cor. 7. Qui gaudẽt, tanq̃ nõ gaudẽtes ſint: & qui flent, tanq̃ nõ flentes: & qui vtuntur hoc mũdo, tanq̃ nõ vtantur. Præterit enim figura huius mũdi. Si quæ ergo eſt præſentis temporis, ita agenda eſt lætitia, vt nunquàm amaritudo ſequentis iudicij à memoria recedat. Proue. 28. Beatus homo qui ſemper eſt pauidus: qui vero mentis eſt duræ, corruet in malum.

2 Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tuo vallo, & circũdabunt te, & coanguſtabunt te vndique, & ad terram proſternent te, & filios tuos qui in te ſunt, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eo q̃ non cognoueris tempus viſitationis tuæ.

Gregorius: Quod flente dño illa Hieroſolymorũ ſubuerſio deſcribat, quæ à Veſpaſiano & Tito romanis principibus facta eſt, nullus q hiſtoriam legit, ignorat. Quia nõ intellexerunt pacẽ dei, prædixit eis bellũ mundi, q̃d erat eis ſuperuenturũ in vltionem, qua nunquam pertulerũt grauiorẽ, vt vel ſic reſipiſcerẽt, q nec ſignis, nec virtutibus, nec beneficijs, & tandem miſerationibus emolliri potuerũt. Dicit Ioſephus, q̃ in illa obſidione mortui fuerunt gladio, fame & peſte vndecies centena millia, nonaginta ſeptẽ millia venditi, triginta denario vno, ſicuti emerãt dñm 30. denarijs. Obſidione arctiſſima circundati erant, ne qua pateret effugiũ: & ſic deſtructi muri, ne qua ſpes remaneret reſtaurationis. Ezech. 4. Et tu fili hoïs, ſume tibi laterem, & pones eum coram te, & deſcribes in eo Hieruſalẽ ciuitatẽ. Et ordinabis aduerſus eã obſidionẽ, & ædificabis munitiones, & cõportabis aggerem, & dabis contra eam caſtra, & pones arietes in gyro. Et tu ſume tibi ſartaginẽ ferreã, & pones eã in murũ ferreũ inter te & ciuitatẽ, & obfirmabis faciem tuã ad eam, & erit in obſidionẽ, & circũdabis eã. Signũ eſt domui Iſrael. Mich. 3. Audite hoc principes domus Iacob, & iudices domus Iſrael, q abominamini iudicium, & oñia recta peruertitis. Qui ædificatis Sion in ſanguinibus, & Hieruſalem in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabant, & ſacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabãt, & ſup dñm requieſcebãt, dicẽtes: Nunqd nõ dñs in medio noſtrum? Nõ veniẽt ſuper nos mala. propter hoc cauſa veſtri Sion quaſi ager arabitur, & Hieruſalẽ quaſi aceruus lapidũ erit, & mõs templi in excelſa ſyluarũ. Senties ergo tẽpus vindictæ, quæ tẽpus viſitationis noſſe nolueris. poteras & ipſa amplecti ſalutem oblatã. Gregorius: Creator quippe omniũ per incarnationis myſterium hanc viſitare dignatus eſt, ſed timoris & amoris ipſius recordata non eſt. Vnde dñs Hiere. 8. Miluus in cælo cognouit tẽpus ſuũ, turtur & hirundo & ciconia cuſtodierũt tẽpus aduentus ſui, populus aũt meus nõ cognouit iudicium dñi. Tempus animæ peccatricis venit quãdo mors adeſt. Suprà dixerat, dies tua: hic, venient dies in te, hoc eſt, contra te. quia momentaneum eſt q̃d delectat, æternũ vero quod cruciat. Hinc Eccẽs. 12. Memento creatoris tui in die iuuẽtutis tuæ, antequam veniat dies afflictionis. Sed qui inimici hominis, niſi maligni ſpũs, q animam à corpore exeuntem obſident, quam in carnis amore poſitam deceptorijs

Quot in obſidiõe Hieroſolymis tana mortui ac venditi.

ceptorijs delectationibus fouent? Quam vallo circũdant, quia ante mẽtis oculos reductis iniquitatibus quas perpetrauit, hanc ad ſocietatẽ ſuæ damnationis coarctant, vt in ipſa extremitate vitæ deprehenſa, & à quibus hoſtibus circuncluſa ſit videat, & tamen euadendi aditum inuenire non queat: quia operari bona iam nõ licet, quæ quũ operari licuit, agere contempſit. Circũdant, & coanguſtant, quando non tantũ operis, ſed & loquutionis & cogitationis iniquitates replicant: vt quæ p multa ſe prius dilatauit in ſcelere, ad extremum de omnibus anguſtietur in retributione. O quanta anguſtia manere impoſſibile, exire neceſſe, rationem reddere difficile, nec erit qui redimat, neq; qui ſaluũ faciat. Ad terram proſternẽt, cum anima per cognitionẽ reatus ſui, carnem quam vitã ſuam credidit, redire in puluerem cognoſcit. Tunc filij, quum cogitationes illicite, q̃ modo ex illa prodeunt, in extrema vitæ vltione diſſipantur, ſicut ſcriptũ eſt Pſal. 148. In illa die peribunt omnes cogitationes eorũ. Quæ duræ cogitatiões, intelligi etiã per lapides poſſunt. Peruerſus em̃, quum peruerſæ cogitationi peruerſiorẽ adijcit, quaſi lapidem ſuper lapidem ſtruit. Sed quum anima ad vltionem rapitur, talis conſtructio cogitationũ quibus ſibi longam promittebat vitam, honores, diuitias, diſſipatur. Luc. 12. diuiti, longam ſibi in delicijs promittenti vitam, reſponſum fuit: Stulte, hac nocte repetunt à te animam tuam: & quæ paraſti, cuius erũt? Et hoc ideo, quia non cognouit tempus viſitationis ſuæ. Peruerſam animã viſitat deus quandoq; præcepto. Pſal. 64. Viſitaſti terrã, & inebriaſti eam. Gloſſa: Verbo prædicationis. Sed infelix anima eruditione non corrigitur. Eccl. 21. Audiuit luxurioſus & diſplicebit ei, & proijciet poſt dorſum ſuum, verbum ſcilicet continentiæ. Luc. 16. Audierunt hæc omnia phariſæi, qui erant auari, & deridebant eum, hoc eſt, Ieſum loquentem de eleemoſyna & contemnẽdis diuitijs. Viſitat flagello Pſal. 88. Si aũt dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint: Viſitabo in virga iniquitates eorũ, & in verberibus peccata eorum. Sed Hiere. 5. Percuſſiſti eos, & non doluerũt: attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam. Viſitat beneficio. Iob. 10. Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi, & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. Sed Prouer. 1. Proſperitas ſtultorum perdet illos. Sed quia ſuperbiens cõtemnit, nec de malis ſuis erubeſcit, in extremo inimicis tradit, cũ quibus in iudicio æternæ damnationis ſocietate colligatur. Eccl. 2. Si pœnitentiam' non egerimus, incidemus in manus domini, & non in manus hominum. Secundum magnitudinem enim illius, ſic miſericordia illius cum ipſo eſt.

Ad terram proſterni.

Et ingreſſus in templum, cœpit eijcere vendentes & ementes, dicens illis: Scriptũ eſt, quia domus mea domus orationis eſt, vos autẽ feciſtis illam ſpeluncam latronum. Et erat quotidie docens in templo.

Greg. Qui mala narrauit futura, & protinus templũ ingreſſus, inde vendẽtes & emẽtes eiecit, profecto innotuit, qa ruina populi maxime ex culpa ſacerdotũ fuit. Quia vero redẽptor noſter p̃dicationis verba nec indignis & ingratis ſubtrahit, poſtq̃ diſciplinæ rigorẽ eijciendo peruerſos tenuit, donũ gratiæ mox oſtẽdit. Templũ domus dei, anima ipſa eſt. 1. Cor. 3. Templũ dei ſanctũ eſt, quod eſtis vos. Quæ ſi quãdo in læſionẽ proximi peruerſas cogitationes profert, quaſi in ſpelunca latrones reſidẽt, & ſimpliciter gradiẽtes interficiunt, quãdo in eos qui in nullo rei ſunt, læſionis gladios defigunt. Sed qa cõtra hæc, verbis redẽptoris noſtri p ſacras paginas indefinẽter inſtruimur, nũc vſq; Ieſus in tẽplo docet, quũ mentẽ fideliũ ad cauendũ malũ ſubtiliter erudit. Sed ſciendum quod tũc verbis redẽptoris noſtri veraciter erudimur, ſi extrema mala noſtra, formidoloſe & indefinẽter aſpicimus. Eccl. 7. In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternũ non peccabis. Nam cogitandũ valde q̃ terribilis nobis erit hora noſtræ reſolutionis, q pauor mẽtis, quãta tunc omniũ maloꝝ memoria, quæ obliuio tranſactæ felicitatis, quæ formido eſt conſideratio iudicis. Iſtud vltimũ quia legitur ſic in euangelio domicæ 11. poſt pente. hic poſui, ſed nunc debitus ſequitur ordo.

Et cũ intraſſet Hieroſolymã, cõmota eſt vniuerſa ciuitas, dicẽs: Quis eſt hic? Populi aũt dicebant: Hic eſt Ieſus propheta a Nazareth Galilææ. Matt. 21. P

Quantum gratia dei in ſimplicibus operetur & humilibus, & econtra peccatũ in obſtinatis & ſuperbis, hic claret. Sedulo cum diſcipulis venit Hieroſolymã, vt animis illorum infigeret, ſe ſcientem ac volentẽ ire in mortẽ, neq; quenq̃ nociturum illi fuiſſe, ſi voluiſſet reſiſtere. Quòd aliquoties viſus eſt ſe ſubducere periculo, nõ erat formidinis, ſed ſeruãtis ſe tẽpore præfinito à patre. Quod quum tum adeſſet, nõ ſolũ non latitat, ſed vltro ſe ingerit, & ita ſe ingerit, vt nouitate pompæ totius vrbis animos in ſe conuertat.

Nec

Nec cessat interim à miraculis, nec cessat à veritate prædicanda: quin & liberius infectatur vitam pharisæorum, & negociatores ejicit è templo, quibus rebus sciebat omnium illorum animos vehemẽtius irritandos. Marc. 11. Et introiuit Hierosolymam in templum. Hieronymus: Introeunte Iesu cum turba, tota ciuitas Hierosolymorum commota est, mirans frequentiam, non intelligens veritatem. Chrysostomus: Merito commouebantur vidẽtes rem insolitam & tam mirabilem. Homo laudatur quasi deus, sed deus laudatur in homine, puto & quod nec ipsi qui laudabant, sciebant quem laudabant, sed spiritus subito ingressus in eos, veritatis verba fundebat. Glossa. A minoribus incipit confessio, vt perueniat ad maiores. Turbæ simplices & candidæ neq; inuidebant Christo, neq; opinionem indignam Christo habebant. Hieronymus: Propheta ille à Nazareth, quẽ Moses similem sui dixit venturum, & qui proprie apud Græcos scribitur cum articuli testimonio. Deut. 18. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loquetuŕq; ad eos omnia quæ præcepero illi. A Nazareth, qa ibi nutritus & conceptus, Matth. 2. Luc. 1. & 2.

2 Et intrauit Iesus in templum dei, & eijciebat omnes vendẽtes & ementes in templo, & mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit, & dicit eis: Scriptũ est, domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum.

Primo templum adijt, quia domus patris, Luc. 2. Et vt nobis formã religionis tribueret, vt quocũq; imus, primũ si ibi domus orationis est, ipsam adeamus, vt per orationes deo commendati, feliciter negocia agamus. Tanq̃ dñs, quum videret in templo mercatus ac fori speciem, indignitate rei cõmotus, eiecit vendẽtes, oftẽdẽs ea quæ patris sunt sua esse, interim etiam honestatis curam habens, sed translationem sacrificiorum significans. Marci. 11. Et non sinebat vt quisquam transferret vas per templum. Hieronymus: Mihi inter omnia signa quæ fecit dñs, hoc videtur mirabilius esse, ꝙ vnus homo & illo tempore contemptibilis, & in tantũ vilis vt postea crucifigeretur, scribis & pharisæis cõtra se sæuientibus, & videntibus lucra sua destrui, potuerit ad vnius flagelli verba tantam ejicere multitudinem, mensaśq; subuertere. Igneum eñ quoddam & siderium radiabat ex oculis eius signum, & diuinitatis maiestas lucebat in facie, terrens impios & oblectãs pios. Addidit & Esaiæ. 56. vaticinium, ne frustra videretur indignatus. Voluit dñs ostẽdere auaritiam & quæstum fore capitalem pestem ecclesiæ suæ, quam templũ illud, cui⁹ religio mox erat abolenda, figurabat. Nihil eñ illic syncerum ac sanctum esse potest, vbi regnat pecuniæ studium. Sacerdotes auaritiæ suæ consulentes, fecerũt omnia esse præsentia, ne de longe aduentantes, nõ haberẽt ad manum q̃d offerrẽt, quod in vsum ipsorum cedebat, idem agentes fraudulentia, sub prætextu cultus diuini, quod latrones faciũt in itineribus, bona aliorum rapiendo per dolum. Zachar. 14. Nõ erit mercator vltra in domo domini exercituum in illo die. Obserua negociationẽ, quanq̃ licita sit, circũstantijs vitiari. Loci, vt hic. Ezech. 28. In multitudine negociatiõis tuæ, repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti, & eieci te de monte sancto dei. In multitudine iniquitatum tuarum & iniquitate negociationis tuæ polluisti sanctificationem tuam, producam ergo ignem de medio tui qui comedat te, & dabo te in cinerem super terram, in conspectu omnium videntium te. Temporis. Tyrij habitauerunt in ea, inferentes pisces & oĩa venalia, & vẽdebant sabbatis filijs Iuda & Hierusalem, & obiurgaui optimates Iuda, & dixi: Quæ est hæc res mala quam facitis, & prophanatis diem sabbati? Nunquid hæc fecerunt patres nostri? & adduxit dominus super nos omne malum, 2. Esd. 13. Neem. 13. Personæ. 2. Timoth. 2. Nemo militans deo, implicat se negocijs secularibus, vt ei placeat cui se probauit. Rei, quia sacrum nec vendi nec emi potest. Hieronymus: Latro est, & templũ dei in latronum vertit specum, qui lucra de religione sectatur, cultuśq; eius nõ tam cultus dei, quàm negociationis occasio est. Quotidie dñs ingreditur templũ patris, ejciens omnes tam episcopos, quàm presbyteros & diacones, & laicos. Vnius criminis habet reos emẽtes & vendẽtes. Matth. 10. Gratis accepistis, gratis date. Hinc Giezi munera accipiens à Naaman sanato à lepra per Heliseum, lepra pcussus est, 4. Reg. 5. Simon pecunia gratiam impositionis manuum emere cupiens, audiuit à Petro Acto. 8. Pecunia tua tecum sit in perditionem, qm̃ existimasti donũ dei pecunia possideri. Vendunt columbas, qui in ecclesiis gradus vẽdũt. spũs eñ gratiã| q est columba, vendunt, vnde & ejcient ex superno & inferno templo, indigni sacerdotio fungi. Origenes: Vtinam audirent hæc detenti admonitione scripturæ, qui clamãt de cathedris Mosi, in qbus sedẽt & vendũt oẽs

ecclc-

Signorum Chri oĩm mirabilissimũ quod.

Negocia tio quibus circũstãtijs vitietur.

ecclesias columbarꝫ,& tradunt talibus ꝓpositis,ad quos recte dicatur à domino Esa.56. Speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi, canes muti non valentes latrare,videntes vana,dormientes & amantes somnia,& canes impudētissimi nescientes saturitatem.Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiã.Omnes in viam suã declinauerunt, vnusquisq; ad auaritiã suam,à summo vsq; ad nouissimũ.Hiere.6.A minore quippe ad maiorem omnes auaritiæ studēt,& à propheta vsq; ad sacerdotē cuncti faciunt dolũ. Hiere.9 Sapientes sunt vt faciant mala,bene aũt facere nescierunt.Modi.Si mendacijs,periurijs, falsis ponderibus & materijs.1.Thess.4.Ne quis supergrediatur neq; circunueniat in negocio fratrē suum,quoniã vindex est de his omnibus dñs.Leui.19.Nolite facere iniquũ aliquid in iudicio,in regula,in pondere,in mensura.Statera iusta,æqua sint pondera,iustus modius,æquus'q; sextarius.Deut.25.Non habebis in sacculo diuersa pondera maius & minus,nec erit in domo tua modius maior & minor.Pondus habebis iustum & verũ, & modius æqualis & verus erit tibi,vt multo viuas tempore super terrã,quam dominus deus tuus dederit tibi.Mich.6.Adhuc ignis in domo impij,thesauri impietatis,& mensura minor,& iræ.Nunquid iustificabo stateram impiam,& saccelli pondera dolosa? in quibus diuites eius repleti sunt iniquitate,& habitantes in ea loquuntur mēdacia,& lingua eorꝫ fraudulēta in ore eorꝫ.Prou.20.Pondus & pondus,mensura & mensura,vtrũq; abominabile est apud deũ.Statera dolosa non est bona.Amos.8.Audite hoc qui conteritis pauperē,& deficere facitis egenos terræ,dicentes:Quãdo transibit messis & venundabimus merces,& sabbatũ,& aperiemus frumentũ,vt imminuamus mensurã,& augeamus siclum,& supponamus stateras dolosas,vt possideamus in argento egenos,& pauperes pro calceamentis,& quisquilias frumēti vendamus.Iurauit in superbiam Iacob,si oblitus fuero vsq; ad finē omnia opera eorꝫ.Nunquid super isto non cōmouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius? Marc.11.Et docebat, dicens eis:Nonne scriptũ est,quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis gētibus? Iustã indignationis suæ ostēdit causam,non eñ negociationi,sed precationi dicata est.2.Para.7.Elegi locũ istũ mihi in domũ sacrificij.Oculi mei erunt aperti,& aures meæ erectæ ad orationē eius qui in loco isto orauerit.Elegi eñ & sanctificaui locũ istum,vt sit nomen meũ ibi in sempiternũ,& permaneant oculi mei & cor meũ ibi cunctis diebus.Nihil ergo aliud ibi agendũ,q̃ quod ad laudē dei pertinet & animarꝫ salutem.Vnde frequēter ibi dominus docuit. Nunq̃ legitur dñs æque commotus,nunquã æque sæuisse.Iniurias proprias patienter tulit, Mat. 12.Luc.11.Ioh.8.iniuriam discipulorꝫ excusauit,in confricatione spicarꝫ,Matth.12.in lotione manuũ,Matth.15.patris iniuriam nõ tulit.Chrysostomus:In propriis iniurijs quēquam esse patientē,laudabile est:dei iniurias dissimulare,nimis impium est.Hiere.7.Nũquid spelunca latronũ facta est domus ista,in qua inuocatũ est nomen meũ in oculis vestris.Ego ego sum,ego vidi,dicit dñs.Vnde Balthasar vasis templi abutens in conuiuio, eadem nocte interfectus fuit,& ciuitas deuastata,Danie.5.Heliodorus thesauros è templo ablaturus,per angelos ad mortē flagellatus fuit,2.Mach.3.Antiochus promittens se templũ deuastaturꝫ,misere mortuus fuit,2.Mach.9.Hinc Psal.25.Domine, dilexi decorem domus tuæ,& locũ habitationis gloriæ tuæ.Per peccatũ fit anima spelunca latronũ, quæ templũ dei est,1.Cor.6.Iesu aũt intrante ciuitatē cordis nostri per gratiã,cōmouetur ad considerandum quantũ malũ ex peccato proueniat,vtpote gratiæ subtractio,dei offensio,pœnæ damnatio,quia de filio dei fit filius diaboli,& sic cōmouetur ad peccati detestationē,audiens quia Iesus transit,qui saluat à peccatis populum suum,Matth.1.qui tandē de templo cordis eijcit vendentes & ementes,peccata nequitiæ & auaritiæ per cōfessionē,vt fiat domus orationis.2.Cor.6.Qui cōsensus templo dei cũ idolis? Vos enim estis templũ dei.Origenes:Quicunq; in populo Christiano ad aliud nihil vacant in seculo isto,nisi circa venditiones & emptiones,rarius aũt in orationibus permanēt,vel alijs actibus rectis quos quærit sermo diuinus,ipsi sunt vendentes & ementes in templo dei. Sap.15.Sed & æstimauerũt lusum esse vitã nostrã,& conuersationē vitæ compositã ad lucrum,& oportere vndecunq; etiam ex malo acquirere,Eccl.26.Difficile exuitur negocians à negligentia,& non iustificabitur caupo à peccatis labiorꝫ.Eccl.27.Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur,sic & inter medium venditionis & emptionis angustiabitur peccatis.

In templis agendum quid.

Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo,& sanauit eos. Videntes 5
autem principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit,& pueros clamantes in templo,& dicentes,osiana filio Dauid,indignati sunt & dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis: Vtiq; . nunquam legistis,quia

ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem? Et relictis illis, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibiq; manſit.

Turbæ præconium verũ oſtendit, ſententiã eiectionis non ſolũ autoritate ſacræ ſcripturæ, ſed & miraculis confirmans. Venerunt cæci, vt viſu recepto viderent Ieſum quẽ audierant ſic prædicari. Veniebant & claudi, vt illius veſtigia ſequẽtes, peruenirent in regnum cælorũ. Iohan. 8. Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. Quotquot eñ adibant illum, ſanabat. Hieronymus: Niſi menſas nummulariorũ euertiſſet, cæci & claudi lucem priſtinã & concitum greſſum non accepiſſent. His rebus, quibus oportebat illos tandẽ reſipiſcere, magis etiã exarſerunt inuidia primores ſacerdotũ & ſcribæ. Eſt eñ natura hæc inuidorũ, vt proſpero ſucceſſu alterius crucientur. Submonuerunt ergo dñm, vt eum clamorem compeſceret: alioqui fore vt videretur agnoſcere tantum honoris, quo iudicabant illum indignum. Hieronymus: Non dixit quod ſcribæ & phariſæi audire cupiedant, benefaciunt pueri, vel rurſum errant, pueri ſunt, debetis ætati ignoſcere: ſed profert exemplum de Pſal. 8. vt tacente dño, ſcripturarũ teſtimoniũ puerorũ dictum confirmaret. Chryſoſtomus: Pueri loquebantur laudem, iſti inſaniunt quia eñ miracula calumniari non poterant, ſuperbiæ ipſum & vanæ gloriæ cupidum arguere ſtudent. Marc. 11. Quo audito, principes ſacerdotũ & ſcribæ quærebant quomodo eum perderent. timebant eñ eum, quoniam vniuerſa turba admirabatur ſuper doctrina eius. Soli non poterant amare amabilem illum Ieſum, nulli nocentem, omnibus ſubuenientẽ, tantum metuebant illum, propterea q̃ populus ſuſpiceret illius doctrinam, & ob conſpecta miracula magnifice de illo ſentiret. Luc. 19. Et erat quotidie docẽs in templo. Principes autem ſacerdotum, & ſcribæ, & principes plebis quærebant illum perdere, & non inueniebant quid facerent illi. Omnis enim populus ſuſpenſus erat audiens illum. O præpoſteram religionem in religionis profeſſoribus. Tam impio facinore concepto, nõ metuunt deum vltorem cui nihil occultũ, & populum formidant. Prouerb. 15. In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos. Pſal. 33. Oculi domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorũ. Vultus autem domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorũ. Dominus, inſtante iam mortis tempore, nullum tempus finit elabi ſine fructu. Diem conſumit in templo, noctem impendit precationi, ac priuatim animandis diſcipulis, Marc. 11. Et circunſpectis omnibus, cum iam veſpera eſſet hora, exiit in Bethaniam cũ duodecim. Hieronymus: Intelligendũ quod tantæ fuerit paupertatis, & ita nulli adulatus ſit, vt in vrbe maxima nullũ hoſpitẽ, nullã inueniret manſionẽ. Ab inobedientibus & ad obedientes ſe confert, & inter illos verſatur. dicit eñ 2. Cor. 6. Vos enim eſtis templum dei viui, ſicut dicit deus, (Leuit. 26.) quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorũ deus, & ipſi erunt mihi populus. Chryſoſtomus: Malum hominẽ melius locum dando q̃ reſpondendo quis vincere poteſt, quia malitia ſermonibus non inſtruitur, ſed excitatur.

De gentibus quærentibus videre Ieſum, par. 2. ar. 23. ℣

## ¶De ficulnea arefacta, Matth. 21. Marc. 11.

### ARTICVLVS C.

Mat. 21. ℣ MAne autem reuertens in ciuitatem, eſuriit: & videns ſici arborem vnam ſecus viam, venit ad eam, & nihil inuenit in ea niſi folia tantum, & ait illi: Nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum, & arefacta eſt continuo ficulnea.

Dominus nonnunquam & factis & verbis inſtruebat diſcipulos, quemadmodum & prophetæ quandoq; factis, quandoq; verbis prophetabant. Hieronymus: Eſuriit, veritatem humanæ naturæ oſtendens, & ſalutẽ eſuriens credentium, æſtuans ad incredulitatẽ Iudæorũ, in quibus non inuenit niſi promiſſionum ſtrepitum, traditiones phariſaicas, & iactationem legis, & ornamenta verborũ, abſq; vllis fructibus veritatis. Vere famelicus humanæ ſalutis, & illi ſuauiſſimus erat panis, ex voluntate patris redimere genus humanum. Ioh. 4. Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius qui miſit me, vt perficiam opus eius. Marc. 11. Cũ vidiſſet à longe ficum habentem folia, venit ſi quid forte inueniret in ea: & cũ veniſſet ad eam, nihil inuenit præter folia. Non eñ erat tempus ficorũ. & reſpondens, dixit: Iam nõ amplius in æternũ ex te quiſquã fructũ manducet. & audiebant diſcipuli eius. Videns arborem virentibus foliis pollicentem aliquid fructus, venit ad eam: & veluti

vĕluti indignans q̄ spe delusus esset, execratus est eam. Hieronymus: Vidit ficum foliis, non fructibus ornatam. i. synagogā vestitam mandatis hominū & superstitionibus scopatam, cui denegat fructū in æuum. Origenes: Multos in ecclesia videmus tales, qui multo tēpore portarunt fidei nomen, ostendentes tantū quia viuunt, sed ficci sunt: quos quia non fructificabant, videmus recedentes à verbo dei ad plenū ficcos. Omnis homo qui se exponit delicijs huius vitæ, ficui cōparatur: quia fructū non habet spiritualem, vt esurienti Iesu det, folia aūt tantū, temporalem ac defluentem apparētiam. Hic audiet Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum.

Et videntes discipuli, mirati sunt, dicentes: Quomodo continuo aruit? Respondens autem Iesus, ait eis: Amen dico vobis, si habueritis fidem, & nō hæsitaueritis, non solum de ficulnea facietis: sed & si monti huic dixeritis, tolle te & iacta te in mare, fiet: Et omnia quæcunq; petieritis in oratione credentes, accipietis.

Ob id passus est dñs ficulneā arefieri, vt discipulis etiam atq; etiā inculcaret fidē, quæ nisi accederet, scirent mortē quoq; suam infrugiferam fore mortalibus. Marc. 11. Et cum vespera facta esset, egrediebatur de ciuitate: & cū mane transirent, viderunt ficum aridā factam à radicibus. & recordatus Petrus, dixit ei: Rabbi, ecce ficus cui maledixisti, aruit. Et respondens Iesus, ait illis: Habete fidem dei. Amen dico vobis, quia quicunq; dixerit huic monti, tollere & mittere in mare: & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit qa quodcunq; dixerit fiat, fiet ei. Propterea dico vobis, omnia quæcunq; orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Qui magna affectione credit, cor suū omnino extendit ad deū, & quid facit? Vnitur illi, & feruefactum cor eius, magnam certitudinē sumit, quod voti compos fiat. Quæcunq; ergo petierimus citra hæsitationē, fidentes diuinæ virtuti accipiemus. Iaco. 1. Postulet aūt in fide nihil hæsitans. Qui em̄ hæsitat, similis est fluctibus maris, qui à vento circunferuntur & mouentur. Non ergo existimet homo ille q̄ accipiat aliquid à domino. Nihil em̄ impetrat, qui diffidit patrē posse præstare, quū ille nutu possit omnia, aut non vĕlle præstare quod recte petitur. Cum ergo audis fidem, accipe nō stultam illam fidem, sed eam quæ reuera fides est: accipe & deprecationē illam quæ vtilia petit. Est em̄ oratio, vt dicit Damascenus, petitio decentiū à deo, hoc est, rerū quas decet à deo postulari. Vide supra art. 55. x. Marc. 11. Et quum stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, vt & pater vester qui in cælis est, dimittat vobis peccata vestra. Quod si vos non dimiseritis, nec pater vester qui in cælis est, dimittet vobis peccata vestra. Nihil ergo impetrat, & si confidit, impudenter confidit, qui rogat patrem vt sibi remittat quę deliquit in eum, quū ipse nolit remittere fratri, quod in ipsum admisit. Eccī. 28. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini reseruat iram, & à deo quærit medelā? In hominē similem sibi nō habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Semper indulgēda offensa seu culpa, interdum & pœna, nisi ex remissione pœnæ iustitia periret, disciplina langueſceret, transgressor peioraretur, & ad peccandū promior redderetur: sic ordo iustitiæ obseruandus. Exigens vero pœnā, solerter consideret quo moueatur zelo. Ephe. 4. Estote aūt in uicē benigni, misericordes, donātes inuicē, sicut & deus in Chro donauit nobis.

Oratio quid.

¶De quæstione baptismi, Matth. 21. Marc. 11. Luc. 20.

ARTICVLVS CI.

ET cum venisset in templum, accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum & seniores populi, dicentes: In qua potestate hæc facis? & quis tibi dedit hanc potestatem? Mat. 21. R

Insanientes q̄ e templo eiecisset negociatores, quærunt occasionē, vt tametsi cupiditas occidendi esset impia, tamen apud homines studio iustitiæ facere viderentur. Accedunt eum, vt animo perplexum redderēt, & autoritate cohiberent à sacra doctrina. Nō em̄ poterant admiranda illius facta damnare, quæ tam multa populo teste gesserat. Non poterant refellere doctrinā, quæ cum lege diuina q̄ voluntate consentiebat. De autoritate venantur ansam calumniandi. Si em̄ dominus quem nihil nisi purū hominem esse credebant, sibi vindicasset autoritatem dei, parata erat blasphemiæ calumnia: sin minus, in promptu erat calumnia seditionis, quod autoritate priuata tantū auderet in templo, sine

permissu sacerdotũ & seniorẽ. Hiero. De dei dubitãt potestate, & diaboli volũt esse ꝙd facit, manifestissime filiũ dei negantes, quẽ putant non suis viribus, sed alienis signa facere. Luc. 20. Et factũ est in vna dierũ, docente illo populũ in templo & euangelizante, conuenerunt principes sacerdotũ, & scribæ cum senioribus, Marc. 11. Quis dedit tibi hanc potestatem vt ista facias? Stulta quæstio, quum ipsa facta clamitarent deo autore hæc geri, quũ res ipsa loqueretur, hunc esse quẽ deus olim per prophetas venturũ esse promiserat, quũ pater post baptismũ sua voce declarasset hunc esse filiũ suũ vnice dilectũ, cui deberẽt obedire, Matth. 3. Et interim adeo cæci, nõ cogitabant ꝙ Iohannẽ nulla hominũ autoritate similia facientẽ in baptizando, ꝓdicando, discipulos colligendo suspexissent adeo, vt Messiam esse cõtenderent, nisi ꝙ Iohannes non edebat miracula, atq; hoc noïe minus debebant obstrepere Christo, nisi maluissent calumniari q̃ credere.

Respondens Iesus, dixit eis: Interrogabo vos & ego vnum sermonẽ, quẽ si dixeritis mihi, & ego vobis dico in qua potestate hæc facio. Baptismus Iohannis vnde erat, e cælo, an ex hominibus?

Hieronymus: Respondet dñs clauum clauo pellens, quia malo arboris nodo, malus clauus aut cuneus infigendus est. Ostendit ꝙ maligne interrogantibus non oporteat respondere. Sensit ilico cornutam interrogationem impia illorum conscientia, & deliberant apud se quid essent responsuri.

At illi cogitabant inter se, dicentes: Si dixerimus, e cælo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis illi? Si aũt dixerimus, ex hoïbus, timemus turbã. Oẽs em̃ habebant Iohannẽ sicut prophetã. Et respondentes Iesu, dixerunt: Nescimus. Ait illis & ipse: Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio.

Videbant quæstionẽ esse bicornem, vt in alterũ cornu necesse esset incidere. Quàm facile diuina humanã capit astutiam, omnibus technis molientẽ aduersus dei consiliũ. Prouer. 21, Non est sapientia, nõ est prudentia, nõ est consilium contra dominum. Iob. 5. Qui apprehendit sapientes in astutia eorũ, & consilium prauorũ dissipat. Chrysostomus: Si credidissent Iohanni, hæc nõ interrogassent, quũ ille manifeste dixerit & diuinitatẽ confessus sit, dicens Ioh. 1. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. hic est de quo dixi, Medius vestrũ stetit quẽ vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est, cuius ego nõ sum dignus vt soluã corrigiã calceamẽti. Ioh. 15. Vos misistis ad Iohannem, & testimoniũ perhibuit veritati. Luc. 20. Si dixerimus, ex hominibus, plebs vniuersa lapidabit nos, certi sunt em̃ Iohannẽ prophetã esse. Ecce quãta peruersitas inuidorum, certa scientia veritatẽ negant, & publice mentiri nõ verentur. Ostendit ergo dñs ꝙ semper inobedientes sint spiritui sancto, & ꝙ Iohanni viro angelico minimeq; carnali qui pridẽ apparuerat, credere noluerint. Iesu ergo responsum exigenti, dixerunt se nescire vnde esset, Lucæ. 20. Iesus quoq; par pari referens, ait: Si vos mihi nescitis ꝺd scitis, nec ego dico vobis in qua potestate facio quæ facio. Cõferte facta mea cũ factis illius, & expendite, an si non dubitatũ est de illius autoritate, cõueniat de mea dubitare. Siquidẽ ille prædicauit regnũ dei, & de me testimoniũ perhibuit. Non dixit, neq; ego scio, sed, neq; ego vobis dico. Nouerat em̃ se autoritate patris cuncta gerere. Iohan. 14. Pater in me manens, ipse facit opera. Glos. Duabus causis occultatur veritas, vel quia nõ capaces auditores. Ioh. 16. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nõ potestis portare modo. vel quia contemptores. Matth. 7. Nolite sanctũ dare canibus. Sic tamen responsum temperat, vt indicaret se opera facere potestate diuinitatis ex testimonio Iohannis.

Duabus de causis occultari veritatem posse.

¶De filio qui voluntatem fecit patris, Matth. 21.

## ARTICVLVS CII.

Mat. 21. S

QVid autem vobis videtur? Homo quidã habebat duos filios, & accedens ad primũ, dixit: Fili, vade hodie operari in vineam meã. Ille aũt respondens, ait: Nolo. Postea aũt pœnitẽtia motus, abijt. Accedens aũt ad alterũ, dixit similiter. At ille respondens, ait: Eo dñe. & non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei: Primus.

Quoniam simplex ac manifesta per contationõ potuit elicere confessionẽ veri, proponit aliã sub ænigmate, vt imprudẽtes cõtra se ferrent sententiam. Hieroñ. Primus filius, gentilis

gentilis est populus, p naturalis legis notitiã. Vade & operare in vinea. i. Quod tibi ab alio oderis fieri, vide ne tu aliqñ alteri facias, Tob. 4. & Mat. 7. Oĩa quæcũq; vultis vt faciant vobis hoĩes, & vos facite illis. hæc est eñ lex & prophetæ. Qui ait, nolo. pœnitudine tñ ductus, postea fecit tempore Christi. Secundus, Hebræus est populus, qui respondit Mosi Exo. 24. Omnia q̃ loquutus est dñs faciemus & erimus obedientes, sed nõ iuerunt in vineã, imo interfecto patrisfamiliàs filio, se putarunt hæredes. Ioh. 7. Nonne Moses dedit vobis legẽ, & nemo ex vobis facit legem? Ro. 10. Finis eñ legis Christus ad iustitiam omni credenti. Orig. Manifestum est, qui dixit, nolo, postea aũt iuit, & operatus est in vinea, voluntatẽ patris impleſſe nõ verbis, sed factis: qui aũt verbis promisit, & non fecit, operibus negauit voluntatẽ patris facere. Ro. 2. Non auditores legis iusti sunt apud deũ, sed factores legis iustificabuntur. Cum eñ gentes quæ legem non habe nt, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legẽ non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendũt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorũ. Tit. 1. Confitentur se nosse deum, factis autem negant. Non intelligentes quo parabola tenderet, contra se sententiam tulerunt.

Dicit illis Iesus: Amen dico vobis, quia publicani & meretrices p̃cedent vos in regno dei. Venit enim ad vos Iohannes in via iustitiæ, & non credidistis ei. publicani autem & meretrices crediderunt ei. Vos autem videntes, nec pœnitentiam habuistis postea vt crederetis ei.

Sapiẽter primo parabola capiẽs, post publicanis & meretricibus posthabuit, dicens: p̃cedent, id est, ante vos ingrediẽtur in regnũ cælorũ, ita vt si vos laboraueritis, vel post illos intrabitis: si aũt increduli, nunq̃ intrabitis. Et sic maiores meriti erũt in ecclesia militanti, & post amplioris gloriæ in triumphãti. Illi eñ prius rebelles deo impia volũtate & vita, tñ ilico tacti pœnitẽtia, obtẽperarunt euangelicæ doctrinæ: vos qui titulo & professione estis populus dei, tot modis prouocati, nõ potestis ad pœnitentiã permoueri. Venit Iohãnes ostendẽs viã iustitiæ vitã & doctrina, docẽs iram diuinã imminere, securim admotã arboris radicibus, ni statim resipiscere tis, Mat. 3. publicani & meretrices vestro iudicio hoĩes deplorati, obtemperarũt illi: vos nec singulari Iohãnis sanctimonia, nec illius minis, nec exẽplo publicanorũ prouocari potuistis ad pœnitẽtiã. Ita fiet, vt illi fide p̃ripiant vobis regnũ dei: vos frustra ore deũ profitẽtes, ob incredulitatẽ animi vestri excludamini.

¶ De iudice & publicano, Luc. 18.

## ARTICVLVS CIII.

DIcebat aũt & parabolã ad illos, qm̃ oportet semp orare & nõ deficere, dicẽs: Iudex quidã erat in ciuitate quadã, qui deũ non timebat, & hominẽ non reuerebat. Vidua aũt quædã erat in ciuitate illa, & veniebat ad eũ, dicẽs: Vindica me de aduersario meo. & nolebat p multũ tẽpus. Luc. 18 T

Docet in afflictionibus ad deũ recurrendũ. q̃ si deus non statim liberat ab afflictione, non tñ ideo desistendũ à p̃catione. Audiet eñ ille haud dubie preces suorũ quũ erit tẽpestiuũ, ac dilatio cedet in bonũ piorũ: tantoq; grauius opprimẽt impij quo magis sibi p̃suaserãt, se impune facere q̃d faciebãt. Est eñ oratio efficacissimũ remediũ cõtra pericula. Mat. 26. Vigilate & orate, vt nõ intretis in tentationẽ. Luc. 21. Vigilate itaq; omni tẽpore orãtes, vt digni habeamini fugere oĩa ista q̃ futura sunt, & stare ante filiũ hominis. Eccl. 18. Nõ impediaris orare semp, & ne veteris vsq; ad mortẽ iustificari, qm̃ merces dei manet in æternũ. 1. Thes. 5. Sine intermissione orate. Erat hic iudex impius & impudens. Impietas faciebat, vt nõ timeret deũ: potẽtia, vt nõ reuereretur hominẽ. Deũ multi non timẽt, attamen hoĩes reuerẽtur, ideo & minus peccãt: qñ aũt & apud hoĩes impudẽs quis fuerit, tũc omnis malitiæ vertex videtur. Vidua erat omni solatio destituta, quare crudelius nõ subuenire. vnde clamabat, Vindica ius meũ aduersus aduersariũ mei violentiam. Sed noluit, quũ in hoc detur potestas, vt aduersus opulentos ac factiosos subleuẽt orphanos, pupillos, viduas ac tenues. Esa. 1. Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Debet eñ iudex esse iustitia decoratus, quum viua sit lex & animata. Sed multi huic sunt similes, qui causas prolongant dilationibus frustratorijs, quo contra Iob. 31. Oculos viduæ expectare non feci. Hinc Deut. 16. Iudices & magistros cõstitues in omnibus portis tuis, vt iudicent populum iusto iudicio, nec in alteram partem

Orationis efficacia & laus.

Iudices quales esse debeant.

declinent. Sed sunt qui fraude vel violentia ad hoc pertingere nituntur, quemadmodum Absalon. 2. Reg. 15. Mane consurgens Absalon stabat iuxta introitū portæ in via, & omnem virū qui habebat negociū vt iret ad regis iudiciū, vocabat Absalon ad se, & dixit: Videntur mihi sermones tui boni & iusti, sed nō est qui te audiat cōstitutus à rege. Quis me constituat iudicē super terram, vt ad me veniant omnes qui habent negocium, & iuste iudicem? Sic Abimelech cupiditate iudicandi Israel, occidit. 70. viros fratres suos super lapidem vnum, Iudic. 9. Hinc Iethro ait Mosi Exo. 18. Prouide de omni plebe viros sapiētes, & timētes deum, in quibus sit veritas, qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populū omni tempore. Ecce quales esse debent iudices. Nimirum viri, non pueri sensu & moribus. 1. Cor. 14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Esa. 65. Quoniam puer centum annorum morietur. Sap. 4. Senectus eñ venerabilis est non diuturna, neq; annoꝝ numero computata. cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Sic Daniel iuuenis senes iudicauit impudicos, Danie. 13. Secundo, sapientes. Deut. 1. Date ex vobis viros gnaros & sapientes. Vnde Salomon dominum rogauit 3. Reg. 3. Ego sum puer paruulus & ignorans egressum & introitum meum, & seruus tuus in medio est populi quem elegisti, populi qui numerari & supputari non potest præ multitudine. Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare possit, & discernere inter bonum & malum. Et dixit dñs Salomoni: quia postulasti verbū hoc, & non petisti tibi dies multos, nec diuitias, nec animas inimicoꝝ tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendū iudicium, ecce feci tibi secundum sermones tuos. Sic Iosue filius Nun repletus est spiritu sapientiæ, quia Moses posuit super eum manus suas, Deut. 34. Prouer. 12. Via stulti recta in oculis eius: qui aūt sapiens est, audit consilia. Prouer. 14. Est via quæ videtur homini recta, & nouissima eius ducunt ad mortē. Tertio, timentes deum. Sunt enim qui sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt. Hiere. 4. Vnde rex Iosaphat ait iudicibus 2. Para. 19. Videte quid faciatis. non enim hominis exercetis iudicium, sed dei.

Dij cur iudices dicti.

Roma. 13. Ministri dei sunt in hoc ipsum seruientes. Hinc dij appellantur. Psal. 81. Ego dixi, dij estis & filij excelsi omnes. Exo. 21. Applicabitur ad deos, hoc est, iudices. Hinc cum magno timore agendum, nam sequitur: Et quodcunq; iudicaueritis, in vos redundabit. Sic Achitophel, cuius consilio Absalon patrem è patria fugauit, spe frustratus, suspendio se strangulauit, 2. Reg. 17. Vnde. 16. dicitur: Consilium autem Achitophel quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret deum. Esa. 19. Sapientes consilij Pharaonis, dederunt consilium insipiens. Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis, & errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius & vomens. Sequitur: Sit timor domini vobiscum. Qui enim timet hominem, cito corruet: qui sperat in domino, subleuabitur. Sic iudices Iezrahel timore regis Achab, iustū Naboth lapidari fecerunt, 3. Regum. 21. Ideo monet Eccūs. 7. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalū in agilitate tua. Quarto, in quibus sit veritas iustitiæ & vitæ. Deut. 1. Quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris. Eccī. 37. Anima viri sancti enunciat aliquando vera, q̄ septem circunspectores sedentes in excelso ad speculandū. Quinto, non cupidi munerum. Imo qui oderint auaritiam. Exod. 23. & Deut. 16. Non accipies munera, quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustoꝝ. Eccī. 20. *Exenia & dona excæcant oculos iudicū, & quasi mutus in ore auertit correptiones eoꝝ. Esa. 5. Væ qui iustificatis impium pro muneribus & iustitiam iusti aufertis ab eo. Ideo Deut. 16. Iuste quod iustū est persequeris. Deut. 1. Audite illos, & quod iustū est iudicate. Siue ciuis sit ille, siue peregrinus, nulla erit distantia personaꝝ. ita paruū audietis vt magnū, nec accipietis cuiusq̄ personā, quia dei iudicium est. Exo. 23. Non declinabis in iudiciū pauperis. Ideo Iob. 29. Causam quā nesciebam, diligentissime inuestigabam. Hinc 2. Para. 19. Cū diligentia cuncta facite. non eñ est apud deum nostrū iniquitas, (Deut. 32. Deus fidelis absq; vlla iniquitate) nec acceptio personarum, nec cupido muneꝝ. Sap. 6. Audite reges & intelligite, discite iudices finium terræ. Præbete aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationū: quoniam data est à dño potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniā cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, nec custodistis legē iustitiæ, neq; secundū voluntatem dei ambulastis. Horrende & cito apparebit vobis, quoniā iudicium durissimū in his qui præsunt, fiet. Exiguo eñ conceditur misericordia, potētes aūt potēter tormēta patient. Non eñ subtrahet personā cuiusq̄ deus, qui est omniū dñator: nec verebit magnitudinē cuiusq̄, qñ pusillū & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de oībus. Ideo Sap. 1. Diligite iustitiā qui iudicatis terram.

*xenia

Post

Post hæc autem dixit intra se: Et si deum non timeo, nec hominem reuereor, tamen quia molesta est mihi hæc muler vidua, vindicabo illam, ne in nouissimo veniens sugillet me. Ait autem dominus: Audite, quid iudex iniquitatis dicat. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis, quia cito faciet vindictam illorum.

Victus improbitate precum, ait: Subleuabo illam à violentia aduersarij, non quod illi bene velim, sed ne tandem redeat, ac toties spreta, cõuicijs suis notam aliquam inurat infamiæ. Quanto magis deus omnis iustitiæ dux ac misericordiæ, erga suos electos non faciet breui vindictam, quanuis videatur non audire orantes, differendo vindictam? Certe quum dies ille sapremus venerit, iam nec satanas, nec huius instrumenta homines mali, quicquàm poterunt aduersus electos. Deut. 32. Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorum. Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora. Vere cito facit vindictam suorum, quia breuis vita præsens, quàm grauissima sequitur vltio. Eccl. 1. Vindicta carnis impij, ignis & vermis. Et quia gratia priuantur, & sic indurantur quę grauissima & periculosissima pœna est. Psal. 80. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. Vnde. 2. Macha. 6. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus agere ex sententia, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium.

Veruntamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?

Quanuis deus sic zeletur pro suis electis, tanta tamen tunc erit malorum & multitudo & improbitas, vt apud paucissimos sit superstes futura vera fides ad deum, & fidelitas iustitię ad proximum. Matth. 24. Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Phil. 2. Omnes quæ sua sunt, quærunt, non quæ Iesu Iesu Christi. De oratione docens, etiam fidei meminit, declarans interim, paucorum tunc fore orare, quandoquidem in paucis tunc fides inuenietur.

Dixit autem & ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istam, dicens: Duo homines ascendebant in templum, vt orarent, vnus pharisæus, & alter publicanus. Luc. 18 V

Non cessat dñs plurimis argumentis repurgare superbiæ vitium, quod plus alijs mentẽ humanam turbat. Et quia præcedens parabola terrebat eos, qui palam impij pios affligebant, sed erat quoddam pharisæorũ genus quod sibi stulte placebat, & alios præ se despiciebat, tanq̃ pctõres, quum illorũ modestia deo gratior sit, q̃ horũ opera: aduersus hmõi pharisæos iustos, ad consolationẽ peccatorũ ex animo sibi displicentiũ, dñs proposuit parabolam, qua virtus humilitatis commendat, & præsumptiua superbia q̃ sit cauenda, ostẽdit. Quanuis em̃ iustitia mirabilis sit, & hoiem deo proximũ cõstituat, quũ superbiam admiserit, hoiem in locum infimũ reijcit, & dæmonem reddit, q iam se æqualem deo fecerat Confidebant in se tanq̃ iusti, quum in veritate non essent. Rom. 10. Ignorantes dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ dei nõ sunt subiecti. Finis em̃ legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Sed quod peius est, internam malitiam externa hypocrisi palliabant. Matth. 23. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorũ, & oñi spurcitia. Sic & vos à foris quidem paretis hoĩbus iusti, intus aũt pleni estis hypocrisi & iniqtate. Stultum est in se confidere, quia nostræ iustitiæ impuræ multis permixtæ iniustitijs. Esa. 64. Facti sumus vt immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. Prouer. 20. Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum à peccato? Roma. 3. Omnes em̃ peccauerunt, & egent gloria dei. Sunt & incertæ, si quæ sunt. Iob 9. Si iustificare me voluero, os meum condẽnabit me. Si innocentẽ ostendero, prauũ me comprobabit. Ecclesiastes. 9. Sunt iusti atq; sapientes, & opera eorũ in manu dei: & tamẽ nescit homo, vtrum amore an odio, dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta. Psal. 74. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Vnde. 1. Corꝝ. 4. Nihil mihi conscius sum, sed in hoc iustificatus non sum. Non solum autem in hoc peccabãt, sed & aspernabantur cæteros tanquàm peccatores, vnde & proximũ & dominũ temere iudicabãt, q peccatoribus benigne ob ipsorum conuersionem communicabat. Matth. 9. Luc. 7. & 15. Iustitiæ ne strę quales

Hæc em̃ propria pestis superbiæ, vt quãto plus de se præsumit, tãto magis alios despiciat. Propriũ superbiæ q

Gregorius: Quisquis in se superbię tyrannidem capta mente susceperit, hoc primũ dãnum patitur, ꝙ clauso cordis oculo iudicij ęquitatem perdit. Nam cuncta quæ ab alijs geruntur, displicent: & sola ea quæ ipse vel praua egerit, placent. In templum orationis locum ascenderunt. Esa. 56. Domus mea domus orationis vocabit cunctis populis, ait dñs deus. 2. Para. 7. Oculi mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationẽ eius eius. qui in loco isto orauerit. Sic Petrus & Iohannes ascenderunt in templum ad horam orationis nouam. Actu. 3. Pharisæus sicut religione, ira & animo ab alijs diuisus, non iustitia, & veritate, sed reputatione & vanitate.

2 Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi, qui non sum sicut cæteri hoĩm, raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Et publicanus a longe stans, nolebat nec oculos ad cælum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus, propicius esto mihi peccatori.

Stabat velut dignus, qui cum deo cominus colloqueret, non eleuatione mentis in deũ, sed tumore elationis. Optime incepit orationẽ secundũ apparentiam, sed nõ secundũ veritatem. Bernardus: Confitenti humiliter, & gras agenti, & nõ immerito ampliora beneficia promittunt. Nam qui fidelis inuenit in minimo, iure constituit super multa. Econtra indignus est accipiendis, qui fuerit ingratus de acceptis. Augustinus: O pharisæe cęce, plenus es, abundans es, nõ est quare dicas, dimitte nobis debita nostra. Prouerb. 18. Iustus in principio accusator est sui. Augustinus: Diceret saltem, nõ sum sicut multi hominum, quid est, cæteri homines, nisi oĩes præter ipsum? Ego, inquit, solus sum, cæteri peccatores sunt. Secundũ duas partes iustitiæ se iactabat. Nam declinando à malo, & faciendo bonum. Vnde tribus vitijs quæ sunt in mundo, se carere dixit. 1. Iohã. 2. Omne quod est in mũdo, cõcupiscentia carnis est, & cõcupiscentia oculoꝝ, & superbia vitæ, quæ nõ ex patre, sed ex mũdo est. Non aũt dixit, nõ sum detractor, arrogans, præsumptuosus sicut cæteri, qa de apparenti gloriabat iustitia, quòd veram suam iniustitiam nõ attendebat. Augustinus: Et ecce ex sibi vicino publicano, maior tumoris occasio. Chrysostomus: Superbia & ex malis, & ex bonis facit damnum suum. Si iuxta se habet miserum, inde inflatur: si felices, inde liuore torquet. Econtra humilitas, quæ si habet iuxta se miserum, cõpatitur: si felicem, inde humiliat, reputans se illo inferiorem. Hinc Bernardus: Incentiuum elatiõis, est cõsideratio deterioris: sicut incentiuum humiliationis, est cõsideratio melioris. Conse quenter iactitat se de altera parte iustitiæ. De ieiunio, cõtra adulterium: decimarum obla tione, cõtra rapinam. Scribæ & pharisæi, quo cęteris iustiores apparerent, etiam minima decimabant olerum, vt mentham, anethum, & cyminum, relinquẽtes quæ grauiora sunt legis, iudicium, misericordiam, & fidem. Matth. 23. Augustinus: Quid rogauerit, quære in verbis eius, & nõ inuenies. Ascendit orare, noluit deum rogare, sed se laudare. Prouer. 27. Laudet te alienus, nõ os tuum: extraneus, nõ labia tua. Hæc erat tumidi pharisæi precatio, qui tametsi vera cõmorabat, ac deo gratias agebat, tamen hoc ipso displicebat oculis dei, quòd placebat adulator sibi, cõtumelioſus in proximum. O quot habet imitatores, qui festucam in oculo cõsiderant fratris, trabem in suo nõ cernunt? Romañ. 14. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? suo domino stat aut cadit. Ecce nõ confitet errata sua, cum tamen inter ipsas preces grauissime peccaret, sua iactans, ac pœnitentem despiciens, & accusans. Econtra, publicanus totus sibi displicens ob peccatoꝝ cõscientiam, procul abstabat à sacris, & nõ tam loco, quàm gestibus & sermone ac compunctione cordis distabat à pharisæo, ostendens in se veræ pœnitentiæ formam. Stabat à longe, ob diuinæ maiestatis timorem quam se nouerat offendisse. Pro. 15. Per timorem domini declinat oĩis à malo. Eccĩ. 2. Fili, accedens ad seruitutem dei, sta in timore. Eccĩ. 1. Timor domini expellit peccatum, nam qui sine timore est, nõ poterit iustificari. Augustinus: Publicanus de longinquo stabat, sed dominus eum de propinquo attendebat. Excelsus enim dominus, & humilia respicit, & alta à longe cognoscit. Psalm. 137. Sic videns pater filium à longe, misertus est, nõ quando profectus est in regionem longinquam, sed quum reuersus est. Luc. 15. Psal. 144. Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem ipsorum exaudiet, & saluos faciet illos. Oculos, quibus illicita & terrena cælestibus prætulerat, & eum qui in cælis est offenderat, præ pudore in cælum leuare nõ audebat. Bernardus: Qua fronte attollo iam oculos ad vultum tam boni patris, tam malus & ingratus filius? pudet tãto patri vixisse degenerem. Exitus aquarum deducant oculi mei, qa nõ custodierunt legem eius. Psal. 118. Ambr. In ipsa oratiõe nostra multũ verecũdia placet, multũ cõciliat gratiæ apud

deum

deum.1.Esd.9.Deus meus,confundor, & erubesco leuare faciem meam ad te, quoniam iniqtates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsq; ad cælũ.Pectus quod mala cogitauerat,vt excitet quod obdormierat, percutiebat,quasi supplicium sibi de seipso exigens,veniam scelerũ nõ tam impetrabat quàm exigebat.Mat. 15.De corde exeunt cogitationes malæ,homicidia,adulteria,fornicationes,furta,falsa testimonia,blasphemiæthæc sunt quæ coinquinant hominem.Sicut ergo per cordis auersionem à deo in peccatũ cecidimus,ita oportet per conuersionem ad deum redire.Hiereñ.2.Scito & vide,quia malum & amarũ est dereliquisse te dñm deum tuum,& non esse timorem eius in te.Hinc Eccl.17.Quàm magna misericordia domini & propiciatio illius cõuertentibus ad se? Ore,quo multa nociua loquutus fuerat, diuinam supplicat misericordiam.Deus,propicius esto.Habes eñ semper posse & scire,rogo ergo te velle.Sapiæ.12. Subest enim tibi,cum volueris,posse.Misereris eñ omnium,quia omnia potes,& dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam,Sap.11.Mihi,quem fecisti.Mala.2.Nunqd non pater vnus omnium nostrum? Nunquid non deus vnus creauit nos? Peccatori,non peccanti.Sap.1.In maleuolam animam nõ introibit sapientia.Prouer.28.Qui abscondit scelera sua,non dirigetur:qui autem confessus fuerit,& reliquerit ea,misericordiam cõsequetur.Sic Manasses post multa flagitia ductus in Babyloniam,& ibi in carcere deum inuocando,ad regnum restitutus fuit.2.Paral.vltimo: Contra,Adam & Eua excusantes,& non recognoscentes peccatum,è paradiso electi fuerunt.Gene.3.Augustinus:Quid miraris,si deus ignoscit, quod ipse agnoscit?

**Dico vobis,descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: quia omis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat,exaltabitur.**

Audisti de pharisæo & publicano cõtrouersiam,accipe sententiam.Audisti superbum accusatorẽ,audisti reum & humilem confessorem,audi iudicem.Publicanus ille qui peccator venerat in templum,abijt domum in oculis dei iustior illo pharisæo, qui sibi videbatur iustissimus.Gregorius:Oratio hominis placentis sibi,nõ ascendit ad cælum.Humilium enim & mansuetorum sibi semper placuit oratio,Iudith.9.Eccl.35.Oratio humiliantis se,nubes penetrabit:& donec propinquet,non consolabit: & non discedet,donec altissimus aspiciat:& dominus non elongabit,sed iudicabit iustos,& faciet iudicium.Rom.8. Deus qui iustificat,qs est qui condemnet? Quisquis eñ apud sese extollit semetipsum,deijcietur in oculis dei. Sunt quatuor species tumoris.Quum quis bonum quod habet, à se habere putat.1.Cor.4.Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti,quid gloriaris quasi non acceperis? Secundo,quum meritis suis credit se habere quod habet.Ro.11.Quis prior dedit illi,& retribuet illi? Tertio,quando iactitat se habere quod nõ habet, Galat.6. Si qs existimat se aliquid esse quum nihil sit. Quarto,quum despectis cæteris, appetit singulariter videri habere quæ habet,qualis fuit hic pharisæus.Exaltari ab alio,honorificum est.Luc.14.Amice ascende superius,tunc erit tibi gloria coram simul discũbentibus. Sed seipsum ingerere,cõfusibile.Esa.14.Quomodo cecidisti lucifer qui mane oriebaris? Qui autem se humiat ex corde.Matt.11.Discedite à me,quia mitis sum,& humilis corde.Est enim qui nequiter se humiliat,& interiora eius plena sunt dolo.Eccl.19.Exaltabit deo iustificãte & glorificante.Augustinus:Audisti sententiam,caue causam. Aliud dico,audisti sententiam,caue superbiam.Eccl.10.Initium omnis peccati superbia.1.Pet.5. Omnes humilitatem inuicem insinuate,qa deus superbis resistit,humilibus autem dat gratiam.

Tumoris spes quas tuor.

¶ De vinea locata agricolis, Matth.21.Marc.12.Luc.20.

## ARTICVLVS CIIII.

**ALiam parabolam audite: Homo erat patersamilias, qui plantauit vineam,& sepem circundedit ei,& fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregre profectus est.** Matth.21 X

Ostendit quemadmodum peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, semper in peius ruere facit.Pro.18.Impius quum in profundum peccatorũ venerit,cõtemnit.Breuis quidẽ parabola,multa & magna nos docet.Curam quam deus erga Iudæos semper exhibuit,q ab initio fuerunt homicidæ.V nũ esse deũ veteris ac noui testamẽti,vocãdas gẽtes Hiero.Ponit parabolam,quæ illos & impietatis arguat,& ad gẽtes regnũ dei doceat trãferendũ.Deus dicit pater humano affectu, q duas habet familias, vnam in cælo,aliam in hoc mundo congregationem fidelium.Qui eñ in inferno sunt,nõ de ipsius sunt familia.

Iohan.8.

Iohan.8. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis pficere. Psal. 79. Vineam de Aegpto transtulisti, eiecisti gẽtes, & plantasti eam. Esa. 5. Vinea dñi exercituũ, domus Israel est: & viri Iuda, germen eius delectabile. Hieronymus: Sepes, angelorꝫ custodia est. Esa. 62. Super muros tuos Hierusalem cõstitui custodes, tota die ac nocte nõ tacebunt in ppetuũ. Psal. 99. Angelis suis deus mãdauit de te, vt custodiãt te in oĩbus vĩs tuis. Marc. 12. Et fodit lacum. Legem comprimentem, signis, minis, & promissis, Exo. 19. Turrim, hoc est, templum. Mich. 4. Et tu turris gregis nebulosa filia Sion, vsqꝫ ad te veniet, & veniet potestas prima, regnum filiæ Hierusalem. Sepsit ergo ne pateret incursibus, protexit sua custodia, ornauit templo, nihil omisit quod ad curam illius pertineret, atqꝫ sic pulchre instructam, locauit eam agricolis, vt bona fide colerent sub pacto. Lu. 20. Et ipse peregre fuit multis temporibus. Hieronymus: Non locum mutando, sed liberum arbitrium ad bene operandum relinquẽdo, permittens eos agere, & ingredi iuxta liberum arbitriũ. Ambrosius: Qui vbiqꝫ est pſens, diligentibus tamen adest, negligentibus abest. Nam qũo abesse potest, quo complent omnia? Hiere. 23. Putas ne deus ẽ vicino ego sum, dicit dominus, & non deus de longe? Si occultabitur vir in absconditis, & ego non videbo eum, dicit dominus? Nunquid non cælum & terram ego impleo? Eccl. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui: adiecit mandata & præcepta sua, si volueris mandata conseruare, considerabunt te.

2 Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissime autem misit ad eos filium suum, dicens: Verebuntur filium meum. Agricolæ autem videntes filium dixerunt intra se: Hic est hæres, venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Et apprehensum eum, eiecerunt extra vineam, & occiderunt.

At bene curata vinea colonoꝝ vitio, posteaquã expectata est, vt faceret vuas, tandem produxit labruscas. Esa. 5. Nam agricolæ non solum non dederunt fructus debitos, verũ etiam manus iniecerunt in famulos. Mar. 12. Et misit ad agricolas in tempore seruum, vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ. Qui apprehensum eum ceciderunt, & dimiserunt vacuum. Et iterum misit ad illos alium seruum, & illum in capite vulnerauerunt, & contumelijs affecerunt. Et rursum alium misit, & illum occiderunt. Remiserunt vacuos, sed contumelijs onustos. Ceciderũt Hieremiam, Hier. 38. Occiderũt Esaiam. 4. Re. 21. & alios plures. Lapidauerunt Zachariã. 2. Para. 24. Mar. 12. Et plures alios, quosdam cẽdentes, alios vero occidentes. Hiere. 25. Et misit dominus ad vos omnes seruos suos prophetas, cõsurgens diluculo, mittensqꝫ, & nõ audistis, neqꝫ inclinastis aures vestras, vt audiretis, cũ diceret: Reuertimini vnusquisqꝫ à via sua mala, & à pessimis cogitationibus vestris. Actuũ. 7. Quem prophetarum non persecuti sunt patres vestri? & occiderunt eos qui prænunciauerunt de aduentu iusti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis, qui accepistis legem in dispositione angelorum, & non custodistis. Matth. 23. Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt. Misit seruos suos prophetas, vt haberet de fructu, nõ omnem fructum vineæ. Quid enim lucrifaceret deus ex nobis, nisi sui agnitionem? Illud etiam nostrum est, lucrumqꝫ nostrum suũ facit. Sed in tantam peruenerunt insaniam & ingratitudinem, vt non solum declinarint à bono, & nullum dederint fructum, sed & mala fecerint, quod maiori supplicio dignum. Non eñ coloni domino, sed sibi coluerant vineam. Hoc cognito, paterfamilias non statim vocauit eos ad supplicium, sed expectans vt resipiscerent, alios atqꝫ alios misit seruos. At postremo quo vinceret eos lenitate sua, misit filium. Luc. 20. Dixit autem dominus vineę: Quid faciam? Mittam filium meum dilectum. Marc. 12. Adhuc ergo vnum habens filium charissimum, & illum ad eos misit nouissimum, dicens, quia reuerebuntur filium meum. Hieronymus: Patientiam ostendit patrisfamilias, quod frequentius miserit, vt malos colonos ad pœnitentiam prouocaret: illi autem thesaurizauerunt sibi iram in die iræ, Ro. 2. Semper ambigere dicit deus, vt libera voluntas hominis reseruet. Non ignorabat futuꝝ, qꝫ peius eum essent tractaturi, q̃ prophetas, sed illud dicit q̃d fieri debuit. Debebant enim filium reuereri. Hæc autem proprietas sæpe in scripturis inuenitur, vt quum dicitur. Si forte audiant. Neqꝫ eñ illic ignorans futurum ita dicit, sed ne q̃dam præsciẽtiam dei necessariã inobedientiq causam esse dicant, idcirco huiusmodi verboꝝ figura vtitur. Qui natura mali sunt, solent aliquoties

quoties vel pudore cohiberi à maleficio. Placuit hoc consilium clementissimo domino, filij sui periculo venari salutem colonorꝫ, videlicet auido seruãdi, ad vindictam leniſſimo. Iuit filius obediens patri. Heb. 1. Multifariam multisq; modis olim patribus loquens in prophetis deus, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum. At agricolæ quo magis prouocabantur ad resipiscentiã, hoc magis irritabant ad sæuitiam, inuidia & auaritia moti, in mortem innocentis conspirantes. Claret eos non ignorantia, sed malitia dominum occidisse. Iohan. 15. Nunc autem viderunt & oderunt, & me & patrem meum. Ecce quanta pestis cupiditas honoris & pecuniæ. 1. Timo. 6. Radix omnium malorum cupiditas. Augustinus: Delectabat eos principatus terrenus, quẽ videbant sibi per Christum auferri, qui paupertatem & humilitatem docuit, & populum ad se conuertit. Chrysostomus: Necesse est vt populus per istum dimittat consuetudines hostiarꝫ quæ ad nostrum pertinet lucrum, & sic iam non erit populus possessio nostra, sed eius. Si autem occiderimus eum, dum nõ est qui iustitiæ fructus à populo exigat, durabit consuetudo offerendarꝫ hostiarꝫ, & sic manebit populus possessio nostra. Non autem ipsi sua manu, sed voluntate occiderunt, tradentes præsidi extra ciuitatẽ crucifigendũ. Heb. 13. Iesus vt sanctificaret populum suum, extra portam passus est.

Cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet colonis istis? Aiunt illi: Malos male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis Iesus: Nunquam legistis in scripturis, lapidẽ quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris? Ideo dico vobis, quia auferetur a vobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum, cõfringetur: super quem vero ceciderit, conteret eum. Et quum audissent principes sacerdotum & pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam sicut prophetam eum habebant.

Hieronymus: Interrogat non quod nesciat quid responsuri sint, sed vt propria responsione damnent. Primo ænigmate decepti, ore proprio sese condemnant, pronunciantes sese obinuincibilem animi prauitatẽ dignos esse supplicio. Origenes: Sicut Caiphas, sic & isti non ex se prophetarunt cõtra se, qm tollenda erant eloquia dei ab eis, & gentibus danda, fructũ in tẽpore daturis corde credendo, ore cõfitendo, & opere pficiendo. Mat. 28. Docentes eos seruare oñia quęcunq; mandaui vobis. Iohan. 6. Hoc est opus dei, vt credatis in eum quẽ misit ille. Sed q dam intelligentes contra se dici, intulerunt. Absit. Lucę. 20. Quo audito, dixerunt illi: Absit. Iesus aũt aspiciens eos, ait: Quid est ergo quod scriptum est. Psal. 117. Lapidem &c. Chrysost. Si parabolam nõ intelligitis, scripturam quur nõ videtis? Iesus, quẽ illi vt reprobũ lapidẽ reijciebant à structura synagogæ, dicentes Samaritanum, dæmoniacum Iohan. 8. peccatorem, Iohan. 9. voracem, Matth. 11. publicanorꝫ amicum, deo volente, præter illorum expectationem electus est vt esset caput anguli in structura ecclesiæ, ex Iudæis pariter & gẽtibus ædificandæ, vt medius & ĩmobilis vtrũq; populum, velut vtrunq; parietem contineret in vna fide euangelica. Ephesi. 2. Hieronymus: A domino factum est istud, non humanis viribus, sed diuina potentia, ideo indissolubile & perpetuum. Actuũ. 5. Si ex hominibus, ait Gamaliel, est consilium hoc aut opus, dissoluetur: si vero ex deo est, non poteritis dissoluere, ne forte & deo repugnare videamini. Et Petrus Actu. 4. Hic est lapis qui reprobatus est à vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli, & non est in alio aliquo salus. Mirabile autem erat in oculis Iudæorꝫ, ad fidei vnionem recipi & gentes, vt claret in Act. 11. Nam vt canes habebant. Matth. 15. Non est bonum sumere panem filiorum & dare canibus. Ablatum est ab eis regnum ecclesiæ militantis, hoc est, peculiaritas qua populus dei erat, vel sacra scriptura, vt dicit Hieronymus, vel ad literam regnum cæleste datur alijs ab oriente, occidente, meridie, & aquilone venientibus. Mat. 8. Fructus facienti. Ro. 14. Non est regnũ dei esca & potus, sed iustitia & pax, & gaudium in spũ sancto. Qui eñ in hoc seruit Christo, placet deo. Roñ. 10 Finis eñ legis Christus ad iustitiam oñi credẽti. Vnde Petrus Act. 10. In veritate cõperi, quia nõ est personarum acceptor deus, sed in omni gente qui timet deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. 2. Petr. 1. Vos aũt curam omnem subinferentes, ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autẽ

tia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore fraternitatis charitatẽ. Hæc enim si vobiscum adsint, & superent, non vacuos nec sine fructu vos constituent in domini nostri Iesu Christi cognitione. Cui enim non præsto sunt hæc, cæcus est & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis veterum suorũ delictorũ. Quapropter fratres magis satagite, vt per bona opera certam vestrã vocationem & electionem faciatis. Hæc enim facientes, non peccabitis aliquãdo. sic eñ abũdanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum domini & saluatoris nostri Iesu Christi. Hieronymus: Locata est & nobis vinea, & locata ea conditione, vt reddamus domino fructum temporibus suis, & sciamus vnoquoq; tempore, quid oporteat nos loqui vel facere. Sepes my/stice quid Sepes, virtutum est custodia. Eccl. 36. Vbi non est sepes, diripiet possessio. Hinc dominus comminatur. Esa. 5. Et nunc ostendam vobis, quid ego faciam vineæ meæ. Auferam sepem eius, & erit in diremptionem. Ideo Eccl. 28. Sepi aures tuas spinis, & linguã nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis. Et dominus Osee. 2. Ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet, & sequetur amatores suos, & non apprehendet eos. Torcular Torcular, amor cælestium, & dolor præsentium Psal. 119. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Augustinus: Qui biberit de fluuio paradisi, cuius vna gutta maior est oceano, restat vt in eo sitis mũdi penitus sit extincta. Psal. 76. Renuit consolari aïa mea, memor fui dei, & delectatus sum. Sed Hier. 2. Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Turris Turris, fides. Prouer. 18. Turris fortissima nomen domini, ad ipsam currit iustus, & exaltabitur. 1. Iohan. 5. Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides vestra. Iaco. 4. Appropinquate deo, & appropinquabit vobis. Resistite autem diabolo, & fugiet à vobis. 1. Pet. 5. Cui resistite, fortes in fide. Sed sunt qui sibi faciunt turrim superbiæ. Gene. 11. Venite, faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat vsq; ad cælum, & celebremus nomen nostrum. Confundit autem ibi dominus linguas eorum. Sic talium linguæ confusæ sunt, quum vnus loquatur de pauperum expilatione, alius de fœneratione, tertius de mundi honore: & tanta hodie confusio, vt alter alterum non intelligat propter dolum. Hiere. 9. In ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias. Est autem vinea ista putanda. Cant. 2. Tempus putatiõis aduenit. Osee. 10. Vitis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei. Ambrosius: Vinea recisa fructificat, semiputata frondescit, neglecta luxuriat. Iohan. 15. Omnem palmitem in me ferentẽ fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Sic cogitationes noxiæ resecandæ. Hiere. 4. Laua à malitia cor tuum. Vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Secundo: Fodienda. Iohel. 2. Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Tertio, custodienda. Cant. 1. Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui. Psal. 79 Vt quid destruxisti maceriam eius, & vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam? Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam. Tria in mũdo regnantia vitia q. Nota tria in mundo regnantia vitia, quæ domini vineam destruunt, Auaritia. Esa. 3. Vos depasti estis vineam, & rapina pauperis in domo vestra. Luxuria. Aper, sylue stris est porcus. Iob. 31. Si deceptum est cor meum super muliere, & si insidiatus sum ad ostium amici mei. Hoc enim nefas est & iniquitas maxima, ignis vsq; ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Sic adolescentior filius substantiam suam consumpsit viuendo luxuriose, Lu. 15. Superbia, quæ singularis bestia. Eccl. 10. Odibilis coram deo est & hominibus superbia. Hiere. 12. Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculcauerunt partem meam, dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis, posuerunt eam in dissipationem. Est autem & quartum animalium genus eo periculosius, quo occultius, vulpium. Can. 2. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliunt vineas, nam vinea nostra floruit. Ezech. 13. Quasi vulpes in deserto prophetæ tui Israel erant. Vident vana, & diuinãt mendacium, dicentes: ait dominus: cum dominus non miserit eos. Ista animalia sic domini vineam vindemiant, vt vix pauci relinquantur racemi, pauperes scilicet & simplices. Mich. 7. Væ mihi, quia factus sum, sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, non est botrus ad comedendum, præcoquas ficus desiderauit anima mea. Periit sanctus de terra, & rectus in omnibus non est. Omnes in sanguine insidiantur, vir fratrem suum ad mortem venatur. Malum manuum suarum dicunt bonum. Princeps postulat, & iudex in reddendo est. Hinc orat Psal. 79. Deus virtutum conuertere, respice de cælo, & vide, & visita vineam istam, & perfice eam, quam plantauit dextera tua. Ergo ad faciẽdum fructum dat, & faciendo conseruatur. Gala. 5. Fructus spiritus est charitatis, gaudium, pax, patiẽtia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Sed sunt qui non fructus spiritus, sed carnis proferunt, de quibus dominus conqueritur

Hiere. 2.

Hiere.2. Ego te plantaui vineam electam, omne semen verũ. Quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena? Esa.5. Quid est quod debui facere vineæ meæ, & non feci? An quod expectaui vt faceret vuas, fecit aũt labruscas? Diruam maceriam eius, & erit in conculcationẽ, & ponam eã desertam. Non putabitur, & non fodietur, & ascendẽt super eam vepres & spinæ, & nubibus mandabo ne pluant super eã imbrem. Luc.20. Omnis qui ceciderit super illũ lapidem, conquassabitur: super quem aũt ceciderit, cõminuet illum. Quemadmodũ eñ salutem adferet ijs qui obediunt euangelio, ita per incredulitatem repugnantibus adferet exitiũ. Fideles quãuis iniqui, tamen quia in Christo fundantur per fidem, dũ peccant, cadunt in lapidẽ: sed non penitus conteruntur, quoniam sæpe per misericordiã reformantur, fortioresq; resurgunt, & in peccantibus manet fides quãquam informis. Infideles aũt permanentes in infidelitatis peccato, conteruntur. Hier.17 Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos. Esa.28. Rom.9. Offenderunt in lapidem offensionis, sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offensionis & petram scandali, & omnis qui credit in illum, non cõfundetur. Nam Iudæi primo ceciderunt super lapidẽ, scandalizati in eo: deinde cecidit lapis super eos, & vltus est illos. Præcedit eñ peccatum meum, deinde sequitur & iusti dei vindicta. Incidit ergo in infideles, & fideles in finali impœnitentia remanẽtes: quia quos diu tolerat ad conuersionem, vindicta dei tandẽ opprimit inopinantes. His parabolis vbi sese sentirent perstringi, adeo non sunt cõpuncti ad pœnitentiam, vt nihil iam aliud cogitarent animis, q̃ de occidendo Iesu, tantum malũ est liuor & ambitio. Aderat illis homicidij voluntas, sed deerat opportunitas. Non metuebant deum talium facinorũ vltorem, sed populum. Turba quidem simplex & fuci nescia, sequitur veritatem: legisperiti aũt male agunt. Chrysostomus: Hæc est differentia bonorũ & malorũ hominũ: nam bonus homo comprehensus in peccato, gemit quia peccauit: malus autem fremit, non quia peccauit, sed quia deprehensus: & non solum pœnitentiam nõ agit, sed magis contra corripientem cõmouetur. Prouer.9. Qui erudit derisorẽ, ipse iniuriam sibi facit: & qui arguit impiũ, sibi maculã generat. Noli arguere derisorẽ, ne oderit te: argue sapientẽ, & diliget te. Amos.5. Odio habuerunt corripientẽ in porta, & loquentẽ perfecte abominati sunt. 2. Timo.4. A veritate quidẽ auditũ auertent, ad fabulas aũt conuertentur. Marc.12. Et relicto eo, abierunt. Dissimulantes iram metu hominũ, sed occulte moliuntur insidias.

¶De veste nuptiali, Matth.22.

## ARTICVLVS CV.

ET respondens Iesus, dixit iterum in parabolis eis, dicens: Simile factum est regnum cælorũ homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire. Mat.22 Y

Ostendit q̃ qui à spiritualibus nuptijs & conuiuio & Christi societate destituuntur, ob has duas causas potissimũ excluduntur, vel propter corporales voluptates, vel auaritiæ morbũ. Rursus ergo adijcit parabolã, quo magis figat animis, illorũ obstinata malitia fieri q̃ reijciantur ab euangelica salute, quodq; gentes sint occupaturæ, quo illi se reddidissent indignos, vt nulli queant imputare quod postea tot calamitatibus puniantur, qui toties oblatã dei beneuolentiam spreuerunt. Chrysostomus: Homo rex, deus pater est, qui dicitur homo, vt intelligamus nomen hominis, præiudiciũ diuinæ naturæ non facere. Regnat aũt in cælo per gloriam, in terra per gratiam, in inferno per iustitiam. Gregorius: In hoc pater cælestis nuptias filio suo fecit, quo ei per incarnationis mysterium sanctam ecclesiam ex Iudæis & gẽtibus sociauit. Huius sponsi thalamus, vteris virginis fuit. Psal.18. Ipse tanq̃ sponsus procedẽs de thalamo suo. Vnde Baptista Ioh.3. Qui habet spõsam, sponsus est. Ephe.5. Sacramentũ hoc, magnũ est: ego aũt dico in Christo & in ecclesia. Facit & quotidie nuptias cũ fidelibus. Osee.2. Et sponsabo te mihi in sempiternũ, & sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, & in misericordia & miserationibus, & sponsabo te mihi in fide, & scies quia ego dñs. Quãta dignatio creatoris, & q̃ta peruersitas creaturæ talẽ sponsum cõtemnentis, qui & auersam reuocat sponsam. Hiere.3. Tu aũt fornicata es cũ amatoribus multis, tñ reuertere ad me, dicit dñs, & ego suscipiã te. Misit prius p̃ prophetas p̃nuncios incarnationis, misit pòst apostolos vocare inuitatos, hoc est, Iudæos, p̃ Mosen & prophetas, ad nuptias. Chrysost. Vt charitatẽ dei agnoscas erga nos p̃cipuam, & rex̃ splendorẽ nõ ignores, vbi nihil triste, nihil luctuosum, sed oĩa spũalibus gaudijs plena sunt, hinc dicitur sponsus. 2. Cor̃.11. Despondi vos vni viro virginẽ castã

exhibere Christo. Et nolebant venire, nõ ex impotentia vel ignorantia, sed malitia, nolentes credere. Quo oſtẽdit nullũ excludi à regno dei, sed hoc honoris habitũ esse gentĩ Iudaicæ, ꝙ primũ omnium est vocata, & vocata blande, non ad tristia aut abiecta, sed ad nuptias, hoc est, ad honorẽ, delicias, libertatẽ euangelicã. 1ohã. 3. Amicus sponsi gaudet ad vocem sponsi. hoc gaudium meum impletum est. Apo. 19. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam deo, quia venerunt nuptiæ agni.

2 Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis: ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata, venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierunt alius in villam suam, alius vero ad negociationem suam. Reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni: ite ergo ad exitus viarum, & quoscunq; inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt bonos & malos, & impletæ sunt nuptiæ discumbentium.

Tum rex misit cõplures seruos, qui rem diligentius agerẽt inuitando, iam oĩbus paratis. Prandiũ offertur in incarnatione, quia mane in die gratiæ. Ro. 13. Nox p̃cessit, dies autem appropinquabit. cœna aũt fit in æternæ refectione gloriæ. Lucæ. 14. cui alia refectio nõ succedet. Luc. 22. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus, regnũ, vt edatis & bibatis sup mensam meã in regno meo. Hieroñ. Per metaphorã opes regiæ describuntur, vt ex carnalibus intelligantur spũalia. Psal. 22. Parasti in cõspectu meo mensam aduersus oẽs qui tribulant me. Psal. 67. Parasti in dulcedine tua pauperi deus. Nihil ergo iam supersest nisi vt veniatis, ne ista sint frustra parata. Gregorius: Oñia parata, qa Christo immolato in cruce, patet introitus regni. Heb. 10. Habẽtes itaq; fratres fiduciã in introitu sanctoꝝ in sanguine Christi, qui initiauit nobis viam nouã & viuentem per velamen, i. carnem suam, & sacerdotem magnũ super domũ dei, accedamus cũ vero corde, in plenitudine fidei, asperſi corda à conscientia mala: & abluti corpus aqua munda, tenea mus spei nostræ confessionẽ indeclinabilem. fidelis eñ est qui repromisit. Sed sunt heu, qui remanere malunt ad siliquas porcorum, q̃ venire ad has delicias, per acediam negligentes salutis suæ præconium. Notat duo vnde acedia venit non veniendi: ambitio honorum, & cupido diuitiarũ. nam abierunt auersi à deo, alius in villam cui dominabatur: alter ad negociationem, non dei quæ laudabilis est, Luc. 19. qua prudẽs negociator datis omnibus euangelicam comparat margaritã, Matth. 13. sed terrenam, quæ difficile fit sine peccato. Eccl. 26. Difficile exuitur negocians à negligentia. Hæc duo p̃cipuæ primores Iudæoꝝ retraxerunt à Christo, cupido dominandi, & amor pecuniæ. Hinc deridebant ipsum loquentẽ de eleemosyna & diuitiarũ contemptu, quia erant auari, Luc. 16. Hæc autem duo sunt in peccato, Auersio à bono incõmutabili, & conuersio ad creaturam corruptibilem. Hiere. 2. Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontẽ aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ aquas continere nõ possunt. Sed hi tantum sibi dementes erant, qui tam felici conuiuio prætulerũt curas quasdã rerꝝ fluxarꝝ, viles ac sordidas, sed alĩ crudelitatẽ addiderunt ingratitudini. Hierony. Inter eos qui non recipiunt euangelicã veritatẽ, multa diuersitas est. minoris eñ criminis sunt, qui occupati alĩs rebus, venire noluerũt, q̃ hi qui contempto inuitantis affectu, verterunt humanitatẽ in crudelitatẽ. Iob. 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias eius, nec reuersi sunt per semitas illius. Chrysost. Sicut ignis quãto amplius ligna susceperit, tanto magis in flammã erigitur: sic anima mala quo magis veritatẽ audierit, eò amplius in malitiã exardescit. Claret hoc in Herode, Mar. 6. Tunc rex lenitate spreta sese vertit in furorẽ, nõ per irã perturbationẽ inducentẽ, sed inflexibilitatem iudicĩ. Prou. 6. Qñ zelus & furor viri nõ parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquã precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Tecté innuit dominus excidiũ vrbis Hierosolymitanę per Romanos factũ. Sic & nonnulli vocantis gratiam non solum respuunt, sed & persequuntur, qui missis exercitibus angelicis. Psal. 77. Immissiones per angelos malos, perduntur: quia nõ solum illorũ animæ, sed caro quoq; in qua habitauerãt, æterna gehennæ flãma cruciatur. Eccl. 7 Vindicta carnis impĩ, ignis & vermis. Esaiæ, 66. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum

Quæ duo Iudæos potissimum a Chro auerterint.

eorum non extinguetur. Sed is qui inuitantem se cõtemni conſpicit, filij ſui nuptias vacuas non habebit: quia ſermo dei etſi alicubi laborat, alibi tamen inuenit vbi requieſcit. Omnia (inquit) parata ſunt, myſteriũ omne incarnationis peractũ eſt: ſed inuitati declararunt ſe indignos hoc conuiuio, quod ipſis tamen potiſſimũ præparauerã. Matt. 15. Nõ ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Diſcurrite quoquouerſum per compita, triuia, citraq; delectum quoſcunq; inueneritis adducite. Apoſtoli gentiles, qui in via vera non erant incedẽtes, ſed alios ab alio diuiſos, imo exiſtẽtes iuxta exitus viarũ in errore & inæqualitate multa, vocarũt. Act. 13. Vobis oportebat primũ loqui verbũ dei: ſed qm̃ repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce cõuertimur ad gentes. ſic em̃ præcepit nobis dñs. Vnde egreſſi de Iudæa poſt aſcenſionẽ dñi, qua dixit ipſis Marc. 16. Euntes in mundũ vniuerſum, prædicate euangeliũ omni creaturæ, p̃dicauerunt vbiq; dño cooperante. Antea vero dictũ audierũt Matth. 10. In viam gentiũ ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis, ſed potius ite ad oues quæ perierũt domus Iſrael. Euntes aũt, prædicate, dicentes: quia appropinquabit regnũ cælorũ. Ecce quomodo & ad quid vocabant. Gloſ. Sicut eccleſia eſt inter cælũ, vbi nõ ſunt niſi boni, & infernũ, vbi non ſunt niſi mali, ita indiſtincte colligit bonos & malos. Sic in arca Noe diuerſa animalium erant genera, munda & immunda, & in linteo Petro oſtenſo, diuerſi generis reptilia, Act. 10. & in area granũ mixtum palea, Matth. 3. & in agro triticum mixtum zizaniis, Matth. 13. ſic & nunc boni malis mixti ſunt, ſed in conſummatione ſeculi ſeparabuntur. Matth. 13. In cõſummatione ſeculi exibunt angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum. O dura ſeparatio, vbi amicus ab amico, frater à fratre, filius à patre ſeparabitur in æternũ. Hinc Gregorius: Si boni eſtis quãdiu in hac vita ſubſiſtitis, æquanimiter tolerate malos: nã quiſquis malos nõ tolerat, ipſe ſibi p intolerantiã teſtis eſt, quia bonus non eſt. Terrere aũt nos nõ debet, q̃d in eccleſia multi mali & pauci ſunt boni: quia lata via quæ ducit ad perditionẽ, & multi qui ambulant per eam, Matth. 7.

Intrauit aũt rex vt videret diſcumbentes, & vidit ibi hominem non veſti 3
tum veſte nuptiali, & ait illi: Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialẽ? At ille obmutuit. Tunc dixit rex miniſtris: Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium. Multi autem ſunt vocati, pauci vero electi.

Qm̃ dñs oſtenderat graues pœnas daturos eſſe Iudæos, qui toties vocantes apoſtolos afflixerũt, ac demũ occiderunt, ſubindicat & illos manere graue ſuppliciũ, qui ſemel profeſſi euangelicã vitma, redirent ad priſtinæ vitæ ſordes. 2. Pet. 2. Si em̃ refugientes coinquinationes mundi in cognitione dñi noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperãtur, facta ſunt eis poſteriora peiora prioribus. Ad iudiciũ veniens dñs, manifeſtabit conſcientias, vt pateant merita & demerita iudicandorũ. 1. Cor. 4. Illuminabit abſcondita tenebrarũ, & manifeſtabit conſilia cordiũ. Nã fideles ad iudiciũ pertinent, qui em̃ nõ credit, iã iudicatus eſt, Ioh. 3. Hieron. Diſcernit rex diſcumbẽtes, hoc eſt, in ſua fide quieſcentes: & in die iudicij viſitabit conuiuas, & diſcernet merita ſingulorũ. Inuenit vnũ. Vnus iſte, oẽs qui ſociati ſunt malitia. Veſtis nuptialis, p̃cepta ſunt dñi, & opera q̃ ex lege & euangelio p̃cipiuntur, nouiq; hominis efficiunt veſtimentũ. Apo. 19. Vxor eius p̃parauit ſe, & datũ eſt illi vt cooperiat ſe byſſino. Byſſinũ em̃ iuſtificationes ſunt ſanctorũ. Ro. 13. Induimini dñm Ieſum Chriſtũ. Si quis igitur in die iudicij inuentus fuerit ſub nomine Chriſtiano, nõ habere veſtẽ ſupercæleſtis hominis, ſed pollutã veteris hominis exuuiis, hic ſtatim corripitur & dicitur ei: Amice nomine, non re. Eccl. 37. Eſt amicus ſolo nomine amicus. Ioh. 15. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego p̃cipio vobis. Qua temeritate Chriſtianitatis nomẽ tibi vſurpaſti, factis negans? Tit. 1. Confitentur ſe noſſe deũ, factis aũt negant. Hieron. Amicũ vocat, q̃ inuitatus ad nuptias: arguit impudentiæ, quod veſte ſordida munditias polluerit nuptiales. Obmutuit, propter timorẽ accuſationis, & ignorantiã excuſationis. Gregorius: Dici ſine gemitu nõ poteſt: in illa diſtrictione vltimæ increpationis, omne argumentũ ceſſat excuſationis. quippe quia ille foris increpat, qui teſtis conſcientiæ intus animã accuſat. Ponit tria, corda etiam ferrea concutientia. Ligatis, inquit, manibus, ecce pœnæ ineuitabilitas. Ligat pœna, quos hic à bonis operibus ligauit culpa. pedes, qui hic viſitare pauperes negligunt: manus, quæ nihil indigentibus largiuntur: iam nũc ligantur ſponte in vitio, tunc inuite in ſupplicio. Prouer. 5. Iniquitates ſuæ capient impium, & funibus peccatorũ ſuorũ conſtringetur, vt nec bene operari liceat cũ velint. Iohan. 9. Venit nox quãdo nemo operari poteſt. Procul à conuiuio

Veſtis nuptialis.

Tria quædam & corferreũ cõmouentia.

ſubmotum, coniicite in denſiſſimas tenebras, à dignitate luceq; conuiuij, in carcerē abiectiſſimum: à voluptate ſumma, in ſummū cruciatū. Ecce ſecūdo pœnæ horribilitas. Iob. 10. Dimitte me, vt plangam paululum dolorem meū, antequam vadam & non reuertar, ad terram tenebroſam & opertam mortis caligine, terram miſeriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Gregorius: Damnatus quiſq; illic iuſte patitur tenebras vltionis, qui ſponte ſe proiecit in tenebras erroris, & in tenebris quas dilexit remaneat. Ioh. 3. Lux venit in mundū, & dilexerunt homines magis tenebras q̄ lucem. Erant em̄ eor̄ mala opera. Ibi erit fletus, ecce tertio pœnæ multiplicitas indicatur. Hieron. P̄r metaphorā membror̄, magnitudo oſtenditur tormentorum. Oſtendit ergo pœnam damni, in eo quod ſubmouetur à conſortio conuiuij: ſenſus, quia in eum coniicitur locum, vbi fletus & ſtridor dentium, quatenus ſingula membra ſupplicijs ſubiaceant, quæ hic ſingulis vitijs ſubacta ſeruiebant. Oculi, in vanis & vagis effuſi, fletu: dentes edacitate gauiſi, ſtridore torqueantur, qui cauſatur à duabus cauſis contrarijs, ſcilicet acuto & penetrabili, ardore ignis, & frigore infernali. Iob. 24. Ad nimiū calorē tranſiet ab aquis niuiū. Secūdo, à furia rationis cōtra deū, ſeipſum, & illata tormenta. Sic ergo miſeris mors erit ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu, quia mors viuit, & finis incipit, & defectus deficere neſcit. Apo. 9. In diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam: & deſiderabunt mori, & fugiet ab eis. Horreamus igitur, cogitantes quia niſi quis vitā habeat puram, nihil ei proderit nuda fides: quia non ſolum è nuptijs eijcitur, ſed & in ignē mittitur. Iaco. 2. Fides ſine operibus mortua eſt in ſemetipſa. Repulſo vno, in quo omne corpus malor̄ exprimitur, generalis ſententia infertur, quia multi vocati, pauci vero electi. Hieron. Omnes parabolas breui ſententia cō prehendit, quod & in opere vineæ, & in ædificatione domus, Luc. 14. & in conuiuio nuptiali, non initia, ſed finis quæratur. Vltro vocantur omnes, ſed electi nō ſunt, niſi qui vocati parent, quiq; vſq; in finem reſpondent diuinæ erga ſe beneficentiæ, in pietatis euangelicæ ſtudio perſeuerantes. Matth. 10. Qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Sed quos vocat? Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego refi ciam vos. Gregorius: Ad fidem multi veniunt, ſed ad cæleſte regnū pauci perducuntur: quia pleriq; deum vocibus ſequuntur, moribus fugiunt, quibus dicitur, Luc. 6. Quid dicitis mihi, domine domine, & non facitis quæ dico? Tanto ergo vnuſquiſq; noſtrum in humilitate ſe deprimat, quanto ſi ſit electus ignorat.

## ¶De tributo Cæſari reddendo, Matth. 22. Marc. 12. Luc. 20.

## ARTICVLVS CVI.

Mat. 22 Z

TVnc abeuntes phariſæi, conſilium inierunt, vt caperent eum in ſermone. Et mittunt ei diſcipulos ſuos cū Herodianis, dicentes: Magiſter, ſcimus quia verax es, & viam dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo. Non enim reſpicis perſonam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi videtur? licet cenſum dare Cæſari, an non?

Quantūcunq; humana aſtutia contra diuinā moliatur prouidentiā, ſemper finaliter cōfunditur. Iob. 5. Qui apprehendit ſapientes in aſtutia ſua, & conſilia prauor̄ diſſipat. Metu plebis excluſi à palam patrando facinore, q̄d iam animo patrarāt, per cuniculos aggrediuntur efficere q̄d decreuerāt, hoc etiā ſceleratiores, q̄ fraudē addunt malitiæ, quē admodū ſceleratior eſt qui veneno occidit, q̄ qui gladio. Chryſoſt. Omnis malitia cōfunditur aliquoties, corrigitur nunq̄, maxime eor̄ qui propoſito malo, nō ignorātia, peccāt. Sicut em̄ nō poteſt fieri, vt ligna mittēdo extinguas ignē: ſic non poteſt fieri, vt rationē reddendo places hominē malum. Quemadmodū ſi aliquis occludere voluerit aquæ currentis meatū, quæ ſi ex vna parte excluſa fuerit, violentia aliunde ſibi ſemitam rumpit: ſic eor̄ malignitas vna ex parte cōfuſa, alium ſibi aditum adinuenit. Viſum eſt ergo illis ſic rem agere cuniculis, vt inuidia facti, in Cæſarem & Cæſaris p̄fectos deriuaretur. Marc. 12. Et mittunt ad eū quoſdam ex phariſæis & Herodianis. Luc. 20. Et obſeruantes, miſerunt inſidiatores, qui ſe iuſtos ſimularent, vt caperēt eum in ſermone, & traderent illum principatui & poteſtati præſidis. Quale cōſilium, tales & cōſiliarij. Chryſoſt. Quò abierunt? ad Herodianos, vt eor̄ patrocinio agerēt cōtra Chriſtū. Nā homines coloni cuius terrā poſſident, eius auxilio opus habent: qui vero iuſtitiā tenet, nullius patrocinio indiget niſi dei. Qui aūt in diaboli iniquitatibus ambulat, diaboli adiutoriū neceſſariū habet.

Stulti

Stulti consilium ceperunt, nescientes cõsilium nõ esse cõtra dñm. Prouer. 21. Nõ est sapientia, nõ est prudentia, nõ est consilium contra dñm. Esa. 29. Væ qui profundi estis corde, vt à dño abscondatis cõsilium, quoꝝ sunt in tenebris opera, & dicunt, quis videt nos? & quis nouit nos? Peruersa est hæc vestra cogitatio, quasi si lutũ contra figulũ cogitet, & dicat opus factori suo, nõ fecisti me: & figmentũ dicat fictori suo, nõ intelligis. Subornãt igitur aliquot insigniter impios ex pharisæis & Herodianis, q̃ inter se dissidebant dogmatis, sed cõsentiebãt in odiũ Christi. Nõ ergo per se accedũt, scientes se dño suspectos: sed submittunt discipulos, qui se iustos simularẽt, vt facilius minus noti deciperẽt, & reprehensi, minus erubescerent. Cũ em̃ Iudæa tributaria facta esset Romanis, quibusdam indignũ videbatur populum deo dicatũ, qui in primitijs, decimis, & sacrificijs deo seruiebat, pendere tributũ principibus idololatris. Rursus alij Cæsari fauentes, iustum iudicabant, ob pacẽ & terræ negocia conseruanda per suos, quod sine expensis fieri nõ potest. Sperabant ergo, vt Christus religioni fauens magis, q̃ Cæsari prophano & impio, solita libertate pronunciaret nõ esse pẽdendũ tributũ, moxq; p Herodianos deferretur Herodi, qui ab Augusto censui colligendo p̃fectus erat, daturus pœnas quas ante Theudas & Iudas dederant, qui dixerunt hoc illicitũ, quare vt seditiosi sunt puniti, Act. 5. Lucæ. 13. Quod si dixisset reddendũ, iam calumniarentur adulari principibus prophanis, minus fauens religioni diuinæ. Et ideo aggrediuntur corã multitudine, ne res careat testibus. Glos. Quẽ non poterant capere in opere, in sermone moliuntur: quia facilius labitur homo verbo q̃ facto. Iaco. 3. Si quis in verbo nõ offendit, hic perfectus est vir. Sed frustra iacitur rete ante oculos pennatorum, Prouer. 1. Fuit em̃ vir propheta potens in opere & sermone, Luc. 24. Est ergo consilium optimũ, vt qui nescit discrete loqui, discat prudenter tacere. Prouerb. 17. Stultus si tacuerit, sapiens reputabitur: & si compresserit labia sua, intelligens. Iob. 13. Atq; vtinã taceretis, vt putaremini esse sapientes. Tacendũ primo, quia multiloquium sæpe esse solet causa offensæ. Prouer. 10. In multiloquio nõ deerit peccatũ. qui aũt moderatur labia sua, prudentissimus est. Secundo, quia signũ stultitiæ. Prouer. 29. Vidisti hominẽ velocem ad loquẽdum? stultitia magis sperãda est q̃ illius correctio. Eccẽs. 10. Stultus verba multiplicat. Tertio, reddit odiosum. Eccl. 20. Est tacens qui inuenitur sapiens, & est odibilis qui procax est ad loquendũ. Vnde quidã philosophus loquaci dixit: Si auribus nostris te audires, absq; dubio taceres. Et alius quidã: Si optima gesseris, & pauca loquaris, hominibus placebis. Quarto, quia innaturale. Natura em̃ os vnum dedit ad loquendũ, sed duas aures ad audiendũ. Iaco. 1. Sit aũt omnis homo velox ad audiendum, tardus aũt ad loquendũ. Exordiuntur à blandiloquentia, quasi falli possit blandimẽto, qui toties declararat sese nihil nescire. tanta erat cæcitas, vt re toties frustra tentata, non cõquiescerent. Chrysost. Hæc prima hypocritarũ malitia, simulata laudatio. Laudãt em̃ quos perdere volunt, vt per delectationẽ laudis, corda hominũ ad simplicitatem cõfessionis inducant. Prouer. 11. Simulator ore decipit amicũ suũ. Sic apis mel ore gestat, & retro pungit. Magister, inquiunt, perspecta est nobis tua integritas, libere loqueris, vt ne quidẽ in gratiã vllius quamlibet potentis mentiri velis, sed vnũ deum semper habes præ oculis: quod illi gratũ est, simpliciter & libere doces. Marc. 12. Nec em̃ vides in faciem hominũ. Commendant increatam veritatem, inimici veritatis, quanquã adulatorie, tamen secundum veritatem (quemadmodũ Caiphas de morte domini præter intentionẽ prophetauit, Iohan. 11.) de triplici veritate. Vitæ. Fuit em̃ verus deus, verus homo, verus magister. Matth. 23. Vnus est magister vester Christus. Verus conuersatione. Iohã. 8. Quis ex vobis arguet me de peccato? Hoc nemo hominũ dicere potest. Ideo Ro. 3. Est autẽ deus verax, oñis homo mẽdax. Requiritur aũt vt nos in veritate corã deo ambulemus. Sic Ezechias ait Esa. 38. Memento quæso dñe qũo ambulauerim corã te in veritate & in corde perfecto, & quod bonũ est in oculis tuis fecerim. Secundo, doctrinæ. In veritate doces. hæc competit doctoribus. 2. Timo. 2 Solicite autem cura teipsum probabilem exhibere deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis. Prophana autem & vaniloquia deuita. multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorũ vt cancer serpit. Hinc dominus Iohan. 18. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Tertio, iustitiæ. Luc. 20. Non accipis personam. Nouimus te veracem esse, nec assentari cuiquã, sed magna cũ libertate doces, quod deo placitũ est, non quod hominibus videtur. Hæc ad rectores spectat. Sap. 1. Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Non pudet inconstantiæ, qua nunc magistrũ appellant & laudant, quũ ante calumniati sint illum spiritũ Beelzebub habere, Matth. 12. Luc. 11. & Ioh. 8. Nũc scimus quia dæmoniũ habes. Hierony. Blanda & fraudulenta interrogatione illuc prouocant respondentẽ, vt magis deum q̃ Cæsarem timeat, dicens tributa nõ debere solui, vt

Consilium quoddam insigne.

Taciturnitatis laus ac necessitas.

Hypocritarum depictio.

Triplex veritas.

audientes Herodiani, statim seditionis contra Romanum principem teneant autorem. Fas, inquiunt, est vt Iudæorum populus diuinæ religioni deditus, pendat censum? Laqueum parant quẽ difficile effugiat, vt sibi videbatur, sed cõprehensus est in illo pes eorum. Psal. 9. Nam si dixisset pendendũ, accusassent apud populũ q̃ in seruitutẽ redigere studeat gentẽ quæ semen Abraæ sit: si non dandũ, ad Cæsarẽ vt seditiosum traxissent.

Cognita autem Iesus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Iesus: Cuius est imago hæc & superscriptio? Dicunt ei: Cæsaris.

Dñs ergo omnia noscens & versutũ consilium, & subdolã tam mittentium q̃ missorũ mentẽ, non respondet vt cogitauerant, quin & eorũ vafritiem aperuit, sic respondens, vt neutri factioni fieret obnoxius. Hierony. Prima respondẽtis virtus est, interrogantium mentem cognoscere. Chrysost. Non secundũ sermones illorũ blandos respondet, sed secundũ conscientiam illorũ crudelem & asperam: quia deus plerunq; ad animam respondet, non ad corpus: voluntatibus loquitur, non verbis. Hypocritæ, aliud habẽtes in corde, aliud in ore, dicit: quid me tentatis? vt q̃d audierunt ab eo in aure, apud semetipsos inuenirent in corde: & considerãtes ipsum humanorũ cordium cognitorẽ, quod facere cogitabant, perficere nõ auderent. Pharisæi ergo blandiebantur vt perderẽt, sed dñs increpabat vt saluaret. Prouer. 27. Meliora sunt vulnera diligentis, q̃ fraudulenta oscula odiẽtis. Marc. 12. Afferte mihi denarium vt videam. Luc. 20. Cuius habet imaginem & inscriptionem? Dabatur eñ denarius pro censu, habens imaginem Cæsaris, qui valebat decẽ nummos. Hieronymus: Non de ignorantia quærit, sed vt competenter eorum verbis respondeat. Sapientia eñ semper sapienter agit, vt suis potissimum tentatores sermonibus cõfutentur. Prouer. 26. Qui fodit foueã, incidet in eã. Chrysost. Quãdo interrogat, nõ ignorans facit: sed quia per responsionẽ ipsorũ obnoxios eos vult ostendere, qui nec deo, nec Cæsari redderent quod deberent.

3 Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quę sunt dei, deo. Et audientes mirati sunt, & relicto eo, abierunt.

In corporalibus & externis obediendum est regi: in internis aũt & spiritualibus, soli deo. Vtrunq; eñ se compatitur, nec alterũ alteri præiudicat. qui enim regna constituit, & ius regni ordinauit, 1. Regũ. 8. Cum autem dominus non dixerit quid reddendum, ex aliis scripturæ locis, & domini ipsius factis conijcere licet quid agendum. Primum ergo reddere debemus congruam subiectionẽ. Ro. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Hoc propter diuinã ordinationem. Prouer. 8. Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Ro. 13. Non est potestas nisi à deo. Quæ aũt sunt, à deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. 1. Pet. 2. Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter deum, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis. Secundo, deuotam venerationem & reuerẽtiam. Ro. 13. Cui honorẽ, honorem. 1. Pet. 2. Deum timete, regem honorificate. Tertio, æquam pensionẽ. Vnde ait: reddite, sicut debitum. Custodit te princeps tuus ab hostibus, vitam tuam pacatam facit, debes itaq; ei pro his tributum: Ro. 13. Reddite omnibus debita. Ideo eñ tributa præstatis. Ministri eñ dei sunt, in hoc ipsum seruientes. Vnde & dñs tributũ soluit, Mat. 17. Quarto, feruidã orationẽ. 1. Timo. 2. Obsecro primũ omniũ fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam & tranquillam vitã agamus in omni pietate & castitate. Hoc eñ bonum & acceptum est coram saluatore nostro deo. Prouer. 21. Sicut diuisiones aquarũ, hc cor regis in manu domini: quocunq; voluerit, inclinabit illud. Vnde ad populi peccata dñs permisit Dauid cadere in peccatũ superbiæ & inobedientiæ numerando populũ, quare dñs peste percussit vna die septuaginta millia virorũ. 2. Reg. 24. Chrysost. Cum vero reddenda quę sunt Cæsaris Cæsari diceret, ita solũ dici non dubita, quæ pietati & religioni non officiunt, alioqui Act. 4. Obedire deo oportet magis q̃ hominibus. Hinc Ro. 13. Itaq; necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Heb. 13. Obedite ꝓpositis vestris & subiacete eis. ipsi eñ peruigilant quasi rationẽ de animabus vestris reddituri, vt cũ gaudio hoc faciant, & nõ gementes, hoc eñ non expedit vobis. Chrysost. Numisma Cæsaris, aurũ est: numisma dei, homo. Ideo diuitias vestras Cæsari date, deo autẽ conscientiæ vestræ solam innocentiã reseruate vbi deus videt. Sicut eñ in denario census imago Cæsaris exprimitur, sic deus requirit à nobis animã lumine vultus sui insignitam, Psal. 4. Ad imaginem eñ dei homo creatus

Potestatibꝰ seu magistratibus quid seuſq; oporteat reddi.

creatus est. Gene. 2. Vile numisma titulum & imaginem habebat Cæsaris. Si hūc agnoscis & pendis Cęsari quod debet, quanto magis reddendū est deo, cuius imaginem gerit oīs homo? In baptismo character dei impressus est animo tuo, quur eū tradis diabolo? Christiani titulo gloriaris, quur non reddis illi quod debes ex professione? Hinc Deuter. 10. Et nūc o Israel, qd dñs deus tuus petit à te, nisi vt timeas dñm deū tuū, & ambules in vijs eius, & diligas eum, ac seruias dño deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua, custodiasq; mandata dñi? Vnde quo ad corpus, ait Apostolus Roīm. 12. Obsecro vos per misericordiā dei, vt exhibeatis corpora vestra, hostiā viuentē, sanctā, deo placentē, rationabile obsequium vestrū. Et nolite cōformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas dei bona, beneplacens, & pfecta. Ephe. 4. Deponite vos secundū pristinā conuersationē veterē hominē, q corrumpit secundū desideria erroris: renouamini aūt spū mentis vestræ, & induite nouū hoīem, q secundū deū creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Roīm. 8. Quos pscivit & pdestinauit cōformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Hinc admonet. 1. Corꝛ. 15. Igit sicut portauimus imaginē terreni, portemus & imaginē cælestis. Matth. 11. Discite à me, qa mitis sum, & humilis corde. Sic iuxta rōnē viuere debemus, ne simus bestijs similes, & imaginē animæ ipsi restituere per fidē verā, spem firmā, & charitatē feruidā incedentes, ne falsarij inueniamur numismatis. Apocal. 14. Si qs adorauerit bestiā & imaginē eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua, hic bibet de vino iræ dei, qd mixtū est mero, in calice iræ ipsius. Bestia, diabolus est. Imago, supbia. Iob. 41. Ipse est rex sup oīes filios supbiæ. Character, peccatū est in ope, in manu: in fronte, peccatū in manifestatione. Hieremī. 3. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Sic manus sanguine plenæ dicunt. i. peccatis. Esa. 1. Sicut nūmus à nūmo imagine discernit, sic filij dei & diaboli opatione. Iohan. 8. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis pficere. Si filij Abraæ estis, opa Abraæ facite. Hoc respōso audito, admirati sunt, primū, q intelligerent illum nō latuisse dolosum suum commentum: deinde prudentiam admirabilem, cui frustra tenderet insidias humana versutia. Hieronymus: Qui em̄ credere debuerāt ad tantam sapientiā, mirati sunt q calliditas eorꝛ insidiādi nō inuenissent locum: propter qd relicto eo abierunt, tanq; victi p eum & cōfusi, infidelitatem pariter cum admiratione reportantes. Sed non desierunt odire, quem amare debebant.

¶ De Saducæorum errore in resurrectione, Matth. 22. Marc. 12. Luc. 20.

## ARTICVLVS CVII.

IN illo tempore accesserunt ad eum Saducæi, qui dicunt non esse resurrectionem, & interrogauerunt eum dicentes: Magister, Moses dixit: Si quis mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius vxorem illius, & suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres: & primus vxore ducta, defunctus est: & non habens semen, reliquit vxorem fratri suo. Similiter secundus & tertius vsque ad septimum. Nouissime autem omnium defuncta est & mulier. In resurrectione ergo cuius erit de septem vxor? omnes enim habuerunt eam. Matt. 22. A

Ostendit quantam pniciem fidei adferat scripturaꝛ puerſa intelligentia, diuinæq; virtutis ignorantia. Vnde impositio silentio duabus Iudæoꝛ sectis vnico dicto, successit his factio Saducæoꝛ, q negabant resurrectionē, adeo vt nec angelū, nec animas extare semotas à corpore crederent, Act. 23. Nihil esse putantes quod non videtur. Hi quum audissent Christum crebro meminisse vitæ æternæ, & futuri seculi, ac resurrectionis iustoꝛ, adoriūtur illum, experimentū facturi, vtrum cum pharisæis sentiret, q vtraq; confitent. Act. 23. an sibi cōtraria doceret, vt caperent illum, si secum pugnaret: vel irriderēt, si cum pharisæis sentiret. Assumunt pro argumenti fundamento Mosi dictū, cui cōtradicere nefas erat. Deut. 25. Vnde hac absurditate putabant posse refelli pharisæoꝛ opinionem, q contēdebant animas supereſſe corporibus, & corpora mortuoꝛ aliquando reuictura.

Respondens autem Iesus, ait illis: Erratis, nescientes scripturas neque virtutem dei. In resurrectione enim neque nubent, neque ducent vxores, sed erunt sicut angeli dei in cælo. 2

Ad hanc quæstionem qm̃ plus habebat ignorātię quàm malitiæ, dignatus est Iesus respondere, ostendēs eos q̃ prętexebant legem Mosi, ignaros scripturarū. Marc. 12. Nonne ideo erratis, non scientes scripturas neq; virtutem dei? Hieron. Propterea errant, qa scripturas nesciunt: & qa scripturas ignorant, cōsequenter ignorant virtutem dei, hoc est, Chr̃m, qui virtus dei est. 1. Corꝝ. 1. Nos autem prædicamus Chr̃m dei virtutem. 1. Timo. 1. Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscīa bona, & fide non fictā: à qbus qdam aberrantes, cōuersi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, nō intelligentes, neq; de qbus loquunt, neq; de qbus affirmant. 1. Timo. 3 Mali homines & seductores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes. Fuit hic fidei articulus semper maxime incredibilis, tam inter gentiles, Act. 17. Nouorum dęmoniorum videt annunciator esse, quia Iesum & resurrectionem annunciabat eis Paulus, quàm etiam aliquibus Iudæorum, qui dicebant Saducæi. Hunc autem errorem dns affirmat prouenire ex ignorantia scripturarū & virtutis dei. Erratis, q̃ scripturas legitis qdem, at nō intelligitis: & nihil imaginātes supra res corporeas quas videtis, imaginamini talem esse rerum statum in futura vita, qualem in hac videtis. Ponit ergo primo resurrectiōis veritatem, in eo q̃ mittit ad scripturas, quæ hanc plenissime & planissime testant. Si em̃ scripturas scirent, crederent vtiq; deum nō esse deum mortuorū, sed viuentium. Romañ. 15. Quæcūq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Iob. 19. Scio q̃ redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum: & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo deum salutorem meum. Quem visurus sum ego ipse & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Ezec. 37. Hæc dicit dns deus: Ecce ego aperiā tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris populus meus. Dañ. 12. Multi de his q̃ dormierunt in terræ puluere euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium vt videant semper. Secundo, causalitatem. Si enim virtutem dei scirent, cognoscerent vtiq; deo omnia esse possibilia, vt q̃ creauit quod nō erat, reformet quod ex parte perierat. Sap. 12. Tu autem dñator virtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos. Subest em̃ tibi, cum volueris, posse. Est ergo deus causa efficiens resurrectionis mortuorū, quum sit supra naturam. 1. Thessaloni. 4. Si credimus quòd Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & deus eos q̃ dormierunt per Iesum, adducet cum eo. 1. Corꝝ. 15. Sicut in Adam omnes moriunt, ita & in Chr̃o omnes viuificabunt. Omnes qdem resurgemus sed nō oñes immutabimur. In momēto, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet em̃ tuba, & mortui resurgēt īcorrupti, & nos immutabimur. Matth. 24. Et mittet angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summo cælorū vsq; ad terminos eorū. Causam finalem indicat dns Iohan. 5. Nolite mirari hoc, qa venit hora, in qua omnes q̃ in monumentis sunt, audient vocem filij dei: & procedent q̃ bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerūt, in resurrectionem iudicij. 2. Corꝝ. 5. Oñes nos manifestari oportet añ tribunal Christi, vt referat vnusq̃sq; propria corpis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Heb. 9. Statutum est hominibus semel mori, post hoc autē, iudicium. Hinc dns admonet Mat. 10. Eum timete, qui potest & animam & corpus pdere in gehennam. Hæc enim sola fidelium est spes & gloria. Vnde. 2. Macha. 7. Tertius filius ait: E cælo ista possideo, sed propter dei leges nunc hæc ipsa despicio, qm̃ ab ipso me ea recepturum spero. 1. Corꝝ. 15. Si in hac vita tm̃ in Chr̃o sperantes sumus, miserabiliores sumus oībus hominibus. Nunc autem Christus surrexit à mortuis primitiæ dormientium: qm̃ quidem per hoīem mors & per hoīem resurrectio mortuorū. Tertio, insinuat resurgentium qualitatē. Luc. 20. Filij huius seculi nubūt, & tradunt ad nuptias: illi vero q̃ digni habebunt seculo illo & resurrectione ex mortuis, neq; nubent, neq; ducent vxores, neq; vltra mori poterūt, ęquales em̃ angelis sunt, & filij sunt dei, cum sint filij resurrectionis. Romañ. 8. Quod si spūs eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis: qui suscitauit Iesum Chr̃m à mortuis, viuificabit & mortalia corpa vestra, propter inhabitantem spm̃ eius in vobis. 2. Corꝝ. 4. Habemus autem eundem spm̃ fidei, sicut scriptum est Psal. 115. Credidi, propter quod locutus sum, & nos credidimus, propter quod & loquimur, scientes quoniam qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit, & constituet vobiscū. Qm̃ illi carnales carnalē sapiebāt resurrectionē, ostendit quod nō sit corpalis vita tunc, quo factum est, vt dogma eorū statim obtusa opiniōe, & inualido fundamento cōcideret. Hic vbi vices sunt nascentiū ac moriēntium, coniugium adhibet ad propagationem humani generis. Cæterū iam erit absorpta mortalitas, & homines erunt spirituales, quod futurum est in resurrectione, quæ nos reddet eosdem quidem, sed immutatos, neque ducet quisquàm vxorem, neq; nubet vlla, sed quemadmodum in cælis angeli, quoniam inter eos nulla est mortalitas, nesciunt vsum matrimonij. Phil. 3. Nostra cōuersatio in cælis est. Vnde & saluatorē expectamus dñm nostrum

Resurrectionis articulꝰ q̃ difficilis.

Resurrectio q̃ seu q̃bus ostendatur

strum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, cõfiguratum corpori claritatis suæ, secundum operationem virtutis suæ, qua etiam possit subijcere sibi omnia. Ecce quanta gloria resurgentiũ in Christo, qa similes ei erunt, sed nõ æquales. 1. Cor. 15. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarũ. Stella differt à stella in claritate, sic & resurrectio mortuorũ. Ecce dos prima claritatis. Vnde Mat. 13. Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorũ. O quanta iucũditas, tot videre luminaria. Non ergo erũt tunc carnali, sed spũali voluptate fruentes. Petrus dñm cernens in transfiguratiõe quoddam specimen huius ostendisse, omnium quæ in cælis & in terris erant, oblitus, ait: Domine, bonum est nos hic esse. Ad hanc pulchritudinem festinemus, & toto corde suspiremus. Ephe. 5. Eratis aliquando tenebræ, nũc autem lux in dño, vt filij lucis ambulate. Secunda, impassibilitas. 1. Cor. 15. Seminatur in corruptione, surget in incorruptiõe. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est Osee. 13. Absorpta est mors in victoria. Anselmus: Sanitate perfecta hic caremus, à prima natiuitatis die esurimus, sitimus, vnus claudus, alter scabiosus, & qbusdam delinimur medicamentis, ne summa sit miseria. In futuro autem summa sanitas erit, de qua Psalmo. 36. Salus autem iustorum à dño. Sed dicis, vndiq; sanus sum. Quid dicis ô homo? tangaris fuste, & clamabis, teq; deceptum querulaberis. Ibi & longæuitas vitæ erit, quam hic nullus perfecte habet. moriturus, quantumlibet viuat diutius, somnium sibi videt esse, cũ moritur, quod vixit. Hinc Gene. 5. dicit. Vixit Adam. 930. annis, & mortuus est. Sed Esa. 25. Apoca. 21. Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorũ, & mors vltra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra, quæ prima abierunt. Ideo Gala. 6. Quæ seminauerit homo, hæc & metet: quoniam qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Tertia. Subtilitas 1. Corinth. 15. Sed dicet aliquis: Quomodo resurgent mortui? quali autem corpore venient? Insipiens tu. quod seminas, non viuificatur nisi prius moriat. Et quid seminas? Non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, vtpote tritici, aut alicuius cætero rum. Deus autem dat illi corpus sicut vult, & vnicuiq; seminum proprium corpus. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Hinc omnia illi peruia, quemadmodum dominus clausis ianuis stetit in medio discipulorum. Iohan. 20. Petrum animale adhuc corpus habentem, è carcere eduxit, sed ianuis apertis, Actu. 12. Quarta. Agilitas. 1. Corinthiorũ. 15. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Ipsam quodammodo voluntatis sequitur cogitationem. Anselmus: Nunc partim agiles sumus, sed in hoc à passeribus superamur, sed tunc sicut angeli à cælo in terram dicto velocius mouebimur. Vides enim cũ quanta celeritate Abacuc delatus sit Danieli, à Iudæa in Babylonem, Danie. 14. & Philippus reductus in Azotum, Actuũ. 8. Nunc enim corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, Sapieñ. 9. Ideo. 1. Corinth. 15. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Ephesi. 4. Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Obserua quod non dixit, in mensuram corporis Christi, sed ætatis plenitudinis Christi. Nam sancti omni deformitate (natura errante, vel aliàs contracta) reformata, in tali resurgẽt statu, in quo fuissent illa ætate, vel fuerunt, quæ iucunda simulq; robusta est ætas & florida. Sed vnde miseris nobis tanta gloria? Audi dominum Iohan. 12. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, qui est in cælis. Romañ. 6. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Vnde dominus Lucæ. 21. His fieri incipientibus, respicite, & leuate capita vra, qm̃ appropinquat redẽptio vra. Cõtra malorũ plena calamitas. Apoc. 6. Dicunt montibus & petris: Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis sup thronum, & ab ira agni, quoniam venit dies magnus iræ ipsorum, & quis poterit stare?

Dotes resurgẽtium quot.

De resurrectione autem mortuorum non legistis, quod dictum est a deo 32
dicente vobis: Ego sum deus Abraam, & deus Isaac, & deus Iacob? Non est deus mortuorum, sed viuentium: Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina eius.

Hieronymus ad cõprobandam resurrectiõis veritatẽ, multo alijs manifestioribus exemplis vti potuisset, sicut Esa. 26. Viuent mortui tui, interfecti mei resurgẽt. & Dañ. 12. Sed Saducæi q animarũ interitum prædicabant, nõ nisi qnq; libros Mosi recipiebant. Stultum ergo erat inde proferre testimonia, cuius autoritatẽ nõ sequebant. Sic & hodie in ecclesia qdam ad puersum suũ cõstabiliendũ dogma, nonnulla reijciunt quæ ipsis palã aduersant,

quod cõ-

quod cõis tñ tenet ac tenuit eccleſia, q̃d certiſſimũ erroris & peruerſi cordis eſt indicium. Moſes inquit, cuius cum in cæteris autoritatem agnoſcatis, hic non eſt reiẽciendus. Mar. 12. De mortuis autem quod reſurgant, non legiſtis in libro Moſi Exo. 3. ſuper rubũ, quomodo dixerit illi deus, inquiens: Ego ſum &c. Vos ergo multum erratis. Luc. 20. Omnes enim ei viuunt. Oportet ergo vt animæ viuant, quum corpora mortua ſint, & quia creatura refertur ad deum relatione reali, quæ non fundat̃ niſi in ente: id ergo cuius deus dicitur deus, oportet realiter eſſe aliquid. Hi itaq; ſi toti periſſent morte corporum, non diceret eſſe deum illorum, ſed fuiſſe. Quod ſi eſt deus illorum, vtiq; viuunt illorum animæ, viuunt & ipſi toti quodammodo ſpe reſurrectionis. Quid enim magni eſt, ſuperſtites animas in priſtini corporis domicilium reuocaret? Populus aũt quum vidiſſet omnibus os obturari prudentibus reſponſis, admirabatur eius efficacem & promptam doctrinam.

¶De mandato magno. Matth. 22. Marc. 12.

## ARTICVLVS CVIII.

Matt. 22. B

PHariſæi autem audientes, quod ſilentium impoſuiſſet Saducæis, conuenerunt in vnum. Et interrogauit eum vnus ex eis legiſdoctor, tentans eum: Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege.

Nihil charitate ſublimius & vtilius, ſine qua oĩa alia nihil. 1. Cor. 13. Gaudentes phariſæi refutatos Saducæos, & Ieſum ex ipſoꝝ ſententia reſpondiſſe, ac illos obmutuiſſe, exprobrata etiam inſcitia ſcripturarum, rurſum ſeſe velut recepto ſpiritu conglomerant, ac vnum quendam legis peritum ſubornant, qui docta videlicet quæſtione Chriſtum adoriretur. Chryſoſtomus: Frequenter Iudæi diuerſis interrogationibus dñm tentantes, ſibi q̃dem acquiſierunt interitum, nobis aũt prouiderunt ſalutem. Nam verba Chriſti illis profecerunt ad confuſionem, nobis autem ad ædificationem: quoniam reſponſis eius vincebantur, ſed non placabãtur. Malitia enim frequenter confundit, placat̃ autem nunquam. Debuiſſent quidem timere Saducæorum exemplum, vt ne ſimiliter cõfunderent̃. cõfutati fuerant in denariĩ oſtenſione, ſed maleuolentia & liuor nutrit impudẽtiam, & ardens malitia dum ſe ſatiare feſtinat, non aſpicit exitum rei, vt tantummodo alteri noceat, nec ſibi parcens. Venena enim inuidiæ ſuperari poſſunt, ſed difficile conquieſcunt. Conueniunt vt multitudine vincerent, quem ratione non poterãt. à veritate ſe nudos eſſe profeſſi ſunt, qui ſe multitudine armauerunt. Dicebant enim: vnus loquatur pro omnibus, & omnes loquant̃ p vnũ, vt ſiquidẽ vicerit, oẽs videamur viciſſe: ſin aũt victus fuerit, ſolus videat̃ cõfuſus. O phariſæi, q̃ oĩa propter hoĩes & facitis & dicitis: putatis qa vno victo, homines nõ intelligant vos eſſe victos? Nunquid non conſcientiæ veſtræ ſentient ſe eſſe confuſas? Leuis eſt conſolatio, qui in ſeipſo confuſus eſt, quod ab aliĩs ignoratur. Duplici notatus erat dignitate: vitæ, quia phariſęus: doctrinæ, quia legiſdoctor, Hieronymus: Maleuolentia & liuor nutrit impudentiam. Quicunq; nouit, & interrogat non voto diſcendi, ſed ſtudio cognoſcendi an nouerit ille qui reſponſurus eſt, in ſimilitudinem phariſæorum, non quaſi diſcipulus, ſed quaſi tentator accedit. Marc. 12. Et acceſſit vnus de ſcribis, qui audierat illos conquirentes: & videns quoniam bene illis reſponderit, interrogauit eum quod eſſet primum omnium mandatum. Hieronymus: Interrogant mellitis verbis, & circundant, ſicut apes mel portantes in ore, & aculeum à tergo. Magiſtrum vocat, cuius non vult eſſe diſcipulus. Vnde Iohan. 9. Phariſæi cæco nato dixerunt: Tu diſcipulus illius eſto, nos Moſi diſcipuli ſumus, ſed quo ſub blanda ſpecie facilius decipiat. Chryſoſtomus: De magno interrogat, qui nec minimum impleuit. Ille interrogare debet de maiori, qui iam minora impleuit. Erat tunc quęſtio inter Iudæos, quod maius eſſet mandatum, eo quod phariſæi auari ſacrificia etiam parentum præferrent honori, ſuis commodis conſulentes, non aliorum ſaluti: aliĩ aliud iudicabant. quare pro vtraque parte rationes habebant, quibus reſpondentem arguerent̃, quod & domino contingere ſperabant, vt reprehenderetur, quaſi qui emendaturus eſſet legem.

2 Ait illi Ieſus: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximum & primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ.

Ponit

Ponit tria. Actum. Diliges, inquit Chryſoſtomus: Non dicit, timebis: quia diligere maius eſt q̃ timere. 1. Iohã. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem. Non ſolum cognoſces, qa deum cognoſcere naturæ eſt corruptæ, vt claret Roñ. 1. Qui cum cognouiſſent deum nõ ficut deũ glorificauerũt, aut gratias egerunt. Diligere vero, religioſi eſt cordis. Cant. 1. Recti diligunt te. Diligere enim ab eligendo ſumptum, quare nihil illi charius reputandum. Cant. 5. Nunciate dilecto, qa amore langueo. Obiectum: dominum, quia gubernator: deum, quia creator: tuum, quia redemptor & glorificator. Deut. 32. Nunquid nõ ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te? Triplici reſpectu aliquid diligitur, quæ ſumme ſunt in deo. Vel quia bonum. Auguſtinus: Cum iſta non diligantur, niſi quia bona ſunt: pudeat non amare bonum iſtud, à quo omnia bona ſunt. Matth. 19. Nemo bonus niſi ſolus deus. Iaco. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt deſcendens à patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Aut quia pulchrum. Dionyſius: Omnia bonum & pulchrum deſiderant. Sapiæ. 13. Et ſi ſpecie eorũ delectati, deos putauerunt, ſciant quanto his dominator eorum ſpecioſior eſt. Speciei enim generator hæc omnia conſtituit. Aut tertio benignum. Ambroſius: Quid tam inſitum naturę, quid tam impreſſum humanis affectibus, quàm vt diligas diligẽtem? 1. Iohan. 4. Nos ergo diligamus deũ, quoniam ipſe prior dilexit nos. In hoc eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus deum, ſed qm̃ ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuum propiciationem pro peccatis noſtris. Bernardus: Si totum me debeo pro me facto, quid pro me ſic refecto? Nec em̃ tam facile refectus ſum q̃ factus. Siquidem in faciendo dixit, & facta ſunt: in reficiendo dixit multa, geſſit mira, pertulit dura: nec tantũ dura, ſed & indigna. Hiere. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans. Modum, quia ex toto corde. Auguſt. Totum exigit à te, q totum te fecit: ſed noli triſtis eſſe, quaſi nihil vnde gaudeas, remaneat in te, ex hoc em̃ totum diligis te, qa diligis deum ex toto corde. Ex toto corde, vt ſit ſuauis affectui, contra male diligentes illecebras huius mundi. Pſalm̃. 33. Guſtate & videte, qm̃ ſuauis eſt dñs. Pſal. 144. Suauis dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper om̃ia opera eius. Chryſoſtomus: Quid eſt diligere toto corde, niſi vt cor tuũ nõ ſit inclinatum ad vllius rei declinationẽ amplius q̃ dei? nec delecteris quaſi ſpecie mũdi amplius q̃ dei, ſiue auri, ſiue filiorũ, &c. ſed hæc om̃ia æſtimes tibi eſſe in deo, vt præ his omnibus ames deum. Si aũt in aliquo horum amor tuus fuerit occupatus, iam nõ ex toto corde amas deũ. Pro quanta em̃ parte cor tuũ fuerit ad aliquam rem, pro tanto minus eſt ad deum. 1. Corꝝ. 6. Qui adhæret dño, vnus ſpiritus eſt. Tota ergo voluntatis intentio ad eum dirigat. Nam ſicut cor principiũ eſt motus naturalis in corpore, ſic voluntas eſt principium mouens animã ad ſuos actus voluntarios. Tota anima, vt ſit intellectui p̃uia lux cõtra fallacias & errores. Chryſoſt. Quid eſt, in tota anima? Id eſt, certiſſimũ animũ habere in veritate & fide. Si em̃ cœperis dubitare de deo, iam nõ tota anima diligis. Tota mente, vt tota mentis cogitatio circa ip̃m occupet. Mente em̃ cogitationes diſponimus, vt dicit Grego. Chryſoſt. Quid eſt tota mente, niſi vt om̃es ſenſus tui, q pertinẽt ad mẽtem, deo vacent? Cuius intellectus deo miniſtrat, cuius ſapientia circa deum eſt, cuius cogitatio ea quæ dei ſunt, tractat, cuius memoria quæ bona ſunt, recordat, tota mente deum diligit. 1. Corꝝ. 14. Pſallam ſpũ, pſallam & mẽte. Pſal. 144. Memoriã abundãtiæ ſuauitatis tuæ eructabunt, & in iuſtitia tua exultabunt. Pſal. 76. Renuit cõſolari anima mea. memor fui dei, & delectatus ſum. Mar. 12. Ieſus aũt reſpõdit ei, qa primũ omniũ mandatũ eſt: Audi Iſrael dñs deus tuus, deus vnus eſt, & diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua, & ex tota virtute tua. Ecce quartũ, vt tota virtus executiua ſecundum ſuam poſſibilitatẽ operet. Cant. 8. Fortis eſt vt mors dilectio. 1. Iohan. 3. Non diligamus verbo neq; lingua, ſed opere & veritate. Ioh. 14. Qui nõ diligit me, ſermones meos nõ ſeruat. Cum ergo charitas ſit habitus infuſus. Ro. 5. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpm̃ ſanctum, q datus eſt nobis, & nõ acquiſitus, ideo dependet ex actione dei infundẽtis, cui infuſioni per peccatũ obſtaculum ponit. Hinc Eccl. 2. Qui diligũt illũ, conſeruabunt verbum illius. Roma. 8. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an pſecutio? an gladius? Sicut ſcriptũ eſt, Pſalmo. 43. Quia propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſiõis. Sed in his oĩbus ſuperamus propter eum q dilexit nos. Marc. 12. Secũdum aũt ſimile eſt illi: Diliges proximũ tuum tanquàm teipſum. Duo nos ad interitum ducunt: mala doctrina, & corrupta vita. Vt igit̃ non incidamus in malam doctrinã, diligendus eſt deus: ne aũt ſit peruerſa vita, diligendus eſt proximus. 1. Corꝝ. 13. Charitas nõ agit perperam. Legiſperitus quæſiuit de magno mandato: dixit dominus dilectionis dei, mandatum maximum & primum, quia ſingula magna ſunt. 1. Corinth. 13. Maior his charitas, ſcilicet fide & ſpe.

Trifaria cauſa qd diligi.

In tota anima

Duo ad interitũ ducẽtia quæ.

Nam di-

Nam dilectio proximi, magnum est: sed non primum, sed simile: quia qui proximũ amat, dei imaginem amat. Gene. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã. Et hæc est ratio amandi proximum perinde ac seipsum: quia dei imago & similitudo est æque vt ipse, quantum est ex natura. Quare primũ nemo vere seruat, nisi seruet & secundum simile. 1. Iohan. 4. Et hoc mandatum habemus à deo, vt qui diligit deum, diligat & fratrem suum. Si quis dixerit, quoniam diligo deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, deum quem non videt, quomodo potest diligere? Ponit modum, sicut, inquit, teipsum. Veraciter, vel quia bonus vel vt fiat bonus. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Psal. 10. Iohan. 15. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Augustiñ. Qui diligit hoies, aut quia iusti sunt, aut vt iusti sint, amare debet. Ordinabiliter, vt deum super oĩa, deinde aĩam, hinc corpus. Sic proximũ non supra nec contra deum, inde in eo bona spiritualia animæ, postea corporis. Cant. 2. Ordinauit in me charitatem. Efficaciter, bona procurando, & mala deuitando. Romañ. 13. Dilectio proximi malum non operat. 1. Cor. 13. Non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Perseueranter. Prouerb. 17. Omni tempore diligit qui amicus est. Diligendus ergo deus in se, & propter se: proximus in deo, & propter deum. His duobus non est aliud maius, quoniam totius legis summam complectuntur. 1. Tim. 1. Finis autem præcepti est charitas de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. Roma. 13. Plenitudo legis est dilectio. Qui enim diligit proximũ, legem impleuit. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur. Diliges proximũ tuum sicut teipsum. Mar. 12. Maius horum mandatum aliud nõ est. Ait illi scriba: Bene magister, in veritate dixisti, quia vnus est deus, & non est alius præter eum, & vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximũ tanquã seipsum, maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificijs. Iesus autem videns quod sapienter respondisset, dixit illi: Non es longe à regno dei. Siquidem quicquid in tota lege præcipitur, quicquid docent prophetæ, hoc totum in his duobus præceptis comprehenditur. Quisquis enim deum toto pectore diligit, nihil negliget quod ille præcipit: & qui proximũ diligit tanquàm seipsum, nihil faciet alteri quod sibi nolit fieri. Tum pharisæus propemodum ex tentatore factus discipulus, intelligebat quid esset optimũ, tantũ hoc deerat, vt affectu sequeretur, quod intellectu tenebat, & non pergeret insidiari. Hoc dicto dominus pharisæos auaros, qui conuenerant vt reprehenderent, ore illius reprehendit, sacrificia oblationum magna ob suũ quæstum facientes, proximo neglecto. Mat. 15. Atq; inde tacite mordet conscientiam illorum, qui Iesu moliebantur insidias capitales. Eoq; dum illi tantum interrogassent de summo mandato, cuius obseruationem sibi falsõ arrogabant, vltro adiecit, & secundum de diligendo proximo. Nondum enim suspicabãtur Christum esse deum, certe proximũ & benemeritum negare non poterant, in quem tamen machinabantur, quod nemo sibi vellet accidere.

Diligendi pximi modus.

3 Congregatis autem pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum dominum, dicens, (Psal. cix.) Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum dominum, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

Hieronymus: Qui ad tentandum Iesum fuerant congregati, & veritatem fraudulenta interrogatione capere nitebantur, occasionem præbuerunt confutationis suæ. Quanq; igitur cessabant à tentando, Iesus tamen non cessabat à docendo: sed vbi maior pharisæorum frequentia cõuenisset, tot quæstionibus pulsatus ab illis, proposuit & illis quæstionem vicissim, quæ ad illorum salutem pertinebat, obscure quidem & per ænigma subindicans, sibi non solum esse humanam naturam, in quam sæuituri erant, & quam videbant, verumetiã diuinã, quã vtrãq; ex ipsis factis poterãt cõiectare, nisi liuor, odiũ, ambitio, auaritia, cætera'q; vitia animos eorũ excæcassent. Quia em̃ purũ hominẽ Chm̃ putabãt, subuertit eorũ opinionẽ, docens veritatẽ per Dauid prophetã, diuinitatẽ suã prædicãdo nõ manifeste, ne occasionẽ haberent sæuiendi tanquàm in blasphemũ, sed scripturæ, & conscię ipsorũ testimonio, ne veritatem taceret, ob quã prædicandam venit. Iohan. 18. Ad hoc veni in mũ-

ni in mundũ, vt testimonium perhibeam veritati. Cyprianus: Interrogat de illo quem credebant esse ventur̃. Respondẽrũt incũctanter, Dauid. promittitur em̃ Dauid, quatenus ad naturæ humanæ propagationẽ. Psal. 131. Iurauit dñs Dauid veritatem, & nõ frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam sup sedem tuam. Hiere. 23. Suscitabo Dauid germen iustũ, & regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudiciũ & iustitiam in terra. Vnde Roma. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundũ carnẽ. Marc. 12. Et respondens Iesus, dicebat docens in templo: Quomodo dicũt scribæ Christũ filiũ esse Dauid? Ipse em̃ Dauid dicit in spũ sancto. Luc. 20. In libro Psalmor̃ &c. Qui consistit, vt si filius ẽ Dauid, pater filiũ appellet dñm, quũ maior sit autoritas progenitor̃ quàm nepotũ? Chrysostomus: Filius nobis esse potest, qui post nos futurus est: dñs aũt esse non potest, nisi q aut est nobiscum, aut ante nos. Ita ratiocinatur dominus, nõ quia velit ostendere Christum Dauid filium non esse, sed vt falsam opinionẽ illor̃ in melius reducat, qua illũ solum hominem, non etiam deum credebant. Declarat itaq; q̃ non sit aduersarius deo patri, sed multam cum illo habeat concordiam: siquidem inimicos eius humiliat, quo simul & conscientias illor̃ terrore concutere curat, vt à concepta desisterent malitia. Esa. 63. Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. 1. Corinth. 15. Oportet illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nec erat quisquam illor̃ qui posset nodum soluere, propterea q̃ de diuina Iesu natura nihil adhuc suspicari poterant. Siquidem Christus vt secundũ corpus humanũ erat filius Dauid, ita secundũ diuinam naturam dñs est omniũ, non modo Dauid. Hoc mysterium nondũ intelligebant scribæ & pharisæi, q spm̃ habebant carnis. 1. Cor. 2. Animalis homo non ꝓcipit ea quæ sunt spiritus dei. Dauid aũt afflatus spũ cælesti, videbat in Christo nondum nato quiddã homine maius, quũ ipse nihil aliud esset q̃ homo. Neq; quisquam posthac ausus est illum adoriri quæstionibus, quũ viderent insidias in illum intentatas, in suum caput recidere. Marc. 12. Et multa turba eum libenter audiebat. Hiero. Pharisæi & scribæ sermonibus confutati, eum vltra non interrogant: sed apertissime comprehensum, postmodũ Romanæ tradũt potestati. non em̃ tacuerunt volentes, sed quid amplius interrogarẽt nõ habentes. Origenes: Si interrogassent ex voluntate discendi, nunquam ei talia proposuissent, vt postmodum non essent ausi interrogare: sed tentantes interrogabãt, ideo obstruere eos voluit interrogatione sua, vt erubescentes quiescerent ab audacia sua. Prouer. 3. Ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam.

¶De doctrina pharisæor̃ audienda, Matth. 23. Marc. 12. Luc. 20.

## ARTICVLVS CIX.

TVnc Iesus loquutus est ad turbas, & ad discipulos suos, dicẽs: Super cathedram Mosi sederũt scribæ & pharisæi. omnia ergo quæcũq; dixerint vobis, seruate & facite: secundũ opera vero illor̃ nolite facere. Dicũt enim & non faciunt. Alligant aũt onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito aũt suo nolunt ea mouere. Matt. 23. C

Quàm pernicios̃a pestis sit hypocrisis, superbiæ filia, deo & hominibus abominabilis, & ipsi homini damnabilis, clare ostendit. Quia ergo discipulos orbis magistros misit, merito eos admonet ne imitentur pharisæor̃ arrogantiã & ambitiosam mentẽ, & simpliciter ne cogitent quomodo placeant hominibus. Auersus igitur à pharisæis, in qbus nullam videbat esse spem vitæ emẽdatioris, turbis ac discipulis loquitur. Chrysost. Ideo dominus conuertit ad suos sermonem, vt pharisæorum & scribarum confusio, illor̃ fieret disciplina. infructuosum nãq; est verbum, in quo alter confunditur, & alter non eruditur. Hor̃ autem malitia quoniã erat deplorata, nullisq; remedijs sanabilis, restabat vt admoneretur simplex populus & rudis, ne hor̃ fucis & artibus circunueniretur: qui quũ essent omni religione vacui, tamen summam simulabant pietatem, non alio spectantes, quàm ad gloriam & quæstũ suum, & hac de causa modis omnibus obstrepentes gloriæ dei, ac proximor̃ saluti. Hos Iesus depinxit suis coloribus, idq; populo audiente, vt vitarentur qui corrigi non poterant, & definerẽt fallere qui nolebant resipiscere. Nõ erat hoc alienæ famæ obtrectare, sed simpliciũ saluti consulere. Quum igitur toties illis obstruxisset os teste multitudine, ne prorsus illor̃ autoritas concideret apud populum, cui doctores ꝑfidebant, audiendos quidem docet, sed non imitandos. Reuerẽtia quã illor̃

In cathedra Mosi q̃ sedeant.

mores nõ promerent, danda est autori cuius p̃cepta recitant. Sedent in cathedra Mosi qui ea quæ in lege habentur, docẽt. Eos igitur qui docẽt diuinam legem, etiam si ipsi nõ faciant, audire oportet. Origenes: Ante aduentum Christi quidã sedebant boni, qui secundum rationem dicta Mosi interpretabantur, quidam male. Sic & super cathedram Christi quidam bene sedent, qui verbum Christi bene interpretantur: quidam male, q̃ eiusmodi sunt de quibus saluator Matt. 5. Qui soluerit vnũ de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorũ. Horũ quidẽ doctrina audiẽda, non vita imitanda. Nam propter suas traditiones irrita faciunt mãdata dei, Mat. 15. Glossa: Doctrinam tenete, non vitam. Origenes: Quid doctore illo miserabilius, cuius vitam discipuli cum nõ sequũtur, saluantur: cũ imitãtur, perdũtur? Chrysostomus: Frequẽter de homine malo doctrina bona procedit. Ecce terra vilis preciosum aurũ producit, nunquid propter terrã vilem aurum contemnitur? Non. Sic nos doctrinam bonã eligẽtes, malos mores contemnamus, nã & apes flores, non herbas, requirũt. Si viuerent quemadmodũ docẽt, totos oporteret imitari. Nũc quæ docẽt, ipsi non præstãt. Chrysostomus: Fidẽ prædicãt, & infideliter viuũt: pacem aliis dant, sibi non habẽt: veritatẽ laudant, & mẽdacia amant: auaritiã castigant, cupiditatem exercẽt. In aliis aufteri, in se leniſſimi. Alligant onera grauia, quo ad affectum: & importabilia, quo ad effectũ: & imponunt ea in humeros hominũ, sed nõ in suos. Sed digito suo nolunt ea mouere, quanquã possint. Chrysostomus: Circa tuam vitam esto austerus, circa aliorum benignus, audiãt te homines parua mandantem, & grandia facientem. Quando is qui docet, non solũ docet, sed & operatur, videtur simul cum iis qui docẽtur, operari: quum vero ille me onerat, ipse autem ociosus viuit, magis me grauat.

2 Omnia vero opera sua faciunt vt videantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias. amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus rabbi.

Quòd si quæ præstant iuxta legis præscriptionẽ, non id faciunt ex animo, sed ad laudem aurãq̃ popularem. In quo innotescit eorũ vanitas & vilitas, ob vanã & momentaneam laudẽ, perdere gloriã æternã & dei fauorem. 1. Cor. 10. Siue mãducatis, siue bibitis vel aliud q̃d facitis, oĩa in gloriã dei facite. Obambulant lata phylacteria circũferentes: in his p̃cepta legis ostendũt inscripta, quũ vita nusquã appareat. At hæc animis inscribi oportet, vita decebat exprimi. Hoc volebat deus, dicẽs Deute. 6. Erũtq̃ verba hæc quæ ego p̃cipio tibi hodie, in corde tuo &c. & ligabis ea quasi signũ in manu tua, eruntq̃ & mouebuntur ante oculos tuos. Non intelligebãt q̃ hæc portãda erãt in corde, & sic mẽbranis inscripta decẽ præcepta, capiti imponebãt, quasi ad rememorandũ. Incedũt latis & magnificis fimbriis, quas ad distinctionẽ dns in quatuor palliorũ angulis fieri p̃cepit Nume. 15. Deute. 22. Marc. 12. Et dicebat eis in doctrina sua: Cauete à scribis qui volunt in stolis ambulare, ob splendidiores stolas quærẽtes præferri. Si cõdemnantur q̃ amãt, quid ergo q̃ nihil nõ facit pro illis, qua condẽnatione dignus est? Vbi humilitatẽ docere debebãt, ibi maiori fastu corrũpebant. Chrysost. Nec lachrymis abstinere possum, cum primos istos cõsessus & salutationes audiam, ac in mentẽ venit, quot quãtaq̃ hinc mala in ecclesia dei orta sint. Nam ciuitates sæpenumero & ecclesias euerterũt. Quum versantur in foro, gaudent honorifice salutari. Luc. 20. Qui deuorant domos viduarũ (sub obtentu prolixæ orationis) simulantes longã orationẽ, hi accipiẽt damnationem maiorẽ. Non studeant vestræ saluti, sed suæ gloriæ: habent longas preces, quo videantur cæteris religiosiores. His fucis captant viduas beatas, sed simplices, non vno nomine fraudi idoneas: vel quia sexus est infirmior, vel quia viduæ sunt, maritorum solatio destitutæ, vel quia diuites sunt. Clam accedunt, quasi illarum futuri patroni & tutores, & prætextu lõgæ orationis, & vestitu reuerentiæ, & simulatione deuorãtes domos diuitum. Sed adeo nihil proderit illis ista simulata religionis species, vt grauius etiam sint à deo condẽnandi, q̃ malitiam suam obnubilarint fuco sanctimoniæ. Cristas erigunt, quoties à populo audiunt magnificũ illum titulum rabbi, quasi soli sint honore digni, aut soli sapiant, quũ hoc ipso minimi sint apud deũ, q̃ sibi videntur maximi: & hoc maxime desipiant, q̃ sibi videntur plurimũ sapere. Chrysostomus: Vocari volunt, non esse: nomen appetunt, officium fugiunt. 1. Timot. 1. Volentes esse legis doctores, non intelligentes neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant. De iis 2. Petr. 2. In vobis erũt magistri mẽdaces, qui introducent sectas perditionis. 2. Timot. 4. Erit enim tempus quum sanam doctrinam non su-

non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros, prurientes auribus: & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.

Vos autem nolite vocari rabbi. vnus eſt enim magiſter veſter. Omnes autem vos fratres eſtis. Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram. vnus eſt enim pater veſter qui in cælis eſt. Nec vocemini magiſtri, quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus. 3

Monet fugere vanitatem, nõ propter dignitatẽ & laudẽ tantũ, ſed ſcientiã & officiũ. Galat. 6. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. Proinde ſi quid honoris tribuunt homines hoĩbus ob dei dotes, quas in illis eſſe ſuſpicant, nõ debet vindicare cui tribuit, ſed totũ ei aſſcribere, vnde totũ & gratis habet, ſi qd habet boni. 1. Cor. 4. Quid habes q̃d nõ accepiſti? Si aũt accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Sic Paulus gentiũ ſe nominauit doctorem. 1. Timoth. 2. Veritatẽ dico, nõ mentior, doctor gentiũ in fide & veritate. Actu. 13. Erant autem in eccleſia quę erat Antiochiæ, prophetæ & doctores. Vnus eſt in quem vere nomẽ iſtud competit, qui lumen ſcientiæ infundit. Pſal. 118. Intellectũ dat paruulis. Luc. 24. Tunc aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas. Hunc magiſtrum habetis communem. Iohan. 13. Vos vocatis me, magiſter & domine, & bene dicitis: ſum etenim. Vos ad illum comparati, nihil aliud eſtis q̃ cõdiſcipuli ac fratres inuicem, inter quos mutua charitas omnia reddit paria. Fratres dicuntur ratione generalis creatiõis. Malac. 2. Nunquid nõ pater vnus omniũ noſtrũ? Nunquid non deus vnus creauit nos? Deute. 32. Nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit & creauit te? Cõmunis cognationis. Sic Abraam dixit Loth nepoti ſuo. Gene. 13. Ne ſit iurgium, quæſo, inter me & te, & inter paſtores tuos & paſtores meos. Fratres enĩ ſumus. Sic Laban filiũ ſororis ſuæ Iacob, fratrem nominauit. Gene. 29. Num quia frater meus es, gratis ſeruies mihi? Sic fratres dñi nominãtur in euãgelio, Matt. 12. Naturalis propagationis, ſic Iacob & Eſau. Malac. 1. Nunquid frater Eſau Iacob, dicit dñs? Sic cõmuniter capitur inter vulgares. Quarto, ſpecialis religionis. ſic Iudæi dicebant fratres. Leuit. 19. Non oderis fratrem tuum in corde tuo. Sic Chriſtiani, inter quos Chriſtus primogenitus. Roma. 8. Vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Heb. 2. Decebat enim eum propter quem oĩa, & per quem oĩa, qui multos filios in gloriã adduxerat, autorem ſalutis eorũ per paſſionẽ conſummari. Qui enĩ ſanctificat, & qui ſanctificantur, ex vno oẽs. Propter quã cauſam non confundit fratres eos vocare, dicens: Nunciabo fratribus meis nomen tuũ. Pſal. 21. Mat. 28. ait mulieribus: Ite, nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæã. Exigit aũt debita fraternitas cordialem dilectionẽ. Eccl. 25. In tribus beneplacitũ eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram deo & hominibus. Concordia fratrũ, amor proximorum, & vir & mulier ſi bene conſentientes. 1. Iohã. 3. Omnis qui odit fratrẽ ſuum, homicida eſt. Et ſcimus qm̃ omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentẽ. Malac. 2. Quare ergo deſpicit vnuſquiſq; veſtrũ fratrẽ ſuum? Diligentẽ correctionẽ. Leuit. 19. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publice argue eum, ne habeas ſuper eo peccatũ. Iaco. 5. Fratres, ſi qs ex vobis errauerit à veritate, & cõuerterit quis eum: ſcire debet, qm̃ q cõuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animã eius à morte, & operit multitudinẽ peccatorũ. Hinc dñs ait Petro Luc. 22. Simon, ecce ſatanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticũ: ego aũt rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Et tu aliquãdo cõuerſus, confirma fratres tuos. Sic Apoſtolus 2. Theſſ. 3. Nolite quaſi inimicũ exiſtimare, ſed corripite vt fratrem. Efficacem ſubuentionẽ. Zacha. 7. Miſericordiã & miſerationes facite vnuſquiſq; cum fratre ſuo. Matth. 25. Quandiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. 1. Iohã. 3. Qui habuerit ſubſtantiã huius mũdi, & viderit fratrẽ ſuũ neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, qũo charitas dei manet ĩ eo? In hoc cognouimus charitatẽ dei, qm̃ ille animam ſuã pro nobis poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. In hoc fundatur quædã fraternitas, quæ dicitur ſingularis cõmunionis, qua quidam ſe obligant ad ſpecialem bonorũ cõmunionem, quemadmodum negociatores lucrum inter ſe diuidunt. Eccẽs. 4. Melius eſt duos eſſe ſimul quàm vnum. habent enim emolumentũ ſocietatis: ſi vnus ceciderit, ab altero fulcietur: & ſi quiſquã prævaluerit contra vnũ, duo reſiſtunt ei. Funiculus triplex difficile rumpitur. Eccl. 40. Fratres in adiutoriũ in tempore tribulationis. Prouer. 18. Frater qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma. Sic & in ſpũalibus, quanquam nemo excludẽdus à generali bonorũ participatione. Pſal. 118. Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientiũ mandata tua. & Iaco. 5. Orate pro inuicẽ vt ſaluemini. tamẽ poſſunt ſe ad quædã ſpecialia in inuicem

Fratres q quotuplici ter dicant.

Fraternitas q̃ exigat.

obligare, quẽadmodũ Apoſtolus peculiares ſæpe expetijt orationes. Roma. 15. Obſecro vos fratres per dñm noſtrũ Ieſum Chriſtum, & per charitatem ſancti ſpũs, vt adiuuetis me in oronib⁹ veſtris pro me ad deũ, vt liberer ab infidelibus q ſunt in Iudæa. 2. Theſſ. 3 Fratres, orate pro nobis, vt ſermo dei currat & clarificetur, ſicut & apud vos, & vt liberemur ab importunis & malis hominibus. Matth. 18. Vbi duo vel tres cõgregati fuerint in nomine meo, ibi ſum in medio eorꝝ. Iterꝝ dico vobis: ſi duo conſenſerint ex vobis ſuper terram, de omni re quamcunq; petierint, fiet illis à patre meo qui in cælis eſt. Hinc Pſal. 132. Ecce quàm bonũ & quàm iucundũ, habitare fratres in vnũ. Nec poſthac patris honorificũ vocabulũ homini tribuatis in terris, ſemel profeſſi patrem cæleſtem, cui vere debetis & vitam & quicqd habetis, & vnde pendetis toti. A quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, Ephe. 3. Matt. 6. Pater noſter qui es in cælis. Eſa. 63. Tu dñe pater noſter, redẽptor noſter, à ſeculo nomen tuũ. Diligit eñ filios ſuos feruenter. Eſa. 49. Nunquid poteſt mulier obliuiſci infantem ſuum, vt nõ miſereatur filio vteri ſui? & ſi illa oblita fuerit, ego tamẽ non obliuiſcar tui. ecce in manibus meis deſcripſi te. Iohan. 3. Sic deus dilexit mundũ, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum, non pereat, ſed habeat vitã æternã. Erudit diligẽter. Heb. 12. Patres quidẽ carnis noſtræ eruditores habuimus, & reuerebamur eos. Nõ multo magis obtẽperabimus patri ſpirituũ, & viuemus? Et illi quidẽ in tẽpore paucorꝝ dierꝝ ſecundũ voluntatẽ ſuã erudiebãt nos: hic autem ad id quod vtile eſt, in recipiendo ſanctificationẽ eius. Fouet clemẽter. 2. Corinth. 1. Benedictus deus & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarꝝ & deus totius cõſolationis, qui cõſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Pſal. 102. Quomodo miſeretur pater filiorꝝ, miſertus eſt dñs timẽtibus ſe. Fouet corporaliter, dans eſcam omni carni, Pſal. 135. Matth. 6. Scit eñ pater quia his oñibus indigetis. Sic & ſpũaliter. Iaco. 1. Omne datũ optimũ & omne donũ perfectũ, deſurſum eſt, deſcendens à patre luminũ. Glorificat ſupereminẽter. Luc. 12. Nolite timere puſillus grex, quia cõplacuit patri veſtro dare vobis regnũ. Quñ aũt eſtis filij dei, miſit deus ſpiritũ filij ſui in corda veſtra clamãtem, abba pater. Itaq; iam non eſt ſeruus, ſed filius: quod ſi filius, & hæres p deũ. Romañ. 8. Hæredes quidẽ dei, cohæredes aũt Chriſti. Sed cõqueritur dñs per Eſa. 1. Filios enutriui, & exaltaui, ipſi aũt ſpreuerũt me. Malac. 1. Filius honorat patrẽ ſuum, & ſeruus dñm ſuum. Si ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus? Hiere. 3. Ergo ſaltem amodo voca me, pater meus es tu. Et dixi, patrem vocabis me, & poſt me ingredi nõ ceſſabis. Nec vocemini magiſtri, gloriantes de ſciẽtia quaſi ex vobis ſit, & gloriã captetis humanam Hieronymus: Sicut ſolus creator vocatur dñs & deus p eſſentiã & vniuerſalẽ prouidẽtiam, alij dij & dñi participatiue, ſic deus ſolus eſt pater oĩm per ſeipm, & ſolus Chriſtus magiſter noſter, alij p participationẽ magiſtri & patres appellant. Si qs bene docet, laudetur in eo ſapiẽtia dei, quæ ſe per illũ exerit cõmunicatq;. Si qs cura ſolicitudineq; patrem agit, laudet in illo bonitas dei, quæ p illũ nobis proſpicit. Neq; vero hæc dixit dñs Ieſus, q impium ſit, præceptorẽ præceptoris appellare vocabulo, aut parentẽ parentis nomine ſalutare: ſed hoc ſermone prorſus euellere ſtudet ex animis ſuorꝝ phariſaicam ambitionẽ, qui quod erat dei, ſibi vindicabant, & honorẽ exigebant à populis pro doctrina, non ſua, ſed dei, quaſi ipſi eſſent autores, & non potius miniſtri. Quod eñ habet, aliunde accepit, & gratis accepit, & in hoc accepit, vt alijs impartiret. Iac. 3. Nolite plures magiſtri fieri fratres mei, ſcientes quoniã maius iudiciũ ſumitis. Deus ſolus intellectum illuminare poteſt. Pſal. 70. Deus, docuiſti me à iuuentute mea.

Patris cęleſtis in filios affectus.

2

**Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter. Qui autem ſe exaltauerit, humiliabitur: & qui ſe humiliauerit, exaltabitur.**

Inducit ad humilitatẽ, quæ mater eſt cuſtosq; virtutũ. Eccl. 32. Rectorẽ te poſuerũt? noli extolli, eſto in illis quaſi vnus ex ipſis. Itaq; qui maior eſt dotibus diuinis, nõ hoc erit arrogãtior, ſed ſolicitior vt cõmunicet: hoc ſubmiſſior, ne ſemel perdat arrogantia, q diuina benignitas largita eſt. In autorem deum gloriam omnem transferat, ſibi præter humilis miniſtri ſedulitatẽ nihil vindicans. Duplex ratio humiliationis. Damnũ elationis. Prouer. 29. Superbũ ſequitur humilitas, humilem ſpũ ſuſcipiet gloria. Præmium humiliationis. Iob. 22. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos ſuos, ipſe ſaluabitur. Is vere magnus eſt, qui ſibi minimus eſt: atq; is iam incipit minimus eẽ apud deum, qui ſuo iudicio magnus eſt. Ephe. 4. Obſecro vos ego vinctus in domino, vt digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia ſupportantes inuicem in charitate.

Humilitãdæ ratiões quæ.

¶ De

¶De væ multiplici, Matth. 23. Luc. 11.

## ARTICVLVS CX.

VAe vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui clauditis regnum cælorum ante homines, vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum: & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quam vos. Matt. 23. D

Quemadmodũ in veteri testamẽto benedictiones positæ sunt obedientibus, & maledictiones inobedientibus, Deute. 27. & 28. sic & in nouo væ inobedientibus prænunciatur. Palam enim dñs inuehitur in malitiam pharisæorum, minitans illis vltionẽ diuinã, quo vel pudore resipiscant, vel metu supplicioꝝ vertantur ad meliora: & omissa simulatione, incipiant esse pietatis euangelicæ cultores. Hieronymus: Sententia est, pharisæi sciunt Christum de virgine natum ex prophetaꝝ oraculis: verum dum prædam de plebe appetunt, nec ipsi introeunt in regnum cælorꝝ, nec eos qui poterant intrare, permittunt. Nam turbam bene de Christo sentientẽ auerterunt. Sic quasi zelum habentes animarum, discurrebant vt e gentibus vnum aliquem pellicerent ad legis professionẽ: qui quum attractus fuerat spe discendæ religionis, superstitiosa ipsorum doctrina peruersisq; moribus talem reddebant, vt non solum non fieret purus dei cultor, & hæres regni cælorum, sed sceleratior etiam Iudæus quàm fuerat ethnicus, & magis obnoxius gehẽnæ quàm ipsi erant. Vnusquisq; qui scandalizat malis exemplis discipulos suos, claudit ante eos regnum cælorum. 2. Petr. 2. Melius erat illis non cognoscere viã iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. Cõtingit enim illis illud veri prouerbij Prouer. 26. Canis reuersus ad vomitum, sic imprudens qui iterat stultitiam suam. Claudere regnũ cælorꝝ qui q̃modo dicãtur.

Væ vobis duces cæci, qui dicitis: quicũq; iurauerit per templum, nihil est: qui autem iurauerit in auro templi, debet. Stulti & cæci, quid enim maius est: aurum, an templum quod sanctificat aurum? Et quicunq; iurauerit in altari, nihil est: qui autem iurauerit in dono quod est super illud, debet. Cæci, quid enim maius est: donum, an altare quod sanctificat donum? Qui ergo iurat in altari, iurat in eo & in omnibus quæ super illud sunt. Et qui iurat in templo, iurat in illo & in eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in cælo, iurat in throno dei, & in eo qui sedet super eum.

Subdoli & auari pharisæi sic legem interpretabantur, quo homines ad oblationes inducerent. Stultos eos nominat, propter ignorantiã diuinorꝝ: cæcos, propter caliginem cupiditatum & vitiorum ex eis nascentiũ. 1. Timoth. 6. Radix omniũ malorꝝ est cupiditas, quam quidam appetentes, errauerũt à fide. Cæci, q̃ professi doctores, nescitis ipsi q̃d doceatis, nimirum aberrantes à scopo legis, nec alio torquentes omnia quàm ad quæstum vestrum, præposteto ordine pluris facientes, nõ ea quæ per se sanctiora sunt, sed quæ vestræ auaritiæ gratiora. Etenim quemadmodum peruertitis præceptũ de honorandis parentibus interpretatione vestra, Matt. 15. ita hic docetis peierare. Perfectũ erat non iurare omnino: sed tamẽ quisquis iurat per rem quãcũq;, quæ sacra habetur apud eum cui iurat, periurus est, nisi præstiterit quod iurauit. Neq; enim aurum aliunde est sanctum, quod ornandi gratia additur templo, quàm propter templum, cuius sanctimonia facit, vt aurum etiam alibi prophanũ, illic sanctũ habeatur. Neq; donũ aliunde sanctum est, nisi q̃ sacro est altari impositum. Vterq; ergo peierat, qui in altari vel dono, in templo vel auro templi iurans, non præstat quod iurauit. Sic & in cælo. Esa. 66. Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum.

Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentham & anethum & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes.

Obiurgat itẽ vt insipientes, eo ꝙ contemnentes mandata maiora, in paruis diligentes erant. Offerebant de minimis decimas, quo sanctiores & perfectiores haberentur, & sic consequẽter exigebãt. Hieronymus: Arguit eos auaritiæ, ꝙ studiose etiam viliũ olerum decimas exigant, & iudicium in disceptatione negocioꝝ, misericordiam q̃ in pauperes, pupillos & viduas, & fidem in deum, quæ magna sunt, prætermittãt. Luc. 11. Sed væ vobis pharisæis, qui decimatis mentham & rutam & omne olus, & pr̃eteritis iudiciũ & charitatem dei. Oportet misereri & fidere deo, quia aliàs non est salus. Mich. 6. Indicabo tibi ô homo quid sit bonum, & quid dominus requirat à te: vtiq; facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum deo tuo. Multi paganoꝝ misericordes quidem fuerunt: non credentes autem in deum, non habuerunt misericordiæ comitẽ fidem. Hieronymus: Præcepta dei quæ magna sunt, negligimus, camelum deuorantes: & opinionem religionis in paruis quæ lucrum habent, culicẽ liquantes, demonstramus: in minimo superstitiosi, in maximo negligentes. Luc. 11. Væ vobis pharisæis, qui diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. Væ vobis qui estis vt monumenta quæ nõ apparent, & homines ambulantes supra, nesciunt. Respondens autẽ quidam ex legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicens, etiam contumeliam nobis facis. At ille ait: Et vobis legisperitis væ, qui oneratis homines oneribus quæ portare non possunt, & ipsi vno digito non tangitis sarcinas. Iniunctum officium susc̃ipere, charitatis est: appetere vero, ambitionis. Eccl. 7. Noli quærere ab homine ducatũ, neq; à rege cathedrã honoris. Væ qui nihil aliud agitis, nisi vt hominũ oculis placeatis, pro nihilo ducentes, ꝙ animi sordibus deo displicetis. Quum hæc aliaq; magna seueritate diceret dominus Iesus in fucatam pharisæoꝝ sanctimoniam, quidam è legisperitis cupiens cohibere libertatem Iesu, ait: Dum ista dicis in pharisæos, nos quoq; afficis contumelia. Non tolerat liberum sermonem, sibi male conscius animus: & exemplum libertatis in alios, metuit ne in se recidat. Cyrillus: Redargutio quę mansuetos transfert in melius, superbis hominibus intolerabilis est: correctionemq; culpæ, contumeliam reputant personæ. Proue. 21. Vir impius procaciter obfirmat vultum suum: qui autem rectus est, corrigit viam suam Prouer. 29. Viro qui corripientẽ dura ceruice contẽnit, repentinus ei superueniet interitus, & eum sanitas nõ sequetur. At Iesus æterna veritas, quæ nescit assentari, quum sola sit inculpabilis, nec in aliud tamẽ obiurgat nisi vt medeat malis, respondit: Si q̃ dico, in vos q̃q; cõpetũt, vti fateris, igit & vobis legisperitis væ. Itaq; fit vt hoc ipso q̃ studetis dissimulare malitiã vestrã, prodatis. Quando is qui docet, ea q̃ docet præstat, alleuiat onera, exẽploq; suo cõsolationẽ affert discipulis: quãdo aũt nihil horꝝ facit q̃ docet, grauia videntur onera discipulis, ita vt à doctore recte faciendi nullam vim accipiant.

Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui mundatis quod deforis est calicis & parapsidis, intus autem pleni estis rapina & immunditia. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis & parapsidis, vt fiat & id quod deforis est, mundũ. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ a foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorꝝ, & omni spurcitia. Sic & vos a foris quidẽ paretis hominibus iusti, intus aũt pleni estis hypocrisi & iniquitate.

Væ qui præpostere munditiem curatis. Nõ eñ inquinat animũ, si quis bibat ex illoto calice: sed si quis bibat vinum fraude partum, si quis ad luxũ bibat, nõ ad necessitatẽ. Tu exteriores poculi partes, hoc est, exteriorẽ habitudinẽ fricas, vt elegãtiores sint: intus autem te imples sordibus, rapis, iniuria afficis alios. oportet te intus lauari in anima, vt puritate animæ cohonestetur & exterior dignitas. Væ qui tantũ abestis à vera munditie, vt magis similes sitis sepulchris, quæ foris nitent opere albario, titulis variisq; picturis, quum intus sit oñi spurcitia referta. Eccl. 10. Cũ moritur homo, hæreditabit serpentes & bestias & vermes. Sic & vos foris videmini religiosi & integri, quũ animus vndiq; scateat simulatione, omniq; genere vitiorꝝ madeat. Origenes: Hic sermo nos instruit, vt festinemus eẽ iusti, non apparere: qui eñ studet vt appareat iustus, quæ à foris sunt mundat, & quæ videntur curat, cor aũt suũ & conscientiã negligit, hic hypocrita dicitur, & intus plerunq; impletur auaritia, lasciuia, malignitate.

Hypocrita quis habẽdus.

Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumẽta iustorꝝ, & dicitis: Si fuissemus in diebus patrũ nostro-

nostrorum,non fuissemus socij eorum in sanguine prophetarum. Itaq; testimonio estis vobismetipsis, quia filij estis eorũ qui prophetas occiderunt. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Serpẽtes, genimina viperarum, quomodo fugietis a iudicio gehennæ?

Væ quod ad falsam ostẽtationem sanctimoniæ,magnifice extruitis sepulchra prophetarum,& ornatis monumenta iustorũ. Miseros dicit,non q̃ ædificarent sepulchra:hoc eñ deo gratũ:sed qui se iustos simulabant,& patres suos condemnabant,deteriores illis existentes,malitiaq̃ excellentes,manifeste mentiebantur. Nam maiora moliebãtur aduersus eum qui prophetarũ dñs. Luc.11. Væ vobis qui ædificatis monumẽta prophetarũ patres autẽ vestri occiderunt illos. Profecto testificamini,q̃ consentitis operibus patrũ vestrorum:quoniamquidem ipsi eos occiderũt, vos autem ædificatis eorum sepulchra. Chrysostomus:Quidam ædificant martyrum monumenta,basilicas,& tamen violentiam faciunt:sed non gaudent sancti,quando pecunijs honorantur, pro quibus pauperes plorant. Eccl.34. Qui offert sacrificium ex substantia pauperis,quasi qui victimat filium in conspectu patris. Agedum respondete maioribus vestris,& quod deest illorum extremæ malitiæ & crudelitati,vos ne quid desit,implete. Illi prophetas occiderũt,vos eum quem prædixerũt prophetæ. Declarat eos nepotes & hæredes malitiæ Cain. Chrysostomus:Dicebãt pharisæi:Si fuissemus in diebus patrum nostrorũ,non communicassemus cum illis in facto,sed falso. Nam germina erant viperarum. Vt enim viperæ matribus veneni similitudine coniunguntur,sic & illi patribus cupiditate cædis. Iniqui,& iniquorum filij,& parentibus multo iniquiores:fœdiora enim scelera perpetrarũt, tum quia post illos,tum quia maiora commiserunt,& maxime quia iactabant se patribus in talibus non fuisse consensuros,vt tanta patrassent crimina. Quũ ego tam inuincibili(ait) situs malitia,quum nullis beneficijs,neq; miraculis,neq; blandis sermonibus, neq; austeris,neq; pollicitis,neq; minis possitis corrigi,vt interim effugiatis iudicium hominum, quomodo effugietis iudicium gehennæ?

Ideo dico vobis: Ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas:& ex illis occidetis & crucifigetis,& ex eis flagellabitis in synagogis vestris,& persequemini de ciuitate in ciuitatem,vt veniat super vos omnis sanguis iustus,qui effusus est super terram, a sanguine Abel iusti, vsq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis,venient hæc omnia super generationem istam. Matt.23. E

Ostendit hominum vitio prouenire, quo minus salutem consequantur. Luc.11. Propterea & sapientia dei dixit:Mittam ad illos prophetas & apostolos,& ex illis occident. Quid amplius faciam isti nationi intractabili? Misi Mosen,misi prophetas, mittam ad eos postremo omnium prophetas qui legem spiritualiter interpretentur. Nihil intentatum relinquam quo possint ad meliora conuerti. Sapiæ duodecimo:Tu autem dominator virtutis cũ trãquillitate iudicas,& cum magna reuerẽtia disponis nos. Mitto dicit, quia nunquam destitit mittere operarios in vineam suam. Matth.20.& ipsius est mittere,quia quotquot venerunt non missi ab eo,fures sunt & latrones. Iohan.10. Hiere.23. Non mittebam prophetas,& ipsi currebant: non loquebar ad illos, & ipsi prophetabãt. Si stetissent in cõsilio meo,& nota fecissent verba mea populo meo: auertissem vtiq; eos à via sua mala,& à cogitationibus suis pessimis. Hinc Matth.9. Rogate dominũ messis,vt mittat operarios in messem suam. Chrysostomus:Apostolos vocat prophetas,qa spiritu prophetico pleni:sapientes,quia corda hominũ sapientia erudiebant diuina,qua pleni erãt. 1. Corinth.2. Sapientiam loquimur inter perfectos,sapientiam vero non huius seculi,neq; principũ huius seculi quæ destruetur:sed loquimur dei sapientiã in mysterio,quæ abscondita est,quam p̃destinauit deus ante secula in gloriam nostrã,quam nemo principũ huius seculi cognouit. 1. Corinth.3. Sapientia eñ huius mundi stultitia est apud deum. Nã promisit illis Iohan.16. Cum venerit spũs ille veritatis, docebit vos omnem veritatẽ. 1. Cor.12. Et quosdã quidẽ posuit deus in ecclesia,primũ apostolos, secũdo prophetas,tertio doctores. Ephe.4. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos,quosdam autem prophetas, alios vero euangelistas, alios autem pastores & doctores ad cõsummationẽ sanctorũ, in opus ministerij,in ædificationem corporis Christi. Prophetæ,q̃ futura prædicẽdo,pœnæ cõminatione & prẽmij promissione à malis retraherent,

Sapientes, q in bono instituerẽt. Scribæ, qui in lege periti scripturas declararẽt. Mat. 13 Omnis scriba doctus in regno cælorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Ecce quãta dei diligentia ad reuocandos errantes. Esa. 46. Redite præuaricatores ad cor. Sed Hiere. 25. Misit dñs ad vos oẽs seruos suos prophetas, consurgens diluculo mittens q̃, & non audistis neq; inclinastis aures vestras, vt audiretis cum diceret: Reuertimini vnusquisq; à via sua mala, & à pessimis cogitationibus vestris, & nõ audistis me, dicit dñs, vt me ad iracundiã prouocaretis, in operibus manuum vestrarũ, in malũ vestrũ. Vnde sequitur, occidetis &c. Non solũ non audietis, nã Iacobũ occiderunt, Actuũ. 12. & Stephanum, Actuum 7. discipulos flagellarunt, Actuũ 5. cõuocantes apostolos, cæsis denunciauerunt, ne omnino loquerentur in nomine Iesu. Adeo enim non receperũt, vt persequerẽtur eos de ciuitate in ciuitatem, donec insanabili sua malitia compellerent ire ad gentes. Act. 13. Vobis oportebat primũ loqui verbũ dei: sed qm̃ repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gẽtes. sic em̃ præcepit nobis deus. Sic illorũ malitia dei vicit bonitatẽ. Dei enim sapientia quæ ineffabili consilio temperat omnia, priusquam puniret illorũ pertinacẽ malitiam, omnibus modis reuocare studuit à crudelitate. Cæterum vbi iam declarata fuerat oĩbus, simul & immensa dei bonitas, & illorum inuicta puersitas, tanto atrociores passuros prænunciauit pœnas, quanto diutius tolerati sunt, quãto maioribus beneficijs prouocati sunt ad pœnitentiã. Vt veniat, dicit, omnis sanguis, id est, vltio sanguinis iusti effusi. Sic pharisæi dicebant apostolis Act. 5. Ecce replestis Hierusalem doctrina vestra, & vultis inducere super nos sanguinem hominis istius. Tenetur hic, vt, consecutiue, nõ causaliter: qa non est affectus volũtatis, sed cõsecutio ęquitatis. Abel meminit, quia propter inuidiam occisus à fratre, Gene. 4. 1. Iohan. 3. Non sicut Cain qui ex maligno erat, & occidit fratrẽ suum, Et propter quid occidit eum? Quoniã opera eius maligna erant, fratris autẽ eius iusta. Ita & Christus Matt. 27. Sciebat enim quoniam propter inuidiam tradidissent eũ summi sacerdotes. Sapiæ. 2. Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est alijs vita illius, & innouatæ sunt viæ eius. Tãquam nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à vijs nostris tanquam ab immũditijs. O quot tales sunt, qui volunt meliorẽ vitã viuere, ne degeneres ipsi cogantur improperia sustinere. Sapiæ. 2. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarũ. imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius. De Zacharia habetur. 2. Paralip. 24. Mittebat eis prophetas, vt reuerterẽtur ad dominũ, quos protestantes illi audire nolebant. Spũs autem domini induit Zachariam filium Ioiadæ sacerdotem, & stetit in conspectu populi, & dixit eis: Hæc dicit dominus: Quare transgredimini præceptum domini quod vobis non proderit, & dereliquistis dñm vt derelinqueret vos? Qui cõgregati aduersus eum, miserũt lapides iuxta regis imperium in atrio domus dñi. Et non est recordatus Ioas rex misericordiæ quam fecerat Ioiada pater illius, sed interfecit filiũ eius. Qui cũ moreretur, ait: Videat dñs & requirat. Obserua Ioiadam fuisse binomium, quemadmodũ plures in nouo & veteri testamento. Vnde in euãgelio quo vtuntur Nazaræi, filius Ioiadæ ponitur, vt dicit Hieronymus. Hic autẽ eius iustitia prædicatur. Barachias enim benedictus domini dicitur. Sed quũ neutrũ occiderint, cur pœna & mala super hanc generationẽ ventura dicuntur? ait enim dñs Deuter. 24. Non occidẽtur patres pro filijs, nec filij pro patribus, sed vnusquisq; pro peccato suo morietur. Ezech. 18. Filius non portabit iniquitatẽ patris, neq; pater iniquitatem filij. Iustitia iusti super eum, & impietas impij erit super eum. Cõtra hic, & Nume. 14. ait Moses: Dominus patiens & multæ misericordiæ, auferens iniquitatẽ & scelera, nullum q̃ innoxiũ derelinquẽs, qui visitas iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem. Sed nunquid iniustus est deus? Romañ. 3. Nunquid iniquus est deus qui infert iram? Secundũ hominẽ dico. Absit, alioqui quomodo iudicabit deus hunc mundum? Interroga dominũ, & audi dicentem Exod. 20. Ego sum dominus deus tuus, fortis zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorũ qui oderunt me, & faciens misericordiam in millia, his qui diligũt & custodiunt præcepta mea. Vnde & hic ipsos filios dixit viperarũ. Chrysostomus: Dum dicit, requirentur hæc omnia à generatione ista, idem est quod alibi dicit, reddens iniquitatem parentũ in filios in tertiam & quartam generationem. Exod. 20. non q̃ alieni peccati luat quisquam supplicia, sed quĩ multos propter peccata sua vexatos nõ ignorat, neq; idcirco factus est melior, sed etiã committens non curat, illorum quoque pœnas iuste sustinebit. Quantum ad homines, multę sunt generationes, diuersis tẽporibus sibi succedentes: quo ad deum, duæ. Bonorum. Psal. 33. Hæc est generatio quęrentiũ dominũ, quærentium faciẽ dei Iacob. Sap. 4. O quàm pulchra est casta generatio. Vnde Psalm̃. 13. Dominus in generatione iusta est.

Generatio quot.

Quia ge

Quia generatio rectorũ benedicetur. Altera malorũ. Psal.77. Generatio praua & exasperans, generatio quæ non direxit cor suũ, & nõ est creditus cum deo spũs eius. Deute. 32. Generatio praua atq; puersa, hæccine reddis dño populo stultæ atq; insipiẽs? Vniuersi ergo sancti in virtutibus similes, in vna generatione computantur, quia imitatores virtutum: sic & mali, malitia similes, à primo parricida, vsque ad vltimũ perditionis filiũ in vna generatione. Iohan. 8. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida fuit ab initio. Signatur aũt dñs per hos duos, qa sacerdos secũdum ordinem Melchisedech, Heb. 7. & pastor ouium, Iohan. 10. Sic & quo ad corpus mysticum, in quo quotidie pſecutionem patitur. Hinc Saulo dixit Act. 9. Saule Saule, quid me persequeris? Abel enim simplex pastor ouium, ob vitæ innocentiã in agro passus est. Zacharias sacerdos propter sanam correptiõis doctrinam, in templo lapidatus est. qua re vtriusq; gradus martyres designantur, & laici, & altaris officio deseruiẽtes. Luc. 11. Væ vobis legisperitis, qui tulistis clauem scientiæ: & ipsi non introistis, & eos qui introibãt, prohibuistis. Cum hæc ad illos diceret, cœperũt pharisæi & legisperiti grauiter insistere, & os eius opprimere de multis, insidiantes ei, & quærẽtes aliquid capere ex ore eius, vt accusarent eum. Dum legem perperam interpretamini, oppugnatis quod est totius legis caput. Doctrina em̃ legis ad Christũ ducit. Rom̃. 10. Finis legis Christus, ad iustitiã omni credẽti. Esa. 7. Nisi credideritis, non intelligetis. Iohan. 5. Si crederetis Mosi, crederetis vtiq; & mihi. de me em̃ ille scripsit. Ad huiusmodi sermones, subamaros quidem ob libertatẽ veritatis, sed salutiferos, si voluissent recipere pharmacũ, vehemẽter offensi sunt & pharisæi & legisperiti. Habet em̃ hoc & hypocrisis pharisaica, vt nihil tam impiũ moliatur, cui non prætexat pietatis fucum. His dictis clemẽtissimus dñs Iesus, q pro sua bonitate nolebat quenquam oñino perire, considerans miserabile vrbis Hierosolymitanæ, quod imminebat de propinquo excidium, nam illius oculis omnia erant præsentia, simul & illorum inexpugnabilem peruicaciam, qua diuinam lenitatẽ versuri erant in furorem, oratione lamentabili deplorat Iudaicæ gentis deuastationem.

Hierusalẽ Hierusalẽ, quæ occidis prophetas & lapidas eos qui ad te missi sunt: quoties volui cõgregare filios tuos, quẽadmodũ gallina cõgregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquet vobis domus vestra deserta. 2

Hieroñ. Non saxa & lapides ciuitatis, sed habitatores alloquitur, quos patris plangit affectu. Vnde bis replicat misertus eius, & magna cõpassione eam reuocãs, expostulans cum ea quasi cũ dilecta, q̃ dilecto cõtempto nisi reuertatur, pœnas datura fit. Hinc Esa. 1. Heu cõsolabor de hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis, & cõuertam manũ meã ad te, & excoquam ad purũ scoriam tuã. Hierusalem, ait, nõ Aegyptus, nõ Babylon, sed tu quæ caput es religionis & magistra. Esa. 2. De Sion exibit lex & verbũ dñi de Hierusalem. Chrysostomus: Nõ dicit quæ lapidasti, sed lapidas & occidis, quasi dicat, naturalẽ habes consuetudinẽ ad hoc. Qui ad te instruendam & reuocandam missi sunt. Hier. 18. Nunquid redditur pro bono malũ, quia foderũt foueam animæ meæ? Luc. 13. Hierusalẽ Hierusalẽ, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te mittuntur. Mira dei benignitas, quia nõ obstantibus occisionibus sanctorũ, non tamen destitit reuocare eos à malitia. Hinc ait, quoties, quia non semel aut bis: quo etiã verbo indicat oẽs retro prophetas à se missos. Hebr. 1. Multifariam multisq; modis olim deus loquẽs patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. Vnde Apostolus 2. Cor. 5. Pro Christo legatione fungimur, tanq̃ deo exhortante p nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. Congregare, ait, non dispergere vel punire. Iohan. 10. Lupus rapit & dispergit oues. Luc. 11. Qui nõ colligit mecũ, dispergit. Nihil aũt sic dispergit à deo vt peccatum, & nihil sic ad deũ aggregat vt virtus. Luc. 15. Quoties volui cõgregare filios tuos, quẽadmodum auis nidum suũ sub pẽnis, & noluisti? Metuens em̃ pullis suis, congregat eos, fouetq; sub alis. Matthæus aũt designãs, gallinam nominat, quæ affectu infirmatur. Sic Christus sua nos gratia sub alis protectionis suæ protegit cõtra diabolicos incursus, & gratia sua fouet. Psal. 56. Miserere mei deus miserere mei, qm̃ in te confidit anima mea: & in tegmine alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas. Maiori quidem affectu Chrũs nos, q̃ gallina (quæ naturali tantũ pullos fouet affectu) cõgregat in vnitatẽ fidei & dilectionis, qa supercælesti & immẽso amore, & superbona voluntate. Vnde & mori voluit, Iohã. 11. non solũ pro gente, (Iudæorũ) sed vt filios dei qui erãt dispersi, cõgregaret in vnum. Hinc Psal. 35. Filij aũt hominũ in tegmine alarum tuarũ sperabũt. Inebriabũtur ab hubertate domus tuæ, & torrẽte voluptatis tuæ potabis eos. A me nihil omissum est quo seruareris, sed cõtra nihil à te prætermissum est, q̃ tibi perniciẽ accersires, salutẽ

ſalutem excluderes. At cui ſemel data eſt arbitrij libertas, inuitus ſeruari nō poteſt. oportebat meæ volūtati veſtram reſpondere voluntatē. Deus etſi poſſit coactionē inducere auferendo libertatē, non tamē manēte proprietate libertatis arbitrij & eius natura. quia hoc non ſolū non eſt impoſſibile, ſed & nō intelligibile, implicans in ſe duo cōtradictorie oppoſita. Auguſtinus: Volūtas dei ſemper impletur, aut de nobis, aut à nobis. De nobis impletur, & tamē nō implemus eam quando peccamus: à nobis, quando bonum facimus. Ideo eñ facimus, quia deo placere ſcimus: & ſic de homine deus ſemper implet ſuam voluntatē, quia nihil facit homo de quo deus nō operetur ſuā voluntatē. Nō vult deus vt peccet homo: ſed ſi peccauerit, pœnitenti vult parcere vt viuat. Ezech. 18. Nūquid volūtatis meæ eſt mors impij, dicit dñs, & nō vt conuertatur à vijs ſuis & viuat? In peccatis vero perſeuerantem vult punire, vt iuſtitię potentiam non euadat. Roñ. 9. Voluntati eius quis reſiſtit? Eſa. 46. Conſilium meum ſtabit, & omnis volūtas mea fiet. Ex mea ergo parte volui, & tu noluiſti: & quod volui etiā te nolente, voluntate efficaci feci. 4. Reg. 17. Et teſtificatus eſt dominus in Iſrael & in Iuda per manū omniū prophetarū & videntiū, dicēs: Reuertimini à vijs veſtris peſſimis, & cuſtodite præcepta mea & cærimonias iuxta oēm legē quam p̄cepi patribus veſtris, & ſicut miſi ad vos in manu ſeruorū meorū prophetarū. Qui nō audierunt, ſed indurauerūt ceruicem ſuam, iuxta ceruicem patrum ſuorum, qui noluerūt obedire dño deo ſuo. Sed quia noluerūt congregari ſpiritualiter, diſperſi ſunt & corporaliter. Chryſoſtomus: Sicut ante mortē præcedit inſanabilis infirmitas, ſic & ante ruinā aut hominis, aut ciuitatis, aut loci, inemēdabilia p̄cedunt peccata. Hinc dñs de Cananæis ait Abraæ Gene. 15. Necdum eñ completæ ſunt iniquitates Amorræorū vſq; in hunc diem. Ciuitas aūt dei auxilio deſtituta, ſatis deſerta eſt. Et quia pulli non audierūt matrem vocātem, venit accipiter Romanus, partim occidens & partim diſpergens. Dan. 9. Et ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cū duce venturo, & finis eius vaſtitas. Quàm diu vitam bene gerebāt, & templum dei erat: quia autem & illud contaminauerunt, iam non erat domus dei, ſed ipſorum. Diſcimus ergo hoc loco, quod propter nos deus templa inhabitat: quod ſi nos pœnitendi fuerimus, relinquuntur & templa. Sic deus nolentes colligi deſerit, quia anima quæ templū eſt ſpiritus ſancti, 1. Corinth. 6. igne libidinis & vitiorum cōcrematur. Sapiæ. 1. In maleuolam animam non introibit ſpiritus ſapientiæ.

Voluntas dei q̄modo ſemp impleat.

Cur deus inhabitet templa.

3 Dico enim vobis: non me videbitis amodo, donec dicatis: Benedictus q̄ venit in nomine domini.

Relinquemini in cæcitate mētis veſtræ, donec aliquando, vel tantis docti malis, reſipiſcatis. Dico eñ vobis: poſthac nō videbitis me, quouſque venerit illud tēpus, q̄ me videntes oculis fidei, dicatis: Benedictus qui venit in nomine dñi, quē nunc calumniamini veniſſe in nomine Beelzebub. Quum dñs iſta dixerit poſt diem palmarū, in qua eū populi cum laudibus iſtis in Hieruſalē deduxerūt, cogit myſtice ipſa intelligi debere, vt Iudæi quē nunc contemnūt humilē, tunc in maieſtate venientem confiteantur vel inuiti, quādo videbūt in quē transfixerūt, Apoca. 1. Matth. 26. Veruntamen dico vobis: amodo videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis dei, & venientē in nubibus cæli. Vel ſecundum Hieronymum, inſinuatur tempus pœnitentiæ. q.d. Niſi pœnitentiam egeritis, & confeſſi fueritis ipſum me eſſe de quo prophetæ prædixerunt, filium omnipotentis patris, faciem meam non videbitis. In quo notatur conuerſio reliquiarū ante domini aduentum ad iudicium. Roma. 11. Nolo enim vos ignorare fratres myſterium hoc, vt nō ſitis vobiſipſis ſapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret.

¶De oblatione viduæ, Marc. 12. Luc. 21.

## ARTICVLVS CXI.

Marc. 12 F

ET ſedens Ieſus contra gazophylacium, aſpiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophylacium.

Oſtendit deum donaria noſtra nō æſtimare ex modo rei, ſed ex affectu mētis. His enim peractis, cōferebat ſeſe in eam tēpli partem, in qua erat gazophylaciū, in quo ſeruabātur donaria tēpli. Poſita eñ erat arca iuxta portam domus domini forinſecus, pro reparatione & conſeruatione templi, & oblationum in eo, munera dare volentium, 2. Paral. 24. Quum enim præcepto dei tabernaculū ædificaretur, miro affectu populus

donaria

donaria præbebat. Exod. 25. Loquere filijs Israel, vt tollant mihi primitias: ab omni homine qui offert vltroneus, accipietis eas. Facientq; mihi sanctuariũ, & habitabo in medio eorũ, iuxta omnem similitudinem quam ostẽdam tibi, & omnium vasorũ in cultum eius. Exod. 35. Egressaq; omnis multitudo filiorũ Israel à conspectu Mosi, obtulerũt mẽte promptissima atq; deuota, ad faciendum opus tabernaculi testimonij. Exod. 36. Vnde artifices venire compulsi, dixerũt Mosi: Plus offert populus q̃ necessariũ est. Sic tẽpore Dauid pro ædificatione templi. 1. Paral. 29. Locutus est Dauid rex ad omnem ecclesiam: Opus grande est, neq; enim homini p̃paratur habitatio, sed deo. Lætatusq; est populus cum vota sponte promitteret, qa corde toto offerebãt ea dño. Sed & Dauid rex lætatus est gaudio magno, & benedixit dño corã vniuersa multitudine, & ait: Benedictus es dñe Israel patris nostri ab æterno & in æternũ. Cũcta quæ in cælo sunt & in terra, tua sunt. Tua sunt oñia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Scio deus meus, q̃ probes corda & simplicitatem diligas. vnde & ego in simplicitate cordis mei lætus obtuli vniuersa hæc, & populum tuũ qui hic repertus est, vidi cum ingẽti gaudio tibi offerre donaria. Domine deus, custodi in æternũ hanc volũtatem cordis eorũ, & semper in venerationẽ tui mens ista p̃maneat. Sic sub Ioiada sacerdote & Ioas rege, oblationibus populi reparata, 2. Paral. 24. Hinc dominus ait Aggei. 1. Ponite corda vestra sup vias vestras. seminastis multũ, & intulistis paũc: comedistis, & nõ estis saturati: bibistis, & nõ estis inebriati: operuistis vos, & non estis calefacti. Respexistis ad amplius, & ecce factũ est minus. Intulistis in domũ, & exufflaui in illud. Quam ob causam, dicit dominus exercituum? Quia domus mea deserta est, & vos festinastis vnusquisq; in domũ suã, propter hoc super vos prohibiti sunt cæli, ne darent rorem: & terra prohibita est, ne daret germen suum: & vocaui ficcitatẽ super terrã, & super montes, & super triticum, & sup vinum, & super oleum, & quæ cũq; profert humus, & super homines, & super iumenta, & super omnẽ laborem manuũ. Ascendite in montẽ, portate ligna, & ædificate domũ, & acceptabilis mihi erit, & glorificabor, dicit dominus.

Et multi diuites iactabãt multa. Cum venisset autem vna vidua pauper, & misit duo minuta, quod est quadrans.

Erat sacer thesaurus quem p̃j contribuerunt, quo vtebãtur ad apparitionẽ & necessaria sacrificij, & ornatum templi, quanuis & de hoc postea sacerdotes negociationem fecerint, distribuentes nõ in ea ad quæ contributus fuerat. Hinc eos qui multa mittebãt, veluti cæteris sanctiores haberi volebãt, pietatem illorũ ex doni modo metientes, & populum seducẽtes, quasi sine pœnitentia oblationes auferrent peccata. Hiere. 11. Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas? Esa. 1. Quo mihi multitudinẽ victimarũ vestrarũ, dicit dñs? plen⁹ sum. Cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis: & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. manus eñ vestræ sanguine plenæ sunt. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarũ, quiescite agere peruerse, discite benefacere. 2. Mach. 5. Non eñ propter locum gentẽ, sed propter gentem deus locũ elegit. Hinc Hiere. 7. Bonas facite vias vestras & studia vestra, & habitabo vobiscũ in loco isto. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes, templum domini, templum domini.

Et conuocans discipulos suos, ait illis: Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit, qui miserũt in gazophilacium. Omnes eñ ex eo quod abundabat illis, miserunt: hæc vero de penuria sua omnia quæ habuit, misit, totum victum suum.

Longe discrepat Iesu iudicium à iudicio pharisæorum & scribarũ, quod noluit latere discipulos suos. Igitur quo magis hæc infigeret animis populi, homines apud deum nõ æstimari ex rebus visibilibus, sed animi synceritate, simulq; taxaret scribarũ, pharisæorũ & sacerdotum auaritiam, ait: Hæc vidua hominum iudicio videtur minimum misisse in gazophylacium: at ea dei iudicio plus misit quàm illi diuites, qui copiosissime miserunt. Luc. 21. Nã oẽs hi ex abundãti sibi miserũt in munera dei, hæc aũt quod deest illi, omnẽ victum suum quem habuit, misit. Commẽdat viduæ oblationẽ, quia iusta, quia de proprio. Prouer. 3. Honora dominum de tua substãtia. Eccl. 34. Dona iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblatiões iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propiciabitur peccatis. Secundo, quia libera, non coacta misit. 2. Corint. 9. Vnusquisq; prout destinauit in corde suo, nõ ex tristitia aut ex necessitate, hilarem eñ datorẽ diligit

Viduæ oblatio vnde potissimũ commẽdetur.

diligit deus. Eccl. 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas. Tertio, quia magna, nõ quantitate molis, sed affectus. 2. Corinth. 8. Si eñ voluntas prompta est, secundũ id quod habet, accepta est, nõ secundum id quod nõ habet. 2. Corint. 9. Qui parce seminat, parce & metet. Eccl. 35. Da altissimo secundum donatum eius, & in bono oculo adinuentionem facito manuum tuarum, quoniam dñs retribuens est, & septies tantum reddet tibi. Noli offerre munera praua, non enim suscipiet illa: & noli inspicere sacrificium iniustum, quoniam deus vindex est, & non est apud illum gloria personæ.

¶De consummatione tẽpli, ciuitatis, & mũdi, Mat. 24. Marc. 13. Luc. 21

## ARTICVLVS CXII.

Matt. 24 G

ET egressus Iesus de templo, ibat. Et accesserunt discipuli eius, vt ostẽderent ei ædificationes templi. Ipse autem respondens, dixit illis: Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur.

Post euangelicæ legis institutionẽ, promulgationẽ, & confirmationẽ, de finali agit iudicio, mundiq; ac vrbis Hierosolymitanæ consummatione. Egressu suo ostẽdit, quod à Iudæis migraturus sit, & sicut dixit q relinqueret domus eorum deserta, ita & fecit inde discedens, aliud templum nobis excitaturus, vere sanctũ & spirituale, solidam structurã ac firmam, aduersus quam nec inferorum portæ forent prævalituræ. Discipuli admirãtes, ostendunt dño templi molem, opere tam admirabili, vt indignũ videretur destrui tum adeo firma structura, vt nõ videretur posse dirimi. Iudæi eñ præcipuam gloriã habebãt in templo, quod operosissime constructũ, magnificisq; donarijs locupletatũ, magna religione visebatur, non solũ ab omnibus Iudæis, verũ etiam ab alienigenis. Luc. 21. Et q-busdam dicẽtibus de templo, q bonis lapidibus & donis ornatũ esset. Marc. 13. Et cum egrederetur de templo, ait illi vnus ex discipulis suis: Magister, aspice quales lapides & quales structuræ. Et respondens Iesus, ait illi: Vides has magnas ædificationes? Luc. 21. Hæc quæ videtis, venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem, qui nõ destruatur. Nihil est omniũ horum tam munitum, aut pulchrũ, aut sanctum, quod non sit demoliendum: quare nihil proderunt ei preciositas & venustas. Sic & vnusquisq; suscipiens verbum dei, templum sit dei, quod est sanctum & preciosum, 1. Cor. 6. si vero peccauerit, fit causa suæ desertionis, ita vt Christus egrediatur.

Matt. 24 H

Sedente aũt eo super montem Oliueti, accesserunt ad eum discipuli secreto, dicentes: Dic nobis, quando hæc erũt, & quod signũ aduentus tui & cõsummationis seculi? Et respondẽs, dixit eis: Videte ne quis vos seducat. Multi enim veniẽt in nomine meo, dicẽtes: Ego sum Christus, & multos seducẽt.

Quum sederet habens templum in prospectu, adeunt eum cognituri certius aliqd de tempore tantæ calamitatis venturæ. Marc. 13. Et quũ sederet in monte Oliuarum cõtra tẽplum, interrogabant eum separatim Petrus & Iacobus & Iohãnes & Andreas: Dic nobis, quando ista fient? & quod signũ erit quãdo hæc omnia incipient consummari? Tria interrogabãt: Quo tempore Hierusalem destruenda, & quod signũ Christi aduẽtus, & tertio quod signum consummationis seculi: hoc agentes, vt quemadmodum transfigurationis arcanum paucis seorsum crediderat, ita de tempore venturi regni paucis cõmunicaret, quod alijs omnibus crediturus non esset. Suspicabantur enim mox à vastatione ciuitatis Hierosolymitanæ, templiq; demolitione, rursus aduenturum Christũ in maiestate. Discipuli de regno cogitabãt, dominus autem qui suis exemerat solicitudinẽ victus, libidinem vindictæ, prouidentiam vitæ, voluit & curiositatem cognoscẽdi quæ ad salutem non pertinent, eximere. Sed quemadmodũ omnibus expedit hoc scire, q aliquãdo finient hanc vitã, vt semper in eum diem sese præparent: ita volebat persuasum eẽ discipulis, venturum tempus quo rediret iudex viuorum & mortuorum: cæterum quando id vẽturum esset, quoniam non expediebat, sciri nolebat. Regnum enim illud beatũ aliquando vẽturum est, & suo tẽpore venturum. eius rei curã deo cõmittere magis expedit. Acto. 1. Non est vestrũ nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in potestate sua. Nostrũ est interim sic nos gerere, ne regno videamur indigni. Hinc nõ aperte & determinate respon-

respondet, quo cautos reddat. Lucæ. 21. Videte ne seducamini. multi enim venient in nomine meo, dicentes quia ego sum, & tempus appropinquauit. Nolite ire post eos. Venient ante tẽpus illud quo venturus sum, pseudo Christi, & inuenient stulte credulos quos fallant. Nolite talium verbis cõmoueri, & si quò vocabunt vos, nolite sequi.

Audituri enim estis prælia & opiniones præliorum. videte ne turbemini. 2
Oportet enim hæc fieri, sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt pestilentiæ & fames & terræ motus per loca. Hæc aũt omnia initia sunt dolorẽ. Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meũ. Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebũt inuicem.

Tumultus rerũ omnium, speciem præbebit iam instantis mundi finis. Verum ne protinus ista deiiciant animos vestros, vt existimetis instare tempus illud extremum. Prouer. 12. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit, impij autem replebuntur malo. Prouer. 28. Iustus quasi leo confidens, absq; terrore erit. Non enim turbantur iusti insuper gentibus tribulationibus, certi de adiutorio diuino. Psal. 90. Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. 1. Cor. 10 Fidelis deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cũ tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei. Hæc præludia duntaxat erunt mundi finiendi, quemadmodum in senili corpore, crebri morbi prædicunt breui collapsurum. Quin & terra ipsa velut indignata tam impios homines sustinere & alere, motibus concutietur: quin & aer velut indignans impijs vita & halitu indignis, pestilens erit & lœtalis. Huiusmodi multa quum videritis fieri, ne protinus expecteris finẽ. Erunt eñ hæc tantũ exordium ac procœmium venturæ calamitatis, quæ malos perdet, bonos examinabit purgabitq;. Nec vos interim eritis absq; huiusmodi malis immunes: siquidem in hoc rerum tumultu pertrahent vos in varias afflictiones. Inexpectata, terrere & conturbare consueuerunt: ideo tempestiue interserit narrationem illam, vt ex communibus habeant consolationem quandam in proprijs calamitatibus. Non mediocris autem consolatio, q̃ propter ipsum passuri erant. 1. Pet. 4. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quia quod est honoris & gloriæ & virtutis dei, & qui est eius spiritus, super vos requiescet. Nemo autem vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: si autem vt Christianus, non erubescat: glorificet autem deum in isto nomine. Prædicit & quod præ omnibus graue, nempe à maxime familiaribus impugnari. Ioh. 16. Venit hora vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare deo.

Et multi pseudoprophetæ surgent, & seducent multos. Et quoniam abun- 3
dabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

Quin & aliud malorum genus grauius erit. Exurgent falsi doctores, qui simulantes sese prædicare euangelium meum, suæ gloriæ, sui quæstus, suiq; ventris agent negocium: proq; meo spiritu satanæ spiritum inserent discipulis: pro regno cælorum, regnum huius mundi docebunt. Horum technis illaqueabuntur etiam ij, quos tormenta superare non poterant. Nullus enim capitalior hostis, q̃ domesticus & fucatus amicus. Tempus consummationis falsos prophetas habebit & famem & pestilentias, ex continuis bellis, q̃ contingent ob charitatis penuriam. Hieronymus: Nõ omnium negauit fidem, sed multorum. Multi enim vocati, pauci vero electi, Matth. 20. Sola enim perseuerantia corona bitur. 2. Timo. 2. Nam & qui certat in agone, non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Nulla malorum vis quenquam poterit perdere, nisi quem animus rectus defecerit. Consolatur ergo quod propter ipsum passuri, & quod perseueraturi saluarentur. Vnde Act. 5. Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Hinc Roma. 8. Certus sum quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.

Et prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium

omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio.

Quãtumuis insurrexerint impostores, malæ doctrinæ prædicatores: aderit Christus suo euangelio, non erit prædicandi obstaculũ. non enim venturus est mundi finis, priusq; hoc euangelium regni cælorum, per omnia regna mundi prædicetur, omnesq; nationes occuparit, ne qui parere noluerint, prætexere queant ignorantiam. Hoc vbi factum fuerit, tum veniet mundi consummatio.

Luc.21. 1 Cum aũt audieritis prælia & seditiones, nolite terreri. oportet primũ hæc fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis: Surget gens in gentem, & regnum aduersus regnum, & terræmotus magni erunt per loca & pestilentiæ & fames, terroresq; de cælo & signa magna erunt.

Dñs ac redemptor noster perituri mundi p̃currentia mala denunciat, vt eo minus perturbent venientia, quo fuerint p̃scita. Minus em̃ iacula feriunt quæ p̃uidentur: & nos tolerabilius mũdi mala susc̃ipimus, si cõtra hæc p̃ prouidẽtiæ clypeũ munimur. Hæc Grego. Quũ aũt sublata fuerit charitas, merito locũ habent bella & seditiones. Concutietur rerũ natura, veluti malitiã hominũ detestata, & in scelerũ vindictã insurgens. Grego. Quia in cunctis deliquimus, in cunctis ferimur, vt impleat q̃d dictũ est Sap. 5. Acuet diram irã in lanceam, & pugnabit cũ illo orbis terrarũ contra insensatos. Vt quot in mũdo habuimus gaudia, tot postea cogamur sentire torme̅ta. Fames, velut terra negante suã alimoniam, filiis tam impijs aduersus deũ, cui muta quoq; famulantur eleme̅ta. Nouis & insolitis tumultibus cõcutietur orbis. Quin & cælũ ipsum prodigia dabit, iram dei testãtia, cometis noua specie sese proferẽtibus, alijsq; prodigijs nouis & admirãdis. Verũ vt corpus humanum nõ statim emoritur morbis ingentibus cõcussum, sed tamen morbi subinde recurrẽtes, declarant nõ procul abesse mortis diem. Marc. 13. Initium dolorũ hæc. Grego. Quia multa debẽt mala præcurrere, vt malũ fine fine valeant prænunciare.

2 Sed ante hæc omnia iniijcient vobis manus, & persequentur, tradentes in synagogas & custodias, trahentes ad reges & p̃sides propter nomen meũ. Continget autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris, non p̃meditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterũt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri.

Antequã hæc publica calamitas orbem corripiat, antecedet insignis hominum peruersitas, quæ dei bonitatẽ ad iram pruocabit. Vobis em̃ nomen meum, per quod salui fieri potuerunt, prædicantibus, iniijcient manus, & omni genere malorũ persequentur, veluti nocentes & maleficos. Actu. 4. Nec enim aliud nomen sub cælo est datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Nomen enim meum modis omnibus conabuntur abolere, sed frustra: per quod & vestra probata fiet constantia, & illorum intelligetur merito damnata nequitia, quod etiã torquentes vos, veritatẽ vincere non potuerunt. 1oh. 15. Si me persequuti sunt, & vos persequentur. Si de mundo fuissetis, mundus vtiq; quod suũ erat diligeret: quia vero de mundo nõ estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Sed quia priuati & imperiti erant, ne turbarentur reddituri rationẽ apud viros sapientes, ait: Vocati in ius, ite, ne videamini publicã autoritatẽ aspernari, nam hoc profuerit ad euangelij propagationem. Cæterũ ituri, meo præsidio, vestraq; innocentia freti, non est q̃d metuatis illorũ tribunalia, nec quod solicite meditemini apud vos, quomodo sitis acturi causam homines idiotæ & rudes legum ac forensium actionũ, apud cõsessum magnatum & principum. Ego per meũ spiritum vobis adero patronus & aduocatus inuictus, qui vobis suppeditabit & linguã & sapientiam, cui non poterũt resistere, quantumuis crudeles aut diserti sint, etsi ad vnũ vsq; obstiterint. Act. 6. Surrexerunt quidam de synagoga, disputantes cũ Stephano, & non poterant resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur. 2. Cor. 13. An experimentũ quæritis eius qui in me loquitur Christus?

5 Tradmeini autem a parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis: & morte afficient ex vobis, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vastras.

Cæterũ huiusmodi persequutiones nõ solum expectãdæ sunt ab alienis & hostibus, verum

verum etiam ab amicis & cognatis. Prædicit & hoc, vt ne cum venerit subito turbentur. grauiter enim hæc animam cruciant. Grego. Minorem dolorē ingerunt, quæ ab inimicis inferuntur: magis vero nos mala premunt, q̄ ab amicis ingeruntur: quia cū dolore corporis, mala nos cruciant amissæ charitatis. Psal. 54. Quoniā si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtiq; & si is qui oderat me, super me magna loquutus fuisset, absco dissem me forsitan ab eo. Tu vero homo vnanimis, dux meus & notus meus, q̄ simul mecum dulces cupiebas cibos. Marc. 13. Cū duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini: sed quod datū vobis fuerit in illa hora, id loquimini. Non enim vos estis loquentes, sed spiritus sanctus. Tradet aūt frater fratrē in mortē, & pater filiū, & insurgent filij in parentes, & morte afficient eos. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui aūt sustinuerit in finem, saluus erit. Subdit ergo maximam consolationem, quia propter ipsum odio habendi, non propter scelera sua: & quod neq; minimū quiddam in eis corrumpatur, etiam si videatur multis corrumpi. Quantumuis igitur desæuiant in vos persequutionū humanarū procellæ, non est quod metuatis, videlicet me protegente. Non enim committam vt vel pilus capitis vestri pereat, tantū abest vt sim vobis defuturus. Per patientiam possidebitis animas vestras, quas inimicus rapere cupit, & nihil vobis damni erit. Ne ergo respicite ad humana p̄sidia, sola tolerantia defendetis vitam vestrā. Quisquis enim perstiterit in bene cœptis vsq; in finē, hic saluus erit. Nulla enim calamitas perdere valeat cōstanti pectore fidentem euangelio, nec potest perire qui ob mei nominis professionē occiditur, neq; peribitis ante diem. Matth. 5. Beati qui persequutionē patiuntur propter iustitiā, qm̄ ipsorū est regnū cælorū. Beati estis cū maledixerint vobis hoīes, & persequuti vos fuerint, & dixerint omne malū aduersus vos, mentientes, propter me: gaudete & exultate, quoniā merces vestra copiosa est in cælis. 2. Timo. 2. Fidelis sermo: nam si cōmortui sumus, & cōuiuemus: si sustinebimus, & conregnabimus: si negauerimus, & ille negabit nos: si nō credimus, ille fidelis permanet, seipsum negare non potest. Hinc ait Paulus Act. 21. Ego non solum alligari, sed & mori in Hierusalem paratus sum, propter nomen domini Iesu.

Cum ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est a Daniele propheta, stantē in loco sancto, qui legit, intelligat: tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in tecto, non descēdant tollere aliquid de domo sua: & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suā. Væ aūt prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate aūt vt non fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi. Mat. 24 K

Ostendit oratione deuota, superuentura mala euadere quempiā posse, & vita sancta. Quū videritis idolū abominationis, quod conabitur funditus subuertere religionē euangelicam, de quo olim vaticinatus est Daniel, Danie. 9. Et erit in templo abominatio desolationis, & vsq; ad consummationē & finem perseuerabit desolatio. 2. Thess. 2. Rogamus vos fratres, per aduentum dñi nostri Iesu Christi, & nostræ congregationis in ipsum, vt non cito moueamini à vestro sensu, neq; terreamini neq; per spiritum, neq; per sermonem, neq; per epistolam tanq̄ per nos missam, quasi instet dies domini. Ne quis vos seducat vllo modo. Quoniam nisi venerit *dissensio primum, & reuelatus fuerit homo peccati filius perditiōis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur, ita vt in templo dei sedeat, ostendens se tanquam sit deus. Danie. 8. Robur datum est ei contra iuge sacrificium propter peccata, & prosternetur veritas in terram, & prosperabitur & faciet. Danie. 9. In dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium. Hieronymus: Quando ad intelligentiam prouocamur, mysticum monstratur esse quod dicitur. Non ergo impossibilis intellectus, sed difficilis, huius prophetiæ. Danie. 12. Tu autē Daniel claude sermones, & signa librum vsque ad tempus statutum, plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia. Vnde. 2. Pet. 1. Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit. Nam figurarum inuolucris obscura est, neq; intelligi potest absq; interpretatione, non cuiuslibet, nec arbitraria. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, loquuti sunt sancti dei homines. Quod ergo adflatu diuini spiritus proditum est, id requirit interpretem simili adflatum spiritu. Potest & accipi de statua quā Pilatus in templo posuit

discessio

imagine Caij Cæsaris, vel quam Helius Adrianus posuit, quæ ad tẽpora Hieronymi durauit, ipso teste, in templo desolato & destructo. In scriptura em̃ idololatria abominatio dicitur. Fuit enim figura Antichristi, quemadmodum destructio & desolatio ciuitatis, finis mundi: quare mixtim hic ponuntur. Luc. 21. Cum autem videritis Hierusalem circumdari ab exercitu, tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius. Tũc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in medio eius, discedant: & qui in regionibus, non intrent in eam, quia dies vltionis hi sunt, vt impleãtur omnia quæ scripta sunt. Hæc ita futura olim prædixere prophetæ, necesse est autem euenire quicquid prædixit euenturum scriptura, quæ non fallit, quippe diuini spiritus afflatu scripta. Nec ideo tamen incidet hæc calamitas, quia sic fore prædixerunt prophetæ: sed ideo prædictum est, quod deus præuiderit hominum peruicacem impietatem, qua diuinam vltionem in se prouocarent. Tanta autem erit tribulatio, vt nemo resistere possit, sed sola fuga saluare: nec tunc vacabit rebus consulere. magnum, si celeri fuga vitæ consulatur. Illa em̃ recuperari possunt, vita semel amissa sarciri non potest. Væ autem grauidis & mamma lactantibus. quoniam onustæ sarcina, quam deponere nec volent, nec possunt, non erunt expeditæ ad fugam. Nam pueros ob amorem neq; fine cura relinquere possunt, nec secum auferre. Et secundum Origenem, tunc non erit tempus miserendi, quum Romani & prægnantes & lactantes interficiebant. Hieronymus: Væ & illis animabus, quæ non ad perfectum virum sua germina perduxerunt, sed habent initia fidei, vt eruditione indigeãt magistrorum. De quibus Heb. 5. Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus, rursum indigetis vt doceamini quæ sint elementa exordij sermonũ dei, & facti estis quibus lacte opus est, non solido cibo. Perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. Omnis em̃ qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ. Paruulus enim est. Vobis autem, quos neq; domus, neq; possessiones remorabuntur, neq; liberi: tantum orandũ est, ne vobis incidat & fugiendũ sit hyeme aut sabbato. nam & celeriter erit fugiendũ, & procul. Cæteꝝ hyems ob rigorem & lucis breuitatem, incommoda est peregrinantibus, & in monte habitantibus: & sabbato legis obstat religio, quo minus procul aufugiatur. Orandum & ne finiantur fructus vestri operis cum fine temporis. Hyeme enim finitur fructus, sabbato tempus. Luc. 21. Erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic. Et cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes. Et Hierusalem calcabitur à gentibus donec impleantur tẽpora nationum. Hierosolyma hæc opibus & religionis opinione superba, cum suo templo ab incircuncisis conculcabitur, donec diutinis malis correcti Iudæi, tandem resipiscant, & in societatem euangelicæ professionis coeant cum gentibus. Nam id futurum est antequã veniat supremus dies mundi. Quæ hactenus dicta sunt, partim ad excidiũ vrbis Hierosolymitanæ, partim ad tempora persequutionũ, quę lapidato Stephano incruduerunt, partim ad extremum mundi finẽ pertinere videntur. Neq; tamen non subest tropologia, quæ docet nos ab omnibus humanis impedimẽtis expeditos, semper oportere expectare diem illum, qui nos deo sistet iudicandos. In eum non potest paratus esse, qui vel ob temporaliũ rerum amorẽ, vel ob affectus carnis, hoc est, amorem parentũ, vxoris ac liberoꝝ, reuocatur in periculum salutis æternæ. Porro quæ subiecit, magis videntur pertinere ad supremũ mundi diem, quem præueniet ingens maloꝝ tumultus, ob aduentum Antichristi. Marc. 13. Erunt em̃ dies illi tribulationis tales, quales nõ fuerunt ab initio creaturæ, quã condidit deus, vsq; nunc, neq; fient. Danie. 11. Veniet tempus quale nõ fuit ex eo ex quo gentes esse cœperunt. Quod si hæc afflictio quemadmodum erit sæua, sic etiam esset diuturna, nõ euaderet saluus quisquã mortalium. Psal. 77. Recordatus est quia caro sunt, spũs vadẽs & nõ rediens. Quanq̃ maloꝝ peruerfitas internecionẽ mereatur, tamen Marc. 13. propter electos quos elegit, breuiauit dies. Hieron. Non mensura, sed numero, ne temporũ mora fides concutiatur credentium. 1. Cor. 10. Fidelis deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cũ tentatione prouentũ, vt possitis sustinere. Erit aũt horribilis dies illa, præsertim his qui meum tempus placidũ, & vltro beneficijs inuitans ad mentem meliorem, spernunt.

2 Tũc si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudo Christi & pseudo prophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut em̃ fulgur exit ab oriente, & paret vsq; in occiden-

occidentem,ita erit & aduentus filij hominis. Vbicunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

De consummatione seculi loquens,præmunit discipulos, ne se falsis prophetis ante aduentum suũ venientibus subdãt. Lu.17. Venient dies quando desiderabitis videre vnũ diem filij hominis,& non videbitis: & dicent vobis,Ecce hic,& ecce illic. Nolite ire,neq; sectamini. Non miremini si euenerint vobis tam molesta,quæ vobis desiderium afferant dierum quibus ego vobiscum ago. Exorientur pseudo Christi,qui sibi nomen meum vindicabunt falso,meamq; personam. Exorientur & pseudoprophetæ, qui fucata sanctimoniæ specie se mentientur esse prophetas,magnisq; prodigijs ac dæmonũ arte adumbratis miraculis,imitabuntur prophetas ac me,vt eiusmodi præstigijs falli possint,si qua vis valeret aduersus deũ,etiam electi. Origenes: Exaggeratiuus sermo est,vt vim prædicationis illoꝝ ostendat. Augustinus: Electi,ex eo quod homines sunt,errare possunt. sed ex eo quod electi sunt à deo,in errore permanere non possunt. Rabanus: Quãdo non solum tormenta creberrima,quæ prius consueuerãt,inferẽda sunt fidelibus: sed quod grauius est,signoꝝ operatio eos qui tormenta inferent,non eos qui sustinebunt,concomitabuntur. Vnde Apostolus 2. Thess. 2. Tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui,& destruet illustratione aduentus sui eum,cuius est aduentus secundum operationem satanæ,in omni virtute & signis & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis his qui pereunt,eo quod charitatem veritatis non receperunt vt salui fierent. Ideo mittet illis deus operationẽ erroris vt credant mendacio,vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati,sed consenserunt iniquitati. Hieronymus: Ego reor omnes hærefiarchas Antichristos esse, & sub nomine Christi ea docere quæ contraria sunt Christo. nec mirũ si aliquos seducunt,cum dñs dicat,Et multos seducẽt. 1. Ioh. 4. Omnis spiritus qui soluit Christũ,ex deo non est: & hic est Antichristus,de quo audistis quoniam venit,& nunc iam est in mundo. Ipsi de mundo sunt, & de mundo loquuntur,& mundus eos audit. Marc. 13. Vos ergo videte, ecce prædixi vobis. Supereſt vt memineritis. Si quis in deserto gentilium aut philosophorum dogmate dicat morari Christũ,aut in hæreticoꝝ penetralibus, qui dei pollicentur arcana,nolite exire. Nolite credere,si quis sub nomine Christi se iactare voluerit. 1. Iohã. 4. Chariſſimi,nolite omni spiritui credere,sed probate spiritus si ex deo sint,quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundũ. Qui dispergunt videntium oculos in apparitione dæmonum, vt quosdã decipiant: atq; adeo,nisi valde sobrij sint,& iusti seducentur. Non aũt opus est aduentui Christi qui illum demonstret,sed manifestus erit omnibus. Luc. 17. Nam sicut fulgur coruscans sub cælo,in ea quæ sub cælo sunt fulget,ita erit filius hominis in die sua. Primum aũt oportet illũ multa pati,& reprobari à generatione hac. Non erit talis aduentus qualem hunc vidistis,lentus,humilis,sed subitus ac maiestatis fulgure totum orbem subito complectens. Psal. 49. Deus manifeste veniet & non silebit. Hieronymus: Nolite credere q̃ filius hominis vel in deserto gentilium sit dogmatum, vel penetralibus hæreticorũ, sed q̃ ab oriente vsq; in occidentem fides eius in catholicis ecclesijs fulgeat. Stultum est igitur,eum in paruo loco vel abscondito quærere,qui totius mundi lumen est. Iohan. 8. Ego sum lux mundi. Nec est quod metuatis ne non sitis mecum in tanta rerũ confusione. Non deerunt capiti sua mẽbra. Exemplo naturali quod quotidie cernimus,de Christi instruimur sacramento. Si terrestres & irrationales volucres naturali sensu longo terrarum spatio cadauer sentiunt,quanto magis nos & omnis multitudo credentium festinare debemus ad eum,cuius odor reuiuiscere facit mortuos? Hieronymus: Aquilæ appellantur sancti,quibus vt aquilæ iuuentus innouata est, Psal. 102. & qui iuxta Esaiæ 40. vaticinium plumescunt,& assumunt pennas & alas,vt ad Christi perueniant passionẽ. Cadauer dicitur,quia pro nobis cecidit & mortuus est. Vnde & in forma humana iudicabit. Rabanus: Vbi Christus,ibi electi. 1. Thess. 4. Ipse dominus in iussu & in voce archangeli,& in tuba dei descendet de cælo: & mortui in Christo sunt,resurgent primi. Deinde nos qui viuimus,qui relinquimur,simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera,& sic semper cum domino erimus. Antichristus cum suis in terra remanebit, qui passionem domini nec venerati sunt,nec imitati. 1. Coꝝ. 1. Nos prædicamus Christũ crucifixum,Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: ipsis autem vocatis Iudæis atq; Græcis,Christum dei virtutem & dei sapientiam. Vnde hic ait: Non miremini si passuri sitis ob nomen meum. nam & ego qui venturus sum sicut fulgur,prius passurus sum multa,reprobandusq; ero,& ita in gloria ista veniam. Itaq; hoc vobis extimulatio sit ad patientiæ virtutem.

Aquilæ mystice qui.

Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur. Et tunc parebit signum filij hominis in cælo, & tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli, cum virtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos eius a quatuor ventis, a summis cælorum vsq; ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolam: cum iam ramus eius tener fuerit & folia nata, scitis quia prope est æstas. ita & vos, quū videritis hæc omnia, scitote quia prope est in ianuis. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc donec omnia fiant. Cælum & terra transibūt, verba autem mea non transibunt.

Quia iste textus ex Matthæo in ecclesia legitur ad hunc vsq; locum dominica vltima ante aduentum, placuit annectere: sed consequenter idem sensus sub textu Lucæ legitur in aduentu, ideo subsequenter cum declaratione introducitur, ne repetitio confusionem pariat & tædium.

¶De signis iudicij, Matth. 24. Marc. 13. Luc. 17. 21.

## ARTICVLVS CXIII.

Luc. 21. L

ERunt signa in sole & luna & stellis, & in terris pressura gentium, præ confusione sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes cælorum mouebuntur.

Quotuplex Christi aduentus.

Horrorem ostendit signorū, quo mali territi resipiscant & emendentur, boni vero reuiuiscant & consolentur. Triplicem enim ipsius nouimus aduentum. In carnem, miseri-cordiæ & amoris. 1 ohan. 3. Sic deus dilexit mundū, vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternā. 1 ohan. 12. Non enim veni vt iudicem mundū, sed vt saluificem mundum. In mentem, gratiæ & dulcoris. 1 oh. 14. Si quis diligit me, sermonem meū seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Tertius ad iudicium, qui est iustitiæ & terroris. Matth. 16. Filius hominis venturus est in gloria patris sui cū angelis suis, & tunc reddet vnicuiq; secundū opera sua. Erunt ergo signa, naturæ cursum excedentia & horroris plena, & portenta è cælis profecta, velut omnibus elementis in vltionem impiorum exandescentibus, quæ primo in ministerium hominū fuere creata. Gene. 1. Fiant luminaria in firmamēto cæli & diuidant diem ac noctē, & sint in signa & tempora & dies & annos, vt luceant in firmamento cæli, & illuminent terram. Marc. 13. Sed in illis diebus post tribulationem illam sol contenebrabitur. Tria signa in sole legimus. Stationem, Iosue. 10. Stetit sol in medio cæli, & non festinauit occumbere spatio vnius diei. Retrocessionē, Esa. 38 Et reuersus est sol decem lineis per gradus quos descenderat. Obscurationem, primo in Aegypto quando erant tenebræ palpabiles, Exo. 10. Secundo, in domini passione. Matt. 27. A sexta autem hora vsq; ad horam nonam tenebræ factæ sunt super vniuersam terram. Luc. 23. Et obscuratus est sol. Tertio, in iudicio. Ioel. 2. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies domini magnus & horribilis. Marc. 13. Et luna non dabit splendorem suum. (Quia non habet, sole obscurato) Et stellæ erunt decidentes. Non secundum substantiam, sed apparentiam: quia vapores eleuati & inflammati in superiori regione, plus solito tunc cadent ex aere, qui casus apparet esse stellarum. Hæc obtenebratio signum internarum est tenebrarum, quas peccatores amant. 1 ohā. 3. Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras q̄ lucem, quæ ad æternas perducunt tenebras. Matth. 25. Inutilem seruum mittite in tenebras exteriores. Apocalyp. 6. Et sol factus est niger tanquam saccus cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis, & stellæ ceciderunt de cælo super terram. Nam sol omnis luminis fons, obtenebrescet, velut exprobrans impijs suam cæcitatem, qui solem illum æternum videre voluerunt, & luna influentia à sole carens, nō dabit lumen, in signum subtractionis salutaris influentiæ diuinæ

Tria in sole signa.

Stellarum casus quis.

diuinæ gratiæ in peccatoribus. Cum aũt peracto iudicio, clarescente die futuræ gloriæ, fuerit cælum nouum & terra noua, tunc erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septemplici ter, Esa. 30. Stellarũ casus, indicium erit quod plurimi de firmamento cadent ecclesiæ: qa iniqtate abundante, charitas multorum refrigescet. Matth. 24. Item vehemens animorũ anxietas, ac rerum desperatio corripiet omnes gentes, intumescente mari, tristíq; fragore resonantibus fluctibus. Vnde & mediterraneas petent regiones ob horribilem fluminum turbationem. Hæc & hniusmodi portenta, quæ se proferent vndiq; ex omni parte mundi, declarabunt ingruere terribilem vltionem dei, eoq; mortales extabescent, & exanimabuntur metu & expectatiõe eorum, quæ mox superuenient vniuerso orbi. Extabescent prę tristia, qui mundo floruerunt vana lætitia. Esa. 13. Vlulate, quia prope est dies domini, quia vastitas à domino veniet, propter hoc omnes manus dissoluent, & omne cor hominis tabescet, & conteretur. Torsiones & dolores tenebunt, quasi parturiẽs dolebũt. Arescẽt ergo angustia præsentium, expectatiõe futurorũ. Sapiæ. 17. Semper enim præsumit sæua, perturbata conscientia. Sed Prouerb. 17. Animus gaudens ætatem floridam facit, spiritus tristis exiccat ossa. Superuenient, dicit ex oñi parte & vniuerso orbi, vt nullus pateat effugij locus. Sed quid mirũ, si in expectatione diuini examinis, qui in mundo sunt, exarescent, si fides quæ sine operibus fuit, emarcescet, quum & virtutes cælorum commouebuntur, hoc est, obstupescent, & horrescent, videntes creaturam immutari, & omnes ab Adam vsq; ad illud tempus homines rationem daturos? Iob. 26. Columnæ cæli cõtremiscunt, & pauent ad nutum eius. Non erit tamen ista commotio pœnalis, sed admirationis & reuerentiæ, vel executionis. Matth. 13. Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Nam Ephe. 1. Virtutes inter angelicos recitant choros. Chrysostomus: Si rege terreno terrenam ad expeditionem surgente, totus commouet exercitus, & tota ciuitas: quanto magis rege cælorũ surgente ad iudicium, virtutes mouebuntur? Concutiet etiam tota rerum natura, neq; terra solum, & mare commutabunt: verumetiã solidissima illa mundi corpora quæ hactenus ab elementorũ immutatione fuerunt immunia, solitaq; tantum agere in ea quæ subiecta sunt, non autẽ viciſſim ab illis affici, commouebunt. 2. Pet. 3. Aduenier autẽ dies domini sicut fur, in quo cæli magno impetu transient, terra autem & quæ in ipsa sunt opera, exurent. Cum igit hæc oñia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectantes, & properantes in aduentu dei nostri, per quem cæli ardentes soluent, & elementa ignis ardore tabescent? Matth. 24. Et tunc apparebit signum filij hominis in cælo, & tunc plangent omnes tribus terræ. Tunc, & non ante inter densissimas tenebras coruscabit cælo signum filij hominis, signum inquam, in quo deuicit satanam, & oẽm illius tyrannidem protriuit. Chrysostomus: Apparebit crux sole fulgidior. Nec est incõueniens, eandem crucem numero in qua passus est, præsentari ad electorũ consolationẽ, & peccatorũ confusionem, iustamq; damnationẽ. Nam qui corpora in puluerem redacta reparare potest, valet & crucem in minutissimas etiam diuisam partes, reparare. Videbunt boni maiestatem crucis quam amauerunt. Gala. 6. Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Videbunt Iudæi & gentes qui irriserunt, necnõ mali Christiani qui contempserunt. Hieronymus: Plangent hi qui municipatum nõ habuere in cælis, sed scripti sunt in terra: tribus autem cælestes exultabunt. Plangent se, non alios: quia ex propriæ voluntatis malitia, seipsos æternis miserijs maciparunt, quum iam nullum videant effugium, nullã spem terminãdi doloris. Væ ergo ijs qui nunc rident, quoniam lugebunt. Lucę. 6. Multo magis qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis, Prouer. 2.

Casus stellarum quid signet

Crux in iudicio apparitura

Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube, cum potestate magna & maiestate. His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. 2

In forma humanitatis in qua iudicatus est iniuste, iudicabit iuste. Iohan. 5. Pater nõ iudicat quenquàm, sed omne iudicium dedit filio, in qua videbit à bonis & malis, sed differenter. Vnde est visio Christi gratiosa, Luc. 10. Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Baruch. 3. Post hæc in terris visus est. In mente solatiosa. Psal. 33. Gustate & videte quoniam suauis est dominus, beatus vir qui sperat in eo. Iohan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis. Iohan. 8. Abraam pater vester exultauit, vt videret diem meum, vidit, & gauisus est. In regno gloriosa. Esaię. 33. Regem in decore suo videbunt. 1. Iohan. 3. Videbimus eum sicuti est. Iob. 19. In carne mea videbo deũ saluatorem meum, quem visurus sum egoipse & non alius, & oculi mei conspecturi sunt.

Visio Christi qualis ac quotuplex

Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. In iudicio formidoloſa. Malah.3. Ecce venit, dicit dñs exercituum, & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & qs ſtabit ad videndum eum? Ergo mali quanuis viſuri ſint gloriam corporis, animæ tamen gloriã nõ videbunt, niſi in qbuſdam effectibus. Electi vero gloriam corporis videbunt oculo corporali, & gloriam eius, quo ad diuinitatem clare videbunt oculo mentali, de qua ſumme gaudebunt, ſicut contra mali dolebunt. Qui enim nunc aſpernati ſunt placidum & humilem, ac beneficum, tunc videbunt eum, ſed ſuo malo ſublimem, quippe ſuper ſolem fulgebit ipſe & crux eius. Matth.24. Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & maieſtate. Marc.13. & gloria. Actu.1. Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum. Hoc eſt, propria virtute in nube. Alioqui claritas eius videri nec ſuſtineri poſſet à peccatoribus, quia corporalis erit viſio humanitatis ipſius. Quãuis autem vt homo veniet, aderit tñ cũ poteſtate & gloria magna. Cum poteſtate, ad puniendum malos. Chryſoſtomus: Nec tunc erit reſiſtendi virtus, nec fugiendi facultas, nec pœnitentiæ locus, nec ſatiſfaciendi tempus. Eccleſi.5. Magna potentia dei ſolius. Attingit enim ſuper corpus & animam, Matth.10. à ſummo cælorum vſque ad inferni infima. Matthæi.28. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Et maieſtate, id eſt, gloria quantam nec oculus vidit, nec auris audiuit, comitantibus angelis. Matth.25. Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli eius cum eo. Gregorius: In poteſtate & maieſtate viſuri ſunt, quem in humilitate poſitum audire noluerunt: vt virtutem eius tanto diſtrictius ſentiant, quanto ceruicem cordis ad eius patiẽtiam iã nõ inclinant. Mat.24. Et mittet angelos ſuos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à ſummis cęlorum vſq; ad terminos eoꝝ. Tunc mittet angelos, oñia myſtici corporis membra ſuo capiti aggregaturos, vt q fuerint conſortes afflictionum ob euangelium, cõſortes ſint æternæ felicitatis, vt triticum vẽtilatum de area totius terræ. Non ſolum autem electos, ſed & reprobos ex abyſſis inferorum vſq; ad terminos eoꝝ cõgregabunt, & ad ſiniſtram collocabũt. Richar. Tria in reſurrectione ſunt cõſideranda: præparatio ad corpoꝝ reformationẽ, iſtud fiet virtute creata, id eſt, miniſterio angelico. Secũdum, corporum reformatio. Tertio, reformatoꝝ cum animabus reunio. Hæc fient virtute diuina, & in eodem inſtanti. Chryſoſtomus: Me quidem, hæc cum in mẽtem veniunt, horror inuadit terribilis: & amariſſime perflens, ex profundo corde ingemiſco: Si propter Chm̃ nil triſte pati voluerimus, neceſſe eſt tamẽ multa triſtia ſuſtinere. Non enim quia mori propter Chm̃ nõ vis, idcirco immortalis futurus es: nec quoniam propter Chm̃ diuitias tuas non diſtribuis, idcirco eas tecum affers. His fieri incipientibus, non finitis ipſis ſignis, ſubrigite oculos, & attollite capita veſtra ad cæleſtem ilam gloriam, quoniam in propinquo erit regnum dei, in quo nulla iam erit afflictio, ſed perpetua tranquillitas, & æterna felicitas. Apocal.21. Abſterget deus omnem lachrymam ab oculis eoꝝ, & mors vltra non erit, neq; luctus, neq; clamor, nec dolor erit vltra, quæ prima abierunt. Primus aduentus liberauit à culpa, ſed non ab omni miſeria. Iohan.16. In me pacem, in mundo preſſuram habebitis. Secundus liberabit ab omni miſeria, quando mortale hoc induerit immortalitatem, & corruptibile incorruptionem, 1. Corinth.15. Et creatura liberabit à ſeruitute corruptionis. Romañ.8. Grego. Cum plagæ mundi crebreſcũt, cum terror iudicij virtutibus commotis oſtendit, exhilarate corda veſtra: quia dum finitur mundus cuius amici non eſtis, prope fit redemptio quam quæſiſtis. Qui autem appropinquante mundi fine non gaudet, amicum ſe illius teſtatur, atque per hoc inimicus dei eſſe conuincitur. Iaco.4. Qui voluerit amicus eſſe huius ſeculi, inimicus dei conſtituitur.

Tria quædam in reſurrectiõe cõſiderãda

Et dixit illis ſimilitudinem: Videte ficulneam, & omnes arbores, cum producunt iam ex ſe fructum, ſcitis quoniam prope eſt æſtas. Ita & vos cum videritis hæc fieri, ſcitote quoniam prope eſt regnum dei. Amẽ dico vobis, quoniam non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.

3 Porro ne vos omnino imparatos opprimat hoc tempus, ex coniecturis qbuſdam diuinare licebit iam inſtare. Exemplum ab arboribus ſumite, quæ ſignis certis prẽmonẽt homines ſequuturi fructus. Ita & vos quum videritis hæc præludia mũdi transformandi, cõcipite certam ſpem, iamiam proferendum regnum dei, nec amplius fore malis ius affligendi bonos: ſed impij pœnis æternis afficientur, pij gaudijs fruentur perennibus. Matt.24. Ab arbore autem fici diſcite parabolam: Cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata,

nata, scitis quia prope est æstas. Ita & vos cum videritis hæc omnia, scitote quia prope est in ianuis. Aduentus dñi, iustis æstas ẽ ab hyeme: peccatoribus, hyems ab æstate. Cõparat regnum dei æstati. Primo, ob fructuum hubertatem. Hieronymus: Aestas diei iudicij, in quo vnaquæq; arbor manifestabit quæ intus habuit, an aridum ad cõburendum, an viride ad plantandum in ædem cum ligno vitæ, cuius folia ad salutem gentium, id est, verba quibus dicet: Venite benedicti patris mei, possidete paratũ vobis regnum à constitutione mundi, Matth. 25. Apoca. 14. Opera enim illoꝝ sequunt illos. Apoca. 22. Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere vnicuiq; secũdum opera sua. Secũdo, propter claritatem, Apoca. 21. Ciuitas illa nõ eget sole, neq; luna, vt luceant in ea. nam claritas dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus. Tertio, propter iucunditatem. Nam iustis serenitas erit, impijs vero peccatoribus hyems & turbatio maior. Gregorius: Regnum cælorum idcirco æstati comparatur, quia tunc mœroris nostri nebulæ transeunt, & dies vitæ æterni solis claritate fulgescunt. Hoc regnum quotidie petimus, dicentes: Adueniat regnũ tuum, Matth. 6. Hieronymus: Nolite putare iam adesse consummationem seculi, sed quasi procœmia & præcursores quosdam venire, vt ostẽdãt quod prope sit & in ianuis. Quia enim tribulationes & bella & alterationes dixit futuras, tam elementorum quàm rerum, vt ne quis suspicet, quod forte aliquando destruendus sit Christianismus, confirmat præmissa, dicens: Amen &c. Hieronymus: Nomine generationis, vel omne genus hominum accipi potest, quia aliqui remanebunt ista videntes. Et licet aliqui per Antichristum & suos seducant, tamen per Enoch & Heliam, mortuo Antichristo, conuertent. Aut Iudæorum signat. Cum enim plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet. Roman. 11. Aut ecclesiam per spiritum sanctum regeneratam, quæ non desinet. Luc. 22. Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Matth. 16. Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam, nec transibit ad immortalitatem donec omnia fiant. Nihil est in rebus corporalibus cælo firmius, nihil immobilius terra: verum cælum & terra citius mutatura sunt naturam suam, quàm verba mea futura sint inania. Ecclesiastes. 1. Terra in æternum stat. Transibunt vero per innouationem, nõ per substantiæ mutationem. 1. Cor. 7. Præterit enim figura huius mundi. 2. Pet. 3. Nouos cælos & nouam terram & promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. Nihil enim habebunt corruptionis & noxæ, vt nos iuxta promissa ipsius, in quibus nihil erit corruptæ mentis, fruamur illis bonis incorruptis. Hieronymus: Facilius est transire terram quàm Christi verba. Quomodo enim Christi verba quæ personaliter loquutus est, non adimpleri debeant, si omnia quæ in lege & prophetis scripta sunt, implebuntur? Matth. 5. Iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant.

Attendite autem vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa. Tanquã laqueus enim veniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ. Luc. 21 M

Proinde certi venturũ tempus hoc formidabile, præparate vos in aduentum illius, ne vos opprimat oscitãtes. Diuersa em̃ ex gula oriunt vitia tũ animi, vtpote loquacitas, somnolentia, acedia, lasciuia, hebetudo, tum corporis. Eccl. 37. In multis escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vsq; ad cholerã. Propter crapulã mlti obierũt: q ãt abstinẽs ẽ adijciet vitã. Ro. 8. Debitores sumus nõ carni, vt scdm carnẽ viuamus. si em̃ scdm carnẽ vixeritis, moriemini. si autem spũ facta carnis mortificaueritis, viuetis. Ro. 13. Non in comessationibus & ebrietatibus: non in cubilibus, & impudicitijs, sed induimini dominum Iesum Christum, Lucæ. 6. Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis. Et curis huius vitæ. Matth. 6. Nolite soliciti esse, dicẽtes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis. Hebræ. 13. Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus. Ipse enim dixit (Iosue. 1.) non te deseram, neq; dereliquam, ita vt confidenter dicamus: Dominus mihi adiutor est, non timebo, quid faciat mihi homo, Psalmo. 17. Semper paratum esse, & expectare finẽ, maxime omnium conferre poterit. Cæteris qui sic viuunt, quasi tempus hoc nunquam sit venturum, sic veniet ille dies, quasi laqueus furtim ab insidiante positus, & inuoluet omnes qui non habent animos, & oculos sublatos in cælum, sed habitant super faciem terræ, vbi non habemus stabilem mansionem, sed æternam inquirimus. Hebræo. 13. Non habemus hic manentem ciuitatẽ, sed futuram inquirimus. Ecclesiastes. 9. Nescit homo finem suum: sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo superuenerit.

De die

Marc.13. De die autem illo vel hora nemo scit, neque angeli in cælo, neque filius, nisi pater.

Zacha.13. Erit dies vna quæ nota est domino. Gregorius: Nouit vnigenitus horam iudicij, sed non ex natura humanitatis. Hieron. Quando dicit Act.1. Non est vestrum nosse tempora vel momenta quæ pater in sua posuit potestate, ostendit qđ ipse sciat, sed nõ expediat nosse apostolis, vt semp incerti de aduentu iudicis, sic quotidie viuãt, quasi die alia sint iudicandi. Docet ergo discipulos, vt nõ discant quærere humanã naturam transcẽdẽtia. Eccl 3. Altiora te ne quæfieris, & fortiora te ne pscrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi deus, illa cogita semper, & in pluribus opibus eius ne fueris curiosus. Non em̃ est necessarium, ea quæ abscondita sunt, videre oculis tuis. Nam cum dicit, quod neq; angeli, admonet eos quòd discere attentant quod angeli ignorant: & dum dicit, pater solus, prohibet eos anniti vt postea discant. Quod si dixisset, scio quidem, vobis autem dicere nolo: contristati essent vtiq;, quasi despecti ab eo.

Cur ignoretur iudicij hora.

Luc.17 Matt.24 Et sicut factum est in diebus Noe, ita erit & in diebus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium, comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vsque ad eum diem quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes, & perdidit, ita erit & aduentus filij hominis.

Hieronymus: Post pugnas, dissentiones & cętera quibus vastat genus humanum, breui subsecutura pax, quæ quieta oñia repromittat, vt fides credentium comprobet, vtrum transactis malis sperent iudicem venturæ. 1. Thessa.5. Cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Chrysostomus: Hinc aperte declarat, quia tempore Antichristi, licentius omni turpi voluptate iniqui & qui salutem suam desperabunt, vtent. 2. Timo 3. Hoc autem scito, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa. Erũt enim homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incõtinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, voluptatum amatores magis q̃ dei, speciem quidem habẽtes pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita. Et merito in regno deceptoris florebunt mala. Erit em̃ malitia omnis & peccati sentina. Quam ergo aliam politiam inuehet miserandæ tunc hominum generationi, q̃ oĩno illam quæ illi propria est? Sicut ergo in diebus Noe erant crapulosi, incontinenter, & secure viuentes, vxores ducentes, nõ prolis, sed libidinis amore, nec cognouerunt, quanquàm Noe prænunciarit, quia in generali, & non specifice quo ad diem vel horam, quemadmodum Christus iudicium, tamen arbitrantes nequaquàm venturum, edebant &c. & perierunt vniuersi, qui nolebant exemplo Noe parare sese. Quemadmodum tum pauci assumpti sunt in arcam, seruati (octo scilicet animæ. 1. Pet. 3.) cæteri foris relicti perierunt, ita tunc subito diuidentur perituri à seruandis.

Luc.17. Similiter sicut in diebus Loth factum est, edebant & bibebant, emebant & vendebant, plantabant & ædificabant, qua die autem exijt Loth a Sodomis, pluit deus ignem & sulfur de cælo, & omnes perdidit. Secundum hæc erit qua die filius hominis reuelabitur. In illa hora qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne descendat tollere illa: & qui in agro, similiter non redeat retro Memores estote vxoris Loth.

Si em̃ in diebus Loth, absq; omni freno timoris dei, delicijs & voluptatibus carnis immoderanter vacabant. Gene.13. Homines autẽ Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram domino nimis. Gene.19. Igit dominus pluit super Sodomam & Gomorram sulfur & ignem de cælo, & subuertit ciuitates has, & omnem circa regionem, vniuersos habitatores vrbium, & cuncta terræ virentia. Non est tunc curãdum de minimis, cum instabit maxima & incõparabilis illa causa discriminis infiniti. Gene.19. Respiciens q̃ vxor Loth post se, versa est in statuam salis. Sic ad carnalia & terrena se vertentes peribunt. Lu.9. Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno dei.

Luc.17. Quicunque quæsierit animam suam saluam facere, perdet illam: & quicunque perdiderit illam, viuificabit eam.

Vitam

Vitam gloriæ sibi acquirendo merito constantiæ. Iohan.12. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

Dico vobis: In illa nocte erunt duo in lecto vno, vnus assumetur, & alter relinquetur. Duæ erunt molentes in vnum: vna assumetur, & altera relinquetur. Duo in agro: vnus assumetur, & alter relinquetur. Luc.17

Quum omnes sine solicitudine, & sua operati fuerint, vnus quidem assumitur, hoc est, iustus in occursum Christi, alter autem, peccator videlicet, infra relinquitur. Non enim opus aut locus, aut vitæ genus beabit hominem, sed affectus. Nam vbiq; prædestinati mixti cum reprobis. Augustinus: In omni conditione & gradu, optimis iuncti sunt pessimi, oportet enim bonitatem Abel, probari, exerceri, & coronari per malitiam Cain. Matth. 24. Tunc duo erunt in agro &c. Duæ molentes &c. Duo in lecto &c. Eidem operationi intenti, vnus assumetur ad gloriam, alter relinquetur ad pœnam: etiam qui proxime sibi inuicem copulantur, ab inuicem diuidentur.

Respondentes, dicunt illi: Vbi domine? Qui dixit illis: Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Luc.17

Vbi filius hominis, ibi & sancti eius leues & in sublime volantes, sicut peccatores graues, q & infra relinquentur. Iohã.17. Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam quam dedisti mihi.

Vigilate itaque omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere omnia ista quæ futura sunt, & stare ante filium hominis. Luc.21

Indefinens nobis necessaria oratio, qui tot periculis, tot hostibus inuisibilibus, atrocissimis, & infatigabilibus circũuallamur. 1. Pet. 5. Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus, tanquàm leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Quoniam autem non sufficit fugere malum, sed opus est etiam bono quopiam, postquàm, vt possitis fugere mala, dixit, subdidit, & stare ante filium hominis, quod est fruitio bonorum. Angelica enim dignitas est, stare coram deo nostro. Sap. 5. Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum.

¶De vigilia & oratione, Matth. 24. Marc. 13. Luc. 12.

## ARTICVLVS CXIIII.

Videte, vigilate, & orate. Nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo qui peregre profectus, reliquit domum suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & ianitori præcepit vt vigilet. Marc.13 N

Chrysostomus: Hæc enim res, vt vigilemus, præcipuo est illi studio, atq; curæ: ac quoniam calamitatibus oppressi, magis corrigimur, delicijs vero atq; ocio corrumpimur, idcirco vbiq; in remissione atq; quiete ventura mala prænunciat. Proinde quandoquidem hæc absq; dubio sint euentura, nec potest sciri certum tempus quo die ventura sint, semper vigilate, ne vos ille dies opprimat imparatos. Sed multi vigilant, & noctem male absumunt. Nam si nunc quum finis incertus est, mutuis odijs insanimus, quid non faceremus scientes finem? Vigilate per abstinentiam omnium corporis voluptatum, toto pectore studentes sanctimonię spiritus. 2. Cor. 7. Mundemus nos ab oñi inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore dei. Si vigilant homines, ne pereat pecunia, quanto magis nobis vigilandum est, ne pereat anima? Orate, flagrantibus animis inhiantes ad ea quæ promissa sunt in euangelica professione perseuerantibus. Non destituet suos electos deus, sed amat vigilantes & attentos, sic tamen, vt quum omnia præstiterint, quæ possunt humano studio præstari, orent tamen, intelligentes & initiũ & progressum, & summam æternæ felicitatis, esse diuini muneris. Iaco. 1. Omne datum optimũ, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à patre luminum. 1. Cor. 4. Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Hanc doctrinam quo magis dominus infigeret animis suorum, adiecit similitudinem ad rem appositam, quia tempus nescimus, tum mortis, tum iudicij. Christus in cælum conscendens, reliquit (quo ad corporalem præsentiã) ecclesiam, oculis corporalibus non videndus, sed per fidem. Ianitori aduersus nocturnum furem præcepit vt vigilaret. Ezech. 3. Fili hominis, speculatorẽ dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbũ, & annũciabis eis ex me.

Si dicente

Si dicente me ad impium, morte morieris, non annunciaueris ei, neq; locutus fueris, vt auertatur à via sua impia & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & à via sua mala: ipse qdem in impietate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti.

Vigilate ergo, nescitis enim quando dominus veniat, sero an media nocte an gallicantu, an mane: ne, cũ venerit repente, inueniat vos domientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, vigilate.

Vigilate, semper expectantes reditum meum. Qui dormiunt, non corpora vera, sed phantasmata intendunt, & vacui vigilant de his quæ viderant: sic nimirum sunt quos mũdi amor rapit in vita, deserit post vitam, quod somniabant pro certo. Cuiq; suum opus præstandum, quod commissum est à domino, sed præcipue ianitori vigilandum, qui toti vigilat familiæ. Etiam si quando dormitet populus, non vacat dormire pastorem. 2. Timoth. 4. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac euangelistæ, ministerium tuum imple, sobrius esto. Hieronymus: Non dixit, quia nescimus qua hora dominus venturus sit, sed nescitis. Porro, tota hæc vita, quæ habet non certum discrimen bonoꝝ & maloꝝ, & in qua plurimum est ignorantiæ, lucis quàm minimum, nox est, si cõferatur ad futuram vitam. Stationes ergo nominat ad vigilandum ordinatas, vt nulla hora per somnolentiam & ocium tranſigatur. Quanquàm enim dominus in finem mundi semel veniet omnibus, tamen singulo cuiq; venit, quum adest mortis tempus. In hunc igit, quoniam æque incertus est, priuatim cuiq; vigilandum est. Quibusdam enim venit sero, velut in adolescentia: quibusdam intempesta nocte, velut in florentissima ætate: quibusdam in gallicantu, puta in senectute. Nec viribus, nec ætati fidendum, omnibus ex æquo incertus est mortis dies. 1. Thessal. 5. Igitur non dormiamus sicut & cæteri, sed vigilemus, & sobrij simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Romañ. 13. Hora est iam nos de somno surgere, nunc enim propior est nostra salus, quàm cũ credidimus. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus, non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs, sed induimini dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desiderijs.

Vnicuique quõ veniat dñs in mortis hora.

Luc. 12

O Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptijs: vt cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei.

Hortat dominus vitam nos habere paratam ad domini aduentum, æternaq; gloria dignam. Instat enim dies, quo quisque pro semente rerum temporalium, messurus est messem æternam. Is dies quoniam incertus est, oportet in eum semper esse paratos & accinctos. Duo ponit. Psalmo tricesimotertio: Declina à malo, & fac bonum. Non enim sufficit mala nõ agere, nisi etiam quisq; studeat, & bonis operibus insudare. Viatores lumbos præcingunt, quo expeditiores sint ad viam: quare indicat amouendum omne impedimentum voluptatum, diuitiarum & honorum, vt expediti curramus ad huius vitæ exitum. Heb. 13. Non enim habemus hic manẽtem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Lumbi carnis, ex quibus prodeunt concupiscentiæ carnis & opera, per continentiam præcingi debent. Gregorius: Lumbos præcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coartamus. Iob. 40. Virtus eius in lũbis eius, & fortitudo illius in vmbilico ventris eius. O qt hoc vitio strauit. Gene. 6. Omnis quippe caro corruperat viam suam. Dauid in adulterium lapsus, consequenter in proditorium deuenit homicidium. 2. Reg. 11. & 12. Salomon gloriæ suæ maculam, per mulieres deprauatus imposuit, Eccl. 47. Sampson fortitudinẽ diuinitus collatam amisit, Iudic. 16. Ideo. 1. Pet. 2. Obsecro vos charissimi, tanquàm aduenas & peregrinos abstinere vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. Gala. 5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerũt cum vitijs & concupiscentijs. Sic lumbi mentis, intellectus, & affectus. 1. Pet. 1. Succincti lumbos mentis vestræ, sobrij, perfecti, sperate in eam, quæ offertur vobis gratiam, in reuelationẽ Iesu Christi. Ergo intellectus sit sine errore, & quæ fidei sunt, meditetur. Psal. 1. In lege eius meditabit die ac nocte. Nec talentum sibi concreditum fodiat in terram, Matth. 25. Affectus quærat non quod sibi vtile videtur, sed quod multis vt salui fiant. 1. Cor. 10. Charitas eñ non quærit quæ sua sunt. 1. Cor. 13. State ergo succincti lumbos vestros in veritate. Ephe. 6. Lucernæ ardentes per charitatẽ

Lumbos p̃cingere.

charitatem,lucentes per operationis veritatem.Qui em̃ facit veritatem,venit ad lucem, vt manifestentur opera eius quia in deo sunt facta,1ohã.3.Sit ergo intentio simplex,dei quærens honorem & proximi salutem.Matth.6.Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex,totũ corpus tuum lucidum erit.Matth.5.Sic luceat lux vestra coram hominibus,vt videant vestra bona opera,& glorificent patrem vestrum qui in cælis est.Phil.2.Sitis simplices filij dei,sine querela,& sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ,inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbũ vitæ continentes.Ecce vnde lumen,quia nõ à nobis Psal.17.Quoniam tu illuminas lucernã meam domine deus meus,illumina tenebras meas.Hinc de Iohanne dominus ait 1ohan.5.Ille erat lucerna ardens & lucens.Prouer.6.Quia mandatũ lucerna est,& lex lux.Monstrat em̃ quæ facienda,& quæ nõ,& quomodo.Multi em̃ bonum quidem faciunt, sed non bene:quia vel in fastum inciderunt,vel in aliud arrogantiæ præcipitium.Psal.118. Lucerna pedibus meis verbum tuum,& lumen semitis meis.Similes,inquit,prudentibus ac fidelibus famulis,qui,quoniam incertum habent quando dominus sit rediturus à nuptijs,perpetuo stant accincti cum diligentia & patientia,ne quid in dominũ committant,aut imparati inueniantur.Psal.26.Expecta dominum,viriliter age,& confortetur cor tuum,& sustine dominum.Psal.36.Expecta dominum,& custodi viam eius.Quotidie nuptiæ fiunt in cælo sanctarum animarum,quas ei commendauit Apostolus 2.Cor.11.à quibus reddiet in vniuersali iudicio.Tit.2.Apparuit gratia dei & saluatoris nostri Iesu Christi omnibus hominibus,erudiens nos,vt abnegantes impietatem & secularia desideria,sobrie & iuste & pie viuamus in hoc seculo,expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi.Vel in vniuscuiusq; propria morte inexpectatus veniet.1ohan.14.Si abiero, & præparauero vobis locum, iterum veniam & accipiam vos ad meipsum,vt vbi ego sum,& vos sitis.Venit & quotidie pulsando ostium cordis nostri.Cant.5.Vox dilecti mei pulsantis.Apocal.3.Ecce sto ad ostium & pulso:si quis audierit vocem meam,& aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illũ,& cœnabo cum illo,& ipse mecum.Sed hanc negligentes,post pulsabuntur sententiæ seueritate.Gregorius:Cũ ad iudicium properat,pulsat:cum per ægritudinis molestias mortem esse vicinã denunciat.Confestim aperimus,si læti iudicem suscipimus.Aperire aũt iudici pulsanti nõ vult, qui exire de corpore trepidat:& videre eum,quẽ contempsisse se meminit,iudicem formidat.Felix vero,qui dicere cũ Apostolo audet,Phil.1.Desideriũ habens dissolui & esse cũ Christo.& Psal.119.Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est.

Beati serui illi,quos,cum venerit dominus,inuenerit vigilantes.Amen dico vobis,quod præcinget se,& faciet illos discumbere,& transiens ministrabit illis.Et si in secunda vigilia venerit,& si in tertia vigilia venerit,& ita inuenerit,beati sunt serui illi. 2

Vere beati,quos non somnolentos,sed vigilantes,& oculos ad superna leuantes inuenit.Prouer.10.Expectatio iustorũ,lætitia:spes impiorũ peribit.Gregorius:Vigilat,qui ad aspectũ veri luminis mentis oculos apertos tenet,qui tenebras negligentiæ à se repellit,qui exercet operando quod credit,qui gregis curam solicite gerit.Beatus itaq; seruus non domini temporalis,sed æterni,& sempiterna bona retribuentis,quem non in terrenis,sed in suis ministerijs dominus inuenerit occupatum,& ad eius aduentum vigilantẽ. Nam dominus pro suo officio quod ramen debebat, amplissimam mercedem reponet: præcinget se,ad retributionem præparans.Apo.22.Ecce venio cito,& merces mea mecum est,dare vnicuiq; secundũ opera sua.Gregorius:Discumbere nostrũ,in regno quiescere est.Sicut qui recumbit,toto corpore quiescit:sic sancti in secundo aduentu & anima & corpore requiescent.Etenim in hac vita corporis quietem nõ inueniunt,alibi cum animabus spiritalia corpora incorruptionem hæreditabunt. Et præteriens obseruansq; quid quisq; postulet,ministrabit illis:singulorũ corda iucundissime visitans,omnia ad eorum beatitudinem pertinẽtia copiosissime exhibebit.Esa.64.A seculo nõ audierunt,neq; auribus perceperunt.oculus non vidit deus absq; te,quæ præparasti expectantibus te. Luc.22.Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis,& ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus,regnũ,vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.Psal.36.Satiabor cũ apparuerit gloria tua.Sed quoniam nouit dominus pronitatẽ nostram in malum,Gene.8.Sensus & cogitatio cordis humani,in malum prona sunt ab adolescentia sua.& instabilitatem in bono,longanimis est super nos,non statim vlciscẽs peccantes,sed longanimiter expectans ad pœnitentiam.Esa.30.Expectat dominus vt

Vigilare quis dicatur.

misereatur.2.Pet.3.Non tardat dominus promissionem suam sicut quidam existimant, sed patienter agit propter vos,nolens aliquos perire,sed omnes ad pœnitẽtiam reuerti. Sed Iob.24.Dedit ei locum pœnitentiæ,& ipse abutitur eo in superbia. Ideo.1.Cor.15. Euigilate iusti,& nolite peccare.In nocte em̃ huius vitæ semper contra hostem soliciti esse debemus,lucem expectando futurã in iudicis aduentu.Beatus ergo quisquis quacũq; ætate inuentus fuerit vigilans,nec operando bonũ negligenter se gerens:quia pius iudex moras nostras patienter expectat,& non in vna sola, sed & quacunq; ætate conuersionem nostram suscipit.Venit dominus primo in morte,quia talis quis in iudicio præsentabitur,qualis in morte inuenitur,quantum ad gratiam & culpam.Non est igitur vnquam cessandum in hac vita,sed ita viuendum(quum incerti simus)quasi dies ille hodie esset venturus.Threno.3.Bonum est viro cum portauerit iugum domini ab adolescentia sua.

3 Hoc autem scitote,quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret,vigilaret vtiq;,& non sineret perfodi domum suam.Ideo & vos estote parati, quia qua hora non putatis,filius hominis veniet.

Gregorius:Ad excutiendam mentis nostræ desidiam,exteriorum damnorum similitudinem adducit,vt per hoc animus ad sui custodiã excitetur.Quod si ille vigilat ne spolietur bonis terrenis,quanto magis nobis est vigilandum ne perdamus felicitatem æternam?Vnde dominus aduentum suum siue ad mortem,siue ad iudicium,furi comparat: quia sicut fur nocturnus obrepit eo tempore quo dormitur altissime,minimeq; expectatur suffossor,sic dum à sui custodia spiritus dormit,improuisa mors carnis nostræ habitaculum irrumpit,& ad supplicia trahit.Furi autem resisteret si vigilaret,quia aduentum iudicis occulte venientem pœnitentiæ lachrymis præueniret.2.Petri.3.Dies domini sicut fur in nocte,ita veniet.Proinde quoniam vobis id tempus ignotum,certum tamen est illud affuturũ,sitis perpetuo parati,instructi bonis operibus,ab omnibus mundanarum rerum impedimentis expediti.Psal.118.Paratus sum & non sum turbatus,vt custodiã mandata tua.Psal.56.Paratum cor meum deus,paratum cor meum,cantabo & psalmum dicam domino.Quæ em̃ paratæ erant virgines,intrauerũt cum sponso ad nuptias:& clausa est ianua,Matth.25.Gregorius:Vltimam horam ignorare nos voluit dñs,vt semper suspecta sit,& ad eam præparemur:vigilare nos voluit,per omnia momenta expectantes saluatoris aduentũ,ne,dum quis remissius agens,de die in diem opera sua differt,iudicij die vel propriæ mortis præuentus,meritum suæ commendationis amittat.Ecci.5.Ne tardes conuerti ad dominũ,& ne differas de die in diem.subito em̃ venit ira illius,& in tempore vindictæ disperdet te.Eccẽs.9.Quodcunq; facere potest manus tua,instanter operare:quia nec opus,nec ratio,nec sapiẽtia erunt apud inferos,quò tu properas.Ideo Ecc.39.Cor suũ tradet ad vigilandũ diluculo ad dominum qui fecit illum,& in conspectu altissimi deprecabitur.1.Cor.16.Vigilate,state in fide,viriliter agite,& confortamini,omnia vestra in charitate fiant.

Luc.12. P Ait autem ei Petrus:Domine, ad nos dicis hanc parabolam,an ad omnes?Dixit autem dominus: Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit dominus super familiam suam,vt det illis in tempore triticum mensuram?Beatus ille seruus,quẽ,cum venerit dominus,inuenerit ita facientem.Vere dico vobis, quoniam super omnia quæ possidet, constituet illum. Quod si dixerit seruus ille in corde suo,moram facit dominus meus venire, & cœperit percutere seruos & ancillas,& edere & bibere & inebriari, veniet dominus serui illius in die qua non sperat,& hora qua nescit,& diuidet eum, partemq; eius cum infidelibus ponet.

Occulto quodam modo ostendit,q; dicta parabola ad omnes fideles pertineat:in primis autem ad eos,qui doctrina vel dignitate præsunt,quo magis accenderet suos ad perpetuam instantiam officij sui,proponens & præmium functis officio, & pœnam ei qui cessaret ab officio.Matth.24.Quis putas est fidelis seruus?Non ignorãs quærit,sed quia rarus.Philip.2.Omnes quæ sua sunt quærunt,non quæ Iesu Christi.Duo à dispensatore exiguntur,fides & prudentia.Nam si non furetur,imprudenter autem dispenset:vel si prudenter dispenset,sed furetur,nihil proderit.Omnis ergo q accepit à deo vel opes, vel potenti ã,

potentiam, vel principatum, debet fideliter & prudenter miniſtrare ea, tanquã rationem redditurus, Matth. 24. vt det illis cibum in tempore. Non vt tyrãnidem in eam exerceat, ſed vt opibus domini, cuiq; ſuum dimenſum, quantũ opus eſt, & quando opus eſt, depromat. Non illi præſcribit dominus quando ſit domum rediturus, ne poſſit in officio ceſſare: ſed quandocunq; redierit dominus, nonne beatus erit ſeruus ille, ſi inuenerit eum fungentem officio ſuo? Pro certo dico vobis, quod expertus illius fidem, audebit illi maiora credere: præficietq; eum omnibus bonis ſuis, & veluti rerũ omnium conſortem habere dignabitur. Matth. 24. Si aũt dixerit malus ſeruus in corde ſuo. Si non fuerit bonæ fidei, nec prudens, ſed elatus abſentia domini ac delegata præfectura, dixerit: Diutius abeſt dominus meus, fortaſſe nunquã rediturus, interim morem geram animo meo, atq; hac ſpe cœperit non ſolum non paſcere ex tritico domini communis conſeruos, verumetiã pulſare illos verberibus & tyrannidem quandam vſurpare: ipſe autem neglecta familia, bibat & edat cum temulentis, quàm is eſt infelix futurus quum venerit dominus die quo non expectabat, & hora qua non ſuſpicabatur rediturum? Sic multi vana & ſtulta promiſſione, diabolo ſuggerente, falluntur. Eccẽs. 8. Etenim quia non cito profertur contra malos ſententia, abſq; timore vllo filij hominum perpetrant mala. Percutitur proximus verbis. Hiere. 18. Venite percutiamus eum lingua. Malis exemplis. 1. Cor. 8. Sic autẽ peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorũ infirmam, in Chriſtum peccatis. Beda: In hoc ſeruo cunctorum præſulum malorum narratur damnatio, qui neglecto dei timore, non ſolum ipſi luxuriæ vacant, ſed etiam ſubditos iniurijs afficiunt Matth. 24. Diuidet eum, partemq; eius ponet cum hypocritis, illic erit fletus & ſtridor dentium. Famulum illum quidlibet facientem, nõ ſolum ſubmouebit ab officio ſuo, ſed & amputabit à familia ſua, nec dignabitur eum domus ſuæ contubernio. Eſa. 26. Tollatur impius ne videat gloriam dei. Malach. 3. Conuertimini, & videbitis quid ſit inter iuſtum & impium, & inter ſeruientem deo & nõ ſeruientem ei, & portionem illius ponet cum hypoctitis, (qui titulum habent euangelicæ functionis, quum factis ipſis pugnent cum euangelio) & infidelibus. Illic pro male dulcibus voluptatibus, quibus ebrius non obſeruarat aduentum domini, intolerabili punietur cruciatu, riſu verſo in fletum, & cantilenis in ſtridorem dentium.

Proximus quot modis percutiatur.

Ille autem ſeruus qui cognouit voluntatem domini ſui, & non ſe præparauit, & non fecit ſecundum voluntatem eius, plagis vapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autem cui multum datum eſt, multum exigetur ab eo: & cui commendauerunt multũ, plus petent ab eo. 2

Etenim ſeruus ille quem dominus præ cæteris habuit eximium, cui concredidit diſpẽſationem rerum ſuarum, cui communicauit arcana conſilij ſui, cui fiſus eſt præ cæteris peregre abiens, niſi fecerit quod iuſſus eſt, ad bene agendum ſe diſponens. Prouer. 16. Hominis eſt, animum præparare: & domini, gubernare linguam. 1. Reg. 7. Præparate corda veſtra domino, & ſeruite illi ſoli. 1ac. 4. Scienti & non facienti, peccatum eſt illi. Quo enim plus ſcit qui peccat, tanto grauiorem pœnam ſibi accerſit. Qui ignorat, ideo punitur, & diſcere potuiſſet & noluit, quare ipſe in cauſa ignorãtiæ. Timeamus: ſi enim is qui nihil ſcit, dignus eſt plagis, quæ excuſatio liberabit eos qui ſcienter delinquunt, maxime ſi doctores fuerint? grauior enim eſt hæc condemnatio. Cyrillus: Homo perſpicacis ingenij, qui turpibus ſe inclinat, inexcuſabile committit peccatũ: ſed homo ruſticanus rationabilius veniam impetrabit. Dictum Ambroſij, grauiſſime peccare ignorantem, intelligitur non de peccati enormitate, ſed periculi magnitudine. Gratuitum eſt quod cõcreditur, & in hoc concreditur, vt proferatur in vtilitatẽ communẽ totius familiæ. Quẽadmodum heri rationem exactiorẽ exigunt à ſuis, cui plus cõmiſerunt, ſic ab eo cui cognitionis & autoritatis copioſius munus datum eſt à deo, plus requiretur q̃ à cæteris: & cuius fidei latior ac maior functio delegata eſt, quo pluribus prodeſſe debuit, hoc plus exigetur ab eo. Onus ſuſcipit verius q̃ honorem, qui functionẽ ſuſcipit eccleſiaſticã. Audiãt ergo & intelligant, qui continent multitudines, & placent ſibi in turbis nationum: quoniam data eſt ipſis à deo poteſtas & virtus ab altiſſimo, qui interrogabit opera eorum, & cogitationes ſcrutatur, Sap. 6.

Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt accendatur? Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coartor vſq; dum perficiatur? Putatis quia 3

pacem veni dare in terram? non, dico vobis, sed separationem. Erunt enim ex hoc quinq; in domo vna diuisi: tres in duos, & duo in tres. Diuidetur pater in filium, & filius in patrem suum: & mater in filiam, & filia in matrem: socrus in nurum suam, & nurus in socrum suam.

Sitio hominũ salutem, & huius rei gratia veni in mundũ, ac meo desiderio omnis mora longa est. Non est diluta aut humana doctrina, quã è cælis attuli: merus ignis est, aut purgaturus hominem, aut vsturus. & ideo veni, vt hic ignis accendatur in terris. Doctrina em̃ euangelica feruidum fidei zelum immittens, mentem à vitijs purgat, & ad cælestia capessenda inflammat. Psal. 118. Ignitum eloquium tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud. Hiere. 20. Factus est sermo domini in corde meo quasi ignis exæstuans. Luc. 24 Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in via? Hinc Roma. 12. Spiritu feruentes. Sed non exiliet hic ignis, ni percussus fuerit in cruce hic silex corporis mei. Supereſt adhuc ille baptismus, quem mihi præscripsit pater, vt tingar proprio sanguine, vt mea morte pœnas luam pro peccatis totius mundi. Ab hoc baptismo nõ solum non abhorreo, sed amore salutis humanæ vehementer angor, vt q̃ primum perficiatur. Verum hic ignis accensus, excitabit magnos in mundo tumultus. Vehemens enim erit & cælestis, discutiens & excutiens omnes humanos affectus. Quoniam non omnis pax vituperio caret & bona est, sed sæpe periculosa, & procul à diuina pace reijciens, ait: An creditis, q̃ venerim pacem allaturus in terras, quam mundus hic amat, cui tum tranquillitas est, quum satisfactum est animi cupiditatibus, quum mali cum malis consentiũt? Non profecto, non veni conglutinaturus tales concordias, sed immissurus dissidia. Psal. 72. Zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns. Est alia pax interna fructus spiritus, Galat. 5. imperturbatum quoddam mentis gaudium in deo, quam dare potissimum Christus venit. Iohan. 14. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Hinc discipulis præcepit Luc. 10. In quamcunq; domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui. Hæc prælibatio quædam est pacis futuræ in cælis. Psal. 147. Qui posuit fines tuos pacem. Quia enim nõ omnes obedient euangelio, Roma. 10. hinc boni malis non consentient, potius deo adhærere eligentes, q̃ homini vitioso quantumcunq; propinquo, gratia præualente naturæ.

## ¶De decem virginibus, & talentis, ac modo iudicij, Matth. 25

## ARTICVLVS CXV.

Mat. 25 Q

TVnc simile erit regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampides suas, exierunt obuiam sponso & sponsæ. Quinq; autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum: prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.

Ostendit quanta vigilantia nobis necessaria, & quantum negligentia sit nociua: atque vt penitus infigeret animis suorum, non esse cessandum aut dormitandũ in hac vita, sed assiduo studio pietatis & officijs in proximũ, parandum viaticum in vitam futuram: nam in resurrectione serò nos quæsituros, nisi dum tempus est paraverimus. Tũc, in die & hora iudicij, simile erit regnum cælorũ, ecclesia militans & eius negocium, quę bonos & malos recipit. Matth. 13. Simile est regnũ cælorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genera piscium congreganti. Obserua quasdam virgines corpore tantũ. Chrysostomus: Virgo est, quæ nec habet virum nec habere desiderat: quod si voluntatem quidem nubendi habet, corpore virgo est, animo corrupta: quia corpus sordidatur opere, anima voluntate. Corpore & mente, 1. Cor. 7. Mulier innupta & virgo, cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. Mente tantum, hæc omnium Christianorũ. 2. Cor. 11. Desponsi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Hieronymus: Decem virgines, omnes homines sunt, qui videntur deo credere, & applaudunt sibi in scripturis sanctis, qui gloriantur in vnius dei notitia, & mens eorum idololatriæ turbine non constupratur. Gregorius: Quia ex vtroq; sexu multitudo fidelium colligitur, recte ecclesia decem virginibus comparatur. Lampades, fidei sunt opera, quæ secundum istam continentiam fiunt: nam sicut lampas domum, sic fides illuminat animam. Nec quisquam fidelium adeo malus

Virgo proprie quæ.

Decẽ virgines mystice quid

Lampades

malus est, quin aliqua fidei habeat opera, & si non formata charitate. Habet enim omnis anima à deo illustrationem & lampadem, & omnes surgunt in occursum domini. Omnes enim desiderant occurrere illi & coniungi. Est autem prudentia virtus, quæ actus humanos dirigit in debitum finem. Hieronymus: Possumus quinq; sensus interpretari, quorum alij festinant ad cælestia, & superna desiderant, alij terrenis fæcibus inhiantes, nõ habent fomenta veritatis, quibus sua corda illuminentur. Qui ergo spiritualem habent lætitiam, & dei quærunt gloriam, habent oleum. Hinc dominus Matth. 6. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum. Roma. 12. Prouidentes bona non solum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videãt vestra bona opera, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est: fatuæ oleum lætitiæ spiritalis ex charitate procedentis, non acceperunt secum. Psal. 44. Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ. Prudentes fidem habuerunt per charitatem operantem, Gala. 5. 1. Corin. 13. Nunc manent fides, spes, charitas, tria hæc, maior horum est charitas. Prudentia

Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus, & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. 2

Mora, pœnitentiæ est tempus. Non parũ temporis spatium interiectũ ostendit, opinionem discipulorum reprimens, qui statim post resurrectionẽ ipsius regnum futurum sperabant, quam opinionem ex animis eorũ eximere studuit. Dormitare, est ante mortẽ à salute languescere: dormire, mori est, quia resuscitandi. 1. Thess. 4. Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini sicut cæteri qui spem non habent. Hinc Iohan. 11. Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno excitem eum. Omnes, dicit, dormierunt, quia Heb. 9. Statutum est hominibus semel mori, post hoc autem, iudiciũ. Vnde & Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, 1. Petri. 3. iustus pro iniustis, vt nos offerret deo, mortificatos quidẽ carne, viuificatos autem spiritu. Media nocte dicit clamorem factum, vt ostẽdat, quod si inexpectatus veniat dominus, quasi media nocte, omnes dormiamus profundo somno. Dies eñ domini, sicut fur in nocte, ita veniet. Cũ eñ dixerint, pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, 1. Thess. 5. De isto clamore 1. Thess. 4. Quoniam ipse dominus in iussu & in voce archangeli, & in tuba dei descendet de cælo. 1. Cor. 15. Canet eñ tuba, & mortui resurgent incorrupti. Ecce sponsus aduenit ad copulandam sibi ecclesiam. Nuptiæ enim, immortalitatis assumptio. Ioh. 3 Qui habet sponsam, sponsus est. O q̃ iucunda vox in auribus piorum, & horrenda in aure impiorũ. Exite obuiam sponso. Modo exeundum de sepulchro peccati. Ephe. 5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. 1. Cor. 15. Euigilate iusti, & nolite peccare. Tunc surrexerunt. 1. Cor. 15. Omnes quidem resurgemus. Iohan. 5. Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij dei: & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Hieronymus: Ornauerunt lampades, hoc est, sensus in quibus oleũ scientiæ recipiebant, vt haberent opera virtutum, quæ ante verum iudicem refulgeant. Gala. 6. Probet seipsum homo, & opus suum probet vnusquisq; & sic in semetipso tantũ gloriã habebit, & non in altero. Vnusquisq; eñ onus suũ portabit. Apoc. 19. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam deo, quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se. Et datum est illi, vt cooperiat se byssino splendenti & candido. byssinum enim iustificationes sunt sanctorum. Porro fatuæ quæ sibi de oleo non parauerant in sponsi aduẽtum suffecturo, quod sibi persuaserant, non sic subito proditurum sponsum, quin spatiũ daretur alicunde comparandi olei, quum viderent subito abeundum medio noctis, nec haberent oleum, ad sapientes se conuertunt. Chrysostomus: Quasi dicerent, vestra iustitia sufficiens est vos saluare, & nos excusare, date nobis testimonium, dicendo de operibus nostris quod vidistis. Hieronymus: Quæ lampades suas queruntur extingui, claret quia ex parte luxerunt: sed quia fomentum charitatis non habuerunt, ideo queruntur eas extingui. Gregorius: Quorum facta aliena laude fulciuntur, eadem subtracta deficiunt: 2 Dormitare Dormire. Nuptiæ spiritaliter quid.

& de consuetudine id semper requiret, vnde gaudere animus solet. Itaq; hominum qui corda non vident, testimonium volũt habere apud deum qui cordis inspector est. Iob. 21. Lucerna impiorum extinguetur, & superueniet eis inundatio. Sed de muliere forti dicitur Prouer. 31. Non extinguetur in nocte lucerna eius. Cantic. 8. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Hilarius: Prudentes virgines hæ sunt, quæ opportunum in corporibus operandi tempus amplexæ, in primum se aduentus dominici occursum præparauerunt: fatuæ vero, quæ dissolutæ ac negligentes, præsentium tantum solicitudinem habuerunt: & immemores promissorum dei, in nullam se spem resurrectionis extenderunt, quæ alienis operibus nihil adiuuantur. Quanquam nihil humanius illis virginibus fuerit, non enim totum petebant, & necessitatem ostendebant, tamen repulsæ sunt nec humanitas earum à quibus petebatur, nec petitionis facilitas, nec petentium necessitas, vt impetrarent effecit. Ad insinuandum quia nullus nos, si opera desint, defendere ibi possit: non quia nollet, sed quia non potest. Videmus enim prudentes ad impossibilitatem confugere, quod & Abraam ille denotauit Luc. 16. Magnus, inquit, hiatus inter nos & vos positus est, vt hi qui volunt hinc tranfire ad vos, nõ possint. Nõ itaq; de auaritia, sed timore dictum venit, quia vnusquisq; pro se rationem reddet, Roma. 14. Nec alieno testimonio quisquam iuuatur apud deum, cui cordis secreta patent: & vix quisq; sibi sufficit, vt sibi testimonium perhibeat conscientia sua. Dant quidem consilium, quod nõ debuerant sine oleo lampadarum sponso occurrere: sed quia tempus comparandi iam olei excesserat, ideo crimẽ earum ex obliquo videntur cõmemorasse. q.d. Videamus modo quid vos adiuuent, qui vobis laudes vendere consueuerunt. Vendunt oleum omnes adulatores, qui accepta alicuius commodi temporalis mercede, siue vera, siue falsa laudando, in errores animas mittunt. Dum irent emere, hoc est, quærere suffragium, sed nimis tarde. Gregorius: Inclinantibus se illis ad ea quæ foris sunt, & solita gaudia quærentibus, quia interna gaudia non nouerant, venit ille qui iudicat: & illæ quibus bonum testimonium conscientia perhibebat, intrauerunt cum eo, vbi immunda anima sempiterno dei verbo copulatur. Apocalyp. 19. Scribe, beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. Et clausus est aditus regni cælestis, nam post iudicium, nullus precum aut meritorum patebit aditus: quia magna est eius seueritas post iudicium, cuius ineffabilis misericordia prærogata est. Hieronymus: Post iudicium, bonorum operum & iustitiæ occasio nõ relinquetur. O si quis sapere posset in cordis palato, quid admirationis habet quod dicitur, venit sponsus: quid dulcedinis, intrauerunt cum eo ad nuptias: quid amaritudinis, clausa est ianua.

Prudentes virgines.

Fatuæ.

Oleum qui vendant.

11 Nouissime vero veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine domine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaq;, quia nescitis diem neq; horam.

Vere nimis sero veniunt, per seram pœnitentiã: pulsant per infructuosas lachrymas, foris relictæ. Hieronymus: Egregia quidem vox in domini appellatione, idq; repetitum, indicium cõfessionis fidei est. sed quid prodest vocibus inuocare, quem operibus neges? Luc. 6. Quid autem vocatis me, domine domine, & non facitis quæ dico? Hieronymus: Nouit quidem dominus qui sunt eius, 2. Timo. 2. sed nescit operarios iniquitatis, Matth. 7. Quomodo dissimiles & à se alienos nosset? q.d. Ideo vos desero, quia per vitæ meritũ non agnosco. Hiere. 4. Sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierũt. Hinc 1. Cor. 8. Si quis diligit deum, hic cognitus est ab eo. Vos igitur ad exemplum prudentiũ virginum, serui fidelis, ac prouidi patrisfamiliàs, vigilate, in tempore vobis parate bonorum operum commeatum, quia nescitis diem & horam illius aduentus, qui quum subito extiterit, iam non erit amplius tempus benefaciendi, sed vnicuiq; ferendũ erit præmium pro retro gestis. Hieronymus: Prudentem semper admone lectorem, vt non acquiescat superstitiosis interpretationibus, & quæ comaticè pro fingentium dicuntur arbitrio: sed consideret priora, media, & sequentia, & nectat sibi vniuersa quæ scripta sunt. Ideo enim parabolas præmisit, vt quia ignoramus omnes iudicij diem, solicite nobis lumen bonorum operum præparemus, ne, dum ignoramus iudex veniat.

Mat. 25 R

Sicut enim homo peregre proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinq; talenta, alij autem duo, alij vero vnum, vni cuiq; secundum propriam virtutem & profectus est statim. Abijt autem qui quinq; talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinq;. Similiter

militer & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnum accepe-rat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui.

Ostendit dñs quòd donis abutentes collatis, & ipsis priuant, & pro neglectu puniunt, extimulans suos ad perpetuũ studium bonorũ operũ, ne committerent vt doctrinã & dotes à se acceptas, sua negligentia finant esse steriles: sed suo studio curaq; sua verterent in vtilitatem proximi, seseq; pberent idoneos maioribus donis, q quod pro suo modulo captuq; accepissent, collocassent in lucrum dñi sui, q gaudet tali fœnore ditescere. Nam ascẽdẽs in cælum, domesticos suos in hoc mundo reliquit, eisq; corporalem p̃sentiam subtraxit. Ephe. 2. Non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorũ, & domestici dei: propriæq; libertati relinquẽs longanimiter opus expectando, tandẽ huc rediturus vnde ascẽderat. Actu. 1. Hic Iesus q assumptus est à vobis, sic veniet, quemadmodũ vidistis eum euntem in cælum. Omnes autem serui dei sumus. Roma. 6. Liberati à peccato, serui facti deo habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternã. Non aũt vult esse ociosos, quos de foro vocauit ad vineam, Mat. 20. quare dona sua contulit. Dona sua dicit, quicquid enim habet homo, dei donum est. 1. Corꝝ. 4. Quid eñ habes quod non acce-pisti? Ideo tradidit, nõ vt sibi profunderent, sed vt inde domino suo lucrum referrent, vn de sortem acceperant. Ephe. 4. Ascendens in altum, captiuã duxit captiuitatẽ, dedit dona hominibus, prout quẽq; iudicabit idoneum, ne supra virtutem opus iniungens, ipse ruinę causa existeret, vt dicit Chrysostomus: Vnusquisq; eñ proprium donum accipit secundũ mensuram fidei & purificatiõis. De hac donorũ diuersitate dicit Apostolus. 1. Corꝝ. 12. Alij per spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spũ, alij gratia sanitatum in vno spiritu, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarũ, alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operat vnus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Chrysostomus: Talenta hic pro eo quod vnusquisq; facere potest, accipimus, siue autoritatiue protegere, siue pecunijs iuuare, siue admonere, siue alia quapiam re proximis prodesse queas. Etiã vna re prodesse possumus: nam nõ es pauperior illa vidua, quæ duo minuta misit in gazophylaciũ: non es Petro atq; Iohanne rusticior, qui q̃uis rudes & illiterati fuerint, qñ magno studio communem vtilitatem complexi sunt, cælorum principes facti sunt. Nulla quippe res deo gratior, quàm vt vniuersam vitam ad commune commodum conferas. Hiero. In quinq;, duobus, & vno talento, vel diuersas grãs intelligamus, quæ vnicuiq; traditæ sunt: vel in primo omnes sensus examinatos, in secundo intelligentiam & opera, in tertio rationem qua homines à bestijs separantur. Qui quinq; acceperat, non cessauit, sed statim abijt, in opus producendo, duplicans quod accepit, deuotissime deo seruiens in operibus pietatis. Similiter qui duo, bene viuendo, & bene docendo, ecclesiam dei multiplicare curauit. 2. Timo. 2. Doctrinam quam accepisti à me, commenda hominibus qui idonei sunt & alios docere. Qui enim non sibi solum prodesse curat, siue per prudentiam, siue diuitias, vel artem aliquam, sed & alijs vult prodesse, is conduplicat quod sibi datum est. Roma. 12. Habentes donationes secundum gratiam quæ data est nobis differentes, siue prophetiam secundum rationem fidei, siue ministerium in ministrando, siue qui docet in doctrina, q exhortatur in exhortando, q præest in solicitudine, qui miseretur in hilaritate. Qui vnum hoc est, intellectum accepit, abiens à deo auersus, & ad terrena se conuertens, sicut filius prodigus, Luc. 15. Per ignauiam abscondit. Sunt enim aliqui, qui bona quidem intelligunt sed operari minime student. Hierem. 4. Sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt. Fodit in terram, qui suæ tantum vtilitatis curam habet, non aliorum contra illud. 1. Petri. 4. Vnusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Si quis loquitur, quasi sermones dei: si qs ministrat, tanquàm ex virtute quam administrat deus, vt in omnibus honorificetur deus per Iesum Christum dominum nostrum. Talentum ergo in terram abscõdere, est acceptum ingeniũ terrenis rebus implicare, lucrũ spũale nõ quærere, cor à terrenis cogitatiõibus nũquàm leuare. Qui ergo ingenio pollens, dolo, fraude, & alijs mediis illicitis terrena congregat, seseq; totum in mundi amorem obligat, talentum in terram fodit. Vnde & fossionis verbum, laborem indicat. Hieremiæ. 9. Vt inique agerent, laborauerunt. Sapientiæ. 5. Lassati sumus in via iniquitatis, ambulauimus vias difficiles, viam autem domini ignorauimus. Quid profuit nobis superbia aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Abscõdit pecuniam, non producens in lucem. 1. Timo. 4. Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterij.

Talentũ in terra abscõdere

2 Post multum vero temporis venit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. & accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Accessit autem & qui duo acceperat talenta, & ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui.

Longum tempus inter ascensionem domini, & aduentum ad iudiciũ, quando reuerte tur exigens à seruis suis dati, & expensi rationẽ. Chrysostomus: Confitentẽ gratifice, & totum ei reportant, à quo sumpserunt. q. d. Nec modicam qdem iustitiam habere potuissemus, nisi tua gratia fuisset nobiscum. 1. Cor. 15. Gratia dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius oĩbus illis laboraui. Non ego autem, sed gratia dei mecum. Dominus collaudans industriam serui, ait: Euge, congaudeo tibi, & in bonũ tibi sit, serue bone, non quærens quæ tua, sed quæ Iesu Christi, & fidelis in proximos, liberalis & misericors. Hieronymus: Omnia quæ in præsenti habemus, licet magna videantur & plurima, tamen comparatione futuror̃ parua & pauca sunt. Qui ergo super pauca fidelis fuit, supra multa constituitur: quia is qui terrenam substantiã bene dispensauit, pro rebus trãsitorijs, perpetuam accipiet mercedem. Chrysostomus: Non dixit, intra ad gaudium, sed in, vt possessor sit gaudij, non spectator: iam non minister in gaudio, sed particeps. Iohã. 12. Vbi sum ego, illic & minister meus erit. Hieronymus: Quid maius dari põt fideli seruo, quàm esse cum domino, & videre gaudium domini sui, & accipere quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quod deus præparauit diligentibus se. 1. Cor. 2. Similiter qui duo. Ambo hi qui in concreditis operantur, eodem modo à domino laudantur, & eadem bona consequunt. Non enim considerat dominus lucri magnitudinem, sed studij voluntatem. Vnusquisq; vt acceperit, ita & excelsus videbit, si bene egerit. Tunc ergo fidelis seruus supra multa constituitur, quando deuicta omnis corruptionis molestia, de æternis gaudijs in illa sede cælesti gloriatur: tunc ad domini sui gaudium perfecte intromittitur, quando in æterna illa patria assumptus, atq; angelorum cœtibus admixtus, sic interius gaudet de munere, vt non sit quod iam exterius doleat de corruptione. Nostrum erit interim humiliter de nobismetipsis sentire. Lucæ, 17. Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, quia serui inutiles sumus. & dei dona in nobis recognoscere: dominus suo tempore commendabit, quum laus erit vnicuique à domino. 1. Corinthiorum. 4. quando illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.

3 Accedens autem & qui vnum talentum acceperat, ait: Domine, scio quia homo durus es, metis vbi non seminasti, & congregas vbi non sparsisti: & timens abij, & abscondi talentum tuum in terra, ecce habes quod tuum est. Respondens autem dominus eius, dixit ei: Serue male & piger, sciebas quia meto vbi non semino, & congrego vbi non sparsi? oportuit ergo committere pecuniam meam nummularijs, & veniens ego, recepissem vtique quod meum est, cum vsura. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Et inutilem seruum eĩcite in tenebras exteriores, illic erit fletus & stridor dentium.

Malus seruus iussus reddere rationẽ, non solum non agnoscit culpam inertiæ, verum etiam dominum insimulans austeritatis & auaritię, crimen officij neglecti conduplicauit. Hierony. Psal. 140. Ne declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. Hoc isti seruo cõtigit, vt ad pigritiæ & negligẽtię vitiũ, superbiæ quoq; crimen accederet. Metuẽs ergo ne, si fors aliquo casu periisset, sæuires in me, abij p libe r̃ arbitriũ defodię

defodiq; in terram. Sic multi in ecclesia melioris vitæ vias aggredi metuunt, & tamen iacere in sui torporis ignauia nõ erubescunt. Tales de deo cogitant, quæ nõ sunt cogitãda: quia neq; durus, sed clemens, misericors & miserator, & multus ad ignoscẽdum, Ioel. 2. Neq; metit vbi non seminauit, quia vbiq; seminat, Matth. 13. quare non congregat vbi nõ spargit. Ecce habes quod tuum est, si non mereor laudem ob lucrum additum, certe sors curaui vt esset in tuto. O quot habet iste conseruos, qui dicunt: Deus fecit animam, curet de ea, si voluerit, præsumentes sine merito saluari. Sed attendant, quid huic seruo pigro obtigerit. Hieronymus: Quod putauerat se pro excusatione dixisse, in culpam propriam vertitur. Malus dicitur, quia dominum calumniatur se excusando: piger, quia talentum duplicare noluit, vt in altero superbiæ, in altero negligentiæ condemnetur. Chrysostomus: Vere malus, qui largitatem domini vocat violentiam. Sic multi præcepta dei impossibilia causantur, quo contra .1. Iohan. 5. Mandata eius grauia non sunt. Vnde dominus Matth. 11. Iugum meum suaue est, & onus meũ leue. Tanto, inquit, magis oportuit te cõmittere pecuniam meam nummularijs, & ego qui lucrum venor illic, vbi non feci sumptum, recepissem vtique. Mea erat sors, non tua. industriam tuam seruus debebas domino Chrysostomus: Et si talentum non perdidit, reus tamen damni est: sicut qui semen ad seminandum accipit, & non seminat tempore sementis, fraudat dominum spe fructus percipiendi. Quicquid in donis spiritualibus siue temporalibus quis accipit, pro talento imputatur: & vsura .i. fructus, in se & proximo exigitur. 1. Corint. 9. Nam si euangelizauero, non est mihi gloria, necessitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi est, si non euangelizauero: Si autem volens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Tum versus ad alios seruos, ait: Tollite &c. Nam sæpe qui administrant bona exteriora quæ acceperunt, per adiunctam gratiam ad intellectum quoq; mysticum perducuntur, vt de interna scientia polleant, qui exteriora fideliter administrant. Admirantibus seruis quòd ei iuberet addi, qui iam abundabat, ait: Ita fiet in hoc opum genere. Hieronymus: Multi, cum sapientes sint naturaliter, & habeant acumen ingenij, si fuerint negligentes, & desidia bonum naturæ corruperint, ad comparationem eius qui paululum tardior, labore & industria compensauit, quod minus habuit, perdunt bonum naturæ: & præmium quod eis fuit promissum, vident transire ad alios. Si qui fidem habet, & bonam in domino voluntatem, etiam si quid minus habet in opere, vt homo, dabitur ei à bono iudice. Diligentiam adhibenti dabitur maior gratia, ita vt abundet. Studium autem non adhibens, & dono quod videtur habere, priuabitur. Negligens enim, & qui non operatur per ea quæ accepit, non habet donum, sed videtur habere, quia mercedem perdit sua negligentia. Habenti ergo fidem per dilectionem operantem, augetur hic gratia, & postea gloria: qua si caret, etiam cætera dona non proficiunt ei ad meritum. Vnde necesse est, vt per omne quod agimus, erga charitatis custodiam vigilemus: quia quæ sine charitate fiunt, in conspectu dei nulla sunt, quàmuis coram hominibus magna videantur. Porro, inutilem seruum submouete ab oculis meis, & abijcite in tenebras externas. Ibi pro gaudio domini sui, quod promereri noluit, cruciabitur fletu & stridore dentium. Gregorius: Per pœnas in exteriores tenebras cadit, qui per culpam sponte in interiores cecidit: & illic coactus patitur tenebras vltionis, qui hic voluntarie tenebras sustinuit voluptatis. Confidemus ergo quæ accepimus, atq; in erogatione vigilemus, tanto enim quisq; ampliorem gloriam cum domino possidebit, quanto largius talentum acceptum, pro eius amore erogauit. Nulla ergo nos à spiritali opere terrena cura impediat, ne, si in terra talentũ abscõditur, talenti dominus ad iracundiam prouocetur. Piger, seruus cum iam iudex culpas examinat, talentum de terra leuat: quia pleriq; tunc se à terrenis desiderijs & operibus subtrahunt, quando iam per animaduersionem iudicis ad æternum supplicium pertrahuntur. 1. Cor. 2. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis.

Pigrorum cauillatio

Cum aũt venerit filius hominis in maiestate sua & oẽs angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ: & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis, & statuet oues quidem a dextris, hœdos autem a sinistris. Matt. 25 S

Extrema hac narratiõe maiestatẽ aduẽtus sui, & segregationẽ bonor; à malis, & vtriusq; partis diuersa merita, itemq; & pmia, breuiter totã iudicij supmi imaginẽ, subijcit oculis, q̃ suos & pmior; magnitudine, & supplicior; metu extimularet ad studiũ euãgelicæ pietatis, & ad bene merendum de proximo, atq; à cessatione & malefaciẽdi licẽtia deterruit.

Hierony

Hieron. Post biduum pascha facturus, & tradendus cruci, & illudendus ab hominibus, ace to & felle potãdus, recte p̃mittit gloriam triumphãtis, vt secutura scandala, pollicitatiõis præmio compenset. Quoniam primus aduẽtus quo venit iudicari, fuit in humilitate & opprobrijs, dicit secũdum ad iudicium fore in gloria. Filius hoïs. Iohan. 5. Potestatem dedit ei iudiciũ facere, q a filius hoïs est. In maiestate. Venit primo in humilitate, & apostoloꝝ paupere societate, & propria infirmitate: tũc vero in maiestate, & angeloꝝ societate, qui tunc visibiliter apparebũt propter iudicis reuerẽtiam, secũdo ad maloꝝ terrorem, tertio, sentẽtiæ executionẽ. Tunc sedebit velut iudex omniũ, quẽ propediem videbitis humillimũ & abiectum. Nullus aũt hominũ quamlibet excelsus, aut humilis, poterit illud iudiciũ effugere, quod nõ humanis cõiecturis, sed exacto dei iudicio peraget, cuius oculis omnia sunt cõspicua. Hiere. 17. Prauum est cor hoïs & inscrutabile, q̃s cognoscet illud? Ego dñs scrutans corda & renes, q̃ do vnicuiq; secũdum opera sua. Ioel. 3. Consurgant & ascendãt omẽs gentes in vallem Iosaphat, q̃a ibi sedebo vt iudicẽ omẽs gẽtes in circuitu. Habẽt singuli quiq; iudices suos, habẽt & subiectos & actores & reos: & accusatores quoq; habẽt leges suas, quas plerunq; sic administrant, vt q̃ reus est, absoluat, ac insons abeat: ferat q̃ sententiam, q̃ innocẽs est, & cõdemnet. Sap. 6. Cum essetis ministri regni illius nõ recte iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neq; secũdum voluntatem dei ambulastis. Horrende & cito apparebit vobis, q̃m iudicium durissimũ in his q̃ præsunt, fiet. Hunc iudicem vt nõ possumus declinare. 2. Cor. 5. Omẽs nos manifestari oportet ante tribunal Chri, vt referat vnusq; q̃sq; propria corporis, prout gessit, siue bonũ, siue malum, ita neq; fallere. Prodit eñ nos nostra cõscientia. Rom. 2. Testimonium reddẽte illis cõscientia ipsoꝝ, & inter se inuicem cogitationũ accusantiũ aut etiam defendentium, in die cum iudicabit dñs occulta hoïm, secũdum euangelium meum p̃ Iesum Chr̃m. Apoca. 20. Vidi mortuos magnos, & pusillos, stantes in cõspectu throni. Et libri apti sunt, & alius liber apertus est q̃ est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erãt in libris secũdum opera ipsoꝝ. Quisquis huic sistendus est iudici, iustam reportabit sentẽtiam. non eñ poterit corrumpi timore q̃ omnipotens est. Psal. 75. Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tunc ira tua. De cælo auditum fecisti iudiciũ. terra tremuit & quieuit, cum exurgeret in iudicio deus, vt saluos faceret oẽs mansuetos terræ. Quoniã cogitatio hoïs confitebit tibi. Nec amore, quia iustissimus. Psal. 10. Quoniam iustus dñs & iustitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius. Nec munere, quia ditissimus. Psal. 15. Dixi domino, deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Nec odio, quia clementissimus. Sap. 11. Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quę fecisti. Separabit loco & præmio, quia separati voto & merito. Nam vsq; ad illam horam boni malis mixti manent. Mat. 13. Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem. Sic & sagena pisces bonos trahit & malos, Mat. 13. Origenes: Oues dictæ sunt simplices fidelium animæ quæ saluant propter mansuetudinem quam didicerunt ab agno tollenti peccata mũdi, qui ait Matth. 11. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & propter patientiam vsq; ad mortem, ac vtilitatem quam in alios contulerunt. Psalm. 94. Nos populus pascuæ eius, & oues manus eius. Et quia vias quæ à dextris sunt, ambulauerunt, ideo à dextris collocabuntur. Prouerb. 4. Vias quæ à dextris sunt, nouit dominus: peruersæ vero sunt, quę à sinistris sunt. Has hœdi, i. mali ambulauerunt. Origenes: Hœdus animal est petulcũ, feruens ad coitum, aspera montium conscendens, & per abrupta & dura saxa, & præcipitia incedens. Sic mali relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas. Ephe. 5. Hoc autẽ scito te intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & dei.

Oues mystice quid.

Hœdi

Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutiõe mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi potum: hospes eram, & collegistis me: nudus, & cooperuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, & pauimus te: sitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens rex, dicet illis: Amen dico vobis, quam diu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

Itaq;

Itaq; vniuerso mortalium genere in duos ordines distributo, tanq̃ iustus iudex vtrisq; rationẽ proferet sui iudicij, vt boni cognoscant quibus officijs promeruerũt tantã felicitatem, & mali audiant quibus culpis meruerunt æterna supplicia. Non antea p̃miat vel punit, q̃d ĩjudicet, docens nos ante discussionem non iudicare, sic excusatione magis carebũt qui p̃cedente iudicio puniunt. Nominat nunc regem, cuius est bonos p̃miare, & in malos animaduertere. Hiere. 23. Regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiã in terra. Psal. 71. Deus, iudicium tuum regi da, & iustitiã tuã filio regis. Apoca. 19. Habẽs in vesti mento & in fœmore suo scriptũ, Rex regum & dñs dominantiũ. At dextrum q̃dem ordinẽ placido lætoq; vultu salutans: Venite, inquiet, amici mei, quos mũdus q̃dem despicatos & execrabiles habuit, sed pater meus pro honoratis & laudabilibus habet. Hoc tanto beneficio compensare visum est officia charitatis erga me vestræ, ne vobis perire putetis. Implicat tria: Gratiã, ad quã pertinet benedictio. Prouer. 10. Benedictio dñi super caput iusti. Eccĩ. 11. Benedictio dñi in mercedem iusti festinat, &. 40. Gratia sicut paradisus in benedictiõibus. Prouer. 10. Benedictio dñi diuites facit. Gloriã ad quã regni possessio. Sap. 5. Accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu dñi. Rom. 8. Hrædes q̃dem dei, cohæredes aũt Christi. Præparationẽ, ad quam p̃destinatio. Ephe. 1. Benedictus deus, & pater dñi nostri Iesu Christi, qui benedixit nos oñi benedictione oñi spũali in cælestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi cõstitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Qui p̃destinauit nos in adoptionem filioꝝ per Iesum in ipsum, scd̃m propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ. Ante mũdi cõstitutionem paratum fuit regnum per p̃destinationem, à constitutione mundi per creationem, ab ascensione per apertionem. Iohan. 14. Vado parare vobis locum. Mich. 2. Ascẽdit pandens iter ante eos. Non aũt solum monstrauit qua pergeremus, sed & virtutem, & gratiam cõtulit, deinde & p̃cepta & leges saluberrimaq; monita p̃scripsit. Matt. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Neq; igitur diuina prædestinatio necessitatem nobis imponit, vt etiamnum illos deus delegisse putetur, qui rebelles suæ voluntati, in omnẽ libidinem se resoluunt, qui verbis quidem confitentur, factis autem negant, Tit. 1. Exigit enim euangelium opera vbi adest facultas, exigit fidem per dilectionem operantẽ. Gal. 5. Alioqui arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur, Matth. 7. Audi ergo qua lege ad æternam beatitudinem prædestinatus sis. Esuriui, Esa. 58. Frange esurienti panem tuum. Tob. 4. Panem tuum cum esurientibus & egentibus comede. Hospes Esa. 58. Egenos vagosq; induc in domum tuam. Iob. 31. Foris non mansit peregrinus. Nudus. Esa. 58. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Lucę. 3. Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Infirmus. Iaco. 1. Religio munda & immaculata apud deum & patrem hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo. Ecclesiast. 7. Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. Non te pigeat visitare infirmum, ex hoc enim in dilectione firmaberis. In carcere. Prouerb. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum, liberare non cesses. Si dixeris, vires non suppetunt: qui inspector est cordis, ipse intelligit, & seruatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetq; homini iuxta opera sua. Impertistis mihi vestra qualiacunque, ego vicissim nunc communico vobis totum regnum, quod mihi cum patre est commune. Hæc quum audierint iusti, qui sic exercent opera pietatis, vt quodammodo se fecisse nesciant, stupentes ad tantæ maiestatis benignitatem, dicent &c. Chrysostomus: Fratres sunt, quia fecerunt voluntatem patris. Matth. 12. sed iuxta mundum minimi, quanquàm apud deum maximi, quos fraterni nominis dignatur honore.

Iudicũ ordo

Regnum q̃d modo tripliciter paratum

Tunc dicet & his, qui a sinistris erunt: Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare. Sitiui, & non dedistis mihi potum. Hospes eram, & non collegistis me. Nudus, & non operuistis me. Infirmus & in carcere, & non visitastis me. Tunc respodebunt ei & ipsi, dicentes: Domine, quãdo te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico vobis, quamdiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.

Tum hoc

Tria quædam dãnatorum pœnam exaggerantia

Tum horribili vultu versus ad siniſtros, ſententiam proferet formidabilem, cumulum pœnæ in tribus oſtendens. In excluſione viſionis diuinæ. Diſcedite, qui longe fuiſtis merito, nec audire voluiſtis vocantem. Prouerbio. 1. Vocaui, & renuiſtis: extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret: deſpexiſtis omne conſilium meum & increpationes meas neglexiſtis. Ego quoq; in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, quum vobis id quod timebatis aduenerit. In paſſione ignis, quo omnis pœna deſignatur. Pſal. 10. Pluet ſuper peccatores laqueos, ignis & ſulfur, ſpiritus procellarum, pars calicis eorum. In cohabitatione dæmonis. Eſa. 30. Præparata eſt ab heri tophet, à rege præparata, profunda & dilatata, nutrimenta eius ignis & ligna multa. flatus domini ſicut torrens ſulfuris ſuccendẽs eam. Quia enim compaſſionis expertes ſunt dæmones, & hoſtiliter gaudent de ruina hominum, merito idem habent ſupplicium qui eiuſdem ſunt voluntatis, & ipſi adhærere malunt quàm domino. Iaco. 2. Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non fecit miſericordiã.

Dãnari nõ ob flagitia ſed de bono omiſſo.

Horreſce ergo, quod illi neq; vt ſcorta, neq; vt latrones, neq; ob aliud graue flagitium puniuntur, ſed vt hi qui bonum non fecerunt. Prouerb. 21. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, clamabit ipſe, & non exaudietur. Chriſtus enim in membris ſuis egens refocillatur, vel negligitur. Auguſtinus: Virtute fiet diuina, vt cuiq; opera bona vel mala cuncta ad memoriam reducantur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur, vt accuſet vel excuſet ſcientia conſcientiam, atque ſimul & omnes & ſinguli iudicentur. Hac prolata ſententia, ibunt ĩ qui faſcibus peccatorum preſſi ſunt, in ſupplicium æternum, recepturi pro diuerſis criminibus diuerſa ſupplicia. Apocal. 18. Quantum glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Iuſti in vitam æternam, recepturi ſingulos denarios, Matth. 20. Sunt tamen in domo patris multæ manſiones, Iohannis. 14. & ſtella differt à ſtella in claritate, 1. Corꝝ. 15.

¶De modo docendi in Chriſto, & obſtinatione Iudæorum, Luc. 21. Iohã. 12.

## ARTICVLVS CVXI.

Luc. 21 T

ERat autem diebus docens in templo, noctibus vero exiens morabatur in monte qui vocatur Oliueti. Et omnis populus manicabat ad eum in templum, audire eum.

Nobis hæc ad figuram prætulit, vt apud fluenta nocte quidem accipiamus orationis fluxum ex venis ſpiritualibus, die autem effundamus hauſta his qui opus habent. Populus propter doctrinæ profunditatem & vtilitatem, eloquentiæ venuſtatẽ, & operꝝ virtuoſitatem, diluculo veniebat in tẽplo audire verba ſalutis. Pſal. 44. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Vnde Petrus ait Iohannis. 6. Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.

Vide parte .2. ar. 23. b

¶FINIS PARTIS PRIMAE.

# PRAEFATIO IN PARTEM SECVNDAM, CONTINENTEM ENARRATIONES IN IOHANNEM.



HOC INTER Theologiam distat & philosophiam, q theologia increatæ nititur veritati, atq; per lumẽ gratiæ reuelatur: philosophia vero naturali lumini & humanæ rationi censetur, atq; humano (ex consideratione rerum creatarũ) studio inuenit. Vnde theologiæ nulla subesse potest falsitas. Psal. 92. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Nam Iohan. 17. ait saluator: Sermo tuus veritas est. Hinc in ijs quæ fidei sunt, varia & diuersa opinari non licet, quum ab altissimo sumat exordium. Philosophiæ vero diuersi miscẽtur errores, quia ex infimis paulatim ad summa conscendere conatur. Eccẽs. 7. Solummodo hoc inueni, quod fecerit deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus. Natura enim diuina, quoniam in immensum superat imbecillitatẽ humani ingenij, quamlibet alioqui felicis ac pspicacis, nec sensibus nostris, vt est, potest percipi, nec animo cõcipi, nec imaginatione fingi, nec verbis explicari, Lucem eñ habitat inaccessibilem, quẽ nullus hominũ vidit, sed nec videre potest, 1. Timoth. 6. Quanquam autẽ in rebus conditis vestigia quædam sublucent diuinæ sapientiæ, potentiæ, ac bonitatis, fit quidẽ vt similitudines ductæ ab his rebus, quas vtcunq; sensibus ingenioq; cõplectimur, adducant nos in tenuem aliquam & vmbraticam rerum incomprehensibilium cognitionẽ, vt eas veluti per somnium ac nebulam vtcunq; contemplemur. 1. Corinth. 13. Videmus nũc p speculum in ænigmate, nulla tamen similitudo duci potest à rebus vllis conditis, siue spectes angelos, siue cæloꝝ machinam, siue hæc inferiora corpora nostris sensibus ita familiaria, vt tamen ad plenum à nobis comprehendi non possint, quæ per omnia quadret ad rationem ad naturam eoꝝ, ad quoꝝ cognitionem præstandam illæ collationes adhibentur. Itaq; conuenit homini huc omne studium conferre mẽtis, vt amet dei bonitatẽ potius q̃ suspiciat, aut comprehendat illius sublimitatem, quam ne Cherubim quidem, aut Seraphim, ad plenũ assequũtur. Prouer. 25. Qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Et quanquam deus in omnibus operibus suis non potest non esse mirabilis, tamen maluit nobis ob bonitatem amabilis haberi, quàm ob celsitudinem stupendus. Cæterum plenior cognitio diuinæ naturæ, futuro seculo seruatur, his qui hic per innocentis vitæ pietatem purgarunt cordis oculos. Nam videbimus eũ tunc sicuti est, 1. Iohã. 3. Quia facie ad faciem, 1. Cor. 13. Satis est interim ad consequendã salutem æternã, ea de deo credere, quæ palam ipse de se prodidit in sacris literis, per selectos viros ad hoc spiritu sancto afflatos, quæq; post versans in terris ipse discipulis suis aperuit, ac demũ per spiritum sanctũ ijsdem in hoc selectis discipulis patefacere dignatus est. Iohan. 16. Cum venerit spũs ille veritatis, docebit vos omnẽ veritatẽ. Hæc simplici fide tenere, Christiana philosophia est: hæc puro corde venerari, vera religio est: per hæc tẽdere ad cælestis vitæ meditationem, pietas est: in his pseuerare, victoria est: per hæc vicisse, summa felicitas est. 1. Iohan. 5. Hæc est victoria quæ vincit mundũ, fides vestra. Quum eñ natura rerum diuinaꝝ, summis etiam hominũ & angeloꝝ ingenijs sit incõprehensibilis, & euangelica professio ad omnes mortales ex æquo pertineat, de rebus diuinis tantum aperuit nobis per filium suum pater cælestis, quantum satis esse voluit ad consequendam salutẽ. Itaq; periculosæ cuiusdam temeritatis est, quicquam affirmare de natura diuina, præter ea quæ nobis vel Christus ipse, vel spũs sanctus aperuit. Matt. 11. Nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Iohã. 17. Pater, manifestaui nomẽ tuum hominibus quos dedisti mihi. Sed quoniam his temporibus vt creuit ecclesia & euangelici sermonis triticum in cordibus piorum, ita succreuit & impioꝝ zizania, quoꝝ execranda temeritas eo prorupit, vt quidam non veriti sint Iesu Christo adimere naturam humani corporis, pro homine spectrum inane ac præstigium hominis subijcientes, quidam e diuerso diuinam naturã eidem detraherent, mentientes tum demum cœpisse, quum nasceretur ex Maria virgine, quod excæcati terrenis affectibus, non assequerentur diuini consilij mysterium, quomodo deus verus hominẽ veꝝ assumpserit, vt idem esset vtrũq;, neq; quicq̃ interim decederet incõmutabili naturæ diuinæ,

Fidem opiniones nõ pati.

Scopus ac sũma scripturæ.

& constaret integritas naturæ humanæ: hinc Iohãnes magnus theologus, qui & frater dñi gratia, simplex & illiteratus, Act. 4. Cõperto q̃ homines essent sine literis & idiotæ (Petrus videlicet & Iohannes) admirabãtur & cognoscebãt eos qm̃ cum Iesu erant, dilectus præ cæteris discipulis à dño, nam absolute mitis erat, suauissimis q̃ moribus, vt eius scripta indicant, ac mundo corde, nempe virgo, amplius notitię dei donum accepit, mysteriis q̃ plerisq; incognitis ipse dedicatus est. Nam vt dicit Chrysostomus, totius humanitatis ingenia transcendẽs, illuc mẽtis apicem direxit, quo vix angelica creatura pingere potest, Christi diuinitatem ostendens. Vnde in Patmo insula euangelium conscripsit post trigintaduos annos post assumptum Iesum in cælũ, diuinam simul & humanam declarans naturam contra hæreses tunc insurgentes. Historicũ autem narrandi ordinem obseruãs in eo, describit primo quis sit, deinde quur venerit, postremo qd gesserit. Et primum à diuinitate Christi orditur.

Quæ tria Iohãnes q̃ sequatur.

¶De æterna Christi generatione, Iohan. 1.

## ARTICVLVS I.

Iohan. 1. A

IN principio erat verbum, & verbum erat apud deũ, & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est.

Immensam diuinæ benignitatis ostẽdit abyssum, in humani generis reparatione per incarnationis mysteriũ, declarans deum verum, verum assumpsisse hominẽ. Initio ergo hoc agit, vt doceat verbi naturã qua ab æterno à patre progignitur, ponens primo verbi ad patrem inseparabilitatem. In principio, inquit, erat verbũ. Quod à principio est, eius omnino nullum tẽpus inuentum quando non erat. 1. Iohan. 1. Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ cõtrectauerunt de verbo vitæ, & vita manifestata est, & vidimus & testamur & annũciamus vobis vitã æternã quæ erat apud patrẽ, & apparuit nobis. Gene. 1. dicitur: In principio creauit deus cælũ & terrã, vnde nõ sempiternũ seculũ: hic aũt, erat, quare sempiternum verbũ, quia tũc erat quãdo condi creaturæ cœperũt. Eccl. 24. Ego ex ore altissimi prodij primogenita ante omnem creaturam. Heb. 13. Christus Iesus heri & hodie, ipse & in secula. Mich. 5. Egressus eius à principio, à diebus æternitatis. Hinc dicitur principium. Interrogatus enim, Tu quis es? respondit Iohan. 10. Principium qui & loquor vobis. Apoc. 1. Ego sum alpha & ω, principiũ & finis. Dictũ est aũt cum articulo illud verbum: Dicitur verbum, quia mentem patris nobis annunciauit. & quia sicut verbũ gignitur ex mente sine passione, sic & hic à patre natus est absq; vlla affectione. Hilar. Aeternitas est in patre, species in imagine, vsus in munere. Pater quippe principium sine principio. Filius vero & spũs sanctus principiũ, sed de principio. Hinc dicitur imago bonitatis dei, Sapiæ. 7. Colos. 1. Qui est imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ. Secundo ponit distinguentem proprietatẽ, Apud deũ. Impossibile est deũ absq; sermone & sapientia esse, sicut sol nõ est absq; splendore. Heb. 1. Qui quum sit splendor gloriæ & figura substãtiæ eius. Sic erat indiuisæ naturæ cum patre, vt iuxta personæ proprietatẽ eẽt apud patrẽ: nec sic adhærebat patri, quẽadmodũ accidẽs adhæret subiecto, sed deus erat ex deo, & deus erat in deo circũincessibiliter. Ioh. 14. Nõ credis qa ego in patre, & pater in me est? Quia ergo verbũ apud deũ, manifestũ q̃ duæ personæ introducãtur. nullus em̃ apud se esse dicit, etiã si vna natura in his duobus, cõtra Sabelliũ Lybem, qui nugabatur patrem & filium & spiritũ sanctũ vnam personã, quę aliquando vt pater, quandoq; vt filius, nonnunquam vt spũs sanctus apparuerit. Tertio essentialem vnitatem, Et deus erat illud verbum. Non simpliciter ponitur verbũ, sed additur articulus, vt non possit de quouis accipi verbo, sed de certo quopiã & insigni. Habet em̃ hanc vim articulus. Vides ergo quod & verbum erat deus, & ita vna natura, qd articulus appositus ad deus, indicat: & ille deus, pater & filius & spũs sanctus, qa & vna diuinitas: contra Arrium, qui filium dixit creaturã, vt mendacis patris filius, malignoq; spũ plenus. Alius em̃ de persona, aliud de natura dicitur. Iohan. 8. Ego & pater vnum sumus. 1. Iohan. 5. Scimus quoniam filius dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus deum verum, & simus in vero filio eius. Hic est verus deus & vita æterna. Roma. 9. Qui est super oĩa deus benedictus in secula. Hinc Hiere. 23. Suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudiciũ & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habita-

Quid primo ponat Iohannes.

Quid secundo.

Sabelliũ hæresis.

Quid tertio.

Arriũ hæresis. Alius & aliud q̃ differant.

habitabit confidenter. Et hoc est nomen quod vocabũt eum, dñs iustus noster. Vbi ponitur nomen dñi tetragrammaton, quod nulli cõuenit nisi solo deo. Quarto coæternitatem, hoc erat in principio apud deũ. Tria breui hoc verbo cõplexus est; verbi diuinitatem, Hoc dicens, referendo proximã sententiã. Dicens, erat in principio, facit patri coæternum verbum. Quod ait, apud deũ, notat discrimen personarũ. Rursus diuinitatem ostendẽs, ne existimes verbũ quod in aera diffunditur & dissoluitur, factorẽ omniũ, dicit tam visibilium q̃ inuisibilium. Neq; em̃ cõditus est à patre, sed per hunc sibi coæternũ sermonẽ suum, pater cõdidit vniuersa quæcũq; cõdita sunt, & per eundẽ gubernat vniuersa. Sapiæ. 8. Attingit à fine vsq; in finem fortiter, & disponit oñia suauiter. & p eũdem instaurauit vniuersa, nõ velut instrumẽto vtens aut ministro, sed vt eiusdẽ naturę, eiusdemq; virtutis filio, vt ex patre velut autore summo prodirẽt omnia quæcũq; sunt, sed per filium quem sibi per oñia parem ab æterno genuerat ac semper gignet. Heb. 1. Per quem fecit & secula. Coloss. 1. Quoniã in ipso condita sunt omnia in cælis & in terra, visibilia & inuisibilia. Quia in ipso cõplacuit omnẽ plenitudinẽ inhabitare, & per eũ reconciliari oĩa in ipsum, pacificans per sanguinẽ crucis, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt. Cum natura sit operationis principium, sicut trium personarũ est vna natura, ita & vna indiuisaq; actio ad extra. Dicit aũt scriptura, patrẽ operari per verbũ & p spiritum sanctũ: vt sciamus sanctæ trinitatis indiuiduã esse actionẽ ad extra, & per consequens eandem essentiam, sicq; credatur vnus simplicissimus & verus deus. Iohan. 14. Pater aũt in me manens, ipse facit opera. Iohan. 5. Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. Psal. 103. Emitte spiritum tuũ, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Psal. 32. Verbo dñi cæli firmati sunt, & spũ oris eius omnis virtus eorũ. Omne ergo factibile per ipsum factũ est. Beda: Si nihil creaturarũ sine ipso factũ est, patet profecto qa ipse creatura non est, per quẽ omnis creatura facta est. Cum ergo omnis creatura dei bona sit, 1. Timot. 4. Vnde vidit cuncta quæ fecit, & erãt valde bona, Gene. 1. quare tam multa patimur mala à creatura? Audi sapiẽtem: Armabit, inquit, creaturam ad vltionẽ inimicorũ, Sapiæ. 5. Hinc non obseruantibus p̃cepta, comminatus est Leuit. 26. Immittam in vos bestias agri, quæ consumãt vos & pecora vestra. De pœna ergo tua peccatum tuum accusa, non iudicem. Nam propter superbiam nostram domandã instituit deus nos à vilissimis & abiectissimis torqueri: vt quũ superbus fuerit homo, & se iactauerit aduersus deũ & quum mortalis sit, ipse mortalem terruerit, & quũ homo sit, proximum non agnouerit hominẽ, & se erexerit, pulicibus subdatur. Quid em̃ superbis terra & cinis? Eccl. 10. Homo tibi cõuicium dixit, & intumuisti ac iratus es. pulicibus resiste vt dormias. Sic ad domandam Pharaonis superbiam, non leones, non vrsos aut serpẽtes, sed muscas immisit, vt rebus vilissimis superbia domaretur. Sic Antiocho vermes è proprio corpe scaturientes, 2. Mach. 9. Sic & Herodes non dans honorem deo, percussus ab angelo, cõsumptus à vermibus expirauit, Act. 12. Hinc Deuter. 32. Moses ait: Date magnificentiã deo, dei perfecta sunt opera, & oẽs viæ eius iudicia. peccauerunt ei & non filij eius in sordib⁹. Generatio praua atq; peruersa, hæccine reddis dño populе stulte & insipiens? Nũquid non ipse est pater tuus, q possedit te, & fecit & creauit te? Omnia ergo naturam seruãtia, quia peccatum naturæ non seruat ordinem, sed corrũpit, per ipsum facta sunt. At à quo ad quid, nisi ab ipso, per ipsum, & ad ipsum? Quatenus em̃ efficiens est, ab ipso sunt oĩa: quatenus forma & veritas rerũ, per ipsum. Anselmus: Pater fecit omnia per verbum, licet sit eiusdem essentiæ cum patre, quia fecit oĩa sua potentia quæ est idem filio. est em̃ idẽtitas virtutis operantis in patre & filio, ita vt virtus illa sit à patre in filio. Quatenus finis est & cõsummatio omniũ, ad ipsum sunt oĩa. Rom. 11. Quis cognouit sensum domini? aut quis cõsiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Qm̃ ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi honor & gloria in secula seculorum, amen.

Quid ergo

Cur bonæ dei creaturæ hominẽ infestent

Peccato ordinẽ naturæ corrũpi

## Sine ipso factum est nihil.

Bifariam distinguitur hic locus. Chrysostomus hom. 4. & Vulgarius sic legũt: Et sine ipso factũ est nihil, quod factũ est. vt intelligas nihil omnino creatũ, quod nõ sit creatum à patre per filium, ne quis existimet spiritum sanctum facturã. Augustin. Sine ipso factum est nihil. i. quicquid factum est, non absq; eo factum est. Sic & Cyrillus, vt intelligamus omnia per filium fuisse condita, tam visibilia q̃ inuisibilia: & quicqd cõditum fuit, in eo verbum illud est vita, vt non solũ oñibus sit autor originis cum patre, verum etiã idem admixtum omnibus, veluti vita tueatur & conseruet vniuersa quæ condita sunt. Ad hãc sententiam facit, quod cum bis dixerit, vitam, priori vitæ non addidit articulum, posteriori addidit. In eo quod conditum est, verbũ illud erat quædam vita dum impartit in-

columitatem naturæ conditæ: & illa vita erat illa lux hominum, quæ veram illam ac ineffabilem vitam significat.

Quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominũ, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderũt. Fuit homo missus a deo cui nomen erat Iohannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederẽt per illum. Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.

2 Non solũ in eo erat vis nutu suo condẽdi reꝝ visibilium & inuisibilium vniuersitatẽ, verumetiã in eodẽ erat vita, vigorq; omniũ quæ cõdita fuerãt, vt per eundẽ vnũquodq; natiuo suo vigore ageret, seseq; vi semel insita perpetua propagatione tueretur. Secundum Dionysiũ, omnia sunt in deo per causam & exemplar. quod aũt in alio est, in eo est secundũ naturam & modum eius in quo est, & secundũ proprium esse ac modũ. Cũ ergo deus sit mens æterna & simplicissima, certum est q; omnia sint in eo prationem simplicem & æternã, quæ appellatur idea & exemplar, quia per illam deus cognoscit & operatur creata. Sapiæ. 7. Candor eñ est lucis æternæ, & speculum sine macula dei maiestatis, & imago bonitatis: & cũ sit vna, oĩa põt: & in se permanẽs, oñia innouat. Palam est aũt, q; deus cũcta & singula proprijs rõnibus ac speciebus intelligat & producat. Vitam itaq; nominat, qa fons vitæ. Psal. 35. Qñ apud te ẽ fons vitæ. Ioh. 5. Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitã in semetipso. Eo q; cõtineat vitã oĩm in se, vitã oĩbus p̃stans. Gene. 2. Formauit igit dñs deus hoĩem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculũ vitæ, & factus est homo in animã viuentẽ. Acto. 17. Ipse dat oñibus vitam & inspirationem. In ipso enim viuimus, mouemur, & sumus. Sap. 11. Qũo aũt posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatũ non esset, cõseruaretur? Sic & spũalis vitæ reconciliator existit. Coloss. 3. Cũ Christus apparuerit vita vestra. Iohan. 10. Ego veni vt vitã habeant. Modũ indicat. 1ohan. 5. Amen amẽ dico vobis, qa venit hora & nũc est, qñ mortui audient vocẽ filij dei: & qui audierint, viuent. Demũ vitæ æternæ largitor. 1ohan. 10. Ego vitã ęternã do eis, scilicet ouibus meis obsequẽtibus. 1. Cor. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo oẽs viuificabũtur. Hinc signatur per lignũ vitæ. Gene. 2. Lignum vitæ in medio paradisi. Iohan. 14. Ego sum via, veritas & vita. Deuter. 30. Elige ergo vitam, vt & tu viuas & semen tuum, & diligas dominũ deum tuũ, atq; obedias voci eius, & adhæreas illi. Ipse est eñ vita tua & longitudo dierum. 1. 1ohan. 5. Qui habet filium dei, habet vitã: qui non habet filium dei, non habet vitam. Sicut autem est fons vitæ omnibus, ita est & fons lucis, nimirum patre per æternã natiuitatem in eũ transfundente naturæ diuinæ plenitudinẽ. adeo vt solus vitã restituat etiam mortuis, & animoꝝ quamlibet densam noctem luce sua depellat. Est lux, nõ corporalis sensibilis, sed spũalis animã illustrãs. Psal. 17. Quoniam tu illuminas lucernã meã domine, deus meus illumina tenebras meas. Ratio data nobis, secundum quam rationales vocamur, lux est, quæ ducit nos ad ea quæ sunt facienda & quæ nõ. Psal. 4. Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? Signatũ est super nos lumen vultus tui domine. Sed viuebant homines in ignorantia, & in peccatoꝝ tenebris versabantur, mutas statuas pro deo viuo colentes, cæcis cupiditatibus turpiter immersi, & obscuratum est insipiens cor eorum, Roma. 1. nec habebant cordis oculos quibus æterna veritas conspicitur. Insperserat deus scintillulam aliquam ingenij perspicacis animis hominũ, sed hanc affectus corporales & tenebræ vitioꝝ obcæcauerant, vt nec humana philosophia, nec Mosaicæ legis religio, nec prophetarum faces hanc discutere quiuerint. Tandem venit sol iste noster ęternus, vt vitam restitueret omnibus hominibus, & peccatorum absterſa caligine, redderet omnibus oculis, vt per fidei lumen agnoscerẽt deum patrem colendũ, & huius vnicum filium Iesum Christum. Iohan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Psal. 42. Emitte lucem tuam & veritatẽ tuam: ipsa me deduxerũt & adduxerũt in montẽ sanctũ tuũ & in tabernacula tua. Beda: Hoc verbo apertissime docetur, quod ipsa vitalis ratio per quam omnia dispositа sunt & reguntur, non omnem creaturam, sed rationalem tantum, vt sapere possit, illuminat. Homines nanq; ad imaginem dei facti, sapiẽtiam percipere possunt. cætera nõ possunt. Sed animalis homo non percipit ea quæ sunt spũs dei, 1. Cor. 2. Vnde in Aegypto tenebris ex-

bris existentibus, vbicūq; Israel erat, lux erat, Exod. 10. Lucet aūt lux in tenebris, sed tenebræ q̄diu tenebræ manent, ipsam nō comprehendūt fide per dilectionē operante. Iohan. 8. Sermo meus non capit in vobis. Non ergo lucis vitio, nā lucet in tenebris, sed tenebrarū, non capitur lumen. Iob. 24. Ipsi fuerūt rebelles lumini, nescierunt vias eius, nec reuersi sunt per semitas ei⁹. Quemadmodū sol cæcis præsens est, ipsi vero absentes soli, sic peccatores luci gratiæ absentes sunt. Hiere. 5. Peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis. Tenebræ dicuntur peccatores, qui in peccatis sunt ignorantiæ. Sap. 2. Excæcauit eos malitia illorum. Eccl. 11. Error & tenebræ peccatoribus concreata sunt. Hinc de gentibus ait Apostolus Ephe. 4. Tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vita dei per ignorantiam quæ est in illis propter cæcitatem cordis illorū. Psal. 81. Nescierunt neq; intellexerunt, in tenebris ambulant. Quærunt tenebras latentiæ. Iohā. 3. Dilexerūt homines magis tenebras q̄ lucem, erant enim eorū mala opera. De quibus Ephe. 5. Quæ autem in occulto fiunt ab eis, turpe est & dicere. Esa. 29. Væ qui profundi estis corde, vt à dño abscondatis cōsilium, q̄rū sunt in tenebris opa, & dicūt: Quis videt nos? & qs nouit nos? Peruersa est hæc vestra cogitatio, quasi si lutū cōtra figulū cogitet, & dicat opus factori suo, non fecisti me: & figmentum dicat fictori suo, non intelligis. Vadunt ad tenebras gehennæ. Iudæ. 1. Quibus procella tenebrarum seruata est in æternum. & Matt. 25. Inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Purget ergo quisq; oculos à puluere, pituita, fumo, s. peccatorum, clamans cū propheta Psal. 12. Illumina oculos meos, ne vnquā obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus prævalui aduersus eum. Prouer. 4. Via impiorum tenebrosa, nesciunt quo corruant. Nā timentibus deum huius lucis ortus promittitur. Malac. 4. Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ. Psal. 96. Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia. Quid autem facias his, qui scientes ac volentes, lucem oblatam à se depellunt: qui inuitati ad lucem, vltro claudunt oculos ne videant? Certe nihil ab ipso factum non est, vt ne quisquam eēt expers sui luminis. Nō enim ingessit se subito mortaliū oculis, ne magis etiam illos exōcularet ob incredulitatē. Quis enim rem tam admirandam credidisset, nisi paulatim multis modis præparasset mētes hominū ad credulitatem? Facturus ergo sermonem de incarnatione, præmittit de præcursore, quē missum dicit. Nam pseudo prophetæ nō mittuntur. Hiere. 23. Non mittebam prophetas, & ipsi currebant. Hinc Mosi dicitur Exo. 3. Veni, mittam te ad Pharaonem. Psal. 104. Misit Mosen seruum suum, Aaron quem elegit ipsum. Sic saluator in euangelio se missum dicit Iohan. 8. Qui misit me verax est. Et qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum, quia quæ placita sunt illi, facio semp. Vnde discipulis ait Ioh. 20. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Sic Iohannes missus perhibetur, sed à deo. Malac. 3. Ecce mitto angelum meum, qui præparabit viā ante faciem meam. Subuertens aūt opinionē aliquorū, qui Iohannem angelum opinabant natura, dicit, homo: quia nō natura, sed officio angelus erat. Et bene Iohānes noīatus, quia in vtero matris spū sancto repletus. Luc. 1. Et spū sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ, quo maior (teste dño) non surrexit, Matt. 11. & quia gratiam Christi primus annunciauit. Matth. 3. Pœnitētiam agite, appropinquauit regnum cælorū. Nam & in hoc delectus ac missus à deo, vt iuxta prophetiam quæ de ipso erat, testimoniū præberet de illo lumine diuino, q̄d humano corpe dissimulatū versabatur in mundo: non q̄ qui deus esset, & paterna voce p̄dicatus est Mat. 3. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, opus haberet hominis testimonio, sed vt omnibus modis sese insinuaret in credulitatem mortalium, Iohannem voluit esse præcursorem lucis, quemadmodū Lucifer solis exortum præuius nūciat mūdo: suaq; prædicatione p̄pararet animos hominū ad excipiendam lucem iam iamq; venturā, quanq̄ quidā vitio suo nō crediderunt, quēadmodū sol lucet vt omnes illuminet. Per illum, dicit: non, in illum. Non em̄ erat ille lux illa, effectiue illustrans, & gratiæ lumen præstās, & per essentiā lucens, tametsi priusq̄ Christus inclaruisset miraculis, multi suspicarentur Iohannem esse lucem illam à prophetis promissam. Esa. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbrę mortis, lux orta est eis. Vere p̄co tantū veræ lucis erat Iohannes, nō ipsa lux: Lucem aūt recte dixerimus vnūquemq; sanctorū, sed non lucem illam cum articulo, quia sancti per participationem. Cyrillus: Omnis creatura qm̄ compositione cōstat, lux vera nō est, neq; proprie, sed participatione. Lux vera est, quæ illuminat non illuminata: ea vnigenitus est filius dei. Homines & angeli lux sunt, sed id proprietate naturæ non est: nam docere possunt, illabi & creare non possunt vt deus, q vnicuiq; semē sapiētiæ infundit, hoc est, pietatis & intelligēdi radices inserit. Sancti ergo dispositiue illuminant, ad gratiā præparādo, tum verbo tum exemplo. Vnde de Iohāne dñs ait Iohan. 5.

Tenebræ q̄ dicantur

Ioh. Baptista qui angelus fuerit.

Lux quō sancti dicā tur.

Ille erat lucerna ardens & lucens. Et discipulis Matth. 5. Vos estis lux mũdi. Sic & Apostolus Philip. 2. Sitis sine querela, simplices filij dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mũdo, verbũ vitæ cõtinẽtes. Et ad Ephe. 5. Eratis aliquãdo tenebræ, nunc aũt lux in dño. vt filij lucis ambulate. Fructus eñ lucis est in omni bonitate & iustitia & veritate. 1. Thess. 5. Oẽs vos filij lucis estis & filij diei. Non sumus noctis neq; tenebrarũ. Igitur nõ dormiamus sicut cæteri, sed vigilemus & sobrij simus. Non fuit ergo ipse illa lux, id est, Christus, sed eius præco, Iohan. 5. Vos misistis ad Iohannẽ, & testimoniũ perhibuit veritati. Acto. 13. Prædicãte Iohanne ante faciẽ aduẽtus eius baptismũ pœnitẽtiæ omni populo Israel. Cum impleret aũt cursum suũ, dicebat: Quem me arbitramini esse, non sum ego: sed ecce venit post me, cuius non sum dignus calceamenta pedũ soluere. Hinc baptizauit in nomine venturi. Act. 19. Iohãnes baptizabat populũ baptismo pœnitẽtiæ, dicens, in eum qui venturus esset post ipsum, vt crederẽt, hoc est, in Iesum. Illa lux de qua loquor, erat lux vera, vnde & Iohãni ipsi suũ lumen fluxit. Illuminat aũt oẽm hoiem lumine naturali, dãs rationẽ qua inter bonum & malũ discernere possint, ac ex creaturis cognoscere creatorẽ deũ. Rom. 1. Inuisibilia ipsius à creatura mũdi per ea quæ facta sunt intellecta, cõspiciuntur: sempiterna quoq; eius virtus & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles. Hinc Sapiæ. 13. Vani sunt oẽs homines in quibus nõ subest sciẽtia dei, & de his quæ videtur bona, non potuerunt intelligere eum q est, neq; operibus attendẽtes, agnouerũt quis esset artifex. Sic & sapiẽtia diuina. Eccl. 1. Omnis sapientia à dño deo est. Iacob. 1. Si quis indiget sapientia, postulet à deo, qui dat oñibus affluenter, & nõ improperat. Demũ dono fidei. Quemadmodũ eñ absq; sole cæcus est hic mũdus, ita absq; hac luce caligãt vniuersa. Mundus aũt, vbiq; regnante peccato & abominandis erroribus, vndiq; tenebrosus erat. Iudæi volũt hãc lucem sibi proprie vindicare, q; his proprie videret promissa, q̃d ex ñsdẽ & apud eosdem iuxta carnẽ exorta. Nume. 24. Orietur stella ex Iacob, sed illa venerat vt per euangelicã fidẽ illuceſceret cordibus omniũ totius orbis nationũ. Esa. 9. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucẽ magnã: habitãtibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Chrysostomus: Ille omnẽ hominẽ illuminat quantũ de se est: si aũt quidã oculos mẽtis claudẽtes nõ illuminãtur, nõ lucis natura obtenebratio est illis, sed à malitia sua. sicut ab introitu omnibus patenti & nullo prohibente, q voluntarie foris remanent, à propria malitia pereunt. Vnde mali cõquerũtur, sed sero Sap. 5. Errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen nõ luxit nobis, & sol intelligẽtiæ nõ est ortus nobis. Augustinus: Ipse illuminat omnẽ hominem, qa nullus illuminatur nisi p ipsum. Semper fuit in mundo, non q; qui immensus est, vllo loco; ambitu cõtineatur, sed vbiq; præsens per essentiam, præsentiam & potentiam. Omnia enim penetrat, & ad omnia sua se potentia extendit, suoq; cõspectui oñia patent. Hiere. 23. Nunquid non cælum & terram ego impleo? Sap. 8. Attingit à fine vsq; ad finẽ fortiter, & disponit omnia suauiter. Quare Prouer. 15. In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos. Nec mirum, quum mũdus per ipsum factus sit. Oportet autem vbique ipsum opificem, partim vt Manichæi insaniam reprimeret, malignũ opificem omnia produxisse dicentis, & Arrium confutaret qui filium creaturam dixit: ac partim, vt omnem hominem induceret, vt factorẽ confiteatur, & non seruiat creaturis, sed adoret creatorem. Mundi autem nomine vniuersum hoc significatur q̃d ab ipso creatũ est, & ij qui mundũ sapiunt. Augustinus: Si terram diligis, terra es: si deum, deus. 1. Iohan. 5. Totus mundus in maligno positus est. Hic eum nõ cognouit, quia terreni nõ cognoscunt per fidem formatã. Tit. 1. Confitentur se nosse deum, factis aũt negant. De quibus Esa. 1. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Israel autẽ me non cognouit, & populus meus non intellexit. Iohan. 17. Pater iuste, mundus te non cognouit. Additur mundo articulus.

Qui cur nõ illuminent.

Manichæi hæresis.

Mundi nomine quid intelligendum.

3 In propria venit, & sui eum non receperũt. Quotquot aũt receperũt eũ, dedit eis potestatẽ filios dei fieri, his qui credũt in nomine eius: qui nõ ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Et verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis (& vidimus gloriã eius, gloriã quasi vnigeniti a pttre) plenum gratiæ & veritatis.

Non mirum si gentes idolorũ cultores, huius vitæ cõmodis omnia metientes, prophetarum & legis rudes, nõ agnouerunt humana specie venientem, illud magis mirandum, q; peculiariter ad suam gẽtem veniens, cui promissus Messias, & tot seculis expectatus, adeo nõ est receptus à suis, vt quibus seruãdis peculiariter venerat, efferatis animis exi-

tium mo

rium moliti sint. Matth. 21. Hic est hæres, venite, occidamus eum. Hac aũt occasione sic gẽtes admissæ sunt ad euangelicã salutẽ. Act. 13. Tunc constãter Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primũ loqui verbũ dei: sed qm̃ repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce cõuertimur ad gẽtes. vt nec Iudæis, nec vllis omnino nationibus sit præclusus aditus, si modo deposita peruicacia se præbeant obedientes fidei, quę prima est ianua ad salutẽ æternã. Nullum dñs cogit & attrahit necessitate, sed voluntatem relinquit & electionẽ. Non em̃ est personaꝝ acceptio apud deũ, sed in omni gente qui timet deum, & operat iustitiã, acceptus est illi, Act. 10. Chrysost. Nõ dixit, fecit eos filios dei, quia opus est & studio nostro. Dicẽdo em̃, potestatẽ, ostẽdit qm̃ non simpliciter hæc gratia superaduenit, sed nobis volẽtibus & studẽtibus. Etenim in nostra potentia iacet, quid horum eligamus, id est, filios dei fieri, vel nõ fieri. Modũ subdit. His qui credũt, ait, qui suscepto verbo lucem veram per fidẽ receperũt, & declararunt. Nam ideo dei filius ac deus ipse sese demisit ad humilitatẽ nostrã, vt nos per fidem ad suam sublimitatẽ eueheret: ideo suscepit in se nostræ mortalitatis ignominiam, vt nos diuinæ gloriæ faceret consortes: ideo homo ex homine nasci voluit corporeus, vt nos renascceremur spirituales. Ad hãc dignitatẽ summã admissi sunt humiles, reiectis elatis: nã hos filios agnoscit deus, non qui per corporeum semen, aut carnis libidinẽ nascuntur filij Abraæ, sed qui per fidem nascuntur ex deo. Licet aũt homo, dum conuertitur ad Christũ per fidem & dilectionem efficiatur dei filius adoptiuus: hoc tamen non est, nisi in quantũ habet propositum recipiendi baptismum, in quo spiritualiter renascimur, & filiatio dei adoptiua perficitur, & sic regnũ dei percipitur. Iohan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ potest introire in regnũ dei. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natũ est ex spũ, spiritus est. Galat. 3. Omnes vos filij dei estis per fidem quæ est in Christo Iesu. Roma. 8. Si filij, & hæredes: hæredes quidem dei, cohæredes autẽ Christi. Ex generatione terrena & naturali, carnales sumus & morti obnoxij: ex diuina, cælestes sumus & immortales. Ex terrena peccamus, ex diuina peccare nõ possumus. 1. Iohã. 3. Omnis qui natus est ex deo, nõ pecccat, sed generatio dei cõseruat eũ. Manẽs ergo in illa generatione, nõ peccat. Cõsideremus gratiã redẽptoris, quãta sit, q̃ magna multitudo dulcedinis eius. descẽdit ad terrã, vbi fratres sibi quibus regnũ patris sui dare posset, acquireret. Cõsideremus & quanta sit virtus fidei, cuius merito datur potestas hoĩbus, filios dei fieri. Scriptũ est em̃ Abac. 2. Iustus ex fide sua viuet. Viuit em̃ iustus ex fide, nõ illa quæ labiorum tantũ profertur cõfessione, sed quæ p dilectionẽ operat, Galat. 5. Alioqui fides si nõ habeat opera, mortua est in semetipsa, Iac. 2. Nullus seipsum despiciat, nullus de se desperet. curramus oẽs, curramus singuli, vt q eramus longe, Proue. 15. Lõge est dñs ab impijs. mereamur fieri prope in sanguine Christi, Ephe. 2. Audiamus q̃d dicit, Quotquot receperunt eum, &c. Vis aũt scire quis nobis conciliarit hanc gratiam adoptionis in filios? Verbum caro factũ est. Filius dei factus est hominis filius, vt homines faceret filios dei. Hinc Apollinaris Laodicensis dixit non hoĩem, sed tantũ carnẽ susceptã, nõ intelligens scripturæ consuetudinẽ, q̃ nonnunq̃ totum à parte denominat. Gene. 46. Descendit Iacob in Aegyptũ in animabus septuaginta. & Esa. 40. Videbit oĩs caro pariter q̃d os domini locutum est. Neq; em̃ animæ sine corporibus in Aegyptum descendere, neq; caro sine anima videre aliq̃d potest. Nec assumpsit ad tẽpus, mox depositurus, quod assumpserat: sed quo certã fidem faceret hoĩbus, humanæ naturæ, non p fucũ, quẽadmodum Eutyches, Valentinus & Manichæus nugabant, diu versatus est in terris. sitijt, esurijt, afflictus est, mortuus est, oculis cõspectus est, auditus, cõtrectatus. Baruc. 3. Post hæc in terris visus est, & cũ hominibus cõuersatus est. Nõ em̃ dixit, Verbũ caro apparuit, sed factũ est. Zacha. 2. Gaude & lætare filia Sion, quia ecce ego venio & habitabo in medio tui, ait dñs, & applicabũtur gẽtes multæ ad dñm, & habitabo in medio tui. Esa. 52. Propter hoc sciet populus meus nomẽ meũ in die illa, qa ipse ego qui loquebar, ecce assum. Sunt em̃ duæ in ipso naturæ, & vna hypostasis: quare & duæ generationes, & vna filiatio. Generatio em̃ naturam respicit, filiatio personã. Porro vt hæc dignitas humano generi esset perpetua, adhuc habitat in nobis carnem humanã gestans, atq; iam glorificata confidens ad dexteram patris omnipotẽtis. Habitauit & olim inter filios Israel, per singularem gratiam & protectionem. Exod. 25 Habitabo in medio eorum. 3. Reg. 8. Impleuerat gloria domum domini. Tunc ait Salomon: Dominus dixit vt habitaret in nebula. Ezech. 43. Habitabo in medio filiorum Israel in æternũ. Nec mirum. Prouer. 8. Deliciæ meæ esse cum filijs hominum. Longe tamen aliter habitat cum fidelibus, in quibus non solũ habitat per gratiã. 2. Cor. 6. Vos estis templũ dei viui, sicut dicit deus. Leuit. 26 Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illoꝝ deus, & ipsi erũt mihi popu-

Libertas arbitrij.

Apollinaris hæretici error.

Eutychetis & Valẽtini hæreses.

Naturæ in Chro duæ, psona vna

Præsentia Chri realis in sacramento.

populus.1.Cor.3.Nescitis qm templū dei estis,& spūs dei habitat in vobis? sed & per realem corporis & sanguinis precioſi in sacramento præsentiā. Dicitur aūt verbū caro factum,ad exprimendā assumptæ naturæ veritatē,contra hæreses tunc exortas.Secundo, ad ostendendam eiusdē naturæ passibilitatē.Esa.40.Omnis caro fœnū,& omnis gloria eius tanquam flos agri. Tertio,ad inflammandā in nobis charitatē,ex tam gratuita dilectione.Ephe.2. Deus qui diues est in misericordia,propter nimiā charitatē suam qua dilexit nos,cum essemus mortui peccatis,cōuiuificauit nos in Christo,cuius gratia estis saluati:& conresuscitauit & cōsedere fecit in cælestibus in Christo Iesu,vt ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu.1.Iohā.4.In hoc est charitas,nō quasi nos dilexerimus deū,sed qm ipse prior dilexit nos,& misit filium suū propicationē pro peccatis nostris.Nos ergo diligamus deū, qm ipse prior dilexit nos.Quid tā magnficū esse potest hominibus, q̄ ꝙ deus noster factus est frater noster? Non em̄ confundit nos fratres vocare, Heb.2.quibus similis passibilis factus est,vt ipsi similes efficeremur.Roma.8.Quos præsciuit & p̄destinauit conformes fieri imaginis filij sui,vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos aūt p̄destinauit,hos & vocauit:& quos vocauit,hos & iustificauit: quos autē iustificauit, illos & magnificauit.Noster creator,factus est saluator.Luc.19. Venit filius hominis quærere & saluum facere q̄d perierat.Iudex noster,factus est aduocatus.Iac.4.Vnus est enim legislator & iudex,q̄ potest saluare & perdere.1.Iohā.2.Si quis peccauerit,aduocatum habemus apud patrē,Iesum Christū iustū. Q̄ō ergo diffidere possumus de dei misericordia & beneuolentia,q̄ intantū se pro nobis exinaniuit,Phil.2.formā serui accipiens, tātaq̄ dilectionis signa p̄monstrauit,p̄ueniēs nos in benedictionibus dulcedinis, Psal.20

Mariā vere deiparā dici.

Quū ergo verbum homo factū sit,& quum sit filius dei,factus est filius mulieris,proprie ipsa deipara dicitur,eo ꝙ genuerit deum in carne.Neq; tamē tum cū mortale corpus in terris circūferret,carebat diuina maiestate.Nos em̄ qui familiariter cū eo viximus,vtriusq; rei testes sumus.nam ītdē vidimus diuinā illius gloriā, quam ante incarnationē nemo videre poterat,plane dignam vnigenito filio dei,quanta nec angelor̄ cuiquam,nec prophetar̄ vlli,nec patriarchis vnquam exhibita est.Hanc vidimus in edendis miraculis.Iohan.10.Opera quæ ego facio in noīe patris mei, hæc testimoniū perhibent de me. In promēda cælesti doctrina,Iohā.8.Ego ex deo processi & veni. neq; em̄ à meipso veni,sed ille me misit.Quare loquelam meā non cognoscitis? In visione montis Thabor, vbi & paterna vox delapsa,filiū vnice dilectū professa ē,Mat.17.& in baptismo,Mat.3. Hic est filius meus dilectus,in quo mihi cōplacui.Sic & cū ipsum clarificasse, & clarificaturum diceret,Iohan.12.Deniq; vidimus in resurrectione & ascensione, Acto.1.& spūs sancti missione,Act.2.Iohā.16.Ille me clarificabit,quia de meo accipiet.Imo & in morte admirabili,qua & latro socius supplicij,& centurio filium dei agnouerunt,Luc.23.Et quanquam in terris versans, cū nostræ salutis negociū ageret,maluit nobis modestiæ, mansuetudinis & obediētiæ exemplū exhibere,q̄ suam ostētare magnitudinem: tamen omnis illius oratio,omnia facta,gestus etiā ipse ac vultus declarabāt ipsum esse plenum

Plenitudo grāæ quam multifarie accipiat.

omnibus diuinis dotibus,plenū æterna & irrefragabili veritate.Gratiæ plenitudo accipitur primo ex parte ipsius gratiæ,cum tāta est intēsiue & virtualiter, vt maior esse nequeat,sic soli competit homini Christo. Iohan.3.Non enim ad mensuram dat deus spiritum.pater em̄ diligit filium,& omnia dedit in manu eius.Coloss.primo: Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare . Coloss.2.Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.Altero,ex parte subiecti,vt quū quis tātam habet,ꝙ operationes ad quas diuinitus ordinat,facile exequi potest.Sic sancti dicūtur pleni gratia.Luc.1.Aue gratia plena,ait Gabriel Mariæ. & Actu.6.Stephanus plenus gratia dicitur.& apostoli repleti spū sancto,Acto.2.Erant Mosis & prophetar̄ dicta & facta,figuræ:Christi vero,plena veritate,quum ipsamet esset veritas,alijs eam suppeditās,ac figurarum vmbras implens. Quia ergo deus homo factus est, vt per cognatum hominis habitum nobiscum conuersando congrueret,nos alloquendo instrueret, viuendi nobis viam præberet,pro nobis contra hostem confligeret,nostram mortem moriēdo ac resurgendo posset destruere:per coæternam vero patri diuinitatem nos interius viuificādo ad diuina sustolleret,remissionem peccatorum pariter & spiritus sancti dona conderet:& post bonorum perfectionem operum,non solum ad vidēdum glorificatæ suæ nos perduceret humanitatis,sed & incommutabilem nobis essentiam suæ diuinæ maiestatis ostenderet:secundum illam viuamus generationem quæ ex deo est.& vt filij dei patrem agnoscamus deum tam eminentis generationis autorem,non vt filij hominum qui descendunt in infernum.

¶De te-

¶De testimonio Iohannis de Christo, Iohan. 1.

## ARTICVLVS II.

IOhannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens: Hic erat quẽ dixi: qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiã pro gratia: quia lex per Mosen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Deum nemo vidit vnquam. vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. B

Prosequitur quomodo primũ innotuerit mundo, cum antea ne à fratribus quidẽ suis aliud esse crederetur q̃ homo. Quia ergo turbæ magnã de Iohanne opinionẽ habebant, ideo in testimoniũ Christi assumit. Nã libere clamauit, non in angulo: hic est de quo antehac sæpe locutus sum vobis, cui vos me p̃ errorẽ anteponitis, quũ dicerem esse quendam q me ætate ac p̃dicationis tẽpore sequeret, simulq; multitudinis opinione foret inferior. Is nũc anteuertit: & qui posterior videbat, prior esse cœpit. Nec mirꝫ, quũ etiam tum me dotibus oĩbus prior eẽt, qa & deus est, quãuis hominum opinione videret inferior. Nec mirꝫ, quũ fons sit oĩs veritatis & gratiæ & sapiẽtiæ supereffluens, dans se oĩnibus dignis, & effluens plenus maneat, nec vnquam exhauriatur. Nos vero q̃s tantopere suspicitis, nihil aliud sumus q̃ riuuli. Siquidem hoc ipsum quod habemus, pro suo quisq; modulo, de huius plenitudine haustũ est, vnde promanat oĩbus si qd ad æternã pertinet salutẽ. 1. Cor. 12. Diuisiones gratiarꝫ sunt, idẽ autẽ spũs. Ephe. 4. Vnicuiq; nostrũ data est gratia secũdũ mensurã donationis Christi. Gratiã noui testamẽti pro gratia veteris testamẽti, quod antiquatũ & sublatũ est. Heb. 8. Dicendo nouũ, veterauit prius. Quod eñ antiquat & senescit, prope interitũ est. Vel gratiã subsequentẽ, & bene agẽdo meritam ac adeptã, pro gratia primo infusa, & pure gratis collata. Mat. 25. Tollite talentũ ab eo, & date ei q habet decẽ talẽta. Omni nãq; habẽti dabitur. Nullus eñ primã gratiã mereri põt. Alioqui gratia iam nõ est gratia, Roñ. 11. Sed nũc pro seueritate legis, gratia exhibita est per Iesum Christũ, q per fidẽ euangelicã nõ solũ gratis cõdonat oĩbus oĩa peccata, sed & largitur filiorꝫ adoptionẽ. Galat. 3. Oẽs vos filij dei estis p̃ fidẽ quæ est in Chr̃o Iesu. Galat. 4. Qñ aũt estis filij dei, misit deus spiritũ filij sui in corda vestra clamãtem, abba pater. Pro vmbris exhibita est veritatis lux, cuius ille nõ solũ præco, verꝫ etiã autor vt cui deus pater omnẽ tradiderit potestatem. Nõ ergo Moses legis autor, sed minister. Iac. 4. Vnus est eñ legislator & iudex, qui põt perdere & saluare. Est aũt lex regula atq; mẽsura actuũ, per quã quis ad agendũ vel non agendũ bene se habet vel inducitur. & est multiplex. Aeterna, quæ secundũ Augustinũ est summa ratio diuinæ sapiẽtiæ, inquãtum est directiua actionũ & motuum omniũ creaturarꝫ, cui semper obtẽperandũ est. Sap. 12. Cum ergo sis iustus, iuste oĩa disponis, virtus eñ tua, iustitiæ initium est. Sap. 8. Attingit eñ à fine vsq; ad finẽ fortiter, & disponit oĩa suauiter. Hæc, vt dicit Anselmus, oĩs rectitudinis & virtutis, oĩs veritatis & legis origo, & fontale atq; causale est principiũ. Quæ ergo ab hac promanant, bonæ sunt & ligant. Proue. 8. Per me reges regnãt, & legũ cõditores iusta decernũt. Est aũt lex humana quoddã rationis dictamen, quo dirigũtur actus humani in ordine ad finẽ boni cõmunis, in vita p̃senti ad conuiuendũ pacifice, quæ ex lege naturali progreditur. Matth. 7. Omnia quæcũq; vultis vt faciant vobis homines & vos facite illis. Hæc est eñ lex & prophetæ. Tob. 4. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquãdo alteri facias. Estq; determinatio & explicatio eius circa particularia hominũ opera. Naturalis lex est notio legis æternæ impressa animæ, quæ est similitudo & imago diuinæ legis, per quã homo ad aliquid agendũ vel omittendũ inducit. Roma. 2. Cũ eñ gẽtes quæ legẽ nõ habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem nõ habẽtes, ipsi sibi sunt lex, q ostendũt opus legis scriptũ in cordibus suis, testimonium reddẽte illis cõscientia ipsorum. Ista sufficeret, nisi homo ordinaret ad beatitudinẽ supernaturalem: ideo indiget supernaturali lege, per quã de vera & supernaturali beatitudine instruatur, & de p̃ceptis & actibus perueniendi ad illã illuminetur. Est eñ mensura ac regula actuũ humanorꝫ, in ordine ad felicitatẽ æternã lex diuina, sicut humana in ordine ad felicitatem temporalem. Siquidẽ per hanc ratio cognoscit & dictat quid de deo sentiendũ, quomodo ei obsequendũ, ad quem finem omne nostrum exercitium sit referendũ. De qua Psal. 18. Lex domini immaculata, cõuertens animas, testimoniũ domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Diuiditur autem in legem veterem & nouam, non per di-

2 Lex quid & quotuplex.

Lex humana quid.

Naturalis lex.

Legis diuisio.

per diuersas ſpecies,quũ vtriuſq; ſit vnus finis,ſcilicet Chriſtus,ſeu deo cõiungi & frui, ſed ſicut perfectum & imperfectum,quæ tamen vnius ſunt ſpeciei,vt homo p virum & puerum. Vnde in tribus excellit noua lex,quæ hic innuuntur. Primo,ratiõe autoris. Nã vetus per angelos mediante Moſe. Act.7.Hic eſt qui fuit in ſolitudine in eccleſia cũ angelo,qui loquebatur ei in monte Sina,& cũ patribus veſtris,qui accepit verba vitæ dare vobis.Noua per Chriſtum.Heb.8.Hoc eſt teſtamentum quod diſponam domui Iſrael: Poſt hæc dabo leges meas in mentem illorum,& in corda eoꝝ ſuperſcribam eas, & ero eis in deum,& ipſi erunt mihi in populũ.Vnde hic dicitur gratia facta per Ieſum Chriſtum.Secundo reſpectu legis.Heb.7.Nihil ad perfectum adduxit lex. Galat.3.Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto,vt ex fide iuſtificemur.At vbi venit fides,iam nõ ſumus ſub pædagogo. Lex enim gratiam non conferebat,ſed promittebat.euangeliũ vero includit & confert,quia ſacramenta nouæ legis præſtant quod ſignãt.Galat.3. Si data eẽt lex quæ poſſet viuificare,vere ex lege eſſet iuſtitia,ſed concludit ſcriptura oĩa ſub peccato,vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus.Heb.7.Reprobatio quidem fit præcedẽtis mandati,propter infirmitatem eius & inutilitatem:introductio vero melioris ſpei,per quam proximamus ad deum.Hinc dicitur hic gratia per Chriſtum facta. Tertio,finis.Vetus enim bona promittebat terrena.Eſa.1.Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis.Leuit.26.Si in præceptis meis ambulaueritis,& mandata mea cuſtodieritis,& feceritis ea,dabo vobis pluuias tẽporibus ſuis,& terra gignet germẽ ſuũ, & pomis arbores replebuntur,&c.Reſpiciam vos,& creſcere faciam:multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiſcum.Noua,bona præſtat cæleſtia.Matth.4. Pœnitentiam agite,appropinquabit enim regnum cælorum.Heb.10.Habentes itaq; fratres fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti,quam initiauit nobis viam nouam & viuentem per velamen,id eſt,carnem ſuam,& ſacerdotem magnum ſuper domũ dei, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei,aſperſi corda à conſcientia mala,& abluti corpus aqua mũda,teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem. fidelis eſt enim qui repromiſit.Vnde hic ait veritatem,non figuram per Chriſtum factam.Heb.10.Vmbram habens lex futurorum bonorum,non ipſam imaginem. Omnem ergo excellit legem.quum enim legis ſit officium,homines reddere virtuoſos,primo omnium neceſſarium eſt,vitia extirpare,quia declinandum à malo,& faciendum bonum.Pſal.33.Gal.3. Lex propter tranſgreſſionem poſita eſt.1.Timot.1.Lex iuſto non eſt poſita,ſed iniuſtis & nõ ſubditis,impijs & ſceleratis.Sed lex vetus libellum permiſit repudij, Matth.19.Sic humana quæ communitati proponitur,in qua plures ſunt mali q̃ boni,multa permittit, ne pax turbetur,impunita,quæ diuino relinquit punienda iudicio,vt claret de meretricibus & vſurarijs. Euangelica vero lex nullum malum permittit, ſed oẽm inordinatum affectum excludit.Iræ.Matth.5.Omnis qui iraſcitur fratri ſuo,reus erit iudicio.Concupiſcentiæ.Matth.5.Qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam,iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.Sic de omni verbo ocioſo rationem reddẽdam in die iudicij indicat, Matth.12.Secundo ſpectat ad legem,virtutes inducere.Moſaica lex non ſic plene interiorem reformat affectum ſicut noua. Matth.6.Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. ſi oculus tuus ſimplex fuerit,totum corpus tuum lucidum erit. Lex humana non niſi exteriora ordinat.1.Regum.16.Homo videt ea quæ patẽt,deus autem intuetur cor. Tertio pertinet ad legem,ad felicitatẽ perducere.Vera autem beatitudo ſupernaturalis eſt, ad quam non pertingitur niſi per gratiã gratificantem,quam lex vetus promittere, ſed præſtare non potuit.Romañ.3.Arbitramur enim iuſtificari hominem ſine operibus legis.Matth.7.Qui facit voluntatem patris mei qui in cælis eſt,ipſe intrabit in regnũ cælorum.Quarto lucide tradi debet,vt ab omnibus intelligatur,& plene ſciatur. humana infinitis,ob particulares caſus,ſcatet labyrinthis. Moſaica velaminibus & figuris tegit, quare & importabile pondus dicitur Acto.15.quia plurimis & hoc non ſuauibus plena, timore pœnaꝝ retrahens à malo,& inducens ad bonũ. Vnde & data eſt cũ terroribus. Exo.20.Cũctus populus videbat voces,& lampades,& ſonitũ buccinæ,montẽq; fumãtem:& perterriti ac pauore concuſſi,ſteterũt procul,dicẽtes Moſi:Loquere tu nobis,& audiemus: nõ loquatur nobis dñs,ne forte moriamur.Et ait Moſes ad populum:Nolite timere,vt eñ probaret vos,venit deus,& vt terror illius eſſet in vobis,& nõ peccaretis.Lex noua placide & ſedendo tradita, Matth.5. cæleſtia bona pollicens , facilem & compendioſam fidei commonſtrat viam. Matthæi vndecimo: Tollite iugum meum ſuper vos,& diſcite à me,quia mitis ſum & humilis corde,& inuenietis requiem animabuus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt,& onus meum leue. Nam amor omnia leuia facit. Auguſtinus: Breuis differentia legis & euangelij,amor & timor.2.Timoth.1.

Quot & q; bus noua lex præſtet vetari,

Non eñ

Non em̃ dedit nobis deus ſpiritum timoris, ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis. Ro. 8. Quicũq; em̃ ſpũ dei aguntur, hi ſunt filij dei. non em̃ accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterũ in timore, ſed accepiſtis ſpm̃ adoptiõis filiorũ dei, in quo clamamus, abba pater. Ipſe enim ſpũs teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, q̃ filij dei ſumus. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidẽ dei, cohæredes aũt Chriſti: ſi tamen compatimur, vt conglorificemur. Heb. 12. Non em̃ acceſſiſtis ad tractabilem & acceſſibilem ignem & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ ſonũ, & vocẽ verborũ, quam qui audierunt, excuſauerunt ſe ne eis fieret verbum. Sed acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatem dei viuentis Hieruſalem cæleſtem, & multorum millium frequentiam, & eccleſiam primitiuorum qui conſcripti ſunt in cælis, & iudicem omniũ deum, & ſpiritum iuſtorum perfectorum, & teſtamenti noui mediatorem Ieſum, & ſanguinis aſperſionem melius loquentem q̃ Abel. Videte ne recuſetis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recuſantes eum qui de terra loquebatur, multo magis nos qui de cælo loquentem nobis auertimus, cuius vox mouit terram tunc, nunc autem repromittit, dicens Aggei 2. Adhuc ſemel, & ego mouebo nõ ſolum terram, ſed & cælum. Deum, vt eſt, nemo mortalium quàmlibet magnus vidit vnquam. Iohan. 5. Neq; vocẽ eius vnquã audiſtis, neq; ſpeciem eius vidiſtis. quare nec Moſes nec aliquis ſanctorũ fic liquidam & manifeſtã nobis de illo narrationem dicere potuit, quẽadmodum Chriſtus qui in ſinu eſt patris. More humano loquitur, quo dulcem affectum, amoroſiſſimãq; patris & filij ac coæternã inſinuet vnionẽ. Iohã. 17. Pater, manifeſtaui nomẽ tuũ hominibus, quos dediſti mihi. 1. Ioh. 5. Et ſcimus q̃m filius dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus deũ verũ, & ſimus in vero filio eius. Hoc inſuperabiliter roborat fidem noſtrã, quod ab vnigenito ſumus edocti. Iohan. 3. Amen amen dico tibi, quia quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur.

Et hoc eſt teſtimonium Iohannis quando miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes & Leuitas ad eum, vt interrogarent eum, Tu quis es? Et confeſſus eſt, & non negauit: & confeſſus eſt, quia non ſum ego Chriſtus. Et interrogauerũt eum: Quid ergo? Helias es tu? Et dixit: Non. Propheta es tu? Et reſpondit: Non. Iohan. 1. C

Quàm ſolicite nos gratiæ præparare debeamus, quæ firmũ & immmobilem in bono reddit hominem, oſtẽditur. Heb. 13. Optimũ eſt gratia ſtabilire cor. Quum ergo famoſa tunc de Chriſti aduẽtu eſſet opinio, nedũ apud Iudæos, ſed & ſamaritanos, vt claret Iohan. 4. Scio quia Meſſias (ait mulier ad Chriſtũ) venit, q̃ dicitur Chriſtus. Cũ ergo venerit ille, nobis nũciabit oĩa. tum ex oraculis ꝓphetarũ, tũ Iohannis teſtimonio, plurimi Iohannem eſſe ipſum Chriſtum autumabãt. Lucę. 3. Exiſtimãte aũt populo, & cogitãtibus omnibus in cordibus ſuis de Iohãne, ne forte ipſe eſſet Chriſtus. Videbãt ablatũ regnũ, & in alienigenas translatum. Gene. 49. Non auferetur ſceptrũ de Iuda, nec dux de fœmore eius, donec veniat qui mittẽdus eſt, & ipſe erit expectatio gentiũ. Videbant Iohãnis nouitatem in prædicatione & baptizatione, cuius ꝓnouerant ſingularẽ conceptionem & natiuitatem, Luc. 1. ſimul & vitæ auſteritatẽ, & de ſacerdotali ſtirpe natũ. hinc ſummum hũc ſibi honorem offerebant per ſolennes nuncios, e ciuitate regia, vt perſuaderẽt per adulationẽ, vt ſe confiteretur Chriſtũ, ac ipſi tanquam promotores huius dignitatis inde commodũ ſentirent. ſed ſecus euenit. Vnde Iohan. 5. Vos miſiſtis ad Iohannem, & teſtimonium perhibuit veritati. Ille erat lucerna ardens & lucens, vos aũt voluiſtis ad horã exultare in luce eius. Nõ ergo honori Iohãnis, ſed ſuæ auaritię cõſulere ſatagebãt, quia teſtimonio ipſius de ipſo credere noluerũt. O quot habẽt imitatores, eo animo proximis adulantes. Proue. 11. Simulator ore decipit amicũ ſuum. Hiere. 9. Sagitta vulnerãs lingua eorũ, dolũ locuta eſt. In ore ſuo pacẽ cum amico ſuo loquitur, & occulte ponit ei inſidias. Miſerũt ergo viros autoritate ꝓditos, ſacerdotes & Leuitas, vt præſente multitudine percontarẽtur eũ. Ipſorũ em̃ erat, ſcire de Chriſti conditione ex lege & prophetis. Malac. 2. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirũt de ore eius. Hinc dñs ipſis improperat. Luc. 12. Hypocritę, faciem cæli & terræ noſtis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? Non autẽ quæſierunt de nominis qualitate, vel generis claritate, quæ nouerãt, ſed officij dignitate, qa baptizabat. Verum ſecus quàm volebant euenit. nam̃ inueniunt eum quẽ pro fideli habebant, præclara teſtari de Chriſto, & non ſibĩpſi honorem arrogare, ſed falſam de ſe ſuſpicionem, quæ poterat Chriſti gloriæ officere apud plebem, reppulit: ac forti animo contempta falſi nominis gloria, cõfeſſus eſt ſe non eſſe Meſſiam, ſignificans hoc cognominis alteri potiori deberi, qui tamẽ illorum

opinione

opinione contemptior erat. Nõ em̃ erat arundo vento agitata, Matt.11. Gregorius: Cũ tãtæ virtutis esset, vt credi Christus potuisset, elegit solide subsistere in se, ne humana opinione raperetur inaniter supra se. Audito hoc, pergũt quærere. Nam ob vitæ austeritatem, iustitiæ firmitatẽ, & promissionẽ prophetalem Helias à multis credebatur, de quo dicitur Malac.4. Ecce ego mittã vobis Heliam, antequam veniat dies domini magnus & horribilis: & conuertet cor patrũ ad filios, & cor filioꝝ ad patres. Sed in hoc errabãt, quia non de primo, sed secundo Christi intelligitur aduentu. Negat ergo se illum eẽ Heliam, quanquam in spiritu Heliæ, præcursor esset Christi. Luc.1. Ipse p̃cedet ante illũ in spũ & virtute Heliæ. Hinc dominus discipulis quærentibus, Matth.17. Quid ergo scribę dicũt, quod Heliam oporteat primũ venire? respondit: Helias quidẽ venturus est & restituet omnia. Dico autem vobis, quia Helias iam venit, & non cognouerũt eum, sed fecerunt in eum quæcũq; voluerũt. Tunc intellexerunt discipuli, qa de Iohanne Baptista dixisset eis. Vnde Matt.11. loquens de Iohãne, ait: Si vultis recipere, ipse est Helias, Nõ ergo in persona, sed officio Helias erat & spũ. Pergunt vlterius quærere, an sit propheta ille quẽ Moses venturꝫ prænũciauit, Deute.18. Prophetã de gente tua & de fratribus sicut me suscitabit tibi dñs deus tuus, ipsum audies. Hũc se esse negauit, quãquam eẽt propheta. Luc.1. Et tu puer propheta altissimi vocaberis. Et populus oĩs Iohãnẽ sicut prophetã habebat, Matt.21. Imo erat plus q̃ propheta, Matt.11. Sed nõ ille propheta.

2 Dixerunt ergo ei: Quis es, vt responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait: Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam domini, sicut dixit Esaias propheta.

Iam vero cum illos defeciſſet percontandi materia, consumptis hominũ de Iohanne suspicionibus, vrgẽt vt ipse de se profiteatur quis nam sit: & ne diutius tergiuersetur, vrgent autoritate sacerdotũ, quo vel metu potestatis fateretur qs esset, friuolum autumãtes redire ad summos plebis sine responsione. Hic Iohannes quoniam legisperitis loquebatur, ne sibi videret hoc ipm quod erat, humana temeritate arrogare, ex ipsa Esa.40. prophetia pharisæis non ignota respondet: simul docens & se nihil aliud esse q̃ Christi præcursorem, & iam ipm dñm adesse, quem oporteret purgatis oculis suscipere. Gregorius: Sicut vox p̃cedit verbũ vt audiatur, sic Iohannes Christũ vt cognosceretur. Ioh.1. Hic venit in testimonium, vt testimonium phiberet de lumine. Seruus, inquit, sum. vias præparo. videtis desertũ, auditis vocẽ. quod supereſt, vos abiectis mundi cupiditatibus, præparate obliquos & dolosos animos vestros in illius aduentum, vt vobis salutifer adueniat. Moses vobis illum adumbrauit, prophetæ olim venturꝫ vaticinati sunt, ego vobis iam aduenientem ostẽdo. Gregorius: Via dñi ad cor dirigitur, cum veritatis sermo humiliter auditur, cũ ad p̃ceptum vita præparatur. Vnde Iohã.14. Si qs diligit me, sermonem meũ seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eũ veniemus, & mãsionem apud eum faciemus. Quisquis ergo in superbia mentem eleuat, quisquis auaritiæ æstibus anhelat, quisquis luxuriæ inquinationibus se polluit, cordis ostium contra veritatem claudit: & ne ad se dominus veniat, clausſtra animi seris vitiorꝫ damnat. Iob.21. Qui dicunt deo, recede à nobis, scientiam viarꝫ tuarꝫ nolumus. Prouer.2. Qui relinquũt iter rectũ, & ambulant p vias tenebrosas. Et vere. Prouer.4. Via pctõrꝫ tenebrosa, nesciunt enim quo corruunt. Nam & ad æternas pducit tenebras. Proue.12. Iter deiuum ducit ad mortem. Quo contra via dñi ingredientibus videtur tædiosa. Matth.7. Arcta via quæ ducit ad vitã. Durꝫ luxurioso, continere: auaro, largiri: inuido, diligere: & supra omnia, q̃ maxime seipsum negare. Sed progredientibus redditur plana. Prouer.4. Ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris, non artabuntur gressus tui, & currens nõ habebis offendiculum. Psal.118. Viam mandatorꝫ tuorꝫ cucurri, cũ dilatasti cor meũ. Egredientibus iucunda. Esa.55. In lætitia egrediemini, & in pace deducemini. Sap.10. Reddidit deus mercedem laborꝫ sanctorꝫ suorꝫ, & deduxit illos in via mirabili. An non mirabile, vbi p fletum itur ad gaudium? Beati qui lugent, qm̃ ipsi consolabuntur, Matt.5. p paupertatem ad regnum. Beati pauperes, quia vestrum est regnum dei, Luc.6. Per humilitatem ad gloriam. Luc.14. Qui se humiliat, exaltabitur. Hinc 1.Regũ.7. ait Samuel: Præparate corda vestra domino.

3 Et qui missi fuerant, erant ex pharisæis. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neq; Helias, neq; propheta? Respondit eis Iohãnes: Ego baptizo in aqua, medius autem vestrũ stetit

quem

quem vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est, cuius ego non sum dignus, vt soluam eius corrigiam calceamenti. Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Iohannes baptizans.

Videntes nõ sibi ad votum rem succesisse, quod adulatione nõ quibant, minis tentant perficere. nam hi tum temporis peritia legis, opinione sanctimoniæ & autoritate præcellebant cæteris. Notant ergo eum de præsumptione & temeritate, quod sine autoritate talia præsumpserit, quũ tamen Iohannes sine autoritate agere se ostenderit minime, qđ aduertere noluerũt. Nouerũt in aduentu Messiæ baptismũ dandũ, iuxta Ezech. 16. Effundã super vos aquã mundã, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. quod figuratũ fuit per transitũ maris rubri, 1. Cor. 10. & Iordanis. Sed in hoc errabant, ꝙ Christum aliũ existimabant à propheta illo de quo loquutus fuit Moses, quia vna & eadẽ est persona. Hinc in Græco cũ articulo ponitur, Ille propheta. s. insignis, Messias. Aduerte Iohannis humilitatẽ & mansuetudinẽ, qui non dura respondet pro duris. Vide & veritatem, quia liberrimus testis gloriæ Christi. neꝙ eñ dñi gloriam occultabat vt sibi nobilitatẽ pararet, sed cõfitebatur imperfectionẽ sui baptismi, & Christi perfectionẽ. Meus, inquit, baptismus talis est, qualis & mea p̃dicatio. Nã sicut mea p̃dicatio perfecta nõ est, sed tantũ p̃parat animos euangelicæ philosophiæ, sic baptismus meus qui tm̃ aqua cõstat, nõ abluit sordes mentiũ, sed imagine quadã veri baptismi p̃parat rudes, vt superioris vitæ pœnitentia p̃parati, capaces sint illius baptismi, quo Messias per spiritũ suũ, semel abluet sordes omnes omniũ qui crediderint illius doctrinæ cælestis. Ambro. Vsum instituo baptizandi, donec veniat qui animã abluat per spiritũ suũ. Obserua hic, ꝙ baptisma Iohãnis conueniebat cũ Christi baptismate in materia, quia vtrunq; in aqua: sed differebat primo in forma, quia Christi dabatur in noĩe patris & filij & spiritus sancti, Matt. 28. quanq̃ in primitiuæ ecclesiæ initio, ob nominis Christi diuulgationẽ daretur in noĩe Christi Iesu, Act. 2. Iohannis aũt, in nomine venturi. Act. 19. Iohannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populũ, dicens in eũ qui venturus esset post ipsum, vt crederẽt, hoc est, in Iesum. Secundo, in effectu: quia gratiã non conferebat, nec peccata laxabat. Grego. Iohãnes nõ spiritu, sed aqua baptizat: quia peccata soluere nõ valens, baptizatoꝝ corpora lauat, sed tamen mentẽ per veniã non sanat. Et sicut nascendo nasciturum dñm præuenerat, ita baptizaturũ dñm, baptizando præuenit. Hunc & in medio hominũ stetisse asserit, & nesciri, quia per carnẽ dominus apparens, & visibilis extitit corpore, & inuisibilis maiestate. Stetit medius tanq̃ vnus de populo, sed vt mediator dei & hominũ, 1. Timo. 2. Iudæorũ & gentiũ. Ephe. 2. Ipse est de quo dixeram ꝙ post me venit, sicut rex post nunciũ, sicut verbum post sonũ, quiꝙ hominũ opinione me posterior, dignitate tamen anteuertisset. Cuius dignitati adeo nõ sum æquandus, vt ipse me iudicem indignũ, qui apud illũ infimi mancipij fungar officio. tantũ abest vt ipsius nomen mihi vsurpẽ. Mirabantur omnes Iohannem, multos ille vndiq; discipulos colligebat, magna hominũ turba ad baptismum confluebat. Christus vero illo præstãtior ignorabatur, latebat ipsum deũ esse, quare multo posterior ac minor Iohãne videbatur. Maiorem eñ & gloriã & honorẽ ab hominibus Iohannes q̃ Christus habebat. Sic pòst veniens, prior factus est, maior atq; p̃stantior indies reputatus. Ab operibus eñ ipsis deus esse cernebatur, cũ Iohannes hominis vires & terminos non excedens, in posterioribus relictus sit. Id Paulus declarat Roma. 1. dicẽs: Qui p̃destinatus est filius dei in virtute, secundũ spiritũ sanctificationis ex resurrectione mortuoꝝ Iesu Christi dñi nostri. Gregorius: Si sancti viri cũ fortia agunt, de se vilia sentiunt, quid in sua excusatione dicturi sunt, qui sine opere virtutis intumescunt? Sed & si quælibet bona assint opera, nulla sunt nisi humilitate condiãtur. Miranda eñ actio cum elatione nõ eleuat, sed grauat. Qui eñ sine humilitate virtutes congregat, quasi in ventũ puluerem portat: & vnde aliquid tenere cernitur, inde grauius excæcatur. In cunctis ergo quæ agimus, radicẽ necesse est boni operis, humilitatẽ teneamus. Tam magnificum, tamq; plenũ testimoniũ Iohannes perhibuit de Christo, ipsis pharisæis, sacerdotibus & Leuitis, teste copiosa populi multitudine, idq; in loco solenni Bethabara.

Differẽtia baptismi Iohannis & Chri.

Altera die vidit Iohannes Iesum venientem ad se, & ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Iohan. 1. D

Ostendit Iohannem non proprio motu, sed patris & sancti spiritus autoritate & indicio, Christo testimoniũ perhibuisse, ideo ipsi credendũ. Quum eñ iam e populo multi studiosi quærerent, quis nam esset ille tantus, cuius dignitati tantũ cederet Iohãnes omnium iudicio vir summus habitus adñt Iohannẽ. Is admonitus spiritu quid esset agendũ,

conſpicatus Ieſum venientem ad ſe, verſus ad populum, digito demonſtrat illis Ieſum, vt iam de facie quoq; notũ mirari atq; amare conſueſcerent, & illum potius q̃ ſe ſequerentur, illius ambirent baptiſma potius q̃ ſuum. Venerat prius ad baptiſmũ ſicut vnus è populo, ſed mox ſpiritu in deſertum expulſus, Marc. 1. nunc autem venit manifeſtandus ſuper omnem populum per Iohannem. Malach. 3. Ecce ego mitto angelum meum, & prę parabit viam ante faciem meam. Videns ergo Iohannes tam humiliter venientem, aita Hic eſt puriſſimus ille agnus, quem deus iuxta vaticinium Eſa. 1. ſibi gratiſſimam victimã deſtinauit, ad expianda peccata totius mundi, omnium vitiorum genere inquinati. Vere agnus, non natura, ſed proprietate ſimilitudinis. Primo, innocentiæ. Eſa. 53. Eo q̃ iniquitatem nõ fecerit, neq; dolus fuerit in ore eius. Secũdo, manſuetudinis. Hiere. 11. Ego quaſi agnus manſuetus qui portatur ad victimã. Eſa. 53. Sicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuũ. Tertio, figuræ. Sicut enim filij Iſrael ſanguine agni à percuſſiõe angeli ſunt liberati, ſic nos à peccatis. Exo. 12. Ezech. 9. Habentes ſignum Thau in frontibus, percuſſi nõ ſunt ab angelo, cæteris extinctis. Tollit autem peccata effectiue inquantũ deus. Luc. 5. Quis poteſt peccata dimittere, niſi ſolus deus? Iob. 14. Quis poteſt facere mundum de immundo cõceptum ſemine? nonne tu qui ſolus es? Meritorie vero, inquantũ homo: quia pro nobis ſatiſfaciens, gratiam nobis meruit qua iuſtificamur. 1. Cor. 1. Qui factus eſt nobis ſapientia & iuſtitia & ſanctificatio & redemptio. Eſa. 53. Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, cuius liuore ſanati ſumus. Propter ſcelus populi mei percuſſi eum, & ipſe peccata multorũ tulit. 1. Pet. 2. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus, cuius liuore ſanati ſumus. Obſerua quod ait, qui tollit, quia quotidie tollit peccata noſtra: & aliorum quidem per baptiſmum, aliorum autem per pœnitẽtiam. Matth. 1. Vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorũ. Abſtulit ergo peccata, ſed oportet vt meritum ipſius per ſacramenta fidei hominibus applicetur. Iohan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum dei. Nemo nunc ob multitudinem, magnitudinemve peccatorum deſperet, vt Cain. Gene. 4. Maior, inquit, eſt iniquitas mea q̃ vt veniam merear. Nemo vt Adam à facie domini fugiat. Gene. 3. Domine, audiui vocem tuam, & timui. Ecce agnus, ecce manſuetus. Luc. 19. Venit filius hominis quærere & ſaluum facere quod perierat. Hinc ait Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis & oñerati eſtis, & ego reficiam vos. Dicamus ergo illud Pſal. 56. Miſerere mei deus, miſerere mei, quoniam in te confidit anima mea: & in vmbra alarum tuarum ſperabo, donec tranſeat iniquitas. Qui enim nunc contemnunt manſuetum, in iudicio videbunt & horrebunt iratum, dicentes illud Apocalyp. 5. Dicent montibus & petris, cadite ſuper nos: & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni, quoniam venit dies magnus iræ ipſorum, & quis poterit ſtare? Habet hic agnus & alios agnos paſcendos, Iohan. 21. ſed quibus tollantur peccata, non qui tollant.

Chr̃s qũo & cur dictus agnus

Quibus & q̃ diuerſis mediis peccata tollat Chriſtus.

2 Hic eſt de quo dixi: Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt, quia prior me erat & ego neſciebam eum. Sed vt manifeſtaretur in Iſrael, propterea ego veni in aqua baptizans.

Teſtatus fuit in eius abſentia, nunc inp̃ ſentia. Poſt me venit, vir ætate & officio, quia omnis animæ & eccleſiæ ſponſus. 2. Corinth. 11. Aemulor vos dei æmulatione. deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto, cuius ego pronubus & nuncius. Zacha. 6. Ecce vir, oriens nomen illi. Poſt me venit in manifeſtum, ad prædicandum & baptizandum: ſed mihi dignitate prælatus, quia prior me deitate, quanquam poſterior humanitate. Heb. 13. Chriſtus Ieſus heri & hodie, ipſe & in ſecula. Ego ignorabam quis eſſet facie. Nam à pueritia in deſertis fuit. Luc. 1. Puer autem creſcebat, & confortabatur ſpiritu, & erat in deſertis, vſq; in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael. Nouerat eum veniſſe, ad cuius præſentiam adhuc in vtero matris exultauit in gaudio, Luc. 1. ſed quo ad determinatam perſonam, non nouit niſi reuelatione diuina. Chryſoſtomus: Oſtendit ergo teſtimonium ſuum inſuſpicabile, monſtrans illud non humanæ amicitiæ eſſe, ſed reuelationis diuinæ. Pandit itaq; rationem ſui baptiſmi. Nec in aliud iuſſu dei miſſus ſum, niſi vt prædicarem pœnitẽtiam ſuperioꝝ delictorum, annunciarem inſtare regnum cælorum, & aqua vos tingerem, vt ille veniens, veſtris animis iam rudimentis huiuſcemodi præparatis, facilius innoteſceret, poſteaquã mihi quoq; certis indicijs eſſet à patre demonſtratus. Vbiq; in ſuo baptiſmo aquæ tantum meminit, vim abluendi peccata Chriſto relinquens.

quens. Luc. 3. Ego quidem aqua baptizo vos, veniet aũt fortior me, cuius nõ sum dignus soluere corrigiam calceamentorũ eius, ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni.

Et testimonium perhibuit Iohannes, dicens: Quia vidi spiritum descendentem quasi columbam de cælo, & mansit super eum. Et ego nesciebam eũ, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi, & testimonium perhibui quia hic est filius dei. 3

Chrysostomus: Vt autores omnes merito in stuporem cõuertat, quod peccata mundi tollat, volens hoc credibilius facere, in deũ patrem & spiritũ sanctũ hoc reduxit. Non igitur ex habitu corporis, nec humana coniectura certũ quiui cognoscere, q̃ is esset vnicus filius dei, & agnus ille purissimus, per fidẽ aboliturus omnia peccata mundi, sed ex insigni symbolo cælitus didici hunc esse, cui ego præcursor essem datus. Marc. 1. Venit Iesus à Nazareth Galilææ, & baptizatus est à Iohanne in Iordane. Et statim ascendens de aqua, vidit cælos apertos, & spiritum tanq̃ columbã descendentem, & manentẽ in ipso. Esa. 11. Et requiescet super eum spiritus dñi. Non sic manet in alijs sanctis quin perpecca tum expelli possit. Nec putandũ, q̃ in descensu columbæ noua fit gratia aliqua infusa vel aucta in anima Christi, qui ab instanti conceptionis plenus fuit simpliciter omni gratia, sed ipse descensus & mansio perfectionẽ & efficaciam gratiæ Christi signant. Dum autem creatura subiecta apparet in persona dei eũ repræsentans, vel in eius persona loquẽs vel operans, hoc quãdoq; deo ascribitur. Sic deus dicitur ore ad os loquutus cum Mose, Nume. 12. quum factũ fit per angelũ in persona dei. Act. 7. Hic est qui fuit in ecclesia in solitudine cũ angelo, qui loquebatur ei in monte Sina. Spiritus aũt sanctus cui bonitas appropriatur, in columbæ specie, apparuit, quæ felle caret, animal simplex & innocens: quo insinuatur, neminem posse eius donis impleri, nisi columbinã studuerit simplicitatẽ imitari. Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Prouer. 10. Qui ambulat simpliciter, ambulat cõfidenter. Ante id tempus non certo noueram eum, cuius essem præcursor: occultabat em̃ cælestem illius dignitatem, corporis humilitas. Sed qui misit me, Ioh. 1. Fuit homo missus à deo. Luc. 3. Factum est verbũ domini super Iohãnem Zachariæ filiũ in deserto, & venit in omnem regionẽ Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Roma. 10. Quomodo prædicabunt nisi mittantur? Baptizare in aqua. Actu. 1. Iohannes quidem baptizauit aqua. Hic in spiritu sancto baptizat, intus animam à vitijs purgando, per infusam spiritus sancti gratiam. Nã baptizandi potestatem in alium nõ transfert, sed ministerium: quia homo tingit aqua, solus ille cælesti virtute, sublatis peccatis, confert iustitiam. Ego vidi, inquit. Iohã. 3. Quod vidimus, testamur. Quia hic est filius dei. Ergo & saluare potest. Ioh. 3. Pater em̃ diligit filium, & omnia dedit in manu eius. qui credit in filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est filio, nõ videbit vitam, sed ira dei manet super eum. Columbæ proprietates.

Altera die iterum stabat Iohannes, & ex discipulis eius duo. & respiciens Iesum ambulantem, dixit: Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & sequuti sunt eum. Conuersus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dixit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt: Rabbi, quod dicitur interpretatum magister, vbi habitas? Dicit eis: Venite & videte. Venerunt & viderunt vbi maneret, & apud eum manserunt die illo. Iohan. 1. E

Quàm ordinata, efficax, & intima penetrans, diuina fit sapientia, ostendit. Hinc dominus, suscepto baptismo, & expleto ieiunio, aliquoties venit ad baptismũ, quo frequentius Iohannes de ipso testaretur ad institutionem electorũ, & iustam condemnationem obstinatorum. Non sat habuit Iohannes populi studium à se diuertisse in Christum, suos etiam discipulos quos habebat peculiares, à se alienatos, Christo studet tradere. Ecce, inquit, ille est agnus dei, de quo toties iam testificatus sum, qui solus tollit peccata omnia mundi. Quisquis verum & efficacem baptismum desiderat, quisquis amat veram innocẽtiam, quisquis veram & perfectam salutem desiderat, huius magisterio se tradat oportet. Discipuli ergo crebris testimonijs demulsi, secuti sunt Iesum, non quidem cõtemnentes Iohannem, sed magis obedientes ei, testanti de Christo meliora. Sequebantur autem taciti, flagrantes amore sublimioris doctrinæ, sed interpellare nõ audent eum, qui cũ nulla interceſſerat familiaritas. Iesus igitur nõ ignarus quo animo sequerentur, vt declararet

quàm esset obuius ijs, qui synceris animis euangelicam sitiunt doctrinã, non expectata interpellatione, vltro subleuat & inuitat illorũ verecundiam, fidutiam tribuens colloquẽdi. Simili modo, si cœperimus dominũ quærere, conuertet ad nos vultũ, adiuuans & cõsolans infirmitatẽ nostram. Psal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ nõ confundentur. Esa. 64. Occurristi lætanti & facienti iustitiã. Psal. 104. Lætetur cor quærentium dñm. Quærite dñm & confirmamini, quærite faciem eius semper. Volentes ergo seorsum aliquid ab eo discere, interrogant vbi maneat. In quiete enim commodius & discitur & auditur. Sentiens dominus illoꝝ desiderio ardenti moram omnem fore molestam, ait: Venite & videte. Origenes: Venite bene agẽdo, & de virtute in virtutem proficiendo, & videte deum deorum in Sion. Psal. 83. Ibunt de virtute in virtutem, videbitur deus deorum in Sion.

2 Hora aũt erat quasi decima. Erat aũt Andreas frater Simonis Petri, vnus e duobus qui audierant a Iohanne, & sequuti fuerant eũ. Inuenit hic primum fratrem suũ Simonem, & dicit ei: Inuenimus Messiam, quod est interpretatũ Christus, & adduxit eũ ad Iesum. Intuitus aũt eum Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iohanna, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.

Andreas tanta felicitate gestiens, q̃ ex indicio Iohannis, sed multo magis ex domestico Iesu colloquio certũ comperisset, illum esse agnũ illum cælestẽ, qui solus tolleret peccata mundi, illum esse filiũ dei, reconciliatorem vnicũ humani generis, illum esse Christũ à prophetis promissum, & tot iam seculis expectatum, Simonem fratrem suũ carnalem, quem non carnaliter amabat, huius gratiæ participem facere contendit, tantũ ostendẽs thesaurum. Inuenimus, inquit, Christũ. Vnctus fuit Christus oleo lætitiæ præ participibus suis, Psal. 44. Esa. 61. Spiritus domini super me, eo q̃ vnxerit me. Erat enim rex regum, Apo. 19. & sacerdos in æternum secundũ ordinem Melchisedech, Psal. 109. Heb. 7. Simon lætus tam optabili nuncio, nec audisse contentus, gestit & ipse videre Iesum. Andreas Iesu comitatem expertus ac benignitatẽ, ilico adducit ad Iesum, quo plenius instrueretur ab illo. Iesus intuitus illum, non solũ faciem hominis contemplatus, in qua tamen relucebat pectoris synceritas, sed animũ potius columbina simplicitate prẽditum, & ob hanc aptum euangelicæ gratiæ, delectatus illius syncero affectu, simul & patris nomẽ indicat, iam tum declarans sibi nihil occultũ esse, simul q̃ piam animi simplicitatem collaudat ex paterni nominis argumẽto, & ex commutati nominis ænigmate prædicit olim in eo futuram inuictæ fidei firmitatem. Prophetando se manifestat, q̃ prophetia plurimum hominibus persuadeat. Fuit enim Petrus vere filius gratiæ saluatoris. Sic & nominis variatio, status variationem & gratiæ proprietatem designat, quo se ostendit illum, qui olim nomina patrũ mutarat Abraam & Sarai Gene. 17. Nec vltra vocabitur nomen tuũ Abram, sed appellaberis Abraam, quia patrem multarum gentium constitui te. Sarai vxorem tuam, non vocabis Sarai, sed Saram. Cephas, secundum Hieronymum, Syrum est, & Græce sonat Petrum, latine saxum, hoc est, solidum, quia non facile moueatur. Hoc erat primum rudimentum ecclesiæ Christi, hoc euangelicæ scholæ primordium. Quod autem fratrem frater attraxerat ad Iesum, felix erat ecclesiæ nascentis auspicium, quæ cõstat fraterna charitate, concordia q̃ mutua. Ioh. 13. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Hinc idem 1. Pet. 4. Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum.

Nominis variatio.

Cephas qd sonet.

In crastinum voluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum, & dicit illi Iesus: Sequere me. Erat autem Philippus a Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri. Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quem scripsit Moses in lege & prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph a Nazareth. Et dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni & vide. Vidit Iesus Nathanael venientẽ ad se, & dicit de eo: Ecce vere Israelita, in q̃ dolus nõ est. Dicit ei Nathanael: Vnde me nosti? Rñdit Iesus & dixit ei: Priusquã Philippus te vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanael & ait: Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel. Respondit Iesus & dixit ei:

Quia

Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei: Amen amen dico vobis, videbitis cælum apertum, & angelos dei ascendentes & descendentes super filium hominis.

Non simpliciter vox domini dicebatur. efficax em̃ erat, & dignos statim flagrare faciebat intrinsecus ad amandũ ipsum, sicut Cleophas ait Luc. 24. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cũ loqueretur in via? Neq; Philippus apud se bonũ hoc retinuit, sed cõmunicat Nathanaeli: & quia legisperitus erat, ad legem & prophetas ipsum mittit. Deute. 18. Prophetã de gente tua & de fratribus tuis suscitabit, sicut me, tibi dominus deus tuus, ipsum audies. Act. 3. Omnes prophetæ à Samuel & deinceps qui loquuti sunt, annunciauerũt dies istos. Nathanael audiens, fauet quidẽ lætissimo nuncio, sed offenditur scrupulo, quẽ illi tacite mouebat prophetia, quæ palam promittit Christũ exoriturũ e Bethleem: cupiens; certius edoceri, dicit Philippo: Num à Nazareth potest aliquid boni exoriri, cuius nõ meminerunt prophetæ? Hunc nodũ, quũ ipse Philippus rudis adhuc & p̃ter simplicem fidẽ nihil habens, explicare nõ posset, inuitat eum ad fontẽ ipsum, non dubitans quin viso & audito Iesu, statim sit crediturus, nec discessurus. Si dubitas, inquit, mihi credere, veni ipse & vide. Iesus aũt præueniens, ait: Ecce vere Israelita, patrem Iacob imitando, deũ fideliter contemplando, mysteria Christi sapienter intelligendo, & cõuersationem virtuosam ducendo. De talibus ait Apostolus Gal. 6. Pax super Israel dei. Est em̃ Israel, non dei, sed carnis. Roma. 9. Non em̃ omnes qui ex circuncisione sunt Israel, hi sunt Israelitæ. Summa laus: nam de Christo testatur Esa. 53. q̃ dolus non sit inuentus in ore eius. Huic Christus testimonium perhibet. Non ergo fuit in eo fraus, simulatio, circunuentio, sicut in scribis & pharisæis. Nouerat quoniam simulatores & callidi prouocant iram dei. Iob. 36. Quia fraudulenti vasa pessima. Esa. 32. Hinc Malach. 1. Maledictus dolosus. Psal. 54. Viri sanguinũ & dolosi non dimidiabunt dies suos. Nathanael vero laudibus nõ remissior factus, vrget euidentius quiddã discere volens. Iesus aũt manifestius etiam declarans se nõ latere quãtumuis occultas hominũ cogitationes, ait: Priusquã &c. Nathanael vero cui persuasum erat soli deo perspicua cordiũ secreta, 1. Reg. 16. Homo videt ea quæ patent, deus aũt intuetur cor. & homine maius esse quod audiret, nihil iam offensus scrupulo de loci natalis vocabulo, plena fide testimonium reddidit Christo: Rabbi, inquiens, tu es ille filius dei, per quẽ pater decreuit liberare populũ suum, tu es ille rex Israel, prophetarũ vaticinijs olim promissus. Esa. 33. Dominus iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster, ipse saluabit nos. At dominus confirmãs fidẽ ipsius, ad altiora sustollit. Videbis, inquit, olim euidentiora signa his duobus, ex quibus crescet tua de me opinio. Nam etsi discipuli veluti per somnium admirabantur quiddã in Christo homine maius, tamen nondũ ad plenũ credebant in eo plenitudinẽ esse diuinitatis: hinc inducit eos ad cognoscendũ quiddam dignũ sua deitate. Quanq̃ em̃ angeli administratorij sint spiritus, missi in ministerium propter eos qui hæreditatẽ capiunt salutis, Hebr. 1. Christo tamen non sic famulabantur, sed vt domino.

¶De mutatione aquæ in vinum, Iohan. 2.

## ARTICVLVS III.

ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem Iesus & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris: Quodcunq; dixerit vobis, facite. Ioh. 2 F

Ostendit dominũ nunquã pijs suorum deesse votis, quin opportuno in tempore omnem subleuet defectũ. Neq; em̃ diu commoratus est post in Galilæa, quin edito miraculo inciperet declarare, nõ fuisse vanũ Iohannis de se testimonium. Est aũt Cana, vt dicit Hieronymus, in tribu Aser, vnde Nathanael, & est oppidũ nunc in Galilæa gentium. Verisimile est aũt, sabbatis nuptiarum conuiuia celebrari solita non fuisse propter apparatum, sed quauis alia dierum sequentium sabbatum: quare non inconuenienter tertia die post sabbatum hæ nuptiæ celebratæ videntur. Ad has nuptias ob affinitatem vocata fuerat mater Iesu, atq; hac occasione vocatus est & ipse Iesus. Exprimũtur hi soli, quia solũ

ob id mentio fit illorum: quia miraculum per matris interpellationē factum virtuosa Ie
su operatione, fuit in confirmationem discipulorū, qui iam cœperant ipsi adhærere pro
Christus ad nuptias cur venerit pter Iohannis testimonium. Qui ergo nō est dedignatus serui formam accipere, non de
dignabatur ad seruorum nuptias venire, laudabilem consuetudinem non infringens, qua
vicini & consanguinei conueniunt, Tob. 8. Secundo ad nuptiarum comprobationem,
contra Tacianum & Marcianū, qui dicebat nuptias malas & à diabolo inuentas. Quod
Taciani & Marciani hæreses. elidens dominus, ait Matth. 19. Quod deus coniunxit. Tertio, ob miraculi operationem.
Iohan. 5. Opera quæ dedit mihi pater vt perficiam, ea ipsa opera quæ ego facio, testimo
nium perhibent de me, quia pater misit me. Quarto, ad sacramenti insinuationem Chri-
sti & ecclesiæ, cuius ipse sponsus. Iohā. 3. Qui habet sponsam, sponsus est. Ephe. 5. Sacra-
mentum hoc, magnum est: ego autem dico in Christo & in ecclesia. Venit em̄, vt animā
per multa annorum curricula cum alijs amatoribus fornicatam, sibi reconciliaret & con
iungeret. Hier. 3. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me,
Legitimæ nuptiæ q̄. dicit dominus, & ego suscipiam te. Sunt autē nuptiæ ad legitimam humani generis pro-
pagationem. Legitima vero est, cū non voluptas virum & mulierem coniungit, sed de-
us: quod fit, quum trahuntur desiderio voluntatis dei, legisq; diuinæ implendæ, positæ
ad suscipiendam prolem, quæ subinde deum agnoscat, legemq; & volūtatem eius custo-
diat. Hinc Gene. 2. Non est bonum, homīnem esse solum, faciamus ei adiutorium simile
Matrimonij nobilitas. sibi. Obserua hoc loci. Primo matrimonij nobilitatem, quia à deo, & in loco mundi no-
bilissimo institutum. Beda: Quod dominus noster atq; saluator ad nuptias vocatas nō so
lum venire, sed & miraculum ibidem quo conuiuas lætificaret, facere dignatus est, excep-
tis cælestiū sacramentorū figuris, etiam iuxta literā, fidem recte credentiū confirmat, &
q̄ fit damnabilis nuptijs detrahentiū perfidia, insinuat. Si em̄ in thoro immaculato & nup-
tijs debita castitate celebratis, culpa inesset, nequaquam dominus ad has venisset, nequa
quam eas initijs signorum consecrare voluisset. Nunc autem quia bona est castitas coniu
galis, melior continentia vidualis, optima perfectio virginalis, ad comprobandum om-
nium graduum electionem, discernendum tamen singulorum meritum, ex intemerato
Mariæ virginis vtero nasci dignatus est, à prophetico Annæ viduæ ore mox natus bene
dicitur, à nuptiarum celebratoribus iam iuuenis inuitatus, & hos suæ præsentia virtutis
honorat. Secundum, ordinabilitas. Fuit enim in initio institutum ad prolis procreatio-
nem. Gene. 1. Creauit deus hominē ad imaginem & similitudinē suam, ad imaginem dei
creauit illū, masculum & fœminā creauit eos, benedixitq; illis, & ait: Crescite & multipli
camini, & replete terrā. Post lapsum vero, cū hoc institutum est in remedium. Vnde im
mediate erubuerunt se nudos, carne spiritui reluctante. 1. Cor. 7. Propter fornicationē
vnusquisq; vxorē suam habeat, & vnaquæq; virū suum. Hinc cum reuerētia & dei timo
re ineunda coniugia. Tob. 6. Hi nanq; qui coniugium ita suscipiunt, vt deum à se & à sua
mente excludant, & suæ libidini ita vacent sicut equus & mulus quibus nō est intellectus,
habet dæmoniū potestatē super eos. Tu aūt cum acceperis virginem, ingressus cubiculū,
per tres dies continens esto ab ea: transacta aūt tertia nocte, accipies virginē cum timore
dñi, amore filiorū ductus magis q̄ libidine, vt in semine Abraæ benedictionē in filijs con-
sequaris. Claret q; matrimonia ineuntes libidinis vel cupiditatis, non prolis ad dei laudē
educandæ causa, Iesum in suis non habebunt nuptijs, & benedictione carebunt diuina:
qui vero cū timore dei contrahunt, in corpore, anima & substantia benedictionem con-
sequuntur. Psal. 127. Beati omnes qui timent dominū, qui ambulant in vijs eius. Labores
manuum tuarum quia manducabis, ad sufficientiam, nō indigens aliquo: beatus es, & be
ne tibi erit, in anima & corpore. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Fi
lij tui sicut nouellæ oliuarū in circuitu mensæ tuæ. Excrescētes in corpore & virtutibus.
Tertium, puritas dilectionis. Ephe. 5. Viri, diligite vxores vestras, sicut & Christus dile-
xit ecclesiā. Hinc de latere facta est Gene. 2. quia in adiutorium viri, Gene. 1. Ephe. 5. Ve-
runtamē vos singuli, vnusquisq; vxorē suā sicut seipsum diligat, vxor aūt timeat virū suū.
Timeat, ait Gene. 3. Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Eccl. 25. Melior si pri
matū teneat, contraria est viro suo. Quartū, firmitas adhæsionis. Gene. 2. Propter hoc re
linquet homo patrē & matrē, & adhærebit vxori suæ. 1. Cor. 7. His aūt qui matrimonio
iuncti sunt, præcipio non ego, sed dominus, vxorem à viro non discedere: quod si discef
serit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat. Matt. 19.
Quod deus coniunxit, homo nō separet. Obserua quod ait, Quod deus cōiunxit. Illegiti-
ma em̄ connubia deus non coniungit, sed caro & diabolus, super quibus & potestatē ha
bet. Porro quū deficiente vino, pudore periclitaretur sponsus, q; parum liberaliter appa
rasset nuptias, simulq; metus esset ne conuiuiū pax redderet hilare, solicitis hac de causa
ministris,

miniſtris, Maria mater Ieſu cupiēs huic incommodo mederi, quum ex multis argumentis non ignoraret virtutem filij, ex maxima pietate prꝙuenire voluit totalem vini defectum, proponit affectum, ſciēs abſq; petitione aliqua ſufficere neceſſitatē inſinuare. Pſal. 37. Domine, añ te omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus. Sic Lazari ſorores denunciarunt, Iohan. 11. Domine, ecce quem amas, infirmat. Miſericordiæ mater quid dicere potuit, quàm miſericordiam optaret? Ieſus autem iam aggreſſurus cæleſte negocium euangelij, cuius ſolum patrem autorem eſſe voluit, non patitur vllam humanā autoritatem admiſceri. Non enim in hoc gerebat miracula, vt ſuoꝝ cognatorum affectibus ſeruiret, ſed vt apud incredulam nationem ſignis corporalibus, ſpirituali doctrinæ fidem præſtrueret. Itaq; non abnegat matrem, ſed ab huius negocij quod gerendum erat, autoritate declarat alienam. Eſt, inqt, mihi tempus præſcriptum à patre, quando & qui bus modis agere debeam negocium humanę ſalutis, id nōdum venit. Eccleſiaſtes. 8. Oīi negocio tempus eſt, & opportunitas. Chryſoſtomus: Nondū innotuit cōuiuis defectus, qui enim defectum non agnoſcit, nec beneficium gaudens ſuſcipit. Pia ergo mater, filij verba intelligens non increpantis eſſe, ſed opportunitatem expectantis, id procurabat, ne famulorum incredulitas, aut non paratum obſequium obſtaret, quo minus conuiuio ſubueniretur. Admonet ergo vt faciant quæ iuſſerit. In hoc conſiſtit totius iuſtitiæ perfectio, vt deo in omnibus ſubijciamur. Sic Exod. 24. Omnia quæ locutus eſt dominus, faciemus, & erimus obedientes.

Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ ſecundum purificationem Iudæorum, capientes ſingulæ metretas binas vel ternas. Dicit eis Ieſus: Implete hydrias aqua, & impleuerunt eas vſq; ad ſummum, & dicit eis Ieſus: Haurite nunc, & ferte architriclino, & tulerunt. Vt autem guſtauit architriclinus aquā vinum factum, & non ſciebat vnde eſſet, miniſtri autem ſciebant qui hauſerant aquam, vocat ſponſum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primo vinum bonum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius eſt. Tu autem ſeruaſti vinum bonum vſque adhuc.

Secundum purificationem Iudæorum, qui crebro lauant manus & reliqua domus vaſa, Marc. 7. Sex hydriæ aqua plenæ poſitæ erant. Nec fortuito hæc gerebantur, ſed conſulto Ieſus differebat miraculum, quo magis innoteſceret vini defectus, & neceſſitati, non oſtentationi datum videret. Sic enim omnia miracula ſua geſſit dominus, vt non ad laudem humanam affectata, ſed ſubleuandis hominum malis impenſa viderent, ita temperato rerum ordine, vt maiore certioreq; fide geri nō poſſent. Iam igit expectantibus conuiuis, & ob vini inopiam ſolicitis, Ieſus tempus adeſſe ſciens quo ſuis innoteſceret, miniſtris mandat hydrias impleant aqua. Nimiꝝ & hoc faciebat ad miraculi fidem, q eaꝝ hydriarum ſolennis eſſet vſus, nec alium liquorem accepiſſent vnquàm præterq̄ aquæ. Hinc & ex ſubiecta materia fecit miraculum, ſicut & ſatiauit quinq; millia virorꝝ ex. 5. panibus, Mat. 14. & 4000. hominum ex. 7. panibus, ne magnitudo miraculi rem redderet incredibilē. Sed ne videret accurrere ad miraculoꝝ operationē propter oſtentationem & vanā gloriam, tempus expectauit opportunum: & vt haberet plures miraculi teſtes, iuſſit hauriri & ferri architriclino, q cōuiuio ordinando præerat, vt dicit Beda: Architriclinus autē ſuſpicans per errorem miniſtroꝝ factum, vocat ſpōſum, diſcere cupiēs qua nam occaſione is error accidiſſet, dicens: Auaritię eſt, primo peiora p̄mittere in cōuiuijs: ſed vrbanitatis, meliora in primis largiri. Tu contra vinum hoc, quo nullum adhuc generoſius eſt, ſeruaſti. Sic in actibus Chriſti fuit eminentia quædam, ita q terminabant ad aliquid perfectius, q̄ poſſit natura producere: quare fuit vinum præualidum. Sic paralyticum ſanauit, vt tolleret lectum, Luc. 5. & Ioh. 5. Deu. 32. Dei p̄fecta ſunt opera. Nihil oraſſe legitur, aut aquam vel vaſa contigiſſe, vt ſola voluntate aquam diuina virtute mutatā fuiſſe monſtraret. Pſal. 134. Omnia quæcūq; voluit dominus, fecit in cælo & in terra, in mari, & in omnibus abyſſis. Sap. 12. Subeſt enim tibi, cum volueris poſſe.

Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Cana Galilææ, & manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli eius.

Auguſt. Vinum deficit, vt mirabiliter vino de aquā facto, virtus latentis deitatis appareat. Maior virtus eſt in creatiōe & gubernatiōe cæli & terræ, & q quotidie aqua pluuiæ per vites in vinū vertit, & q ex paruo ſeminario fruges oriunt. Sed quia hæc naturaliter

fiunt, iam ex vsu viluerunt. Ideo quædam & si maiora, præter solitum naturæ cursum sibi deus seruauit, per quæ virtus quæ in maioribus etiam operat, ad memoriam reduceretur Ex hoc enim discipuli fuerunt animati ad ipsum sequẽdum magis, q̃ antea ex verbis Iohannis semper vinum defuit tam in lege, quàm gentium populo, donec Christus in euãgelicis nuptijs aquam in vinum mutauit. Sine Christo omnia insipida, & lex & prophetæ. Finis enim legis Christus, ad iustitiam omni credenti, Romañ.10. Si vino volumus hic lætitiæ spũalis, & post gloriæ cælestis recreari, necessum est iussis ipsius iuxta verbum virginis matris obtemperemus. Ipse eñ aquam tribulationis & laboris in vinum, quod lætificat cor hominis, Psal.103. cõuertet quietis & iucunditatis. Has ergo Christi nuptias & ecclesiæ, quæ tunc vna in ciuitate figurabantur, & nunc vniuerso celebrant in mundo, tota diligamus mente. Osee.2. Et sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iustitia & iudicio & misericordia & miserationibus, & sponsabo te mihi in fide, & scies, quia ego dominus. Bernardus: O anima deuota, vnde tibi tam ineffabilis gratia, vt ei us sponsa esse merearis, in quem desiderant angeli prospicere? Prouerb.8. Deliciæ meæ esse cum filijs hominũ. Celebrant hæ nuptiæ tertia die. Primus est legis naturæ, secundus legis scriptæ, tertius legis gratiæ. Hinc Iohannes Baptista ait Iohan.3. Qui habet sponsam sponsus est, amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem spõsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Celebrant autem in Cana Galilææ, quia ex zelo trãsmigrare debemus de veteri homine in nouũ. Col.3. Expoliantes vos veterem hominẽ cũ actibus suis, & induentes nouũ, eum q renouatur in agnitionem dei, secundum imaginem eius qui creauit eum, vt finaliter transmigrare possimus ad agni nuptias æternas. Apoc.19. Beati q ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. Has ergo per fidem vocati intremus, & mundo dilectionis habitu celebrare curemus, nostræq; actionis simul & cogitationis maculas ante diem extremę vltionis, ipsi solicitius examinando diluamus, ne forte ingrediens rex qui has nuptias filio suo fecit, si viderit nos nuptialem vestem non habere, eiciat nos & ligatis à bene agendi facultate manibus & pedibus, in exteriores mittat tenebras, Mat. 22. Mundemus fide fortia cordium nostrorum vascula, secundum purificationem præceptorum cælestium. Impleamus hæc aqua sapientiæ salutaris. Eccl.15. sacræ doctrinæ crebrius attendendo. Rogemus deum, vt ipsam quam nobis scientiæ gratiã contulit (ne forte inflet, 1. Cor.8.) charitatis suæ feruore calefaciat, & ad superna quærenda sola, hac sapientia conuertat, quatenus spiritualiter inebriati, possimus & ipsi cum propheta dicere, Psal.59. Potasti nos vino compunctionis. Sicq; fiat vt nobis bene proficientibus, & nunc ex parte prout capere sufficimus, & in futuro perfecte Iesus nobis manifestet gloriã suã.

Tertia die nuptias celebratas eẽ quid.

¶ De primo aduentu ad pascha, Iohan.2.

## ARTICVLVS IIII.

Iohan.2 G

POst hæc descendit Capharnaum ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius, & ibi manserunt non multis diebus. Et prope erat pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, & inuenit in templo vendentes oues & boues & columbas, & nummularios sedentes. Et cum feciſſet quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & nummulariorum effudit æs, & mensas subuertit, & his qui columbas vendebãt, dixit: Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negociationis. Recordati sunt vero discipuli eius, quia scriptum est, zelus domus tuæ comedit me.

Quanta diligentia ea quæ diuini sunt honoris & præcepti, curanda, obseruanda, & defendenda sunt, ostendit. Bifariam eñ nos Christus docet: verbo, dum scripturas enarrat, vt legis nouæ lator. Secundo, facto, omnis enim Christi actio nostra est instructio. Iohan.13. Exemplum dedi vobis: Bis, vt dicit Beda, purgauit templum: in initio prædicationis post baptismum, de quo hic. Secundo, quinto ante passionis diem, Matth.21. Instabat pascha, quod Hebræis transitũ sonat, hunc quotannis celebrabant ob veteris historiæ memoriam, quòd maiores eorũ incolumes transissent Aegyptum, petituri terram à deo promissam. Beda: Veniens Hierosolymam, primo quæ fuit templum, commonens, vt quocũq; properamus, domum domini primo ingrediamur deum deprecaturi. Ingressus templum of-

Pascha qd sonet

plum, offendit illic non templi, sed fori specimen. Ordinauerant sacerdotes cupiditate ducti, quanquàm diuini cultus promotionem prætenderent, vt talia ad manum essent venientibus è longinquo ad offerendũ, quo ipsi maioris commodi ex oblatis participes fierent Nummularij siue colybistæ, q minutiore moneta mutarent maiorem, aut aurum argento: atq; hinc quoq; quæstus erat sordidus, nec multum abhorrens ab vsura. Neq; solum eiecit homines, sed oues etiam ac boues, ne quid talium sordium hæreret. Hoc imagine significabat sacerdotes Iudæorum ob auaritiam ejiciendos, & eos q templum violant euangelicum. 1. Cor. 3. Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? Si qs tẽplũ dei violauerit, disperdet illũ deus. Templũ em̃ dei sc̃m̃ est, q̃d estis vos. Sic q malis actibus ꝓphanãt ecclesiã, ejiciẽdi sunt. Sic Paulus scortatorẽ cũ nouerca, eiecit, 1. Cor. 5 Sic & alijs obnoxios vitijs ejiciẽdos dixit. 1. Cor. 5. Si is q frater noĩat inter vos, ẽ fornicator, aut auarus, aut idolis seruiẽs, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cũ hmõi nec cibũ sumere. Auferte malum ex nobisipsis. Sic oues & boues vendunt, quando bestiales motus in anima insurgentes, cum delectatione retinentur, pro quibus homo diabolo se vendit. Romañ. 6. Stipendia peccati, mors. Duplex correctionis remedium, facti & verbi. Vtroq; em̃ secundum temporis exigentiam prælati vti debent. Potuit virtute diuina corda terrere eorum quos alloquebatur, sicut tempore passionis, Iohan. 18. Iniuria quędam redundat in deum, hæc nullo modo sustinenda. Chrysostomus: In proprijs iniurijs esse quempiam patientem, laudabile est: iniurias autem dei dissimulare, nimis impium. Alia in proximũ, huic nos opponere debemus, quod spectat maxime ad prælatos. Ezech. 13. Non ascendistis ex aduerso, neq; opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die domini. Aliqua in nosipsos, hæc patienter sustinenda, & in bono malum vincendum. Ro. 12. Matth. 5. Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Sed nos proprias rigide vlciscimur iniurias, & dei calumnias & blasphemias dissimulamus. Non dixit domũ dei, sed patris mei, ostendens quòd potestatem habeat sicut filius patris, omnium. Chrysostomus: Iudæi audientes quod deum vocat patrem suum, non irascuntur, putantes nõ per naturam, sed gratiam deum vocare patrem. Tamen postea ob id ipsum persecuti sunt. Discipuli vero paulatim incrementa sumentes boni, & scripturarum recordantur, inde testimonia recipiendo, & firmiorem de Christo scientiã apud se constituendo. Obserua quod zelus trifariam distinguit. Carnalis, vicinus inuidiæ, vt dicit Hieronymus super Gal. Hoc fratres Ioseph, Gene. 37. Maria soror Mosi. Numer. 12. Zelati sunt dolentes præcelli. Sic Iudæi in Christum, Luc. 4. & Apostolos, Act. 5. de quo Ecclesiast. 30. Zelus & inuidia minuent dies, & ante tẽpus senectam adducet cogitatus. Secundo, amoris: quo animus accẽditur, relicto humano timore, ad aggrediendum fortia, id̃q; honesti & iusti causa. Ab eo comeditur, vt dicit Augustinus, qui quælibet praua videt, corrigere satagit: quod si nequit, tolerat, & gemit. Hoc zelo Phinees accensus, Israelitã cum scorto Madianitide trãsfodiens, iram domini placauit, Nume. 25. Sic Helias. 3. Reg. 19. Zelo zelatus sum pro domino deo exercituum, quia dereliquerunt deum Israel. Sic Matathias. 1. Mach. 2. Et vidit Matathias (Iudæum immolantem dijs) & doluit, & contremuerunt renes eius, & accensus est furor eius secundum leges, & insiliens, trucidauit eum super aram. Psalmo. 37. Zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns. Psalmo. 118. Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei. Hoc male habere debet omnes, si domus dei seu materialis, seu spiritualis contemnitur, si diripit, si fœdis negociationibus contaminatur. Psalmo. 68. Zelus domus tuæ comedit me. Tertio, Imitationis: dum aliorum aut præclara facta, aut turpiter gesta imitamur. Psalm. 36. Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem.

Zelus quid tuplex

A zelo q̃ comedat

Respondérunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis, 2
quia hæc facis? Respondit Iesus, & dixit eis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderunt scripturę, & sermoni quem dixit Iesus.

Porro, Iudæi quum audissent, quod domum patris sui nominans, peculiari quadam ratione, se declararet filium dei, viderentque palam tanta autoritate sæuientem in eos, qui vide-

qui videbantur rem sacerdotum ac religionis adiuuare, obstrepunt illi, ac dicunt: Si ista facis authoritate tua, temeritas est: si diuina, quod signum profers vt credamus tibi. Quanquàm enim correctio in se esset bona, non tamen ad quemlibet pertinebat. Verum nisi cæci fuissent, vtrũq; in Christo, & signum, & autoritatem, deprehendere potuissent. Cyrillus: Quemadmodum omnibus quibus q̃ bene petunt, facile deus cuncta largitur: sic ĩjs q̃ tentantes postulant, non modo nihil præstat, verumetiam quasi malignos aspernat. Sic alio in loco vocat eos generationem adulteram, Mat. 12. Sciens ergo eos calumniaturos, etiam si quod miraculum ostendisset, sub ænigmate promisit eis signum: quod si tum palam fuisset eloquutus, non erant credituri, quando ne tum q̃dem crediderunt quũ esset exhibitum. Id erat signum resurrectionis & mortis suæ, signum Ionæ. Mat. 12. Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signũ Ionæ prophetæ. Nõ autem ad cruentam cædem adhortatur, sed quod facturos nouit, ad vtilitatem eorum potius, si q̃dem sensus habuissent, subaperit. Erat enim verum templum diuinitatis. Coloss. 2. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Datur ergo signum incredulis rememoratiuum futuri, sicut & Achaz incarnationis. Esa. 7. Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum: Ecce virgo cõcipiet, & pariet filium, & vocabitur nomẽ eius Emanuel. Qualis autem fuit illorum intellectus, talis & responsio: nam ad tẽplum per Zorobabel reædificatum retorquebant. Augustinus: Aedificatio Salomonis. 7. annis perfecta est. 3. Regum. 6. Reædificatio p̃ Zorobabel, impedientibus inimicis. 46. annis cõsummata est, 1. Esd. 4. &. 6. Ipse autem dixerat de solutione per mortem corporis, vnde non dixit, reædificabo, sed excitabo. Quanquàm legimus aliquot homines reuixisse, nemo tamen præter Christum Iesum excitauit seipsum ad vitam. Solus enim ipse potestatem habebat deponendi animam suam, & eam resumendi quum vellet, Iohannis decimo: Obstabant duo magna, q̃ nec discipuli intelligebant verba Christi: alterum, q̃ resurrectio p̃ se tam difficilis captu, imo quasi ignota esset: alterũ, q̃ corpus Iesu deus inhabitaret. Vbi vero rediit ad vitam, tum crediderunt scripturæ omi quæ resurrectionis gloriam p̃dicabat.

3 Cum autem esset Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in noĩe eius, videntes signa eius quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eo q̃ ipse nosset omnes, & quia opus non erat ei, vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.

Cum itaq; per aliquot dies paschæ Hierosolymis commoratus, & signis & doctrina iecisset aliqua semina fidei euangelicæ, multi fidẽ habuerunt dictis illius, credentes eum esse filium dei, quem se esse prædicabat, magis commoti miraculis quæ perpetrabat, q̃ verbis. Haud enim parui erant momenti, vt patet ex verbis Nicodemi Iohan. 3. Eo igitur quia nondum prodesse poterat, ne præberet malis occasionem maioris mali, subduxit se ab illis, neq; omnia dogmata, vt his qui vere credunt, concredebat, eo quod nosset ipse omniũ cogitationes. Hebr. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Quo docemur, nõ quosq; mox ad arcana fidei, maxime ad corpus Christi admittendos. 1. Cor. 3. At ego fratres, non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanq̃ paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Secundo, non facile omnibus credendum. 1. Iohan. 4. Nolite omi spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sint, quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum. Eccl. 19. Qui cito credit, leuis corde est, & minorabitur. Hierem. 12. Ne credas eis cum locuti fuerint tibi bona. Tertio, non facile ineundam cum omibus amicitiam. Hiere. 9. Vnusquisq; se à proximo suo custodiat, & in omni, fratri suo nõ habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquentur. Docuerunt enim linguam suam loqui mendacium. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est. In ore pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias. Omes iudicabis te meliores esse. Philip. 2. In humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes. Cæterum tuæ consuetudini non omnes iudicabis idoneos, aut certe te non posse tuto cum omnibus passim diuersari. Matth. 10. Cauete autem ab hominibus, tradet enim frater fratrem, & pater filium, & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. 2. Timothei. 3. Omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur.

¶ De Nicodemo.

## ARTICVLVS V.

Erat autẽ

ERat autem homo ex phariſæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum, hic venit ad Ieſum nocte, & dixit ei: Rabbi, ſcimus quia a deo H veniſti magiſter, nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit deus cum eo. Iohan. 3

Quàm obuius ſemper & benignus fuerit dñs ſimplici ac recto corde ipſum accedentibus & inquirẽtibus, oſtendit. Hinc nõ reppulit timidum ac intempeſtiuum ſalutatorẽ, ſed comiter accipit imbecillem qdem, ſed malitiæ expertem, & ob hoc dignum q paulatim ad ſublimiora proueha. Cyrillus: Propenſus ad fidem Nicodemus videt fuiſſe, ſed pudore improbo victus, & gloria hominũ ſuperatus, palam accedere nõ audet: ita ambigua quadam ſententia & claudicante iudicio, vtriſq; (vt dicitur) poplitibus laborat. Nam cõſcientia qdem ſtimulis ſuis, miraculoꝝ magnitudine ad fidem eum pellebat. 1. Corꝝ. 1. Iudæi ſigna petunt. Principatus autẽ gentis ſuæ, ne palam Chriſto adhæreret, facile illi perſuadebat, q principatus detrimentũ, calamitatem nõ paruam exiſtimabat. Perpendit hic ex doctrina, ſignis, & miraculis, magnæ aliqd in Chriſto excellentiæ, cuius tantam poteſtatem, ſapiam, imꝑterritam q cõſtantiam in vendentium & emẽtium eiectiõe fuit expertus, qua re zelo cognoſcẽdæ veritatis & ſpiritalis profectus venit. Pſal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini: & facies veſtræ nõ cõfundent. Erat autem Galilæus natione. Ioh. 7. q & poſt corpus dñi ſepulturæ eum Ioſeph tradidit. Adijt autẽ nocte, re declarans quod imbecillus ac vacillans adhuc in amore eſſet ad Chm, quem hactenus admirabat, vt tamẽ nollet eius cauſa ſuæ gloriæ iacturã apud homines facere, nec eius gratia in ſui ordinis inuidiam ꝑtrahi. Ioh. 12. Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum, ſed propter phariſæos nõ confitebant, vt de ſynagoga nõ eijcerent. Iohan. 9. Iam em̃ cõſpirauerant Iudæi, vt ſi qs eum confiteret, extra ſynagogam fieret. Hinc Iohan. 7. Nemo tamẽ de illo palam loquebat, propter metum, q a Iohan. 12. Dilexerunt gloriã hominũ magis q̃ gloriam dei. O quot ſunt tales, ſed Luc. 9. Qui me erubuerit & meos ſermones, hũc filius hominis erubeſcet, cũ venerit in maieſtate ſua, & ꝑris, & ſanctoꝝ angeloꝝ. A deo eũ veniſſe ad magiſterium cæleſte mũdo exhibendum, cõfeſſus eſt: deum cum illo eſſe, miraculis prodentibus, intellexit, nec tamẽ ipſum deum eſſe cognouit. Ioel. 2. Filiæ Sion, exultate & lætamini in dño deo veſtro, q a dedit vobis doctorẽ iuſtitiæ. Matt. 23. Vnus eſt em̃ magiſter veſter Chr̃us. Veꝝ dixit, ſed quod minus erat à laude Chr̃i: venerunt & prophetæ à deo magiſtri, quo & aſſiſtente, miracula faciebant. nõ ſic autẽ Chriſtus, cũ quo deus per hypoſtaticam vnionẽ. Iohã. 14. Non credis qa ego in patre, & pater in me eſt? Alioq propter opa ipſa credite. Solus deus propria virtute facit mirabilia. Pſalm. 71. Qui facit mirabilia ſolus. Sic & ꝑ ſuos. Iohã. 14. Qui credit in me, opa quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horũ facit. Diabolus aũt nõ vera per ſe, nec ꝑ ſua membra fatit. Exo. 7. & 8. Non em̃ prodeunt à veritate, nec ad veritatẽ ducũt cui obſiſtũt. 2. Tim. 3. Quẽadmodũ Iamnes & Mambres reſtiterũt Moſi, ita & hi reſiſtũt veritati, hoĩes corrupti mẽte, reprobi circa fidẽ. Hinc de capite taliũ Antichriſto. 2. Theſſ. 2. Cuius eſt aduẽtus ſecũdum operationẽ ſatanæ in omẽ virtute & ſignis & prodigijs mẽdacibus, & in omni ſeductione iniqtatis his q pereunt, eo q̃ charitatem veritatis nõ receperunt, vt ſalui fierẽt. Mat. 24. Surgẽt pſeudo Chri & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia, ita vt in errorẽ inducant, ſi fieri poteſt etiam electi. Facit & deus nonnunq̃ miracula per malos, quæ licet nõ probent, nec faciant ipſos iuſtos, probant tamẽ q̃ vera ſit fides qua inuocant deũ, & doctrina ſana ad cuius confirmationem deus talia efficit Lucæ. 9. Præceptor, vidimus quẽdam in noĩe tuo eijciẽtem dæmonia, & prohibuimus eum, qa nõ ſequit nobiſcum. Ait ad illos Ieſus: Nolite prohibere. Qui em̃ nõ eſt aduerſum vos, pro vobis eſt. Chriſti autẽ miracula omnẽ creatam poteſtatẽ erant tranſcendẽtia, & ad animaꝝ ſalutẽ inducẽtia, quare Iudæi inexcuſabiles. Ioã. 15. Si opa nõ feciſſem in eis quæ alius nemo fecit, pctm̃ nõ haberent. Nunc autem excuſationẽ nõ habẽt de peccato ſuo. Inuidia em̃ ſtimulante, ea tribuebãt Beelzebub, Matth. 12. Luc. 11. Dicit ad eum, qa venerat cauſa diſcẽdæ veritatis, & ſimplici cordi quærebat, docẽs de ſacramẽto ꝑ quod eſt ingreſſus in regnũ: Merito ita de me ſentis. Nondũ em̃ natus es ſupne, hoc ẽ à deo ſpũali natiuitate: ſed qa carnalis es, & cognitio quã de me habes, nõ eſt ſpũalis, ſed animalis & humana. Natiuitas em̃ per baptiſmũ, illuminationẽ ꝑbens aniæ, ꝑ fidẽ regnũ dei (hoc eſt, vnigenitũ dei filiũ) videre (hoc ẽ, intelligere) facit. Lu. 17. Regnũ dei intra vos eſt, ſiue eccleſiã dei quę regnũ dicit dei, Marc. 4. Diony. Sicut intellectualis creatura ponit in eſſe ſpecifico ꝑ naturã, per quã eſt apta ad opatiões naturales & potẽs, ſic ꝑ grãm ponit in eſſe diuino, per quod eſt idonea ad operandũ opa meritoria.

Dicit ad

Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo renasci cum sit senex? Nunquid potest in ventrem matris suæ iterato introire, & renasci? Respondit Iesus: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Non mireris, quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult, spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde ve-
2 niat, aut quo vadat. sic ē omis qui natus est ex spiritu. Respondit Nicodemus & dixit: Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus, & dixit ei: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, quia quod scimus, loquimur: & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cælestia, credetis? Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo.

Nicodemus doctrinam plusquàm humanam stupescit, & passus humanum quiddam, interrogat, id quod incredulitatis erat signum. Vbi fides non est, ibi quęritur, quare hoc, quomodo hoc. In lege assuetus, spiritualia capere non potuit. Augustinus: Non nouerat, nisi vnam natiuitatem ex Adam & Eua, ex deo & ecclesia non nouerat. spiritus ei loquit, & ipse carnem sapit, sicut illi Iohan. 6. Durus est hic sermo. Discipuli vero interrogati, an ne & ipsi vellent recedere, responderunt: Domine, ad quem ibimus? verba vitę æternæ habes. Et dominus: Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquàm. Hinc Apostolus. 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. stultitia enim est illi, & non pōt intelligere qa spūaliter examinat. Ideo dominus cōsequenter non grauatur interpretari, quid scit nasci denuo, siue è supernis. Aliud, inquit, natiuitatis genus est, de qua loquimur: non enim carnalis, sed spiritualis est: nec constat propagatione corporum, sed trāsformatione animarum, ex aqua & spiritu sancto, vt ex carnali fiat spūalis, & sic possit ingredi in regnum dei, quod prorsus spirituale est. Sicut enim in generatione naturali virtus est gratiæ diuinæ, ita & in baptismate aqua quæ est materiale elementum, subdita est, & spiritus omnia operatur inuisibilis actor intus mentem purificans, & efficienter intus regenerans gratiam infundendo, quæ res est sacramenti, & causa formalis intrinseca huius sacramenti & regenerationis, & inuocatio & preces, imo dei præsentia. Symbola ēm sepulturæ & resurrectionis in illa perficiuntur. Tres mersiones, triduanæ sepulturæ symbola sunt, deinde regreditur homo ficut dominus fulgidior & clarior, incorruptionis ferens indumēta, q in aqua corruptionē submersit. Quia em ex aqua & spū regenerat inuisibiliter, in nouum hominem mutatur, & de carnali efficitur spiritualis. Roma. 6. An ignoratis fratres, qa quicūq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus resurrexit à morte per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Vide & admirare immensam dei benignitatem. Pater filium misit. Romañ. 8. Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Filius animam dedit. Matth. 20. Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis. Spūs sanctus sua bonitate & liberalitate in baptismo regenerat. 2. Cor. 3. Vbi spūs domini, ibi libertas. Distinguit autem inter generationem carnalem & spiritualem. Carnalis generatio initium omnis mali est & certaminis. Iob. 14. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Militia em est vita hominis super terram, Iob. 7. Hac nascimur natura filij iræ, Ephe. 2. & mortis. Romañ. 5. Per vnum hominem in hunc mundum peccatum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertranfiit, in quo omnes peccauerunt. Spūalis, ponit regeneratum in esse spūali, vitaq; gratiæ, & fit spūs, hoc est, spūalis, quum adoptionem filioꝝ in spū, & grām & honorem susceperit. 1. Cor. 6. Qui adhæret deo, vnus spūs est. Hæc ergo regenetatio facit filios dei. Gala. 3. Omnes vos filij dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu. Hæredes regni Roma. 8. Quod si filij, & hæredes: hæredes qdem dei, cohæredes autem Christi. Vtinam attenderemus huius admirandæ generationis diuinæ, patrem deum, & matrem nostram ecclesiam, & quo spiritu viuificemur. Quum ergo sit alia nascendi ratio, non est quòd mireris homini secundum carnem nato, vt esset filius hominis, eidem secundum spm̄ inuisibiliter eē

Tres in baptismo mersiones qd.

bliter esse renascendũ, vt possit esse filius dei, qui spiritus est, & aptus regno cælorũ, quod spirituale est, non carnale. Quod si animo non cõsequeris, sume imaginem ab his rebus, quæ cum spiritualibus nonnullã habent congruentiam, & tamen corporeis sensibus percipiuntur. Si ventus naturali indita potestate fertur in aliquẽ locum incertum, multo magis spiritus sanctus liberiorem habet motionẽ: & quò vult, & sicut vult operabitur. Sed idem in Græco & hic & in præcedentibus positũ verbũ, magis cogit de spiritu sancto accipi, qui non arbitrio nostro, sed sua voluntate, & spiritualium aut verborũ, aut scripturarum, aut factorũ suggerit intelligentiam. Habet em̃ in sua potestate, cuius cor gratia suæ visitationis illustret. Non em̃ ventus naturaliter in certum fertur locum, quum impulsio fit aeris violenta. Spiritus vero sanctus diuidit singulis dona gratiæ prout vult, 1. Cor. 12. Augustinus: Nemo videt spiritum, & quomodo audimus vocẽ eius? Sonat psalmus, propheta, sermo diuinus, vox est spiritus. Est auditus interior quo diuinus instinctus percipitur, dum sentit se homo intus tangi, doceri, accendi. Psal. 84. Audiam quid loquatur in me dominus deus meus. Osee. 2. Ducam eam in solitudinẽ, loquar ad cor eius. Iob. 9. Si venerit ad me, nõ videbo eum: Si abierit, non intelligam. Eccẽs. 9. Nescit homo vtrum amore an odio dignus sit. Sic aqua & verborũ forma, euidens aliquid est: sed principium effectiuũ regeneratiõis spiritus sanctus, & item finis qui est beatitudo æterna, abditũ est. Nicodemus in literali sensu legis & prophetarũ instructus, ad spiritualem intelligentiam assurgere non valebat: sed quia humiliter quærebat ad veritatem cognoscendã, nõ ad calumniam parandã, meruit vlterius instrui à dño. Prouer. 11. Vbi est humilitas, ibi & sapientia. Psal. 118. Intellectũ dat paruulis. Iesus ergo ostendens ea quæ cælestis sunt doctrinæ, nõ percipi rationibus humanis, sed fide potius cõprehendi, ait: Tu haberis magister in Israel, & profiteris te doctorem populi, & hæc quæ potissimũ oportuit scire, ignoras? Nam lege & prophetis literaliter & figuraliter designata sunt. Gen. 6. In arca Noe in qua paucæ, hoc est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquã. 1. Pet. 3. Quod & vos nunc similis formæ saluos facit baptisma, nõ carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in deũ. 1. Corũ. 1. Nolo vos ignorare fratres, qm̃ patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Mose baptizati sunt in nube & in mari. Ezech. 36. Effundam super vos aquã mundã, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Zach. 13. In die illa erit fons patens domui Dauid & habitantibus Hierusalem, in ablutionẽ peccatoris & menstruatæ. Ostendit q̃ indubitata sit sua doctrina, & ideo recipienda: nouerat em̃ quæ loqueretur, quũ dei sit sapientia, 1. Cor. 1. & in ipso omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sint reconditi, Col. 2. Sed non omnes obediunt euangelio, Roma. 10. Nostrũ, inquit, testimoniũ, quia 1. Iohã. 5. Tres sunt qui testimoniũ dant in cælo: pater, verbũ & spiritus sanctus, & hi tres vnũ sunt. Si mihi terrena quædam adhuc vobis prædicanti, ob carnalem sensum animi nõ creditis, quomodo crediturí fitis, si prædicauero ea quæ plane cælestia sunt, quæ tamen & ipse vidi, & certius cognoui q̃ quæ vos oculis corporeis videtis? Generatio em̃ quę est in baptismo, terrena dicitur, quia fit super terram, & in elemento aquæ, quãuis cælestis sit secundũ gratiam & honorẽ. Necesse est ergo intellectũ nostrũ Christi autoritati subijcere, atq; humiliter obedire. 2. Cor. 10. In captiuitatem redigentes omnẽ intellectum in obsequiũ Christi. Esa. 7. Nisi credideritis, nõ intelligetis. Sed quoniam cogitare poterant, quis cælestia scire possit qui illic non fuerit, ait: Noli me suspicari propterea nõ esse illic, quia descẽdi: sed & hic corporaliter adsum, & illic sedeo cũ patre vt deus. Quia vna hypostasis Christus ex duabus naturis cõstituta, ideo quæ sunt hominis, dicuntur de verbo: & iterũ ea quæ sunt verbi, attribuuntur homini. Nemo ergo proprio iure & merito & virtute ascendit in cælũ nisi Christus, qa nos merito & gratia ipsius tanquã membra. Iohã. 14. Vado parare vobis locũ. & si abiero, & præparauero vobis locũ, iterũ veniam & accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis. Iohan. 14. Nemo venit ad patrem nisi per me. Heb. 10. Habentes itaq; fratres fiducia in introitu sanctorum in sanguine Christi, qui initiauit nobis viam nouam per velamen, hoc est, carnem suam, accedamus cum vero corde, in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala: & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem, fidelis enim est qui repromisit.

Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filiũ hominis, vt omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitã æternam. 3

Crux & mors autor nobis fit gratiæ quæ per baptismum data est: siquidem cum baptizamur, mortem domini repræsentamus. Ponit ergo primo exemplum, vt cognoscat Nicodemus hanc regenerationis vim esse à passione Christi, qua sanantur vulnerati &

læsi à tyrannide diaboli ac morsu serpentis. Nume. 21. Et tædere cœpit populum itineris ac laboris, loquutusq; contra dominũ & Mosen, ait: Cur eduxisti nos de Aegypto, vt moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ, anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Quamobrem misit dominus in populũ ignitos serpentes, ad quorum plagas & mortes plurimorum, venerunt ad Mosen atq; dixerũt: Peccauimus, quia loquuti sumus contra dominum & te, ora vt tollat à nobis serpentes. Orauit Moses pro populo, & loquutus est dominus ad eum: Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo. qui percussus aspexerit eum, viuet. fecit ergo Moses serpentẽ æneum, & posuit eum pro signo. quem cum percussi aspicerent, sanabantur. 1. Cor. 10. Neq; tentemus Christũ sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. hæc aũt omnia in figura contingebant illis.

Serpẽtis a Mose erecti symbolum.

Habuit æneus ille serpẽs specimen venenatæ bestiæ, sed adeo veneno carens, vt alios etiã veneno tactos liberaret. Roma. 8. Deus filium suũ mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secũdum spiritum. 2. Cor. 5. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia dei in illo. 1. Petri. 2. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus, cuius liuore sanati estis. Secundo ponit modũ, quia exaltãdus. Iohan. 12. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. per fidem & dilectionem. Ioh. 8. Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. Fortissimum eñ charitatis viculum, passio redemptoris. Osee. 11. In funiculis Adam traham eos, in vinculis chariratis. Hiere. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Hoc collyrio oculi cordis liniti, lumine fidei illuminantur. Apoc. 3. Dicis, quia diues sum & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Suadeo tibi emere à me aurũ ignitum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, vt nõ appareat confusio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos vt videas. Hinc 2. Co. 4. Quod si opertũ est euãgeliũ nostrum, in his qui pereunt, opertũ est, in quibus deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, vt nõ fulgeat eis illuminatio euangeliĩ gloriæ Christi. Ideo 1. Cor. 1. Nos autem prædicamus Christũ crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus aũt stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis atq; Græcis, Christũ dei virtutem atq; dei sapientiam. Tertio fructum duplicem: alterũ quidem q̃ non perit, Vt omnis, inquit Roma. 10. Non est distinctio Iudæi & Græci. nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illũ, vt qui huc per fidem sustulerint oculos, à lœtifero peccati veneno liberentur, & non pereant peccato obnoxij quod mortem adferat æternam. 1. Ioh. 3. In hoc apparuit filius dei, vt dissoluat opera diaboli. Psal. 114. Eripuit animã meã de morte (culpæ & gehennæ) oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu culpæ. Serpentes, dæmoniatiacula ignita ad mortificandũ, ictus & percussiones eorũ, peccata: mors subsequens, mors secunda, quam suppliciũ comitatur æternũ. Vnde Deut. 8. dicitur q̃ erat serpens flatu adurens. Ephe. 6. In oñibus sumentes scutũ fidei, in quo possitis omnia tela ignea nequissimi extinguere. Si eñ Iudæi videntes ænei serpentis imaginem, mortem effugerunt, multo magis nos ad crucifixum respicientes & credentes, mortẽ animæ effugiemus. Ezech. 9. Omnem super quẽ videris tau, non occidatis. Alterũ, q̃ vitã habet, atq; vitam æternã. Roma. 6. Gratia dei vita æterna. Est eñ petra virga crucis percussa, vnde maximæ effluunt gratiarũ vndæ. 1. Corũ. 10. Bibebant omnes de spiritali consequente eos petra. petra aũt erat Chrũs. Iohã. 7. Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc aũt dixit de spiritu, quẽ accepturi erant credẽtes in eum. Vetus lex promittebat eos qui in illa deo placebãt, implendos longitudine dierũ & bonis temporalibus. Esa. 1. Si voluetitis & audieritis me, bona terræ comedetis. Euangelium vero æternã largitur vitã & indissolubilẽ. 1. Corũ. 15. Euangeliũ in quo statis, per q̃d & saluamini. Vnde crux præfigurata fuit per lignũ vitæ quod erat in medio paradisi, Gene. 2. Virgam Mosi, qua eleuata, mare rubrũ diuisum est, & filij Israel sicco transierũt vestigio, Exo. 14. Sic merito passionis Christi aquæ virtutem accipiunt, vt transeuntes per eam, in terram perueniant promissionis æternam. Roma. 6. 1. Corũ. 10. Item per lignum Mosi ostensum, quod cũ misisset in amarissimas aquas in Marath, in dulcedinem versæ sunt, Exo. 15. Hinc Apostolus Heb. 12. Deponẽtes omne pondus & circunstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositũ nobis certamen, aspicientes in autorẽ fidei & cõsummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucẽ, cõfusione cõtempta atq; in dextera sedis dei sedet. Ideo Gala. 6. Mihi absit gloriari nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi, per quẽ mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Hinc dominus Hierem. 9.

Crux per quæ seu q̃ p̃signata.

Non

Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua,& nõ glorietur fortis in fortitudine ſua,& nõ glorietur diues in diuitijs ſuis:ſed in hoc glorietur qui gloriatur, ſcire & noſſe me:quia ego ſum dominus,qui facio miſericordiam & iudiciũ & iuſtitiã in terra.1.Cor.2.Non em̃ iudicaui me ſcire aliquid inter vos,niſi Ieſum Chriſtũ & hunc crucifixum.

Sic em̃ deus dilexit mundũ,vt filium ſuũ vnigenitũ daret,vt omnis qui credit in eũ,non pereat,ſed habeat vitam æternã.Non em̃ miſit deus filium ſuum in mundũ,vt iudicet mundũ,ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Iohan.3 I

Oſtendit cauſam noſtræ ſalutis non ex meritis,ſed ex mera nobis dei bonitate obtigiſſe & dilectione.Quis em̃ crediturus erat tantã dei bonitatẽ erga mundũ rebellem,& tot flagitijs obnoxium,vt nõ ſolum non vlciſceretur admiſſa ſcelera,ſed filium etiam vnicum de cælis demitteret in terras, atq; in mortem probroſiſſimã traderet,vt quiſquis hominum in hunc crederet,non periret,ſed per fidẽ euangelicam vitã conſequeretur æternam? Vere cõmendat deus charitatem ſuam in nobis:quoniam ſi,cum adhuc peccatores eſſemus,ſecundũ tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt,multo igitur magis nunc iuſtificati in ſanguine ipſius,ſalui erimus ab ira per ipſum,Roma.5.Vide & obſtupeſce diligentis eminentiam,quia deus inſuperabilis potentiæ,imperſcrutabilis ſapientiæ,inæſtimabilis clementiæ.Pſal.15.Dixi domino,deus meus es tu,quoniam bonoꝝ meorum non eges.Tit.3.Apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri dei,nod ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos,ſed ſecundũ ſuam miſericorniam ſaluos nos fecit.Dilecti indigentiam,quia mundum.Pſal.13.Dominus de cælo proſpexit ſuper filios hominum,vt videat ſi eſt intelligens aut requirens deũ.Omnes declinauerunt,ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum,non eſt vſq; ad vnum.Roma.3.Omnes enim peccauerunt,& egent gloria dei.Ideo Luc.19.Venit filius hominis quærere & ſaluum facere quod perierat.Dilectionis excellentiam,quia pater omnium conditor & opifex,ſuum coæqualem & conſubſtantialem ac coæternum(& hoc vnicum)miſit filium.Eſa.9.Filius datus eſt nobis.Roma.8.Qui proprio filio ſuo non pepercit,ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit? Nam cũ eſſet filius vita,& de ſe mori non poſſet,fecit eum mortalem,& (excepto peccato)nobis per omnia ſimilem,vt eum non ſolum daret,ſed daret ad mortem pro nobis,qui eramus digni morte:& morte quidem nunquam reparabili ad vitam,niſi hi quos gratia exceperat:at ille quantum erat ex ſe,ſolus erat vita dignus.Ecce quadruplex cauſa diligendi deum.Prima,quia in ſe naturaliter bonus,imo ſummum bonũ.Marc.10.Nemo bonus niſi ſolus deus.Pſal.33. Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt dominus.Pſal.144. Suauis dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius.Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt. Quadruplex diligẽdi dei cauſa.

Secũda,quia prior nos dilexit.1.Iohan.4.In hoc eſt charitas dei,non quaſi nos dilexerimus deum,ſed quoniam ipſe prior dilexit nos,& miſit filium ſuum vnigenitum propiciationem pro peccatis noſtris.Nos ergo diligamus deum,quoniam ipſe prior dilexit nos. Bernard.Lex eſt humana,dilige me,& diligam te,lex diuina,dilige me,qm̃ dilexi te.Tertia,quia multa bona contulit.Naturæ.Gene.1.Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtram,& præſit piſcibus maris & volatilibus cæli & beſtijs,vniuerſæq; terræ, omniq; reptili quod mouetur in terra.Item gratiæ.2.Pet.1.Per quem maxima & precioſa nobis promiſſa donauit,vt per hoc efficiamini diuinæ conſortes naturæ,fugientes eius quæ in mundo eſt,concupiſcentiæ corruptionem.Roma.8.Nam quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui,vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Hinc admonet Apoſtolus 1.Cor.15.Igitur ſicut portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginẽ cæleſtis.Quarta,quia maiora promiſit.1.Cor.2.Oculus non vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcendit quæ præparauit deus ijs qui diligunt illum:nobis autem reuelauit per ſpiritum ſuũ.Chryſoſtomus:Multã indicat amoris intentionem,quia, multũ medium & infinitum erat inter deum & mundũ:qui immortalis,qui ſine principio,qui magnitudine infinita,eos qui de terra,qui de cinere,eos qui pleni erant peccatis eos qui indeuoti erant,dilexit,& ita,vt filium ſuũ daret,non ſeruum,nõ angelum,ſed vnicum.Quis vnquam circa filium tantũ ſtudium demonſtrauit,quãtum deus erga ſeruos? Nam nec vnigenito pepercit propter nos,nos autem pecunijs parcimus aduerſum nos. Ipſe filium dedit pro nobis,nos neq; argentũ pro nobis,neq; pro eo.Veſtes in arca deponimus:& qui hæc & alia dedit,circumquaq; nudus vadit,& propter nos hæc ſuſtinet. Iaco.5.Agite nunc diuites,plorate vlulantes in miſerijs veſtris quæ aduenient vobis.Diuitiæ veſtræ purtrefactæ ſunt,& veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt:aurum & argẽtum veſtrum æruginauit,& ærugo eorum in teſtimonium vobis erit, & mãducabit car-

nes veſtras ſicut ignis. Bernardus: O duri & indurati filij Adam, quos nõ emollit tanta benignitas, tanta flamma, tam ingens ardor amoris, tamq; vehemens amator, qui pro vilibus ſarcinulis tam precioſas merces dedit. 1. Pet. 1. Nõ em̃ corruptibilibus auro vel argẽto redẽpti eſtis de vana vra conuerſatione paternæ traditionis, ſed precioſo ſanguine quaſi agni immaculati & incontaminati Chriſti, 1. Corint. 6. Empti eſtis prccio magno. glorificate & portate deum in corpore veſtro. Vnde Pſal. 102. Benedic anima mea domino, & noli obliuiſci omnes retributiones eius. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, qui ſanat omnes infirmitates tuas, qui redemit de interitu vitam tuã, qui coronat te in miſericordia & miſerationibus, qui replet in bonis deſiderium tuum, renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Ecce q̃ lucide totius incarnationis beneficiũ & fructũ deſcribit. Nã beneficia quibus indignos nos reddimus, retribuit: peccata relaxauit, aiæ vires per grãm reſtituit, à morte liberauit, gloriam animæ contulit, & omnia vota per corporis immortalem ſtolam complebit. Vere dicere poſſumus illud Pſalmo. 115. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Vt ergo facilior eſſet ſalus mundi promptiorq;, fide filij ſui voluit vniuerſum mundum ſaluatum iri. Gala. 5. In Chriſto Ieſu neq; circunciſio aliquid valet, neq; præputium, ſed fides quæ per dilectionem operatur. Alioqui Iaco. 2. Fides ſine operibus mortua ẽ in ſemetipſa. Ioh. 10. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Non em̃ venit vt iudicet mundum pro ſuis ſceleribus, ſed vt ſua morte mundo per fidem conferat ſalutem gratuitam: & ne quis ſponte periens, haberet quod prætexat ſuæ malitiæ, facilis aditus eſt omnibus ad ſalutem. Accipitur mundus nonnunquam pro peccatis & eis adhærentibus. 1. Iohan. 2. Omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, quæ non ex patre, ſed ex mundo eſt. 1. Iohan. 5. Et totus mundus in maligno poſitus eſt. Hic deum non cognouit, Iohan. 1. Nec poteſt ſpiritum ſanctum recipere, Iohan. 14. Aliquando, pro prædeſtinatis. 2. Cor. 5. Quoniam deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi, non reputans illi delicta ipſorũ. Hinc Abraam hæres mundi dicitur, Roma. 4. Aliquoties indifferẽter pro bonis & malis, ſicut & in eccleſia piſces boni & mali ſunt in finẽ vſq;, Matth. 13. Sic capitur hic. Primus ergo aduentus, manſuetus & lenis, non propter iudicium factus eſt, niſi per accidens, iudicans eos qui non credunt, qui iam iudicati ſunt. Nam vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, 1. Timo. 2. Pro omnibus em̃ paſſus eſt, quantum ad ſufficientiam. 1. Iohan. 2. Ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris: & nõ pro noſtris tantũ, ſed etiam pro totius mundi. ſed pro ſolis electis, quantũ ad efficaciam. Iohan. 17. Non pro mundo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi. Secundus vero aduentus erit, vt omnes iudicet in iuſtitia & veritate, reddens vnicuiq; ſecundũ opera ſua, Matthæ. 16. De primo hic aduentu agit, Iohan. 12. Non veni vt iudicem mundũ, ſed vt ſaluificem mundũ. 1. Timo. 1. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus, quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mundũ peccatores ſaluos facere. Mat. 9. Non eſt valẽtibus opus medico, ſed malehabẽtibus. Auguſt. Quantũ in medico eſt, ſanare venit ægrotũ: ipſe ſe interimit, qui ꝓcepta medici obſeruare nõ vult. Qua re em̃ dictus eſt ſaluator mundi, niſi vt ſaluet mũdum, nõ vt iudicet mundũ? Saluari nõ visab ipſo? ex teipſo iudicaberis.

Mundus quid ſeu q̃ ſignet.

Pro oibus qũo & q̃ diuerſe Chr̃s paſſus.

2 Qui credit in eũ, non iudicatur: qui aũt non credit, iam iudicatus eſt, quia non credit in nomine vnigeniti filij dei. Hoc eſt aũt iudiciũ, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras q̃ lucem.

Qui fide per charitatem operante adhæſerit, nõ iudicatur cõdemnationis iudicio, qa fides cauſam iudicij remouet peccatũ. Act. 15. Fide purificans corda eorꝝ. Iohan. 5. Amen amen dico vobis, quia qui verbũ meũ audit, & credit ei qui miſit me, habet vitam æternam: & in iudicium nõ venit, ſed tranſiet à morte in vitam. Sed nunquid ſi immundam egerit vitam, non iudicatur? Maxime quidem: nõ enim vere fideles ſunt eiuſmodi, vt Paulus dicit Tit. 1. Confitentur ſe noſſe deum, factis autẽ negant. Porro quiſquis nõ credit, nihil opus habet vt à quoquam iudicetur, quũ ipſe palam cõdemnet ſeipſum, & æternæ pœnæ reddat obnoxium, hoc à ſe repellens, per quod licebat aſſequi vitam æternam. Ipſa enim incredulitas, condemnatio eſt, nam eſſe extra lucem, per ſe maximum ſupplicium eſt. Tob. 5. Quale gaudium mihi erit qui in tenebris ſedeo, & lumen cæli nõ video? Deinde quãuis gehennæ necdum ſit traditus, congregauit tamen futuri ſupplicij occaſiones. Sicut homicida tametſi ſententia iudicis nõ condemnetur, natura tamen rei condemnatus eſt: & Adam die qua comedit de ligno, mortuus eſt: quãuis viueret, ſententia tamen & natura rei mortuus fuit. Gene. 2. De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas. in quacunq; enim die comederis ex eo, morte morieris. Auguſtinus: Nondum venit iudicium,

dicium,& iam factum est iudiciũ.Nouit dñs q̃ sunt eius,2.Tim.2.Nouit qui permaneãt ad coronam. 2.Timoth.2.Nam & qui certat in agone,nõ coronatur nisi legitime certauerit.Matth.24.Qui perseuerauerit vsq; in finem,hic saluus erit.Nouit qui remaneãt ad flammam,nouit in area sua triticum,nouit & paleam.Matth.3. Triticum congregabit in horreum suum,paleas vero comburet igni inextinguibili. Nouit segetem, nouit zizania.Matth.13.In tempore messis dicam messoribus:colligite primum zizania & alligate ea in fasciculos ad comburendum,triticum autem congregate in horreum meũ. Quis enim non intelligit,merito illum & suapte culpa perire,qui nolens ac sciens amplectitur id per quod perit,& auersatur id per quod salus poterat restitui? Acto.4.Non est in alio aliquo salus,nec eñ aliud nomen est sub cælo datum hominibus,in quo oporteat nos saluos fieri.Matth.1.Vocabis nomen eius Iesum,ipse enim saluum faciet populum à peccatis eorum.Act.10.Huic oñes prophetæ testimonium perhibent,remissionẽ peccatorum accipere per nomen eius,omnes qui credunt in illum. Abacuc secundo: Ecce qui incredulus est,non erit recta anima eius in semetipso.iustus autẽ in fide sua viuet. Si perit ægrotus,qui medicum celat morbum ne sanetur,nonne ipse de se pronũciat quod suo vitio perit? Filius enim dei,lux est mundi.1ohan.8.Ego sum lux mundi.qui venit in mũdum per incarnationis mysterium.1ohan.16.Exiui à patre,& veni in mundũ. Nam secundum diuinitatem in mundo erat,& mũdus per ipsum factus est,& mũdus eũ non cognouit,1ohan.1.Quemadmodum enim lux corporalis se habet ad oculũ corporalẽ, sic Christus ad animam.Fugat tenebras culpæ,error enim & peccata tenebræ sunt animorum.Esa.49.Dedi te in lucem gentiũ,vt aperires oculos cæcorum.Matth.4. Populus qui ambulabat in tenebris,vidit lucem magnam:sedentibus in regione vmbræ mortis,lux orta est eis.1.Iohan.2.Tenebræ transierũt,& verum lumen iam lucet. Illuminat lumine gratiæ,1ohan.1.Erat lux vera quæ illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hũc mũdum.Psal.4.Signatum est super nos lumen vultus tui dñe,dedisti lætitiã in corde meo. Lætificat affectum animæ.Eccẽs.11.Dulce lumen,& delectabile est videre solẽ. Demõstrat viam vitæ.Psal.88.Domine,in lumine vultus tui ambulabunt,& in nomine tuo exultabunt tota die,&in iustitia tua exaltabunt.Esa.60.Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui.1ohan.8.Qui sequitur me,non ambulat in tenebris,sed habebit lumen vitæ.Non aũt solum in hoc peccauerunt,q̃ non quæsierunt lucem:sed hoc pessimum est,q̃ lux ad illos venit,& illam non susceperunt, sed magis tenebras,hoc est, peccata dilexerunt.Peccata tenebræ dicuntur,quia rationem obnubilant.1ob.38.Auferetur ab impijs lux sua.Ad tenebras perducunt.1.1ohan.2.Qui odit fratrem suum,in tenebris est,& in tenebris ambulat,& nescit quò vadat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.Matth.25.Seruum inutilẽ proijcite in tenebras exteriores.Hinc admonet Apostolus Roma.13.Abijciamus opera tenebrarum,& induamur arma lucis:sic vt in die honeste ambulemus.

Erant eñ mala eorũ opera.Omnis enim qui male agit,odit lucem:& nõ ve 3
nit ad lucem,vt non arguantur opera eius.Qui aũt facit veritatem, venit ad lucem,vt manifestentur opera eius,quia in deo sunt facta.

Quia euangelium non solum recta dogmata,sed & honestã vitam exigit,ipsi autem volunt luto peccati inuolui,ideo nolunt impij ad lucem euangelicam venire,& se ipsi per fidem subdere.Prouer.12.Via stulti recta in oculis eius:qui aũt sapiens est,audit consilia. Dionysius:Nemo respiciens ad malum,operatur illud.non eñ inquantum malum est, appetit illud,sed sub ratione alicuius boni apparentis,vtpote delectabilis vel vtilis.Chrysostomus:Propterea torquebuntur,quoniam tenebras dimittere & luci occurrere noluerunt.Nam si venisset iudicans,& noxas expetens factorũ,dicere possent ob hoc se resiliuisse:nunc autem venit à tenebris eripere,quis ergo miserebitur eius qui non vult ad lucem accedere? Qui sibi mali conscij sunt,oderunt lucem euangelicæ veritatis,per quã produntur ea quæ turpia sunt vt emendentur.Neq; eñ sanari potest qui morbum amat suum.sibi oportet displiceat peccator,vt deo placeat.2.Timo.3.Omnis scriptura diuinitus inspirata,vtilis est ad docendũ,ad arguendum,ad corripiendum, ad erudiendũ in iustitia,vt perfectus sit homo dei,ad omne opus bonũ instructus.Naturaliter autẽ est peccatum erubescibile,quia ex peccato orta erubescẽtia.Gene.2. Erat vterq; nudus,Adam scilicet & vxor eius,& nõ erubescebant,(ante peccatum,sed post)Vnde Gene.3.Vocem tuam domine(ait Adam)audiui,& timui,& abscondi me eo q̃ nudus essem. Sed sunt quibus frons meretricis facta ẽ,nolunt erubescere,Hiere.3.Qui peccatum suũ vt Sodoma p̃dicant,Esa.3.Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis, Prouerb.2.

Nam talem in peccatis habent complacentiam & delectationem, q̃ nolunt de ipsis argui, nec arguenti acquiescere. Amos. 5. Odio habuerunt arguentem in porta, & loquentem perfecte abominati sunt. Eccē. 8. Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, filij hominū absq; vllo timore perpetrant mala. Alij sunt hypocritæ, humana vitantes vituperia, non diuina formidantes iudicia. Iob. 36. Simulatores & callidi prouocāt iram dei. Ephe. 5. Quæ in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere. Valde ergo periculosum est non venire ad lucem. Iohan. 12. Qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat: Nam vadit nesciens in profundum inferni quasi lapis. Prouer. 14. Est via quæ videtur homini recta, & nouissima eius ducunt ad mortem. Prou. 4. Via impioꝝ tenebrosa. nesciunt vbi corruunt. Sed odire lucē, periculosissimū: quia nō venire, est se nō præparare gratiæ: sed odire, est gratiæ reniti & cōtradicere. Iob. 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierūt vias eius, nec reuersi sunt p semitas eius. Chrysos. Qui malorū sibi cōscius est, iudicē fugere solet: ignoscēti verò, qui deliquerūt, occurrere solēt. Huic ergo occurrere decēs erat, q̃ peccata venit dimittere: quare non dixit, qui male egit, sed q̃ agit, qui semper vult voluptari in malo. Porro qui facit veritatem, & aspirat & contendit ad vitam quæ deo placeat, is ad euangelicam venit lucem, quo magis in bono proficiat, & appareant eius opera secūdum deum facta. Qui talis est, is cum fide recta & vitā quoq; honestam instituit, lucet q̃ omnibus hominibus, & in illo glorificatur deus. Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Dicuntur facere veritatem, vitæ, doctrinæ, & iustitiæ, quia à deo qui est veritas. Iohan. 14. Ego sum via, veritas, & vita. Ioh. 15. Sine me nihil potestis facere. Ephe. 4. Veritatem aūt facientes, in charitate crescamus in illo per omnia qui est caput Christus. Ioh. 17. Sermo tuus veritas est. Ducunt ad veritatem. Psal. 42. Emitte lucem tuā & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctū tuum, & in tabernacula tua. 1. Iohan. 2. Qui diligit fratrē suū, in lumine manet. Augus. Fratres, quoꝝ inuenit dñs bona opera? Nulloꝝ. Quomodo ergo quidā fecerunt veritatem, & venerūt ad lucē. i. Christum? Sed dilexerunt, inquit, magis tenebras q̃ lucē, ibi posuit vim. Multi dilexerūt peccata sua, multi sua sunt confessi. Initium aūt bonorū operū, confessio est malorū. Quid ergo est facere veritatem? non te palpes, non tibi blandiaris, nō dicas, iustus sum, cū sis iniquus, & incipis facere veritatem. Venis ad lucem, vt manifestentur opera tua quia in deo sunt facta: quia & hoc ipsum q̃ tibi displicet peccatū tuū, deus fecit. Non tibi displiceret nisi deus tibi luceret, & veritas eius tibi ostēderet. Sed qui admonitus diligit peccata sua, odit admonentē lucē & fugit eā, vt nō arguātur opera eius mala q̃ diligit. Venient finaliter ad lucē, velint nolint, quando dñs illuminabit abscondita tenebraꝝ, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuiq; à deo. 1. Cor. 4. Eluescit ex his, q̃ iustitia res sit audax, secura, iucunda, victoriosa. Roma. 13. Vis non timere potestatē? bonū fac, & habebis laudē ex ea. Esa. 50. Iuxta est qui iustificat me, quis cōtradicet mihi? Ro. 8. Si deus pro nobis, qs cōtra nos? Contra, iniustitia pusillanimis. Sap. 17. Cum em̄ sit timida nequitia, data est in omniū cōdemnationē. semper em̄ p̄sumit sæua pturbata cōsciētia. Iob. 15. Sonitus terroris semper in auribus illius: & cū pax sit, ille semper insidias suspicatur. Prou. 28. Fugit impius nemine p̄sequēte. iustus aūt quasi leo confidens, absq; terrore erit.

¶De querela baptismi Christi, Iohan. 3.

## ARTICVLVS VI.

Iohan. 3 K

POst hæc venit Iesus & discipuli eius in terram Iudæam, & illic morabatur cum eis, & baptizabat. Erat aūt & Iohannes baptizans in Enon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant illic. Et veniebant multi & baptizabantur: nondū em̄ missus fuerat Iohannes in carcerē. Facta est autē quæstio ex discipulis Iohānis cum Iudæis de purificatione, & venerūt ad Iohannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecū trans Iordanē, cui tu testimoniū perhibuisti, ecce baptizat, & omnes veniunt ad eum.

Ostendit q̃ glorioſe Iohannes de Christo absente testatus sit, filium dei è cælo missum in salutem credentium pronunciando. Iactis em̄ euangelicæ gloriæ fundamentis in Galilæa & Hierosolymis, Iesus quo magis ac magis propagaretur euāgeliū, profectus est in terram

terrã Iudęam, atq; illic aliquãdiu cõmoratus cũ discipulis suis, ñsdẽ initijs exordiens prę dicationem euangelicam, vnde cœperat Iohannes. Prouocabat enim ad pœnitentiam, & baptizabat. Sicut dicit Augustinus: Christus primo per seipsum baptizauit, præsertim aplos, nec dubiũ quin proprio baptismate gratiam conferente, postmodum aplis commi sit, & ipse prædicationi intendebat, vnde infra. 4. dicitur: Quanquàm Iesus non baptiza ret, sed discipuli eius. Sic & Paulus. 1. Cor. 1. Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare. Ennon non procul à Salim, quod Syris sonat scatebras, vnde illic bapti- Salim gẽ zandis suppetebat aquæ copia. Nonnulli se conferebant ad Iesum, & à discipulis illius ba sonet. ptizantur. atq; hinc inuidia orta qbusdam discipulis Iohannis aduersus Iesum, quod quũ ipse nuper baptizatus à Iohanne, se'q; veluti pro discipulo illius gessisset, ac illius testimo nio fuisset populo cõmendatus, nunc repente sese æquaret illi, imo se illi anteponeret, cu ius discipuli præsumerent, quod hactenus solus Iohannes fecisset. Atq; hic humanus di- scipulorum affectus Iohannis, profecit ad gloriam Christi, & euidentius etiam testimoni um Iohannis de Christo elicuit. Iudæus quidã præferebat baptisma discipulorꝫ Christi, baptismo Iohannis: discipuli vero Iohannis, sui magistri: quare Iohannem adierunt, vt sui baptismi honorem defenderet. Quem tu clarum fecisti, inquiunt, eadem audet quæ tu: & omnes ad illum currunt, te contempto: & ita futurum est, vt per illum tua autoritas minuatur & obscuretur: ac tuipse in causa es, quum illum sic magnificatis. Iob. 5. Paruulũ occidit inuidia. Phil. 2. Nihil per contentionem, neq; per inanem gloriam. Cyrillus: Hic stultus discipulorum zelus à Iohanne damnat, qui sic discipulorꝫ suorꝫ prauo affectui me deri studuit, vt ostenderet sese non solum non ægre ferre quod Iesu gloria indies crescẽs suam obscuraret, verũetiam vehementer gaudere se munus delegatum expleſſe, nunc ad esse Christi tempus qui longe sublimiora præstaturus esset. Sic Moses, Iosue dicenti Nu- me. 11. De prophetantibus. Dñe prohibe eos respondit: Quid æmularis pro me? Quis tri- buat, vt prophetet oms populus, & det eis dominus spiritum suum?

Respondit Iohannes, & dixit: Non potest homo accipere quicquam, nisi a fuerit ei datum de cælo. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quod dixerim non sum ego Christus, sed missus sum ante illum. Qui habet sponsam, spon- sus est, amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vo cem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me autem minui. Qui desursum venit, super omnes est.

Nisi superne datum esset, neutiquam creuisset cui inuidetis, & ita in duobus peccatis. nam & contrarij estis diuino consilio, & attẽtatis impossibile. Augustinus: Chꝰ dat, ho mo accipit. ex se nil habet, nisi quod imbecille, quod imperfectum, imo perditionem ex se inuenit, ex deo autem fortitudinem & salutem. Osee. 13. Perditio, tua Israel. tantummo- do in me auxilium tuum. 2. Cor. 3. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, tanquàm ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. 1. Corinth. 4. Quid enim habes quod non accepisti? Quod muneris mihi delegatum est iuxta modum meum, id bona fide per- egi. Ipsi testes estis, q̃d non semel publice professus sim me non esse Christum, quem mul ti putabant esse, nec in aliud esse missum, quàm vt prȩcurrens, illi venienti viam præparẽ. famulus illius sum, ille dominus est. Lucæ. 3. Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Iohanne, ne forte ipse esset Christus, respondit Iohannes, dicens omnibus: Ego quidem aqua baptizo vos, veniet autem fortior me post me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni. Act. 13. Huius (Dauid) ex semine deus secundum promissionem eduxit Isra eli saluatorem Iesum, prædicante Iohanne ante faciem aduentus eius, baptismum pœni- tentiæ omni populo. Cum impleret autem cursum suum, dicebat: Quem me arbitramini esse, non sum ego, sed ecce venit post me, cuius non sum dignus calceamenta pedum sol uere. Quia em̃ discipuli Iohannis minus digne senserunt de Iesu, ideo Iohãnes magnifi- centiam ipsius fidelissime & clarissime pandit. Quod si ille, inquit, innotescit mundo, sua'q; gloria meam obscurat, gaudeo meum testimoniũ verum esse: video enim sponsum Chri- stum loquentem spõsæ, populo scilicet, & ipsum docentem. Amicus sponsi non inuidet sponso suam felicitatem, neq; præripit illi spõsam suam, sed gratulatur ei, cui fauet ex ani- mo, & astat illi tacitus, magnoq; animi gaudio audit vocem sponsi, colloquentis cũ spon sa, ita ego, cui nihil erat optatius, gaudio perfundor, intelligẽs rẽ bene succedere. Spõsus Sponsus. ergo Christus, ecclesia spõsa, cuius in humanitate sibi naturam copulauit peccato secluso.

Romañ.8. Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis. Hinc omnes animæ Chriſtianæ, ſponſæ cenſentur nomine. 2. Corint. 11. Aemulor vos dei æmulatione. Deſpondi eñ vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Talamus vbi copula fit, locus baptiſmatis, hoc eſt, eccleſia. Dat arrabonem ſponſæ, peccatorum remiſſionem ſpiritus ſancti communione. Epheſi. 1. In quo credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, in redemptionem acquiſitionis, in laudem gloriæ ipſius. Perfectiora vero in futuro præſtabit, quando dignos in meliora, & perfectiora introducet. Matth. 25. Et quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias. Apocalypſis. 19. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam deo, quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit ſe. Et datum eſt illi, vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti & candido. Byſſinum enim iuſtificationes ſunt ſanctorum. Eſt hic ſponſus nobiliſſimus, quia rex regum & dominus dominantium, Apocal. 19. Pſal. 18. Ipſe tanquàm ſponſus procedens de thalamo ſuo, exultauit vt gigas ad currendam viam ſuam. A ſummo cælo egreſſio eius, & occurſus eius vſque ad ſummũ eius. Iohan. 3. Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, filius hominis qui eſt in cælo. Liberaliſſimus, quia ſeipſum impendit pro ſponſa. Ephe. 5. Viri, diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata. Fideliſſimus, nunquàm deſerens, & deſertos reuocans. Ephe. 5. Neq; vnquàm carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit, & fouet eam, ſicut & Chriſtus eccleſiam, quia membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc, magnum eſt. ego autem dico in Chriſto & in eccleſia. 1. Cor. 6. Qui adhæret deo, vnus ſpiritus eſt. Sed. 2. Cor. 11. Timeo autem (ait Apoſtolus) ne ſicut ſerpens ſeduxit Euã aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitate quæ eſt in Chriſto Ieſu. Hinc amatores mundi, Iaco. 4. adulteri appellant. Adulteri, inquit, neſcitis qa amicitia huius mundi inimica eſt dei? Quicunq; enim voluerit amicus eſſe ſeculi huius, inimicus dei conſtituit. Oſee. 9. Noli lætari Iſrael, noli exultare ſicut populi, quia fornicatus es à deo tuo. Pſalmo. 72. Quia ecce qui elongant ſe à te, peribunt: perdidiſti omnes qui fornicant abs te. Eſt vltimo pĩſſimus. Hiere. 3. Vulgo dicitur: ſi dimiſerit vir vxorẽ ſuã, & recedens ab eo duxerit virum alterum, nunquid reuertetur ad eam vltra? Nunquid nõ polluta erit, & contaminata mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamẽ reuertere ad me, dicit dominus, & ego ſuſcipiam te. Oſee. 2. Ecce ego ſepiam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceria, & ſemitas ſuas non inueniet, & ſequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos: & quæret eos, & nõ inueniet, & dicet: Vadam ad virum meũ priorem, quia bene mihi erat tunc magis q̃ nunc. Eſa. 62. Gaudebit ſponſus ſuper ſponſam, & gaudebit ſuper te dñs deus tuus. Superius turbæ loquens Iohannes, quæ Chriſti maieſtatem non nouit, indignum ſe dixit ſoluere corrigiam calceamentorum, Lucę. 3. nunc autẽ diſcipulis inuidia tactis, & Iohannem à Chriſto auertere conãtibus, ſe dicit amicum, quo & ipſos ad Chriſti amiciam prouocaret. Oportet igitur illum qui hactenus longe minor habitus eſt quàm eſt, creſcere, & fama & gloria augeri: me autem qui maior habitus ſum quàm eram, decet minui, quemadmodum lucifer ſuperueniente ſole non extinguitur, ſed occultatur. Paulatim declarauit ſe deum eſſe, & non repente: Iohannes vero præcurſor cognitus eſt & propheta. Matth. 21. Omnes enim habebant Iohannem ſicut prophetam. Auguſtinus: Venit ille vt minueretur hominis gloria, & augeretur gloria dei, & ita oportet illum dare, me autem acciperet illum glorificari, me confiteri. Minuamur hic per humilitatem, & deus exaltabit illic per gloriã. Eccl. 3. Quanto magnus es, humilia te in oñibus, & coram deo inuenies gratiam: quoniam magna potentia dei ſolius, & ab humilibus honoratur. Qui de cælo venit, humanam aſſumens naturam. Iohan. 16. Exiui à patre, & veni in mundum. Baruch. 3. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus cõuerſatus eſt, perfectione naturæ quo ad diuinitatem, & excellentia gratię quo ad aſſumptam humanitatem, omnem excellit creaturam.

Sponſæ

Thalamus

Sponſi proprietates.

Qui de terra eſt, de terra eſt, & de terra loquitur: qui de cælo venit, ſuper omnes eſt: & quod vidit & audiuit, hoc teſtatur, & teſtimonium eius nemo accipit. Qui autem acceperit eius teſtimonium, ſignauit, quia deus verax eſt. Quem enim miſit deus, verba dei loquitur. Non enim ad menſuram dat deus ſpi-

deus ſpiritum. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus eſt filio, non videbit vitam, ſed ira dei manet ſuper eum.

Quid enim aliud poteſt homo, quàm humana loquiipſe vero ait Iohan. 3. Quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur, & teſtimimonium noſtrum nō accipitis. Qui enim veritatem non attendunt, ipſius teſtimonium non recipiunt. Lucę. 7. Phariſæi autē & legiſperiti conſiliū dei ſpreuerunt in ſemetipſis. Iohan. 1. Sui eum non receperunt. Vere. Omnes quæ ſua ſunt, quęrūt, non quæ Ieſu Chri. Qui aūt Chro credit, oſtendit quod deus verax eſt, ex eo quod credidit ei à quo miſſus eſt. Verba enim dei locutus ē. Ioh. 7. Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me. Qui ergo homini diffidit, parum eſt: ſed qui non credit illi q filius eſt vnicus, facit deum mendacem. Iohan. 12. Qui ſpernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum. ſermo quem locutus ſum, ille iudicabit eū in nouiſſimo die, quia ego ex meipſo non ſum locutus, ſed qui miſit me pater, ipſe mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar. Quiſquis igitur accipit teſtimonium filij, is credens filio, certo confirmat deum eſſe veracem qui loquitur in filio. Eo nos docemur, non noſtra ſponte, neq; proprio motu debere fungi euangelico munere, ſed aut vocatione à deo, ſicut Iohannes Lucę. 3. aut ordinatione cœtus eccleſiaſtici, quod Matthiæ electio, Actu. 1. Pauli ſegregatio planiſſime edocent. Actu. 13. Miniſtrantibus illis & ieiunantibus, dixit illis ſpiritus ſanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos. Roma. 10. Quomodo prædicabunt niſi mittant? Hinc dominus conqueritur. Hierem. 23. Non mittebam prophetas, & ipſi currebant: non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant. Si ſtetiſſent in cōſilio meo, & nota feciſſent verba mea populo meo, auertiſſem vtique eos à via ſua mala, & cogitatiōibus ſuis peſſimis. Locutus eſt deus per prophetas, & vnicuiq; pro modulo ſuo ſpiritum ſuum impartijt: ſed huic vnico filio ſuo nō dedit ſpiritum ad menſuram, id eſt, vnam atq; alteram virtutem, ſed ipſum integrū ſubſtantialiter vt conſubſtantialem, non à quo operationem recipiat vt prophetæ. Coloſſen. ſecundo: Quia in ipſo inhabitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter. Vnde Iohan. 1. De plenitudine eius oēs nos accepimus. Ephe. 4. Vnicuiq; autem noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. Legimus ſanctos orando ſpm̄ ſanctū dediſſe, Act. 8. Sed Chriſtus oībus ex ſua amplitudine elargitur. Soli em̄ diuinæ id ſeruatum eſt poteſtati 1. Cor. 12. Diuiſiones gratiarū ſunt, idem autem ſpūs, diuidens ſingulis, prout vult. Diligit enim pater filium, non ſimpliciter vt omnia. Sapiæ. 11. Diligis em̄ omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum quæ feciſti. Sed incomprehenſibili affectu. Marci. 1. Tu es filius meus dilectus, ait pater e cælis. Omnia tradidit ei in manus, non ſe ſpolians ſua potentia, ſed huic eandem quam habet virtutem communicans. Matth. 11. Omnia mihi tradita ſua à patre meo. Quia em̄ omnes declinauerunt, & omnia per verbum reſtaurata ſunt, dignum eſt vt agnoſcant ipſum verbum. Col. 1. Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare & p eū recōciliari oīa in ipm̄, pacificās p ſanguinē crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt. 1. Cor. 15. Sicut in Adam omnes moriunt, ita & in Chro oēs viuificabūtur. Matth. 28. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Dominatur enim oīmbus etiam ſi quidam nolint, poſtea enim in ſecundo aduentu qñ oīe genu flectetur ei. Phil. 2. Perfectum accipiet dominum, quando malitia non vltra habebit virtutem, ſed inefficax manens, oſtendet naturam boni à principio omnibus inditam, & omnia continentem. Qui credit fide per charitatem operante. Galatas quinto: Vitam habet nunc in ſpe. Romanorum octauo: Spe ſalui facti ſumus. Romano. 5. Spes autem non confundit. Recuſat autem, qui non credit filium poſſe largiri quæ pollicetur, ſimulq; patrem mendacij inſimulat, qui per filium vana polliceatur. Qui autem diffidit filio, quoniam ipſe ſibi velut oculos occludit ne lucem aſpiciat, non videbit vitam, quoniam hæc lux eſt vita hominum, Iohannis. 1. Sed ipſe in peccatis permanens, manet obnoxius vltioni diuinæ, hoc eſt, morti æternæ. Nam qui ſponte receſſit à vita, quo pacto habebit eam? Coloſſen. 3. Cum Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. Nam per fidem habitat in cordibus noſtris. Epheſiorum. 3. Nec ſolum vita priuatur, ſed & ira dei manet ſuper eum, ne mortem credas temporalem, quia perpetuum erit ſupplicium. Hebræor. 10. Horrendum eſt incidere in manus dei viuentis. Eccleſiaſt. 5. Miſericordia & ira cito ab illo proximant, & in peccatores reſpicit ira illius. Pſalmo. 88. Exardeſcet ſicut ignis ira tua. Vnde Pſal. 6. Domine, ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Roma. 1. Reuelatur enim ira dei de cælo ſuper omnem impietatem & iuſtitiam hominum eorum, qui veritatem dei in iniuſtitia detinent.

De mulie

¶De muliere Samaritana, Iohan. 4.

## ARTICVLVS VII.

Iohan. 4 L. VT ergo cognouit Ieſus, quia audierunt phariſæi, quod Ieſus plures diſcipulos facit quam Iohannes, & baptizat, quanquam Ieſus non baptizaret, ſed diſcipuli eius, reliquit Iudæam, & abijt iterum in Galilæam. Oportet autem eum tranſire per mediam Samariam.

Cognouit reuelatione alioq;, male ob id audire nomen ſuum, quia gloriam Iohannis, quem ipſi phariſæi ſuſpiciebant, ſua p̃dicatione & baptizatione obfuſcaret, qui ſecũdum quod deus omnia nouit. Heb. 4. Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius. Tametſi Ieſus nõ baptizaret, iam tum oſtendens præclarius eſſe munus euangelizandi, quàm baptizandi. Quãuis autem potens eſſet cohibere inuidentes ſibi, etiam ſi impetu quodam nunc vrgerent, ſeceſſit tamen, ne videret phantaſticum habere corpus, ſiquidem ſæpe per medium illorum exiſſet. Volebat omnem occaſionem calumniãdi Iudæis excidere, ne dicere poſſent quod relictis illis conceſſerit ad gentes quas abominabant. Quando autem abegerũt eum, tunc acceſſit ad gentes: neq; tunc ex propoſito, ſed obiter, docens nos, vt parcamus inimicis, & omnimodo tentemus non eis dare occaſionem ſcandali & inuidiæ. Secundo, ne inijciamus nos temere & inutiliter in tẽrationem, ſed ſecedamus ad tempus donec inſania reſideat. Tertio, vt inſinuaret quod ingratis quandoq; verbum dei ſubtrahendum ſit, ne deteriores reddant. Mat. 7. Nolite ſanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus ſuis, & canes conuerſi dirumpant vos. Prouer. 9. Qui erudit deriſorem, ipſe iniuriam ſibi facit: & q arguit impium, ſibi maculam generat. Noli arguere deriſorem, ne oderit: argue ſapientem, & diliget te. Quarto, ſecundum Cyrillum, hac in alienigenas tranſitione minari pellẽtibus videtur, in alios ſe ab eis, niſi reſipiſcant, gratiam tranſlaturum. Sic Act. 13. Vobis oportebat primum loqui verbum dei: ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. ſic enim nobis præcepit deus. (ait Paulus Iudæis) Ideo Apocal. 3. Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Erat autem illi iter per mediam terram Samaritanorum.

Ieſu ab inimicis trãſitus, qd nobis inſinuet.

M Venit ergo in ciuitatem Samariæ quæ dicitur Sichar, iuxta prædiũ quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo. Erat autem ibi fons Iacob. Ieſus autem fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſupra fontem. hora autem erat quaſi ſexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Ieſus: Da mihi bibere. Diſcipuli enim eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Iudæus cum ſcis, bibere a me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis. Reſpondit Ieſus, & dicit ei: Si ſcires donum dei, & quis eſt qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam. Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus eſt, vnde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre noſtro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipſe ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Omnis qui bibit ex hac aqua, ſitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum, ſed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, vt non ſitiam, neque veniam huc haurire.

Quàm obuia diuina ſit benignitas omnibus, pie & ſimpliciter veritatem inquirentibus in hac Samaritana oſtendit. Vbiq; occaſionem captat, quo humani generis peragat ſalutem. Sichar alias Sichem dicta. Gene. 33. vbi partẽ agri Iacob. 100. agnis emit in poſſeſſionem à filijs Emor patris Sichem, quam poſtea filij ipſius ob ſtuprum Dinæ ſororis ſuę, occiſis habitatoribus, deſolarunt. Gene. 34. & Iacob in morte, prædiũ illic Ioſeph in poſſeſſionẽ dedit. Gene. 48. Ieſus igitur è longinquo feſſus itinere, quod pedes confecerat, vtpote à faſtu & rerum abundantia alienus non vtendo iumentis, nobis iam tum præbens exemplum, qua

plum, qualem oporteat esse euangelij præconem, sedebat illic, vt se dabat locus, non super sede, sed simpliciter super pauimento. Erat quasi sexta, quum iam sol vergens ad meridiē, æstu suo laboris molestiam conduplicat, atq; his indicijs Iesus declarabat se verū hominē esse, eisdem affectionibus obnoxium, quibus obnoxia sunt cæterorū hominum corpora. Hilarius: Non poteramus alijs dei verbum cognoscere, nisi locutus & perpessus aliqua, vt homo fuisset. Discurrebat in paupertate & labore, quærens ouē quæ perierat. Luc. 19. Venit filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. Dominus vt mulieri præberet colloquij argumentum, & ex hoc quod agebat mulier, venaret illam ad salutem, potū postulabat. Augustinus: Omnium salutem sitiebat, qui pro omnibus sanguinē fudit. Hac tamen in re, ciuilitatis & mansuetudinis exemplum exhibuit euangelicis prædicatoribus, qui peccatricis, & non vni prostitutæ, impudicæ, solitudine consuluerit. Esa. 42. Calamū quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet. Admirans mulier ciuilitatem & humitatem Iesu, ait: Qui fit vt tu Iudæus cum sis, quemadmodū ē sermone cultuq; cōijcio, p̄ter morem Iudæorum, à muliere Samaritana poscas potum, quum soleatis vos Iudæi à cōmercio Samaritanorū abhorrere, nefas ducentes, si quid habeatis consuetudinis nobiscum? Erant em̄ duplici nomine ipsis odiosi, quia idolis seruientes, cum hoc dominū colebant. 4. Reg. 17. quem in monte Garisim non in Hierusalem, adorabant, quemadmodum Iudæi, & quia terram ipsorū occupabant. Erant Iudæi fimbrijs distincti à cæteris gentibus, qbus cognoscebant. Nume. 15. Præcipe filijs Israel, vt faciant sibi fimbrias p angulos quatuor palliorū. Vnde legimus de domino Matt. 14 Rogabant eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent: & qui cunq; tetigerunt, salui facti sunt. Iesus autem qui non tam sitiebat aquam illam, tametsi vere iuxta carnis naturam sitiebat, quàm animarū salutem, sensim pellicit mulierculam ad cognitionem euangelicæ gratiæ, respondens p ænigma, quo magis accenderet in illa discendi studium. Si cognouisses, inquit, quàm eximiū sit donum quod nunc vobis offert, quid donet deus, nempe æterna & incorruptibilia: scires autem & me, quod quum deus sim & possim hæc tibi dare, tu petiuisses vtique, & accepisses aquam viuam, p quam humana natura ab ariditate infœcunditateq;, qua diaboli artibus infecta fuerat, depulsa, ad pristinā pulchritudinē ac viriditatem recurrit, magno florum, hoc est, virtutum numero & charitate erga deum suauissimos fructus producēs. Vere si cognosceremus doni dei nobilitatem & nostram infirmitatem, feruide peteremus. Nam dat spiritum bonum petentibus se, Luc. 11. Gratia spiritus sancti, aqua dicit, quia purificat. Ezech. 36. Effundā sup vos aquā mundam, & mūdabimini ab oībus inq̄namētis vestris, & ab idolis vestris mundabo vos, & dabo vobis cor nouū, & spiritū meū ponā in medio vestri. Refrigerat, Matth. 11. Venite ad omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Iohan. 7. Qui sitit, veniat ad me & bibat, Psal. 41. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum. Tertio, fœcundat. Psal. 1. Erit tanquàm lignum quod plantatum est super aquas, quod fructum suum dabit in tempore suo. Hiere. 17. Benedictus vir qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius, & erit quasi lignum quod transplantat super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non timebit cum venerit æstus. Et erit folium eius viride, & in tempore siccitatis non erit solicitum, nec aliquando definet facere fructū. Hinc dicitur aqua viua, quia semper agilem ad bonum facit animam. Psal. 22. Super aquā refectionis educauit me, animam meam conuertit. Deduxit me super semitas iustitiæ, propter nomen suum. Aqua hæc de petra fluit. 1. Corinthiorū. 10. Bibebant omnes de spiritali consequente eos petra, petra autem erat Christus. Nume. 20. Cum eleuasset Moses manum, percutiens bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet & iumenta. Vnde Apocalyp. 22. Qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis. Sed heu. Hierem̄. 2. Duo, inquit dominus, mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quę continere non valēt aquas. Mulier sensui carnis adhærens, de materiali aqua intelligens, ait: Tu mihi polliceris aquam hac prę-stantiorem. Vnde igit̄ suppetit tibi aquę viuæ copia quam promittis, quum nec situlam in qua nec chordā cum qua haurias, habeas? Nam Iacob ex hoc fonte bibit ob eius bonitatem, & filij ac pecora propter eius copiam. Beda: Ideo Iacob patrem nominat, quia sub lege viuebat, quarti Regum decimoseptimo. in qua magnæ reputationis fuerunt Abraam, Isaac, & Iacob. Vnde domino Iudæi dixerunt. Iohannis octauo: Nunquid tu maior es patre nostro Abraam? Non dedignatur dominus illam paulatim allicere ad maiorem sui admirationem, ostendens aquam esse spiritualem, de qua loquebatur, quæ non reficeret corpora, sed animas. Si miraris, inquit, Iacob, qui talem dedit aquam, multo magis admirari oportet eum, qui præbet longe meliorem. Quam enim ego dono fons fit aquæ viuæ salientis in vitam æternam, indies̄q; magis ac magis multiplicatur.

Qui ergo

Qui ergo hanc bibit aquam, sitiet iterum, quia habet causam temporalem & deficientem: qui autem eam bibit, quam ego do, non sitiet, quia causam habet indeficientem & perpetuam, spiritum sanctum. Facit enim animam transilire temporalia, & in æternam pertingere vitam. Est enim pignus hæreditatis nostræ, Ephe. 1. Psal. 83. Gratiam & gloriam dabit dominus. Sitis capit quandoq; pro desiderio rei non habitæ. sic rerum temporalium sitim prouocat. Ecclesiastes. 5. Auarus nõ implebitur pecunia: & q amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Sic dives Luc. 12. q cogitans collectis bonis in requie & in delicijs se agere vitam, audiuit: Stulte, hac nocte repetunt animam tuam à te: & quæ congregasti, cuius erunt. Sic est omnis qui thesaurizat sibi, & non est in deum dives. Alio mõ pro pleniori & perfectiori consecutione rei iam habitæ, sic qui habent gratiam, plenius & perfectius hic desiderant, & post consummatam gloriam. Eccl. 24. Qui edunt me, adhuc esurient: & q bibunt me, adhuc sitient: & qui operant in me, non confundent. Phil. 3. Qui quidem retro sunt obliuiscens, ad ea quæ sunt priora, extendens meipsum, ac destinatum prosequor, ad brabium supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Tertio, pro amore rei præsentis cũ exclusione fastidij. sic sancti deum desiderant in patria. 1. Petri. 1. In quem desiderant angeli prospicere. Psal. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Psal. 35. Inebriabunt ab hubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te est fons vitæ. Qui hac carent, sitient in æternum sicut dives epulo, Lucæ. 16. Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis. Esa. 65. Ecce serui mei comedent & vos esurietis: ecce serui mei bibẽt, & vos sitietis: ecce serui mei lætabunt, & vos cõfundemini: ecce serui mei laudabũt p̃ exultatiõe cordis, & vos clamabitis p̃ dolore cordis, & p̃ cõtritione spiritus vlulabitis. Mulier necdum ad spiritualia mentem eleuans, hanc petijt aquam, quo labore subleuaret venien di & hauriendi. Petamus & nos non temporalia quæ sitim non extinguunt, sed augent, sed spiritualia & æterna, quæ talem extinguunt sitim. Phil. 3. Veruntamen existimo oñia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi domini nostri, propter quẽ omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciã. Psal. 33. Gustate & videte quoniam suauis est dñs, beatus vir qui sperat in eo.

Sitis qbus aut q̃t modis capiat.

Dicit ei Iesus: Vade, voca virum tuum, & veni huc. Respondit mulier. & dixit: Non habeo virũ. Dicit ei Iesus: Bene dixisti, non habeo virum. Quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus vir, hoc vere dixisti. Dicit ei mulier: Domine, video quia propheta es tu. Patres nostri in mõte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Hierosolymis est locus vbi adorare oportet. Dicit ei Iesus: Mulier, crede mihi, quia venit hora quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabũt patrem in spiritu & veritate. nam & pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus est deus: & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier: Scio, quia Messias venit, qui dicitur Christus. Cum ergo venerit, ille nobis nunciabit omnia. Dicit ei Iesus: Ego sum qui loquor tecum.

Dominus itaq; quasi communicaturus rem tantam, nisi marito præsente, iubet vt virum suum accersat. Quia enim verba ipsius non spiritualiter intellexit, procedit ad signa & per prophetiam suam reuelat virtutem, priores eius viros enumerans, & eum qui ignorabatur arguens. Non ægrè tulit, nec aufugit, sed magis admirata est, & confortata de dogmatibus interrogat illum. Huc profecit mulieris fides & credulitas. primũ, Iudæum dũtaxat appellat, mirat nõ perinde tenacem religionis Iudaicæ, q̃ præter aliorum morem à Samaritana postularet potum, mox dominum appellat, nunc prophetici honorem tituli tribuit, q̃ ex sese aliorum nosset arcana, mox q̃ omisso de rebus humilioribus sermone cupiens è propheta sublimiora quędam discere, proponit quæstionem velut inexplicabilem de ratione adorandi deum, quòd hic longe diuersum sentirent Iudæi & Samaritani. Chrysostomus: Pudeat nos & erubescamus. quinq; virorum mulier atq; Samaritana, tãtam in discendo adhibet diligentiam, vt neq; diei tempore, neq; alijs occupationibus à Iesu doctrina abducat. nos vero nihil ad diuinarum rerum eruditionem inquirimus, sed in omnibus secure & eodem modo afficimur & ob id omnia negligimus. In montibus orare

& sacrifi-

& sacrificare consueuerant, hinc Abraæ dictum fuerat. Gene. 22. Tolle filium tuũ quem diligis Isaac vnigenitũ, & vade in terram visionis, atq; ibi offeres eum in holocaustum, super vnum montium quẽ monstrauero tibi. Hinc Samaritani in * Sarizim orandum censebant, eo ꝙ is locus à Mose delectus esset vbi patriarchæ benedicerent populo seruanti præcepta dei. Contra, Iudæi in Hierusalem: quia Deut. 12. specialis oblationũ designatur locus, &. 3. Reg. 9. à domino designatum est templum in domum orationis. Hinc dominus Matth. 21. Scriptũ est, domus mea domus orationis vocabitur, Esa. 56. cunctis populis. Sed vtrorunq; errorem corrigit dominus, fidem exigens mulieris. Esa. 7. Nisi credideritis, non intelligetis. Mulier, inquit, crede mihi, si vere prophetam existimas, iam adesse tẽpus quando & Samaritanorũ impurus cultus abolebitur, & Iudæorum religio carnalis transferetur in melius, neq; post hac adorabitis patrem in hoc monte, qui non solũ huius montis deus est, sed totius orbis: neq; Hierosolymis, sed vbicunq; erit piorum hominũ congregatio, ibi futura est Hierosolyma. Vos adoratis quod nescitis, existimãtes deum, non esse deum nisi Iudæorũ & vestrum, & talem, vt dæmonum admittat consortium, cui soli debentur diuini honores. Esa. 42. Ego dñs, hoc est nomen meũ: gloriam meã alteri non dabo, & laudẽ meam sculptilibus. 4. Reg. 17. Cum dominum colerẽt, dijs quoq; suis seruiebant iuxta consuetudinem gentium, de quibus translati fuerant Samariam. Colentes idola, nesciunt quid colant. Nam. 1. Cor. 8. Scimus quia nihil est idolum in mundo, & ꝙ nullus deus nisi vnus. Et idcirco salutis initium à Iudæis profectũ est, qui per prophetas tenent promissa venturi Messiæ, qui per legem tenent figuras & vmbras euangelicæ pietatis. Nunc tẽpus est vt falsa religio gentium, cedat euãgelicæ veritati: & carnalis cultus cedat spirituali, & vmbræ legis cedant luci euangelicæ. non em̃ in solis locis mutatio erit, sed & modus colendi deũ alterabitur. Ostendit ergo primo, deũ loco non concludi, quia deus. Act. 17. Deus qui fecit mundũ & omnia quæ in eo sunt, hic cæli & terræ cũ sit dñs, non in manufactis tẽplis habitat, nec manibus humanis colitur indigens aliquo, cũ ipse det oĩbus vitam & inspirationẽ. Esa. 66. Cælum sedes mea, terra aũt scabellũ pedum meorũ. Ideo vbiq; inuocari potest & adorari Psal. 102. In omni loco dominationis eius benedic anima mea dño. August. Forte quæris aliquẽ locũ altum & sanctum, intus exhibete templũ deo. In templo vis orare deũ? in te ora, sed prius esto templũ dei, quia ille in tẽplo suo audit orantẽ. Secũdo, ꝙ adorandus spiritu, nõ rebus corporeis, sed in quadã spũs & mẽtis erectione & inflãmatiõe. Ro. 8. Nã quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spũs postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis. Non ergo excludit orationem vocalem, qui dixit Matth. 6. Quũ oratis, dicite: pater noster. & ipse vocaliter orasse legitur Iohan. 12. 17. Sic & in horto, Matth. 26. & cruce, Luc. 23. Hinc 1. Cor. 14. Orabo spiritu, orabo & mente. Tertio, in veritate, nõ in typo & vmbra, quia Iudaicarũ observationum finis. 1. Corin. 5. Epulemur in azymis synceritatis & veritatis. Hactenus em̃ satis vmbris ac figuris Mosaicæ legis datum est, post hac vbicunq; mens erit per fidem euangelicam à vitijs pura, ibi templum erit deo dignũ. Act. 15. Fide purificans corda eorum. vbicunq; vota cælestia, preces puræ, cogitationes sanctæ, ibi victimæ quibus litatur deo. Psal. 144. Prope est dominus omnibus inuocantibus eũ, omnibus inuocantibus eum in veritate. August. Patrem in veritate adorat, qui patrem æternũ in nomine filij inuocat, petendo quæ salutis sunt. Iohan. 14. Quodcunq; petieritis patrẽ in nomine meo, hoc faciam. Non adorant in veritate, qui intellectũ falsa opinione de deo habent seductũ, vel affectum peruersa operatione deformatum. Matth. 7. Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnũ cælorũ. Dicendo, veri adoratores, signat quosdam falsos. Mat. 15. Populus hic labijs me honorat, cor aũt eorum longe est à me. Non ergo vno loco, vt Samaritani, sed in omni loco in spiritu & incorporaliter adorationem offerent, neq; sicut Iudæi qui solũ Hierusalem, & cum hoc figuralem & vmbratilem futurorũ ostensiuum cultum adducent, sed verum & nihil vmbratile habentem. Hinc claret, dominum cæremonias omnes non sustulisse, sed Iudaicas & figurales, quũ ipse sublatis in cælum oculis patrem orauerit, Ioh. 17. Sic positis in terra genubus, Luc. 22. Imo procidit in terrã in faciem suã, Matth. 26. Sic Stephanus positis genubus, orauit pro lapidantibus, Act. 7. Neq; specialem esse locum orationis & oblationis prohibuisse, quum postea dixerit Matth. 21. Scriptũ est, domus mea domus orationis est. Vnde discipuli post assumptum Christum in cælũ, erant semper in templo laudantes & benedicentes deũ, Luc. 24. Sic accepto spiritu sancto, Petrus & Iohannes ascenderunt in templum ad horã orationis nonã, Act. 3. Sed singularẽ quemadmodum templum, Deut. 12. &. 16. quia vbiq; terrarum templa di-

Garizim

Quas cæremonias Chrs sustulerit, quas non.

uino nomini sunt dedicata. Malach. 1. Non est mihi voluntas in vobis, dicit dominus exercituũ, & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis vsq; ad occasum, magnum est nomen meũ in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Samaritana ad plenũ non capiens verba Messiæ, quæstionis decisionẽ reliquit. Is, inquit, explicabit nobis omnia quæ de nouo cultu dei dixisti. Nouerat instare tẽpus, quia quinq; Mosi libros receperunt Samaritani, & ex fama Iohannis testimoniũ perhibentis, 1 oh. 1. Quia studiosa erat, manifeste se ei reuelat, non sic aũt Iudæis, qui non discendi causa, sed calumniandi inquirebant. Expectes, inquit, Messiam venturum, hunc scito venisse, iamq; vides illum, nam ego sum qui loquor tecũ. Chrysost. Si circa principium, hoc mulieri dixisset, videretur ex vanitate loqui: nunc aũt paulatim in memoriam Christi reducens, nã primo Iudæũ, secundo prophetã, tertio Messiam agnouit, magis opportune reuelauit. Non enim rudibus neq; contentiosis, sed illis se solet dñs reuelare hominibus, qui ad discendũ propensiores, & credendi radices simplici sermone parturientes, ad perfectiorem cognitionem illuminati facilius ascendunt.

Et continuo venerũt discipuli eius, & mirabantur quia cũ muliere loquebatur. Nemo tamẽ dixit, quid quæris, aut quid loqueris cũ ea? Reliquit ergo hydriam suã mulier, & abijt in ciuitatẽ, & dicit illis hoĩbus: Venite, & videte hominẽ qui dxit mihi oĩa quæcunq; feci. Nunquid ipse est Christus? Exierũt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum. Interea rogabant eũ discipuli, dicẽtes: Rabbi, manduca. Ille aũt dixit eis: Ego cibũ habeo manducare quẽ vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad inuicẽ: Nunquid attulit ei aliquis manducare? Dicit eis Iesus: Meus cibus est, vt faciam voluntatẽ eius qui misit me, vt perficiam opus eius. Nonne vos dicitis, q̃ adhuc quatuor mẽses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis, leuate oculos vestros, & videte regiones quia albæ sunt iam ad messem. & qui metit, mercedẽ accipit, & congregat fructũ in vitam æternã, vt & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. In hoc enim est verbũ verũ, quia alius est qui seminat, & alius est qui metit. Ego misi vos metere, quod vos non laborastis: alij laborauerunt, & vos in labores eorũ intrastis. Ex ciuitate aũt illa multi crediderunt in eum Samaritanorũ propter verbum mulieris testimonium perhibentis, quia dixit mihi omnia quæcunq; feci. Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eũ vt ibi maneret. & mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderũt in eũ propter sermonẽ eius, & mulieri dicebant, quia iam nõ propter tuã loquelã credimus: ipsi enim audiuimus & scimus, quia hic est vere saluator mundi.

Considera, inquit Chrysostomus, quæso, hoc in loco discipulos nil ferentes, neq; à principio diei vllam victus curã habentes: sed quo tempore omnes prandẽt, cibos emptũ proficiscuntur. Non vt nos, qui cũ primũ mane exurgimus, ante omnia coquas aduocamus, & de parandis epulis & mensa diligenter verba facimus: inde alijs operã damus, secularia diuinis præponentes: & quæ superflua habenda essent, tanquã necessaria exequimur. Ideo omnia præpostere aguntur, quia spiritualia quæ necessaria sunt, primo curanda: & quibus perfectis, hæc alia deinceps attingere oporteret. Cõspicati discipuli illũ cũ muliercula Samaritana colloquutũ, mirabantur illius tantam humanitatem, & q̃ contra morem cum alienigena sermonẽ misceret. Scientes vero non esse ociosum, non interrogauerunt. Mulier ergo relicta apud puteum hydria, iam enim aquæ sitis exciderat, gustata aqua quam promiserat Christus, properat in ciuitatẽ, quo etiam alios ad fidẽ adduceret. Augustinus: Mulier audito à Christo, ego sum, & ipso recepto in cor, proiecit cupiditatem, & properauit annunciare veritatem. Chrysostomus: Sicut apostoli à Christo vocati, dimiserunt retia, sic ista hydriam, & euangelistarum opus fecit: & non tantũ vnum, sed totam aduocat ciuitatem. Ita & nos, si quid boni in concione vel aliàs acceperimus, proximis communicare studeamus. Eccl. 17. Et mandauit illis vnicuique de proximo suo. 1. Petri. 4. Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes.

Quoniã

Quoniam accensa fuit anima eius diuino igne, ad nihil eorũ quæ in terra sunt respicit, non ad cõfusionem, non ad ignominiam, sed ad hoc solum, vt prædicet Christi gloriã. Non aũt dicit, hic est Christus affirmatiue, sed nunquid, volens etiam illos calculum addere, & facere sermonem creditu faciliorem. Nolite, inquit, fidere verbis meis, ipsi potiꝰ facite periculum, & me non vanam esse comperietis. Rogabãt interim magna dilectione discipuli dominum manducare. Iesus autem vbique captans occasionem homines à corporalium rerum cura, ad spiritualium studium euehendi, quemadmodum mulierem ex mentione aquæ pellexerat ad cognitionẽ sui, ita discipulos adhuc rudes, ex occasione cibi prouocat ad studium euangelizandi. Chrysostomus: Hominũ salutẽ, cibum suũ dicit, ostendens quãto desiderio nostrã auebat salutem, maiori quidem q̃ nos cibũ corporalem. Prouer. 8. Deliciæ meæ esse cum filijs hominum. Hoc docet discipulos & pastores, vt minoris faciant cibum corporalem, omneq; desiderium eo tranferant, vt saluent homines. Sed Philip. 2. Oẽs quæ sua sunt quærũt, nõ quæ Iesu Christi. Ezech. 34. Væ pastoribus qui pascebant semetipsos. Ideo 1. Cor. 10. Non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis vt salui fiant. Non intelligẽtibus discipulis quod dixerat, quo magis infigeret animis eorum, obscure dictum, apertius dicit. Leuissime mouet iste cibus corporum. est alius cibus qui præcipue mihi curæ est. Glos. Voluntas patris est, vt credatur in eum quem misit. Iohan. 6. Hæc est voluntas eius qui misit me patris, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam. Opus nostra redemptio, quam per passionem consummauit. Iohan. 17. Opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciã. Omnibus ergo delicijs voluntas dei præponẽda & diuitijs, quia vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. 1. Timoth. 2. Hinc Ephe. 5. Videte itaq; fratres quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimẽtes tempus, q̃niam dies mali sunt. propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas dei. Nam qui facit voluntatem patris qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorũ, Matt. 7. Tempus vrget, & hominum pronæ mentes ad euãgelicam fidem, flagitãt operam prædicatorũ. Si vos qui rei corporũ studetis, nostis instare tẽpus metendi, postq̃ à semente facta quatuor menses p̃terierint, quãto magis oportet nos non negligere spiritualis nostræ messis tẽpus? Quod si fructus spes, facile prouocat messorẽ ad operam, q̃to magis oportet nos alacres esse ad hanc messem patri colligendam, quæ & messori præmium amplissimũ in cælis parabit, & deo colliget, non triticũ in horrea, sed animas hominum in vitã æternã? Prophetæ ante prædicauerũt, & præmolliuerunt mentes hominum, vnde vobiscum gaudẽt qui homines ad salutem capitis. Cæterũ hic secus accidit q̃ in messe corporali. nam illic iuxta vulgi prouerbiũ, ad alium deuenit fructus messis, q̃ ad eum qui sementẽ fecerat. gaudet quidẽ messor, sed discruciatur seminator. Hic contra fit. Nam simul gaudet & qui sementem fecit, & qui messem colligit. neuter eñ caret fructu suo. Non aũt tot millia cõuertissent in primis, nisi p̃ prophetarũ dicta dispositi fuissent. Vnde Petrus dicto Ioel. 2. tria millia conuertit Iudæorũ, Act. 2. Non ergo turbemini, inquit, quasi ad rem difficilem missi. nam quod onerosum erat, prophetæ susceperant, vos in præparata mittimini. Similitudinibus frequẽter loquitur dñs, tum vt significantius loqueret, & magis ob oculos poneret: Mens eñ familiarium rerũ imagine concepta, magis excitatur, & tanquã in pictura rem ipsam amplectitur, tum vt iucũdior esset narratio, & diutius animo inhæreret. Non eñ tam facile sententia capitur, neq; ita trahit auditorũ multitudinem, vt rerũ narratio, & maxime quarũ periculum fecimus, descriptio. Est aũt duplex ecclesiæ messis. Altera, qua per gratiam colliguntur in ecclesiam militantem. Matt. 9. Videns turbas, misertus est eis, qa erant vexati & iacẽtes sicut oues non habẽtes pastorẽ. Tunc dicit discipulis suis: Messis quidẽ multa, operarij aũt pauci. rogate ergo dñm messis, vt mittat operarios in messem suã. Huius messis fata spũalia & spicæ intellectuales, sunt qui prophetarũ voce culti, ad fidẽ Christi perueniũt. Quæ seges albescit, cum iam maturus, hoc est, promptus, animus est ad suscipiendam fidem & Christi religionem. Messoria falx, apostolorũ est prædicatio, quæ ab idolis gẽtes, & à legalibus figuris Iudæos abscindens, in aream, hoc est, ecclesiã dei transponit, vbi labore virtutis cõtriti, in fulgens triticum & diuino dignum horreo efficiuntur. Altera, qua boni à malis secernẽtur. Matt. 13. Messis consummatio est seculi. Sicut ergo colligũtur zizania & igni comburuntur, sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebũt sicut sol in regno patris eorũ. Galat. 6. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet: quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Proue. 22. Qui seminat

Messis ecclesiæ duplex.

Falx messoria.

iniquitatem, metet mala. Osee. 10. Araſtis impietatem, & iniquitatem meſſuiſtis. Qui autem ſeminat in ſpũ, de ſpũ metet vitam æternam. Osee. 10. Seminate vobis in iuſtitia, & metite in ore miſericordiæ, innouate vobis nouale. 2. Cor. 9. Qui parce ſeminat, parce & metet: & q ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Pſal. 125. Euntes ibant & flebant mittẽtes ſemina ſua, venientes aũt venient cum exultatione, portãtes manipulos ſuos. Procurrit igitur multitudo Samaritanor̃ e ciuitate, vt oculis cernerent, de quo tãto affectu p̃dicauerat muliercula: qui fidem operibus monſtrãtes, obſecrabant eũ valde, vt apud ſe maneret. Et manſit illic biduũ dũtaxat, calumniam declinãs, & nihilominus humanitatẽ oſtendens, & haud dubie diuiniora quædã docẽs, & corda illor̃ illuſtrans, ob quæ plures crediderũt. Erat enim docens ſicut poteſtatẽ habens, & non ſicut ſcribæ & phariſæi, Matt. 7. & Iohan. 7. Nunquam ſic locutus eſt homo ſicut hic loquitur. Vnde mulieri dixerunt: Tu parcius de illo prædicaras quàm res habet. nos em̃ iam non tuis verbis adducti, credimus hunc eſſe Meſſiam, ſed ipſi ex eius ſermonibus admirandis certum habemus quod hic eſt vere Meſſias ille Iudæis expectatus, qui ſalutẽ adferet toti mundo.

N Poſt duos autem dies exĩt inde, & abĩt in Galilæam. Ipſe enim Ieſus teſtimonium perhibuit, quia propheta in ſua patria honorem nõ habet. Cum ergo veniſſet in Galilæam, exceperũt eum Galilæi cum omnia vidiſſent quæ fecerat Hieroſolymis in die feſto. Etenim ipſi venerant ad diem feſtum. Venit ergo iterum in Cana Galilææ, vbi fecerat de aqua vinum.

Cyrillus: Solemus quod tritum eſt & quotidianũ, etiam ſi magnum ſit, paruipendere: ſic em̃ eſt affectus hominũ, vt familiaritas contemptum pariat, & pleræq; res illis nõ ob aliud in precio ſint, quàm quod e longinquo venerint. Præterĩt ergo patriam, nõ quia inanis eſſet gloriæ cupidus, ſed quia ſciebat p̃dicationem fidei fructũ ibi facere nõ poſſe, vbi prædicator contemnitur. Ergo non parum illis gratiæ facit, qui quũ neglecturi ſermonem eius eſſent, huius contẽptus ſupplicia effugerunt, quæ daturos om̃es ſcimus qui prædicationẽ veritatis paruifaciunt. Vbiq; vero hi celebrantur, qui abiecti habiti opinione, vt potiores fide. Nam Samaritanos alienos, Galilæos vt agreſtes habebant, q tamen miraculis & doctrina domini permoti fuerũt. Miraculum itidem in Cana factum, initio paucis cognitum, poſt populari rumore diuulgatum, nõnihil bonæ opinionis cõciliauerat Ieſu, ſed tamen quæ non reſponderet ipſius dignitati. Perpauci credebant illũ eſſe Meſſiam, pleriq; prophetam eſſe ſuſpicabantur.

## ¶De filio reguli, Iohan. 4.

## ARTICVLVS VIII.

Iohan. 4 O ET erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audiſſet quia Ieſus adueniret a Iudæa in Galilæam, abĩt ad eum & rogabat eũ, vt deſcẽderet & ſanaret filiũ eius. Incipiebat em̃ mori.

Oſtendit quàm benigne dñs humanæ fidei imbecillitati ſubueniẽs, tam verbo q̃ facto ipſam prouehit, fouet, & confirmat. Conceperat regulus iſte ex miraculo, quod in Cana factum fuerat, bonam quandam etſi non perfectam de Chriſto opinionẽ, quare dominus eum perſtringit ob paruam fidẽ. Chryſoſtomus: Regulus dicebatur, vel q̃ de genere regio, vel quia aliquã principatus dignitatẽ obtinebat, aut quia ſic vocatus. Non em̃ tunc tẽporis rex in Galilæa erat niſi Herodes: nec propria, ſed Cæſaris autoritate: quare hunc primatum poſt Herodẽ in hac parte credibile eſt habuiſſe, nam & in Capharnaum quæ metropolis erat Galilææ, morabatur. Huius filius quũ grauiter infirmaretur, audito Chriſti aduentu, ad ipſum properabat. maior enim erat morbi vis, q̃ vt ad Ieſum ægrotus deferri potuiſſet. Iam em̃ agere animã cœpit, quum abiret regulus. Opportune Ieſum adĩt in re, quo ad humanũ præſidium, omnimode deſperata. Virtus em̃ de illo exibat, & ſanabat omnes, Luc. 6. Nam Eccl. 30. Non eſt cenſus ſuper cenſum ſalutis corporis. Melior eſt pauper ſanus & fortis viribus, q̃ diues imbecillis & flagellatus malitia. Hinc docemur, in neceſſitatibns ad dominum recurrere debere. Ipſe em̃ vitæ & mortis habet poteſtatem, deducit ad portas mortis & reducit, Sap. 16. Vnde Ezechias lachrymis & precibus 15. annos vitæ ſuæ obtinuit, quanquam eſſet morti per prophetã commiſſio-

missione domini adiudicatus,4.Reg.20.Esa.38.Ideo admonet Eccūs.38.Fili,in infirmita tua nō despicias teipsum,sed ora dominū,& ipse curabit te.auerte à delicto,& dirige manus,& ab omni delicto munda cor tuum.Non tamen spernenda opera medici.etenim illū dominus creauit.Eccī.38.Honora medicū propter necessitatem.etenim illum creauit altissimus.Altissimus de terra creauit medicinā,& vir prudens non abhorrebit illam.Sed sunt qui ad phitones & ariolos recurrunt,quibus contingit quod Ochoziæ, qui misit ad consulendum deum Accaron Beelzebub,an de casu per cancellos cœnaculi sui conualesceret.Cui dominus per Heliam denunciauit,dicens:Nunquid non est deus in Israel,vt eatis ad deū Accaron? Quamobrem hæc dicit dominus: De lectulo super quē ascendisti,non descendes,sed morte morieris,4.Regū.1.Leuit.20.Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos,& fornicata cum eis fuerit,ponam faciem meam contra eam,& interficiam eam de medio populi mei.Prima ergo nobis cura de salute animæ habēda,ex qua perpetua salus dependet corporis.Matth.16.Quid em̄ prodest homini,si mundum vniuersum lucretur,animæ vero suæ detrimentū patiatur? aut quā dabit homo commutationem pro anima sua? Eccī.3.Salus animæ in sanctitate iustitiæ,& melior est omni auro & argento.Psal.40.Ego dixi,dñe miserere mei,sana animā meam quia peccaui.Hiere.17.Sana me dñe,& sanabor:saluū me fac,& saluus ero,qm̄ laus mea tu es.Augustī. Laborat ne moriatur homo moriturus:& nō laborat vt nō peccet,in æternū victurus? Expedit em̄ nōnunq̄,infirmitatibus & aduersitatibus artari.Heb.12.Quem em̄ diligit dñs,castigat:flagellat aūt omnē filiū quē recipit.Ideo patienter infirmitas tolerāda.Nā animā sanat.Prou.20.Liuor vulneris absterget mala,& plagæ in secretioribus ventris.Esa.28. Tantūmodo sola vexatio intellectū dabit auditui.A peccatis p̄seruat.Eccī.31. Infirmitas grauis sobriā facit animā.2.Cor.12.Ne magnitudo reuelationū extollat me,datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ,qui me colaphizet.Spm̄ roborat.2.Cor.12.Cum infirmor,tūc fortior sum.Præmiū multiplicat.2.Cor.12.Virtus in infirmitate perficitur. Ro.5.Gloriamur in spe gloriæ filiorū dei.non solū aūt,sed & gloriamur in tribulationibus,scientes q̄ tribulatio patientiā operat,patiētia aūt probationē,probatio vero spem, spes aūt non cōfundit.Ex his q̄ audiuit,spem cōceperat.Ro.10.Ergo fides ex auditu,auditus aūt per verbū Christi.Psal.77.Quāta mandauit patribus nostris,nota facere ea filijs suis.Vt ponant in deo spem suā,& non obliuiscantur operū dei,& mandata eis exquirant.Contrà,1.Cor.15.Corrumpunt bonos mores colloquia mala.

Infirmitates curaliq̄ & necessariæ, non solū vtiles.

Dixit ergo Iesus ad eū: Nisi signa & prodigia videritis,non creditis. Dicit ad eū regulus: Domine,descende priusquam moriatur filius meus. 2

Cognoscens dñs fidei ipsius imbecillitatē,ad altiora eleuando, secreta cordis rimatur,vt salubriter confundat,& ad cognitionē diuinitatis consurgat,cuius solius est,cordis secreta scire.1.Reg..16.Homo videt ea quæ patent,deus aūt intuetur cor.Corrigit ergo imperfectā reguli fidem,qui nondū credidit filium sanari posse,nisi Iesus eò se contulisset,aut quasi medicum accerseret.Consuetudinis erat Iudæorū,non nisi signis testantibus credere. Vnde Moses ait Exo.4.Non credent mihi neq; audient vocē meam,sed dicent,non apparuit tibi dominus.Deditq; ei dominus signū virgæ in serpentem conuersæ,& manus leprosæ è sinu,& iterū in pristinum statum reuersæ. Si non crediderint,inquit,tibi,neq; audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis.Sic Gedeon Iudic.6.Da mihi signū q̄ tu scis qui loqueris ad me.Hinc domino dixerunt Ioh.2. Quod signum ostendis nobis quia hæc facis? Et Iohan.6.Quod ergo tu facis signum,vt videamus & credamus tibi? 1.Cor.1.Quoniam & Iudæi signa petunt,& Græci sapientiā quærunt.Hoc signū est infidelitatis.1.Cor.14.Itaq; linguæ in signū sunt nō fidelibus, sed infidelibus.Grego.Mirū quod is qui ad filij salutem petendam venerat,audiuit, Nisi signa &c,nisi em̄ crederet saluare posse,non peteret.Sed mementote quid petijt,& aperte cognoscetis quia in fide dubitauit. Claret fidei ipsius infirmitas,quo ad Christi præsentiam.Grego.Corporalem domini p̄sentiam petebat,qui p̄ diuinitatem nusquam deerat:minus ergo in illum credidit,quem non putauit salutem posse dare,nisi p̄sens esset & corpore.Hiere.23.Cælum & terrā ego impleo.Psal.138. Quo ibo à spiritu tuo? & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cælum,tu illic es: si descendero in infernum,ades.Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me,& tenebit me dextera tua.Secundo, quo ad eius sapientiam,quia nescire credebat periculum instans filio.Heb.4.Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Quot & hodie sunt,qui dei prouidentiam ad hæc inferiora se extendere non credunt,totis affectibus inferioribus inhiantes? Iob.22.Nubes latibulū eius nec nostra considerat,& circa

Reguli fides q̄ infirma.

cardines cæli perambulat. Eccēs. 8. Etenim quia non profertur cito cōtra malos sententia, absq; timore vllo filij hominum perpetrant mala. Eccl. 15. Non dixeris per deū abest, quæ enim odit ne feceris. Tertio, quo ad potentiam. Vt em̄ erat totus intentus periculo filij morientis, nihil ad sermonem domini respondit, ꝙ existimaret huiusmodi sermonibus tempus eximi, quū morbus posceret præsens remedium. Vrget igitur vt properet venire Capharnaum priusq̄ moreretur filius, quasi frustra venturus, si post exhalatam sē mel animam veniisset. Apoc. 1. Ecce fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculoꝝ, & habeo claues mortis & inferni. Deut. 32. Videte ꝙ ego sim solus, & non sit alius deus absq; me. Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego sanabo, & non sit qui de manu mea possit eruere. 1. Reg. 2. Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. Hic ergo præ omnibus suspiciendus. Matth. 10. Timete eum qui potest & animā & corpus perdere in gehennam.

3 Dicit ei Iesus: Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam aūt eo descendente, serui occurrerunt ei, & nunciauerūt, dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit. & dicunt ei: Heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quod illa hora erat in qua dixit ei Iesus, filius tuus viuit. & credidit ipse, & domus eius tota.

Iesus itaq; non obiurgata fide reguli, re ipsa ostendit se plus posse, q̄ ille se posse confideret, rogatus vt veniret, quia non defit vbi inuitatur indicat. solo iussu suo salutem reddidit, qui voluntate cuncta creauit. Heb. 1. Per quem fecit & secula. Nihil, inquit, opus est vt hac gratia me conferam Capharnaum: abi, iam filius tuus, quem morientem reliquisti, viuit ac valet. Hoc dicto nonnihil confirmata est fides reguli, nam facto se credere ostendens, domū properat. Gala. 5. In Christo Iesu neq; circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per charitatem operatur. Ecce quantū profecit ad correptionem domini. Psal. 140. Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me, oleum autē peccatoris non impinguet caput meum. Causa, quia foris increpans, intus illuminabat: alioqui inutilis esset, vt claret in Cain, qui à deo correptus, desperauit, Gene. 4. Prou. 29. Viro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus superueniet interitus, & eum sanitas nō sequet. Domū pficiscēti occurrūt serui, repētina morbi curatiōe stupefacti, rē lætam nunciaturi, ꝙ filius morti proximus subito reualuisset, nec opus esse Christi præsentia, quem venturū credebant, suspicantes casu quopiam conualuisse, ignari quod actū fuerat inter Iesum & regulum. Audito hoc nuncio regulus, quo & suos ad fidem adduceret, horam inquirit: & cognouit cum Christi dicto sanitatem restitutam. Nec fructu suo caruit hoc miraculū, quanq̄ in hominē ethnicum collatum. Credidit em̄ ipse, & domus eius tota, exemplo ipsius persuasa, ipsum esse Messiam. Beda: Sunt in fide quemadmodū in alijs virtutibus gradus. Est enim initium, est incrementum, est & perfectio. Vnde fides reguli initium habuit, quū salutem filio petijt: incrementum, quando dictis credens ibat: perfectionem obtinuit, vbi domus eius tota cū ipso credidit. Hinc Luc. 17. discipuli dixerunt: Domine, adauge nobis fidem. Et dominus patri lunatici Marc. 9. Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. At ille: Credo domine, adiuua incredulitatē meam. Sunt enim imbecilles in fide, quibus lacte opus est, non solido cibo, 1. Corꝝ. 3. donec crescant in salutem, 1. Pet. 2. Nam fide stamus, 2. Corꝝ. 1. Sed qui stat, videat ne cadat, 1. Cor. 10. Hinc Apostolus orauit Ephe. 3. flexis poplitibus, vt deus daret fidelibus secundum diuitias gloriæ suæ virtutem corroborari per spm̄ eius in interiori homine, Christum habitare per fidem in cordibus eorꝝ. Sed obseruandum quod dominus ad filium reguli ire noluit rogatus, quo fidem ipsius confirmaret, se absentem curare posse: ad seruum vero centurionis ire voluit non postulatus: quia hic absentem curare credidit infirmum posse solo dicto: & ne diuitias honorare videretur, & personarum acceptor esse. Chrysostomus: Reprehendit dominus regulum, ostendens signa maxime animæ gratia fieri, neq; minus hoc loco patrem animi morbo laborantem, q̄ filium curat, suadetq̄ non signa nobis desideranda, sed doctrinam attendendam.

Fidei gradus.

¶De probatica piscina, Iohan. 5.

## ARTICVLVS IX.

Hoc

HOc iterum secundum signum fecit Iesus, cum venisset a Iudæa in Galilæam. Post hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam. Est autem Hierosolymis probatica piscina, quæ cognominatur Hebraice *Bethsaida, quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantiũ aquæ motum. Angelus autem domini descendebat secundum tempus in piscinam, & mouebatur aqua, & qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat a quacunque detinebatur infirmitate. Iohan. 5 P *Bethesda

Ostendit post acceptã, magna cũ deo solicitudine ambulandũ, vtriusq; hominis salutẽ ne ad pristina relabendo vitia, ob ingratitudinẽ in maiora q̃ antea incidamus mala. Dñs ne videret legi contrarius, cõparet cum reliquis diem festũ agens, partim vt plures per signa & doctrinas alliceret, maxime turbam simplicẽ tunc confluentẽ, partim vt humilitatis & obedientiæ præberet exemplũ docens festa veneranda. Mat. 5. Non veni soluere legem, sed adimplere. Erat lacus quidã siue piscina, quæ Græcis dicit probatica, nimirũ à pecudibus, quod illic sacerdotes hostias immolandas abluere soleant, & ab eodẽ argumento Hebræis dibit Bethsaida, quasi dicas domũ pecualem. Mouebat angelus aquã, sed temporibus incertis, & sanabat tantum vnus. Chrysostomus: Aqua sordes corporis abluit, hinc varia morborũ genera per aquã sanant. Siquidẽ cum vellet deus appropinquantis baptismatis fidẽ nos erudire, non solũ peccata, sed & morbos per aquam depulit. Propiores eñ veritati imagines, & in baptismate & in passione & in alijs, certiores fuere q̃ vetustiores. Descendens vero angelus magni cõsilij mouet aquã, cum verbũ accedit ad elementũ, & fit sacramentũ. Quemadmodũ eñ huius aquæ natura non per se sanabat, siquidẽ semp sanasset, sed duntaxat dum ab angelo mouebat, & hoc nisi vnũ, ita & in nobis nõ simplex aqua operatur, sed cum spũs gratiã accipit, oñia abluit peccata, sed in vnitate ecclesiæ & fide vnius dei. Sic & in sale & aqua, herbis & cereis, quibus dæmonum fugat potestas, virtus diuini nominis operat, qua præsente, efficacia sunt. Nume. 6. Inuocabunt nomen meum (sacerdotes scilicet) super filios Israel, & ego benedicã eis. Quo miraculum esset euidẽtius & insignius, vnũ elegit ex oñibus maxime deplorandũ, vt qui morbo periculoso, penecq; immedicabili, deinde vetustissimo teneretur, postremo qui maxime desideraret alienum subsidium, & adeo tenuis erat & ægrotus, vt neminẽ parare posset, à quo tempestiue deferret in aquã. Hunc videns oculo compassiõis, an sanus velit fieri interrogat, fidem & cõstantiam circũstantibus volens ostendere, & vim morbi oñibus conspicuam facere, simulq; subindicare, neminem ab animi vitijs sanari posse, nisi morbum suum oderit, & salutis desiderio teneatur. Cyrillus: Magnum misericordiæ sacramentum, non expectare Christum semper laborantium preces, sed sua misericordia præuenire. Præcurrit eñ ad iacentem, & misericordia flectitur antequàm ei supplicet. Interrogat, vt cupiditate valetudinis ad petendum incẽderet, quod ipe facile p̃stare posset, atq; paratiores ad suscipiendam grãm interrogãdo redderet. Vide patiẽtiam infirmi humiliter respondẽtis. Nil blasphemum respondet, nõ arguit Christum, quasi stulte interrogantem, & se irridẽtem, nec maledixit diei, vt nos sæpe solemus pusillanimitate, sed mansuetè & placide respondit, tametsi nesciret quis esset qui interrogaret. Aquæ motio mystice qui intelligenda Bñdictiões salis & aq̃, herbarum & cereorũ, vnde.

Erat autem ibi homo triginta & octo annos habens in infirmitate sua. 2 Hunc cum vidisset Iesus iacentem, & cognouisset quia iam multum tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. & statim sanus factus est homo ille, & sustulit grabatum suum, & ambulabat.

Volens dñs ostendere, & eos qui motu piscinæ sanabantur, sua virtute sanari, sibiq; in promptu esse, solo nutu omnes & corporum & animorũ morbos posse tollere, cum dicto sanauit hominem, vt lectulum in humeros sustolleret, ac diuturni morbi monumentum cunctis vidẽtibus in domum referret. Chrysostomus: Intuere diuinæ clementiæ superabundantiam. Nõ enim solum sanat, sed & lectum portare iubet, vt credibile miraculum

fieret, nec quisq̃ phantasticum crederet quod factum erat. Nisi enim membra essent firmissime solidata, lectum ferre non potuisset. Vtinã & nos qui dissoluti sumus, & ad oñe opus bonũ immobiles, sanitatẽ assequamur, neq; habeamus rationẽ humanã, vtpote cõparati iumentis insipientibus, & similes facti illis, Psal. 48. vt portet nos in piscinã lachrymarum pœnitentiæ, in qua sanatur primus, quia post mortem infructuosa pœnitentia. Eccĩ. 17. Ante mortẽ confitere, à mortuo quasi nihil perit cõfessio. Claret hoc Sap. 5. de impijs bonoꝝ irrisoribus. Dicentes intra se, & præ angustia spũs gemẽtes. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinẽ improperij. nos insensati vitã illorum æstimabamus insaniã, & finem illoꝝ sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illoꝝ est? Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Sequitur: Talia dixerũt in inferno hi qui peccauerũt, qm̃ spes impij tanq̃ lanugo est quæ à vento tollitur. Ideo Eccĩ. 17 Confiteberis viuens, viuus & sanus confiteberis, & laudabis deũ, & gloriaberis in misera

Porticus quinq; qd

tionibus eius. Quinq; porticus, sunt quinq; vulnera redẽptoris, ex cuius passionis merito omnes morbi sanantur animaꝝ. Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Multitudo languentiũ in his iacet. Ro. 3. Oẽs peccauerunt, & egent gloria dei. Sed non est in aliquo alio salus. Nec eñ datũ est aliud nomen sub cælo hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, Act. 4. Vnde & ipe est angelus, qui turbat aquam verbo suo, & futuroꝝ memoria supplicioꝝ. Esa. 38. Recogitabo tibi oñes annos meos in amaritudine animæ meæ. Quẽadmodũ hic diuersæ nominantur species infirmitatũ, sic sunt

Languidi qui.

& peccatoꝝ. Languidi sunt, q per inertiam & desidiã peccãt. Heb. 12. Remissas manus & dissoluta genua erigite. Hiere. 31. Vsquequo delitijs dissolueris filia vaga? Cæci, qui per

Cæci.

ignorantiã. Psal. 37. Dereliquit me virtus mea, & lumen oculoꝝ meoꝝ non est mecum. Hinc orat Psal. 12. Illumina oculos meos ne vnquam obdormiã in morte, ne quando dicat inimicus meus, prævalui aduersus eũ. Claudi, qui bene operandi non habẽt firmum

Claudi.

gressum. Psal. 17. Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerũt à semitis suis. 3. Reg. 18. Vsquq̃ claudicatis, ait Helias filijs Israel, in duas partes? Si dñs est deus, sequimini eũ. Heb. 12. Gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicãs qs erret, magis aũt sanetur. Aridi, q quicqd agũt, sine charitatis agũt pinguedine. Psal. 142.

Aridi.

Expãdi manus meas ad te, anima mea sine terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me, qa defecit spiritus meus. Hinc Psal. 62. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum. Iste qui 38. annos habuit in infirmitate, signat longa

Infirmatꝰ annos 38. qs signet.

cõsuetudine inueteratos, sed nõ est tam capitalis & inueteratus morbus, quem Iesus verbo suo non curet, si obaudiatur. Surge, inquit Ephe. 5. Apostolus, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Tolle lectum tuum. Roma. 6. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatẽ, ita exhibete nunc membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationẽ. Et ambula. Psal. 33. Diuerte à malo, & fac bonum. Psal. 83. Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymaꝝ, in loco quem posuit. Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem, videbitur deus deorum in Sion.

Erat aũt sabbatum in die isto. Dicebant ergo Iudæi illi qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, tolle grabatum tuum & ambula. Interrogauerunt ergo eum: Quis est ille homo qui dixit tibi, tolle grabatũ tuũ, & ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus eñ declinauit a turba constituta in loco. Postea inuenit eũ Iesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es, iã noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo, & nunciauit Iudæis, quia Iesus esset qui fecit eum sanum.

Pharisæi inde calumniæ ansam sumpsere, qui quæ legis erant carnalia & ad tẽpus data, superstitiose tuebantur, neglectis ijs quæ erãt præcipua ac perpetuo duratura. Sabbatoꝝ ocium violasse, nefariũ erat apud illos: proximum fraudasse sabbato, nullius erat momenti. vnde malitia excæcati, nõ interrogabãt, qs est qui te sanũ fecit, sed, qui dixit tibi, tolle grabatũ tuum & ambula. Erat eñ omne opus seruile inhibitum sabbato. Exod. 20. Vnde Neeñ. 13. Prohibuit emptiones & negociationes cum gentilibus, & vt nullus inferret in die sabbati onus. Ille non dissimulans beneficium acceptum, & Iesu autoritate criminis inuidiam à se depellens, significãs eũ qui rem tantam verbo præstare potuerit,

homine

homine simul & sabbato maiorem videri, respondit calumniantibus Iudæis: Is qui me simplici verbo sanum fecit, iussit: cui obediui, vt iustũ est. Declinauerat à turba, vt absente ipso, testimoniũ sanitatis suspicione magis careret, ne videretur gratificari ei, sed veritatem testari, & ne Iudæorũ inuidiam magis in se accenderet. ac tertio, vt exemplũ vitandæ gloriæ monstraret. Galat. 5. Nõ efficiamini inanis gloriæ cupidi. Chrysostomus: Non secessit ad nundinas, neq; voluptati aut negligentiæ se dedit, sed in templo conuersabatur, quod religionis est signum, vt deo gratias referret. August. Qui orandus est vt faciat, illi reddenda gratiarũ actio cũ fecerit. Iam ergo cognito compertoq; miraculo, Iesus autorem quoq; cognitum esse volens, ait illi: Ecce sanitatem es consecutus, depulso morbo corporis, qui tibi natus erat ex animi morbo. vtrunq; sustuli malum. tu caue in futurum. Ecce quàm solicite ostendit beneficium ne obliuiscatur. Psal. 102. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. qui propiciatur ois̃ iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Secundo interdicit recidiuum. Iam noli, inquit, peccare. 2. Petr. 2. Si em̃ refugientes coinquinationes mũdi in cognitione domini nostri & saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superant, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Hiere. 2. Quàm vilis facta es, iterans vias tuas? Tertio prædicit supplicium. Ne deterius, inquit, tibi contingat. Sic seruus nequam & in conseruum crudelis, in carcerem conijcitur donec omne debitũ, etiam dimissum, redderet, Matth. 18. Admonemur ergo hic, ex peccatis nonnunquam morbos generari: deinde, maximũ apud gehennam supplicium, quũ illic deterius quàm hic contingat: atq; postremo, si grauem priorum scelerum pœnam dedimus, multo grauiorem daturos, si reciderimus. Qui em̃ emendatus non est, ad maiora tormenta ducetur, tanquam insensatus & contemptor. Videmus aũt multos improborum corpore bene valentes, & in delicijs & voluptate viuentes: verum q̃ nihil hic patiuntur, viaticum eis erit ad supplicium grauius quod alibi ferent. 1. Cor. 11. Dum iudicamur aũt, à domino corripimur, vt non cũ hoc mundo damnemur. Nam quæ hic fiunt, admonitiones sunt: quæ autem alibi supplicium. Num ergo omnes morbi ex peccatis? Non, sed quidam ob probationem, vt Iob. 1. Tob. 12. quidam ad dei gloriam, Iohan. 9. quidam ex naturali defectu, quidam ex peccatis, vt Herodes ob superbiam percussus, vermibus consumptus occubuit, Act. 12. Comperto quis esset, vide quãta gratitudine Iudæis prædicet Christum, existimans illud multorũ interesse, vt omnibus notus esset, qui verbo posset sic mederi morbo deplorato. Non ait, Iesus est qui dixit mihi, tolle grabatum tuum & ambula: q̃d illi audire volebãt, vt violati sabbati crimẽ in eum impingerent, quod & aliàs nõ semel fecerũt: sed is qui me sanũ fecit, quod audire non ferebãt. August. Ille annunciabat, & isti insaniebant. Vtinam deus faxit, vt post sanitatem acceptam in templo inueniamur, vltra nos prophanis cogitationibus nõ inquinantes, vt ne in grauiorem incidamus pœnam futuram.

Documẽta ex sanatione infirmati annos 38.

Morbi vnde.

Propterea persequebantur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in sabbato. Iesus autem respõdit eis: Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suũ dicebat deum, æqualem se faciens deo. Respondit itaque Iesus, & dixit eis: Amen amen dico vobis, non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Quæcunq; enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Q

Ostẽdit opera sua nõ ratione, quũ diuina sint, sed inuidia stimulãte calumniari: & extremum manere supplicium eos qui non credũt, credentes vero, vitã cõsequi æternam. Excæcati inuidia Iudæi, & vndiq; calumniandi captantes occasionẽ, indignabãtur Iesu q̃ hominẽ miserandũ sanasset sabbato, quũ ipsi qui sibi videbantur legis tenacissimi, non vererentur asino in puteũ delapso, succurrere die sabbati, quemadmodũ ipsis improperat saluator. Matth. 12. Salutem inuident miseri Iudæi infirmo, feris sæuiores, dæmonibus pares: idcirco omnis venia inuido despetanda est. Nam scortator voluptatis stimulos in excusationem adfert, fur paupertatem, homicida furorẽ, friuolas quidem nec admittẽdas qualescũq; excusationes, tu vero quam adfers? Nullã profecto nisi animi prauitatem atq; malitiã. Nam si inimicos amare iubemur, quam pœnã ex amici odio daturos nos arbitramur? Audi Paulum 1. Cor. 13. Si tradidero corpus meum ita vt ardeã, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Hic affectus inuidiæ, & fornicatione & adulterio grauior: alterq; em̃ in ipso autore cõsumitur, inuidiæ aũt vis vniuersos populos perdidit,

perdidit, vniuersum orbem coinquinauit. Ipsa cædis mater, ipsius suasu Cain fratrē suū
Inuidię ma interemit, Gene. 4. Ipsi Esau in Iacob, Gene. 27. fratrum in Ioseph, Gene. 37. diaboli in
lum quod. humani generis ödium, insidiæ tribuendæ sunt. Sap. 2. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Imitantur autem illum omnes qui sunt ex parte illius. Non solū autē calumniabantur Iesum, verum etiā persequebantur non ob aliud, nisi q̄ rem sanctā ac piā fecisset in sabbato. Ostendit itaq; dñs se legis non esse transgressorē vel sabbati, sed patri æterno conformem in operando, q.d. Sicut deus pater operat in sabbato & reprehēsione caret, ita neq; ego crimini obnoxius sum. Omnino em̄ prouidentia sua & in sabbato operatur. Hieronymus: Non sex diebus tantū, sed vsq; modo operatur: quia sex diebus condidit noua, & requieuit die septima à nouarum rerum productione: postea vero operatur vsq; in finem gubernando, conseruando, renouando, propagando, vt permaneant condita. Sap. 11. Quomodo autem posset aliquid permanere nisi tu voluisses? aut quod à te vocatum non esset, conseruaretur? Sap. 12. Tu dominator virtutis cū trāquillitate iudicas, & cū magna reuerentia disponis nos. subest enim tibi, cū volueris, posse. Ecce modus operandi. Velle scilicet. Psal. 148. Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mādauit, & creata sunt. Sic & Chrūs solo verbo sanitatem contulit. Sap. 8. Attingit ergo à fine vsq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Non ergo ob sabbati religionē impediebatur, quo minus ageret mandatū patris ad humani generis salutem. Persequebātur plus illum propterea, q̄ iam non solum violaret sabbatum, sed & deū veluti sibi propriū patrem vsurpabat, semet illi æquans in operibus & autoritate faciendi quæ vellet. Quia autem eandem cum patre habet substātiam, eandem habet & virtutem: & propter hoc eadem operatur, & non potest aliud aliquid facere præter id quod pater facit. Hinc Iohan. 14. Pater aūt in me manēs, ipse facit opera. Glos. ord. Subdit se esse filium æqualem patri, eiusdem voluntatis, potentiæ, operationis, q̄a eiusdem substantiæ.

2 Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit: & maiora his demonstrabit ei opera, vt & vos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius q̄s vult viuificat. Neq; em̄ pater iudicat quenquam, sed omne iudiciū dedit filio, vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam: & in iudicium non venit, sed transiet a morte in vitam.

Quoniā filius propter nos redimendos & instruendos homo factus est, & inter homines socialiter vixit, idcirco altitudinem sapientiæ suæ proportionauit capacitati intelligentiæ nostræ, loquēdo nobis de rebus incomprehensibilibus more humano, quatenus sic ea aliquatenus caperemus. Vnde de æternis loquens, per verba temporalia secūdum omnes differentias temporū loquitur, quia ipsa æternitas comprehendit & cōtinet omne tempus. Inter homines sæpe degenerant à parentibus filij, nec eadem est semper patris & filij voluntas, nec eadem facultas. secus hic res habet. Pater enim vnice diligit filium, Matt. 17. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Suiq; similimum genuit, paremq; potestatē operandi transfudit in illum, omniaq; demonstrat filio facienda, q̄ ipse facit. Quod si mirandum videtur atq; humanis viribus maius, dicto restituere sanitatē paralytico: pater, ad cuius præscriptū filius facit oīa quæ facit, declarabit q̄ filio suo his etiā maiora demonstrarit opera, quo magis etiā miremini. Nam longe potētius est, excitare mortuos ad vitam, q̄ ægroto restituere sanitatem. Et hanc quoq; potestatem pater tradidit filio. Apoca. 1. Habeo claues mortis & inferni. Summa præcipuaq; dei autoritas est, iudicare mundum. rex enim est & dñs vniuersorum. Esa. 33. Dñs enim iudex noster, dñs legifer noster, dñs rex noster. Et tamen hāc quoq; potestatem impartiuit filio, cui tradidit omne ius iudicandi quicquid in cælo ē, quicquid in terra, q̄quid subter terram. Philip. 2. Propter quod & deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestriū & infernorum. Act. 17. Deus statuit diem in quo iudicaturus est orbem in æquitate, in viro in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum à mortuis. Autoritatiue tota trinitas, sed executiue sententiam proferet filius in humanitate omnibus visibilis. Apoca. 1. Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerūt. 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum.

malum. Quia ergo benefaciendo non placauit eos, nec attraxit vt se honorarent sicut dignum erat, incutit terrorem iudicij quo saltem timore inducantur. Pater innotescit per filium per quē operat, filius vicissim patris maiestatem declarat, vnde habet quicqd operatur, vt vtroq; per alterū cognito, oēs honorificent filium, quemadmodū honorificant patrem. Quisquis honorat patrem in filio operantem, idem honorat filium ex patre operantē: quisquis autem non honorat filium patri charissimum ac simillimum, idem nec patrem honorat, qui in hoc misit filium, vt per filium honorificetur. Sermonem mirabiliter nectit interdum quidem sublimia testimonia de se, vt dignum erat, fert interdum autem humilia, propter insaniam inimicorum Iudæorum. Hinc mentes audientium exhilarat, quum audientes sermones eius deo sint crediturī. Non enim dixit, qui credit mihi, sed ei qui misit me. Igitur qui audit aure cordis, Matth. 13. Qui habet aures audiendi, audiat. & credit illi, in iudicium condemnationis (hoc est, suppliciū) non venit, sed viuit vitam æternam, sed transiet à morte infidelitatis ad vitam fidei & iustitiæ, Romañ. 6. Gratia dei vita æterna, & à morte naturæ ad vitam gloriæ. Col. 3. Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum ipso apparebitis in gloria.

Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filij dei: & qui audierint, viuent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso: & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij dei: & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij.

Ostendit gratiæ necessitatem simul & vtilitatē, si à morte culpæ ad cælestia capessenda resurgere debemus. 1. Cor. 15. Per hominē mors, & per hoiem resurrectio mortuorū & sicut in Adam oēs moriūtur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Plus autem est, animam peccato mortuam reuocare ad vitam, quàm corpus exanimum vitæ restituere. Sed vtriusq; rei potestatem pater dedit filio. Sapiæ. 16. Homo per malitiam occidit animā suam. Ezech. 18. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Vnde Apoca. 3. Nomen habes, q̄ viuas, & mortuus es, hanc sequitur mors gehennæ. Psalm. 84. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. Hæc dicitur mors secunda, Apoca. 20. Reuiuiscūt animę mortuæ, si vocem audierint filij dei, interiori auditu & perseueranter, quia sola perseuerantia coronabitur. Matth. 24. Qui perseuerauerit vsq; in finē, saluus erit. Non em̄ omes obediunt euangelio, Romañ. 10. Hinc admonet Apostolus Hebrę. 3. Quapropter dicit spiritus sanctus Psal. 94. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Ideo notāter dicit, qui audierint. Augustinus, obaudierint, q̄a sunt qui audientes non audiūt, Mat. 13. Qui ergo nunc dñi vocem vocantis obaudire nolunt, Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā vos. audient in fine tunc, velint nolint, & obedient. vocem depellentis. Mat. 25. Ite maledicti in ignem æternū. Quare adhortat Paulus 2. Cor. 6. Exhortamur ne in vacuum gratiam dei recipiatis. ait em̄ tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nūc tps acceptabile, ecce nūc dies salutis. Olim reuiuiscent & omniū corpora defuncta ad vocē filij dei: nunc paucis ad vitam reuocandis specimine ædito futuræ resurrectionis, id quod maius est agitur, vt ad eiusdem vocem reuiuiscant animæ. Sicut pater vita est, & oēs vitæ fontale principiū. Psal. 35. Domine, apud te est fons vitæ: sic gignendo filium eiusdem substantiæ, eandem ei communicat vitam, quare & alijs vitam præstare potest. Iohan. 14. Ego sum via, veritas, & vita. Nam omnia per ipsum facta sunt, Iohan. 1. Hebr. 1. Per quem fecit & secula. Actu. 17. Nec indigens aliquo, cum ipse det omnibus vitam & inspirationem. Gene. 2. Formauit igitur dominus deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. Hunc ergo qui deserit, vitam non habet. Dedit & ei potestatem iudicium facere, vt in humanitate ab oēs videat. Matth. 24. Videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli, cum virtute multa & maiestate. Diuinitas enim nisi à beatis non potest videri. Exod. 33. Non videbit me homo, & viuet. Iohan. 1. Deum nemo vidit vnquàm. Nam hanc videre vita beata est. Iohan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum deum verum, & quem misisti Iesum Christum. 1. Iohan. 3. Videbimus eum sicuti est. Psalm. 71. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Act. 10. Præcepit nobis p̄dicari & testificari, q̄a hic est q̄ cōstitutus est à deo iudex viuorū & mor-

& mortuorum. Sæpe sermones in medium affert de iudicio, vt auditores excitet. Cui enim persuasum est, quòd resuscitandus sit, & recepturus delictorum pœnas, omnino currit ad ipsum, placatq; vt suum futurum iudicem. Vnde dominus Matth. 5. Esto consentiens aduersario tuo cito dum es cum eo in via, ne tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouissimũ quadrantem. Iohan. 12. Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum, sermo quem locutus sum, iudicabit eum in nouissimo die. Obediendum ergo euangelio alioqui ostendit nos transgressores redargutos à lege. Iaco. 2. Perspicuum autem est, remissa culpa non semper omnem pœnam remitti, quam operæ precium hic solui. Alioqui à domino puniemur. 1. Cor. 11. Si nosmetipsos diiudicauerimus, non vtiq; iudicabimur: dum iudicamur autem, à domino corripimur, vt non cũ hoc mundo damnemur. 2. Regum. 12. Dauid pœnitenti dictum fuit: Dominus transtulit peccatum tuum à te. Verunta men quia fecisti inimicos blasphemare nomen domini propter verbum hoc, filius qui natus est tibi, morietur. Audierat peccatum translatum, sed pœnam non prorsus condonatam, id quod rei exitus probauit. Nam suscitauit illi dominus malum de domo sua, vt à proprio filio regno pelleretur. 2. Reg. 15. & 16. Hinc lachrymis stratum suum rigabat. Psalmo. 6. Sic Exod. 32. ob Mosi preces idololatriæ peccatum dimisit populo, nihilominus tẽporali pœna puniens. Ego, ait, in die vltiouis visitabo hoc peccatum eorum. Percussitq; dominus populum pro reatu vituli quem fecerat Aaron. Et Nume. 14. Dimisi, inquit, iuxta verbum tuum: attamen omnes homines qui viderunt maiestatem meam & signa quæ feci, non videbunt terram super qua iuraui. In solitudine iacebunt corpora vestra, quadraginta annis recipietis iniquitates vestras. Qui ergo hic non diiudicant seipsos, nec à domino corripiuntur, & hinc exeuntes dolent, quis misericordiæ finum ipsis occludere audeat, & non cum sancta matre ecclesia sentire, ipsos non æterna, sed temporali pœna plectendos? Nam misericordiam & veritatem diligit deus. Psal. 83. Sicut iuste pœnam exigit, ita misericorditer in vere pœnitentibus æternam in temporalem cõmutat. Sed quoniam post hanc vitam meriti locus non est, sed vel præmij vel supplicij recipiendi pro factis. Iohan. 9. Venit nox quando nemo potest operari. Ecclesiastes. 9. Quodcunq; potest facere manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas: hinc pie semper in ecclesia defunctis, quum vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. 1. Cor. 12. Per viuos suffragia subuentum est. Sic Iudas ille Machabæus. 12000. drachmas argenti misit Hierosolymam, offerri eas ibi pro peccatis mortuorum, iuste & religiose de resurrectione cogitans. 2. Macha. 12. Hinc Chrysostomus homil. 69. in Matthæum: Non temere ab apostolis hæc sancita fuerunt, vt in tremendis mysterijs defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim, inde illis multum contingere lucrum, vtilitatem multam. Idem Damascenus affirmat, modum hunc orandi pro defunctis, ab apostolis manasse. Obserua hic, fidẽ hanc & ante Christi tempora fuisse, nec per Chm̃ neq; per apostolos reprobatam: quod haud dubio fecissent, si erroneum & seductorium fuisset. Tempore siquidem apostolorũ quidam baptizabantur pro mortuis. 1. Cor. 15. quanquam in hoc errarent quòd mortui illi non tenebantur ad baptismi obligationem: quare & abolitum, aliud non, sed in hanc vsque horam à pijs & sanctis, nec non in sacris literis eruditissimis, q̃ diligẽtissimè obseruatum. Hinc Augustinus, serm. 44. ad fra. erem. Defunctis cum omni diligentia misereri & subuenire studeamus, attendentes quid Iudas Machabæus fecerit. Dixit enim, quòd sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. 2. Machab. 12. Licet autem non sit in canone Iudæorum, est tamen in canone Christianorum, quemadmodũ euangelia & cætera, vt idem dicit. 17. de Ciuit. dei. c. 38. Certum q; & perspicuum est tunc eam fidem fuisse. Huius ergo iudicis sententia ineuitabili, qui paruerint ipsius doctrinæ, transferentur in vitam æternam: contra, qui parere noluerunt, addicentur æternis supplicijs. Tantam potestatem traditam homini nolite mirari, quum idem sit filius dei Hoc traditum est illi, quod semper cum patre habuit commune. Siquidem venit hora. Matth. 24. De die illa & hora nemo scit, neq; angeli cælorum, nisi pater solus, quando omnes qui mortui sunt, & sepulti, audient omnipotentem vocem filij dei, atq; illico reuiuiscent corpora: & qui mortui fuerunt, & humo conditi, prodibunt. 1. Thessa. 4. Quoniam ipse dñs in iussu & in voce archangeli, & in tuba dei descendet de cælo. 1. Cor. 15. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti. Qui bona fecerunt, non enim sola fides absq; operibus iustificat, sed oportet etiam opera adesse, tunc enim proprie fides est. Romañ. 2. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Iaco. 2 Fides sine operibus mortua est in semetipsa. Hinc dominus misericordiæ opera in proxi-

Suffragia viuorum mortuis p̃desse.

Pro mortuis oratũ, & ante aduentũ Christi fuisse.

proximos collata, cælesti præmio remuneranda testatur Matth. 25. Lucæ. 14. & Luc. 16. Contrà, qui in iniquitatibus perseuerant, resurgent in iudicium condemnationis. Nõ enim est illis resurrectio ad vitam, 2. Macha. 7. Ideo non dicuntur proprie resurgere. Psalm. 1. Ideo non resurgent impij in iudicio, neq; peccatores in consilio iustorũ. Danie. 12. Multi de ijs qui dormierunt in terræ puluere, euigilabunt: alij in vitam æternã, alij in opprobrium vt videant semper. Non solum aũt differens erit resurrectionis status bonorum & malorum, sed & conditio bonorum. 1. Cor. 15. Stella differt à stella in claritate, sic & resurrectio mortuorum. Phil. 3. Saluatorem expectamus dñm Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Vide ergo geminam doctrinam fieri per metum & lætitiam. Nam quũ dicit, impia facientes condemnari, deterret: quũ autem resurgere ad vitã, lætificat, & per lætitiam exhortatur. Hinc est, q̃ non tam constanter q̃ gaudenter sancti pro domino moriuntur. Heb. 11. Non suscipientes redemptionẽ, vt meliorem inuenirent resurrectionem. Non ergo de carnis depositione per mortẽ nimiũ dolendũ, sed diuinũ iudiciũ prȩcauendũ. Eccl. 18. Ante iudiciũ para iustitiã tibi. Nam horrẽdum est incidere in manus dei viuentis. Heb. 10. Eccl. 2. Si pœnitentiam nõ egerimus, incidemus in manus domini, & nõ in manus hominũ. Ideo Psal. 15. Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne commouear.

Non possum ego a meipso facere quicquam. Sicut audio, iudico, & iudicium meum iustum est, quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Si ergo testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verũ. Alius est qui testimonium perhibet de me, & scio quia verũ est testimonium eius quod perhibet de me. Vos misistis ad Iohannẽ, & testimonium perhibuit veritati. Ego autẽ non ab homine accipio testimoniũ, sed hæc dico, vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardẽs & lucẽs, vos autẽ voluistis ad horam exultare in luce eius.

Ostendit q̃ radix malitiæ vanæ gloriæ cupido, nõ finit hominẽ salubribus submittere se institutis, quanquã certissimis testimonijs roboratis. Eadem potestas patris & filij ostẽditur, & in nullo sibi deesse aliquid à patre, siue in sermonibus, siue in operibus, siue in iudicijs. Nec ergo est quod quisquã calumniaretur filij iudiciũ velut iniquum: eoq̃ iustũ est quia nõ est illi alia voluntas, q̃ quæ est patris, vt aliquo pacto corrupta voluntas corruptũ pariat iudicium. Qui enim suam voluerit stabilire, fortassis suspectus erit q̃ corrumpat q̃d iustũ est: qui aũt non sua spectat, quo prætextu posset iniusta iudicare? Psal. 10. Iustus dominus & iustitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius. Obserua duplicem in Christo naturam: diuinam, qua patri æqualis: humanam, qua patre minor & subiectus. Sic & duplicem voluntatem, diuinã, & humanam, de qua Luc. 22. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Apud hoĩes leuis est ille qui testimoniũ perhibet de seipso, & arrogans habetur qui sua ipsius voce magna vindicat. Prouer. 27. Laudet te alienus, nõ os tuum. Hinc testimonium meum, secundũ vestram æstimationem non videtur verum. Quod si solus ipse mihi testis sum, sit apud vos vanũ testimonium meum. Alius est, pater scilicet. Mat. 3. Hic est filius meus dilectus. Vel Iohãnes, Hic enim venit, vt testimonium perhiberet de lumine, Iohan. 1. Ponit ergo tria testimonia. Iohannem quẽ fide dignũ habuerunt. Huius certe testimonium, cũ tantũ tribuebant ei vt eum crederent Messiam, apud eos pondus habere debuit, præsertim quũ à Christo non fuerit procuratum, sed ab ipsis expressum. Non pendeo, inquit, à Iohannis testimonio: sed tamen optarem apud vos habere pondus, ne pereatis ob incredulitatem. Magnus quidẽ erat Iohannes, sed lux ipsa promissa mundo non erat. Esa. 9. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnã: habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Esa. 49. Dedi te in lucem gentiũ, vt sis salus mea vsq; ad extremũ terræ. tantum erat lucerna de nostro igne ardens, de nostro lumine lucens. Vos voluistis illum esse Messiam, qui se negabat dignũ qui solueret corrigiam calceamentorũ Messiæ. Cur ergo testimoniũ illius apud vos nunc leue est quod de me tulit, quum alioqui de illo tam magnifice senseritis? Arsit Iohannes diuini amoris igne, gaudens ad vocem sponsi, Iohan. 3. Arguens transgressores, Luc. 3. Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Luxit radijs sapientiæ & exemplaris vitæ, sed ad coruscationem superuenientis claritatis imminutus est. Ioh. 3. Illum oportet crescere, me aũt minui. Secundo, opera.

Ego autem habeo testimonium maius Iohanne. Opera enim quæ dedit
2 mihi pater vt perficiam, ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia pater misit me. Et qui misit me pater, ipse testimonium perhibuit de me. Neq; vocem eius vnquam audistis, neque speciem eius vidistis. Et verbum eius non habetis in vobis manens, quia quem misit ille, huic vos non creditis.

Si ergo illius testimonio diffiditis, ego ex meipso certius habeo testimonium, nimirũ patris mei, qui maior est Iohanne, cuius testimonium refelli non potest. Nullum certius testimonium ipsis factis, ea si videtis esse digna deo, si videtis à me fieri, satis de me testificantur, me nihil ex meipso facere, sed ex eo qui me salutis vestræ causa misit in mundum. Quia igitur pater dedit mihi illa, ideo deo aduersarij estis qui illis operibus aduersamini. Iohan. 15. Si opera non feciſſem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nũc autem & viderunt & oderunt & me & patrem meum. Tertio, patrem, qui per omnem scripturam tam legis quàm prophetarum testatus est. Nulla eñ ætas (vt dicit Augustinus) vacauit à prophetia de Christo. Luc. 1. Sicut loquutus est per os sanctorũ, qui à seculo sunt, prophetarum eius. Roma. 10. Finis legis Christus. Pater autem quum spiritus sit, nec vocẽ habet vt audiri possit auribus humanis, nec speciem quæ cerni possit oculis corporeis. Nam Mosi non talis apparuit & auditus est, qualis est suapte natura, quemadmodum vos existimatis. Sic eñ soli filio visus est atq; auditus, & tamen aliqua voce, aliqua specie se vestris sensibus insinuauit. Nam patribus aliena in specie, vel imaginatione formata, vel angelo in persona dei apparente, vel alio modo consimili. Vnde Exod. 33. Loquebatur aũt dominus facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicũ suum. Qui aita Ostende mihi gloriam tuã. Respondit: Non poteris videre faciem meã. Non eñ videbit me homo, & viuet. Hinc Stephanus Act. 7. Hic est qui fuit in solitudine in ecclesia cũ angelo, qui loquebatur ei in monte Sina & cũ patribus vestris, qui accepit verba vitæ dare vobis. Sic ergo vidit Iacob Gene. 32. Vidi dominũ facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Esa. 6. Vidi dominũ sedentem super solium excelsum & eleuatum, & plena erat omnis domus à maiestate eius. Sed quemadmodum audistis vocem eius & non credidistis, audistis Iohannem nec creditis, ita nec legis nec prophetarum testimonium hæret animis vestris: & cum quem sacræ literæ promittunt, reijcitis: ei quem pater iuxta prophetarum promissa misit, non creditis. Psal. 118. In corde meo abscondi eloquia tua, vt nõ peccem tibi.

Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, &
& illæ sunt quæ testimonium perhibent de me, & non vultis venire ad me, vt vitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio, sed cognoui vos quia dilectionem dei non habetis in vobis. Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ a solo deo est non quæritis? Nolite putare quia ego accusaturus sim vos apud patrem, est qui accusat vos Moses, in quo vos speratis. Si enim crederetis Mosi, crederetis vtiq; & mihi, de me eñ ille scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis?

Scrutatio duplex.

Discutite solerter dicta prophetarum & legis, & inuenietis quia testantur de me. Est scrutatio diuinorum pia agnoscendæ veritatis auiditate. Sic audientes Paulum, quotidie scrutabantur scripturas si quæ docebat, ita se haberent, Acto. 17. Psal. 118. Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea. Est alia curiosa, qua quis difficilia scripturæ curiose proprio sensu inquirere nititur ac iudicare. Prouer. 25. Sicut qui mel multum comedit, nõ est ei bonũ: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Ideo admonet Eccũs. 3. Altiora te ne quæfieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ p̃cepit tibi deus, illa cogita semper: & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Nõ dixit, in qbus habetis vitã, sed putatis inaniter propter duritiã cordis vestri, quanq̃ sic fuisset, si obedien
do intellexissetis. Esaiæ. 7. Nisi credideritis, non intelligetis. Illæ enim determinant incarnationis tẽpus, Gene. 49. Non auferetur sceptrũ de Iuda, nec dux de femore eius, donec
veniat

veniat qui mittendus est,& ipse erit expectatio gentium.Danie.9.Scito ergo &c.Modum.Psal.71.Descendet sicut pluuia in vellus,& sicut stillicidia stillantia super terrã.Et ascendet sicut virgultum coram eo,& sicut radix de terra sitienti.Esa.7.Ecce virgo concipiet & pariet filium,& vocabitur nomen eius Emanuel.Locum.Mich.5.Et tu Bethleem ephrata,paruulus es in millibus Iuda,ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel,& egressus eius ab initio à diebus æternitatis.Quo ad conuersationis statum.Baruch.3 Post hæc in terris visus est,& cum hominibus conuersatus est.Zacha.9.Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator,ipse pauper.Hiere.14.Tibi peccauimus expectatio Israel,saluator noster in tempore tribulationis.Quare quasi colonus futurus es in terra,& quasi viator declinans ad manendum? Quare futurus es velut vir vagus & fortis qui non potest saluare? Tu autem in nobis es domine,& nomen tuum inuocatum est super nos,ne derelinquas nos.Vltimo,quo ad passionis exitum.Danie.9.Et post hebdomades sexagintadu as occidetur Christus,& non erit eius populus qui eum negaturus est.Esaias.33.summatim totam perstringit passionem.Ostendit itaq; eos ex proposito,& non natura,malos. Non vultis,inquit,venire,quanquam non sit aditus ad vitam nisi per me tot testimonijs comprobatum:ad me,vt minimo negocio vitam habeatis.Nam credidisse filio quẽ misit pater, salutis est ianua.Incredulitas ergo vestra non ex inopia est testium,sed ex inopia charitatis in deum,præsertim cum ego nec gloriam,nec regnum,nec opes ambiam apud homines,tantum ambigo gloriam patris.& in hoc ambio,vt vos seruemini.Si Christus qui habet in vestimento & in femore scriptum,Rex regũ & dominus dominantiũ,Apocal.19.claritatem ab hominibus non accipit:nam quæsitus in regem, fugit,Iohan.6.quid miseri & ad omne malum procliui vanitate seducimur,quærentes sciri,reputari,honorari? Eccl. 10.Odibilis coram deo & hominibus superbia.Causam subinfert,dicens:quia dilectionem dei non habetis in vobis,tametsi hoc iactetis q̃ me persequamini propter deum.Etenim qui diligit,credit & obtemperat:& qui patrem diligit, non potest odisse filium illi charissimum:& qui legantem amat,non potest aspernari legatum.1.Timo.1.Finis præcepti est charitas de corde puro,conscientia bona,& fide non ficta.Sed.1.Iohã.3. Qui non diligit,manet in morte.Vbiq; autem patrem celebrat,& ab ipso se dicit missum esse,nihil se posse à seipso,& prorsus humilia multa loquitur,volens ẽ medio tollere omnem ingratitudinis & elationis rationẽ. Hinc in nomine patris dicit se venisse, non suo. Et q̃ estis,inquit,peruerse increduli mihi,qui patris nomine veniens, gratis vitam ac salutem offero:tam eritis stulte creduli,si quis suo nomine veniens,sibi dei gloriam arrogans,seipsum inæstimabili mentis tumore extollens super omne q̃d dicitur deus,2.Thessa.2.suumq̃,non dei negocium agens, ea vobis pollicens quæ diligitis, vobis adferat ea quæ pertrahant in mortem æternam.Vera laus est, meruisse laudem apud deum:vera pietas est,omnẽ deo gloriam transscribere.Quomodo igitur potestis credere mihi,nihil aliud prædicanti q̃ gloriam dei,quũ vos contempta vera gloria quæ à deo proficiscitur, venemini falsam gloriam apud homines inuicem vobis adulantes,& deo suam gloriam inuidentes? Principes enim & magistri ipsi soli volentes haberi apud vulgus,non accipient me,ne imminuatur eorũ gloria.populi autem quærentes diligi à principibus, non me accipient vt ne excidant propter me ab honore quem à principibus habent.Elucescit q̃ pestifera res vanæ gloriæ sit cupido,quæ omne spirituale bonũ impedit & eneruat, ac deo exosum reddit.Psal.52.Quoniam deus dissipat ossa eorũ qui hominibus placent, confusi sunt,quoniam deus spreuit eos.Hinc Gala.1.Si adhuc hominibus placerem,Christi seruus non essem.Ideo 2.Corꝝ.10.Qui gloriatur,in domino glorietur, non enim qui seipsum commendat, ille probatus est,sed quem deus commendat.Nolite putare q̃ ego cupiens vlcisci contemptum meum,vos delaturus sim apud patrem, nihil opus.est mediatore.Moses ipse vos deferet,cuius autoritatem apud vos sacrosanctam fingitis,& in quo summam fidem collocatis, habentes pro oraculo quicquid ille scripsit:Quem ficte colitis,cuius autoritas vobis leuis est in eo in quo maxime debebat valere, si quidem ille de me scripsit,Deut.18.Prophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dominus deus tuus,ipsum audies,vt petisti à domino deo tuo. Et ait dominus mihi: Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorꝝ similem tui,& ponam verba mea in ore eius,loquetur q̃ ad illos omnia quæ præcepero illi.Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo,audire noluerit,ego vltor existam.Etenim si fidem haberetis Mosi, nimirum & mihi crederetis quem ille promisit,& cuius dictis credi iussit.Si autem illius dictis non creditis,quia nec intelligitis.2.Corinth.3,vsque in hodiernum diem idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum, quod in Christo euacuatur,sed vsq; in hodiernum diem cum legitur Moses,velamen positum est super cor eorꝝ.

Scripturæ q̃ manifeste indicarint circunstantias Messiæ.

Cum autem conuersus quis fuerit ad deum, auferetur velamen. Quomodo meis verbis, quem minoris facitis, credetis, Chysostomus: Qui metalla fodere aggreditur artis ignarus, auri venas non inuenit, sed confunditur, laborem subit cassum: ita qui diuinarum scripturarum ordinem non intelligunt, qui earum proprietates, qui leges non disquirũt, sed omnia ad verborum sententiam accipiunt, aurum terræ confundentes, nunquam reconditum in his thesaurum consequuntur.

¶De quinque panibus, Iohan. 6.

## ARTICVLVS X.

Iohan. 6 S

POst hæc abijt Iesus trans mare Galilęæ, quod est Tiberiadis, & sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat super ijs qui infirmabãtur. Subijt ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximũ pascha dies festus Iudæorum. Cum sublevasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippum: Vnde ememus panes vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum. ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisq; modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis, Andreas, frater Simonis Petri: Est puer vnus hic, qui habet quinq; panes hordeaceos & duos pisces, sed hęc quid sunt inter tantos? Dicit ergo Iesus: Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia. Accepit ergo Iesus panes, & cum gratias egisset, distribuit discumbẽtibus. Similiter & ex piscibus quantum volebant. Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ superauerunt fragmẽta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinq; panibus hordeaceis & duobus piscibus, quæ superfuerunt ijs qui manducauerant. Illi ergo homines cũ vidissent quod Iesus fecerat signũ, dicebant: Quia hic est vere propheta qui venturus est in mundum.

Vide super isto textu part. 1. art. 45. f.

Iesus ergo cũ cognouisset quia venturi essent vt raperent eum, & facerent eum regẽ, fugit iterum in montem ipse solus.

Vide ibidem.

¶De ambulatione supra mare.

## ARTICVLVS XI.

Iohan. 6. T

VT autem sero factum est, descenderunt discipuli eius ad mare, & cũ ascendissent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum, & tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad eos Iesus. Mare autem vento magno flante, exurgebat. Cum remigassent ergo quasi stadia viginti quinque aut triginta, vident Iesum ambulantem supra mare, & proximũ naui fieri, & timuerunt. Ille autem dicit eis: Ego sum, nolite timere. Voluerũt ergo eum accipere in nauim, & statim nauis fuit ad terram quam ibant.

Super hoc textu vide par. 1. art. 46. h.

¶De præ

¶De prædicatione euchariſtiæ.

## ARTICVLVS XII.

ALtera die turba quæ ſtabat trans mare,vidit quia nauicula non erat V
ibi alia,niſi vna:& quia non introiſſet cum diſcipulis ſuis Ieſus in na
uim,ſed ſoli diſcipuli eius abiſſent:aliæ vero ſuperuenerunt naues a
Tiberiade.iuxta locum vbi manducauerant panem,gratias agentes deo.Cū
ergo vidiſſet turba quia Ieſus non eſſet ibi,neq; diſcipuli eius, aſcenderūt in
nauiculas,& venerunt Capharnaum quærētes Ieſum.Et cum inueniſſent eū
trans mare,dixerunt ei:Rabbi,quando huc veniſti?

Oſtendit,non commodi gratia temporalis nos quicquā agere debere,ſed diuini honoris & laudis:alioqui perit merces operis æterna.Turbæ quū vidiſſent vnam tantū nauim adfuiſſe,in quā diſcipuli tantū ingreſſi fuerant,& non Ieſus ipſe,quia multum quæſitum non inuenerunt,& naues adueniſſent ad traiiciandam eam,conſcenſis nauibus traiecerunt Capharnaum ibi quæſituri Ieſum,q; illic haberet domicilium,& q; ſcirent apoſtolos eò traieciſſe.Cupientes vero ex ipſo tēpore colligere quomodo tranſiſſet,interrogabant quando veniſſet,ſuſpicabantur eū & hic rem miraculo peractam,quemadmodū pridie pauerat immenſam multitudinem.

Reſpondit eis Ieſus & dixit:Amen amen dico vobis,quæritis me,non qa
vidiſtis ſigna , ſed quia manducaſtis ex panibus & ſaturati eſtis. Operamini 2
non cibum qui perit,ſed qui permanet in vitam æternam,quem filius homi-
nis dabit vobis.hunc enim pater ſignauit deus.Dixerūt ergo ad eum:Quid
faciemus vt operemur opera dei? Reſpondit Ieſus & dixit eis:Hoc eſt opus
dei,vt credatis in eum quem miſit ille.

Ieſus itaq; vt hic quoq; ſuā declararet diuinitatem,q; non ignoraret illorum cogitationes.Hiere.17.Prauum cor hominis & inſcrutabile,quis cognoſcet illud? Ego dominus ſcrutans cor & probans renes,quum videret turbam ad ſe rurſus confluere ſimilibus miraculis inhiantem,quæ ventrem potius explerent,q̄ mentem erudirent, ex occaſione cibi ſemel præbiti,docet qui cibus illis potiſſimum ſit expetendus.Non quæritis, inquit, me ob animæ,ſed corporis refectionem:ſed non magnum eſt,corpus hoc,alioqui & periturum,paſcere:ſed oportet maxime ſpiritualium agere curam,& non omnem ſolicitudinem in corporalem cibum inſumere,& negligere tempus aptum doctrinæ. Cyrillus: Nulla nobis carnis cura habenda eſt,ſed neceſſarijs & æternis inuigilandum.non em̄ differt à beſtijs qui corporis voluptates inſectatur,ſed qui virtutibus inhæret,& ſpiritali vitam peragit lege.Ille qui omnino deditus eſt his quæ diuinitus conceſſa, ad ſuperos iter præparant,is mihi videtur ſeipſum cognouiſſe,nec ignoraſſe rationale animal ad imaginem conditoris eſſe productū.Non ſimus ergo ſoliciti quid manducemus. ſtultiſſimum em̄ eſt carnem & carni iucunda ſic amplecti,vt nullā aut vix æqualē de anima, quæ multo præſtantior corpore,curam habere videamur,cui tanto ſtudere quiſq; magis iubetur, quāto cæteris præſtantior eſt.Sic em̄ ſapienter & iudicabimus & operabimur.Qui autē pigritiæ deditus,ventri viuit,delicijs vacat,is cibum operatur qui perit.qui vero ex labore ſuo proximum nutrit,potum dat,veſtit, non perdet mercedem ſuā,ſi amore dei id facit,Matth.25.Quicquid em̄ finem habet in deum,precioſum eſt:quicquid ceſſat & hodie eſt, cras vero definit,etiam maximū,q̄ viliſſimum eſt æſtimandum.Cibus iſte intelligi poteſt myſtica ſumptio carnis domini,quā ipſe nobis dat factus filius hominis,quem pater obſignauit,hoc eſt,oſtendit & confirmauit teſtimonijs q; ſit filius ſuus.Vel actio virtuoſa & quicquid ſpiritualiter alit mentē,perducens in vitā æternā,hunc pater conſignauit requirendū.Hæc rudis turba cum nō intelligeret,ac ne animaduerteret quidē,tota intenta ventris negocio,reſpondit: Q̄m admones nos vt operemur cibū quendā qui manet in nobis,adferens vitam æternā,quid igitur faciemus vt operemur ea quæ deo digna ſunt,& vitā promereamur æternā,quo⁊ gratia te dicis veniſſe in mundū? Hoc eſt, inquit,opus quod efflagitat à vobis deus,vt credatis in eum quem miſit ille,& per quem vobis ille loquitur,ne plane gratis vel indignis potius vitā æternā vobis largiri videatur. Gloſ.ord.Fides per dilectionem operās,eſt opus:quia etſi deſit facultas,nō quæritur niſi

voluntas, estq; initium & finis totius boni. Signãter ait, opus dei: quia opera fidei, hominis opera esse possunt, sed sine fide deo placere nõ possunt. Heb. 11. Sine fide impossibile est placere deo, quæ p dilectionẽ operat. Gal. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctum qui datus est nobis. Obserua q̃ non dure arguat dicendo, ò mancipia ventris & gulosi, sed cum mansuetudine, vt cũ detegit occulta cordis illorũ, ad maiorem illos adduceret fidem.

5 Dixerunt ergo ei: Quod tu facis signum, vt videamus & credamus tibi? quid operaris? Patres nostri manducauerũt manna in deserto, sicut scriptum est: Panẽ de cælo dedit eis manducare. Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico vobis, nõ Moses dedit vobis panẽ de cælo, sed pater meus dat vobis panem de cælo verũ. Panis enim verus est, qui de cælo descẽdit, & dat vitã mundo. Dixerũt ergo ad eũ: Dñe, semper da nobis panẽ hũc. Dixit aũt eis Iesus: Ego sum panis vitæ, qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, nõ sitiet in æternũ. Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non credidistis.

Vere gastrimargi, qui iterũ signum quærunt tale quod ventri prodesset. Si tibi, inquiunt, vindicas peculiarẽ autoritatẽ supra maiores nostros, quorũ autoritatẽ hactenus sequuti sumus, præbe specimen & documentum autoritatis à deo traditæ, vt eo cõspecto, credamus non verbis tuis, sed factis. Vt hoïes passionati loquuntur, qui ad omnẽ ventũ feruntur. Nã ante satiati, dixerunt: Hic est vere propheta qui venturus est in mundũ, nũc increpati, signũ petunt, quasi prius nullũ vidissent miraculũ. Non Moses, sed deus ministerio angelorũ dedit manna, figurã veri panis futuri qui de cælo descendit, naturam nostram assumẽdo. Ioh. 16. Exiui à deo, & veni in mundũ. & se visibilẽ præbẽdo. Baruch. 3. Post hæc in terris visus est, & cũ hominibus cõuersatus est. Hic ergo panis nõ est corporeus, nec ex aere depluit, sed ab ipso deo proficiscitur, & tã efficax est, vt det vitã, nõ corporalem, sed animarũ: nec vni populo, sed toti mundo. His auditis, Iudæi ne sic quidem eriguntur ad amorẽ rerũ cælestiũ, sed adhuc ventris negociũ somniantes, dixerunt: Dñe, semper &c. Sic & mulier Samaritana Ioh. 4. Dñe, da mihi hanc aquã, vt non sitiam, neq; veniam huc haurire. Sic & isti saturitatẽ amabant potius q̃ salutẽ, & saturatorẽ requirebant potius q̃ seruatorẽ. Iesus igitur vt excuteret illis somniũ cibi corporalis, apertius eis explicat se nõ loqui de pane qui dentibus manditur, sed de cælesti. Ego sum, inquit, panis ille vitæ æternæ largitor. Hic ergo panis vita secundum naturam existens, vtpote viuentis patris filius, quod sibi proprium est facit: viuificat enim omnia. Igitur sicut qui ex terra panis infirmã naturã carnis continet, non sinens illã corrumpi, ita Christus p spiritus operationẽ animam viuificat, atq; etiam ipsum corpus à corruptione cõseruat. Per ipsum enim humanæ naturæ resurrectio & incorruptio corporũ est concessa. 1. Corꝝ. 15. Sicut in Adam omnes moriunt, ita & in Chro omnes viuificabunt. At qui credit in illũ panem, nõ esuriet, neq; famem feret, sed satiabitur æterna satietate, tametsi ad tẽpus hic esuriat donec perfecta compleat satietate. Psal. 16. Satiabor cũ apparuerit gloria tua. Hinc dicitur Eccl. 24. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. In futuro aũt ait Psal. 35. Inebriabunt ab hubertate domus tuæ & torrẽte voluptatis tuæ potabis eos. Ostẽdit aũt eos nõ ignorãtia, sed malitia peccare, quia ipsum viderũt, & docentẽ ea quæ salutis sunt audierunt, nec tamen crediderunt. Ioh. 15. Si non venissem & loquutus eis fuissem, peccatũ non haberent, nunc aũt excusationem non habent de peccato suo.

Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & eum qui venit ad me, non eiiciam foras, quia descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.

Ostendit q̃ fides quæ in Christũ est, non vulgaris quæpiã res sit, sed donũ dei, dignis & rectis corde datum, deo coniungens, & in æternam vitam perducens. Pater (inquit) meus, non solum Iudæorum, sed omnium gentium deus est. Roma. 3. An Iudæorum deus tantũ? nonne & gentium? Imo & gentium. Roma. 10. Nam idem dñs omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Ex me nihil habeo q̃ nõ sit patris, quicquid aũt mihi dederit, cuiuscũq; gentis sit, hoc ad me veniet per fidẽ, etiã si sit à loge Mosaica alienũ. Heb. 11. Accedentem ad deum, credere oportet quia est, & inquirentibus se remuunerator sit.

Quoniã

Quoniam ergo non est in aliquo alio salus. Act. 4. Nec enim est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, ideo oĩa dedit ei pater in manus, Iohã. 13. vt per ipsum salutem cõsequãtur. Iohã. 14. Nemo venit ad patrẽ nisi per me. Vult ẽm pater quãtũ in ipso ẽ, oẽs hoies saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire. 1. Tim. 2. Sed nõ omnium est fides. 2. Thessa. 3. Nõ ẽm oẽs obediunt euangelio, Roma. 10. Hinc Actu. 10. In veritate comperi, quia nõ est personarũ acceptor deus, sed in oĩ gente qui timet eũ, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Vide nunc fructum veniendi. Non eijciam, inquit, nõ perdam, sed saluabo, & magna cura illum refocillabo. Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Iohan. septimo: Qui sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Attende benignitatem. Nam omnem venientem suscipit, nec eijcit. Iaco. 4. Appropinquate deo, & appropinquabit vobis. Sic suscepit latronem, Luc. 23. Peccatores, Luc. 15. Erant appropinquantes ei publicani & peccatores, vt audirent illum. & murmurabant pharisæi & scribæ, dicẽtes: Hic peccatores recipit. O excæcatam inuidiam, nõ ferẽtem opitulati infirmis. Recipit pecccatores, & iustos facit: infirmos, & sanos reddit. Sic Luc. 18. Sinite paruulos venire ad me, & nolite vetare eos. Talium est ẽm regnum cælorum. Qui ergo venire nolunt, si suo vitio foris remanẽt & pereunt sibi imputent, non deo qui oĩes vocat. Hinc Iudæis ait Iohan. 5. Non vultis venire ad me, vt salui fitis. 1. Cor. 5. Eos qui foris sunt dominus iudicabit. Sic qui suo vitio se eijci dignos reddunt, & pereunt sicut Iudas. Iohan. 17. Quos dedisti mihi, ego custodiui: & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis. Iohan. 15. Si quis in me nõ manserit, mitetur foras sicut palmes, & arescet: & colligẽt eum, & in ignem mittent, & ardet. Sic & mali prælati & doctores. Mat. 5. Quod si sal euanuerit, in q̃ salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & cõculcetur ab hominibus. Tales & in fine foras mittentur, cum electi intrabunt in gaudium domini sui. Matth. 25. Euge serue bone & fidelis, quia in modico fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui, Matth. 13. Exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum, & mittẽt eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentium, Luc. 13. Cum autem intrauerit paterfamilias, & clauserit ostium, incipietis foris stare & pulsare, dicẽtes: Domine, domine, aperi nobis. Et rñdens dicet vobis: Nescio vos vnde sitis. Tunc incipietis dicere: Manducauimus corã te & bibimus, & in plateis nostris docuisti, & dicet vobis: Nescio vos vñ sitis. Discedite à me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit fletus, & stridor dentium, cum videritis Abraam & Isaac & Iacob, & omnes prophetas in regno dei, vos autem expelli foras. & venient ab oriente & occidente, & aquilone & austro, & accumbent in regno dei. Apoca. 2. Foris canes & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & oĩs q̃ amat & facit mendaciũ. Qui ergo intus manent, replentur ab hubertate domus dei, & torrente voluptatis potãtur, Psal. 35. nedum in futuro, sed & hic. Psal. 22. Dominus regit me & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi collocauit. Causam tanti boni indicat, dicens: In hoc ipsum descendi de cælo, non vt faciam quod ipse volo, veluti dissentiens à patre, sed quod vult pater qui misit me, à cuius voluntate, mea non potest dissidere, quum sit eadem voluntas. Descendit de cælo sicut deus, quandoquidem incarnatus est: & ascendit in cælum cum carne, vt homo scilicet, vbi erat prius vt deus. Animaduerte incomprehensibilem filij humilitatem, qui ad mortem crucis vsque paternæ obsecutus est voluntati. Philippẽ. 2. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Hinc Luc. 22. Pater, si vis, transfer calicem hunc à me. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Obstupesce nostram superbiam, qui contra dei voluntatem quæ nostram vult salutem, nostra stabilire contendimus in perniciem nostram. Osee. 13. Perditio, tua Israel, tantummodo in me auxilium tuum. Nam Matth. 7. Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum.

Hæc est enim voluntas eius qui misit me patris, vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die.

Vt perstringat corda illorum, & agnoscant se dei munere indignos, dicit quod dedit mihi pater: hoc ipsi indigni, suis exigentibus prauitatibus. Iohan. 3. Non enim misit deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Hanc voluntatem per omnia implere studuit. Iohannis. 4. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius. Hebr. 10. In capite libri scriptum est de me, vt faciam deus voluntatem tuam. Superius dicẽs, q̃a hostias & oblationes & holocaustomata

& pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi, quæ secundum legem offeruntur, tunc dixi, ecce venio vt faciam deus voluntatem tuam: in qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Christi Iesu semel. Vult ergo pater vt filius seruet, ne pereat, quod tradidit ad vitam, ne mundus rapiat ad mortem. Matt. 18. Non est voluntas ante patrem vestrum qui in cælis est, vt pereat vnus de pusillis istis. Quãta solicitudine hæc volũtas nobis inquirenda & obseruanda, quæ nostram salutem & quærit & operatur? Ephesi. 5. Videte itaq; fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt: propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligẽtes quæ sit voluntas dei. 1. Thessalo. 4. Hæc enim est voluntas dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisq; vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant deum. In oĩbus ergo dicere debemus illud Iob. 1. Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est. sit nomen domini benedictum. Totum enim fit in salutem electorum. Roma. 8. Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Vnde Roma. 14. Siue viuimus, siue morimur, domini sumus. Hinc Petrus admonet. 1. Petr. 5. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, humiliamini igitur sub potenti manu dei, vt vos exaltet in tempore visitationis, omnem solicitudinem proijciẽtes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Duplex cõmodum ei qui venit ad ipsum. nam ipso seruante non perit. Iohan. 10. Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitã ꝑ nam do eis, & non peribunt in æternum, & nõ rapiet eas quisquàm de manu mea. Alterꝫ quia vult pater vt corpus quoq; defunctum, vitæ per ipsum reddatur in nouissimo die, vt iam totus & anima & corpore viuat. Iob. 19. Scio ꝙ redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo deum saluatorem meum. Quem visurus sum ego ipse & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. reposita est hæc spes mea in sinu meo.

3 Hæc est autẽ voluntas patris mei qui misit me, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitã æternã. Et ego resuscitabo eũ in nouissimo die.

Ostendit veniendi modum, nempe per fidem, qui videt, inquiens. 1. Corꝫ. 13. Videmus nũc per speculum in ænigmate, tunc aũt facie ad faciem, quæ est vita ꝑterna. Iohã. 17. Hęc est vita æterna, vt cognoscant te solum deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Qui ergo Christum per fidem in se habet, vitam æternam habet. 1. Iohã. 1. Annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud patrem, & apparuit nobis. Nam licet corpore moriantur, anima tamen vita gratiæ viuit. Obserua hic, ꝙ quidam iuxta Paulum mox debito naturali persoluto, vitam cõsequuntur supernam cum Christo. 2. Corꝫ. 5. Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitatiõis dissoluat, ꝙ ædificationem ex deo habemus domum non manufactam, sed æternam in cælis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quæ de cælo est superindui cupientes, si tamen vestiti & nõ nudi inueniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati, eo ꝙ nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur, quod mortale est à vita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum, deus qui etiam dedit nobis pignus spiritus. Audentes igitur & scientes, quoniam dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino: per fidem enim ambulamus, & non per speciem. Audemus autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad dominum. Et ideo contendimus siue absentes, siue prꝫsentes placere ei. Hinc ait Phil. 1. Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius. Horum enim opus manet, quod superædificarunt fundamento Christo, quare mercedem accipiunt. 1. Corꝫ. 3. Quo contra mali in inferno, quemadmodum diues ille epulo. Luc. 16. Lazarus vero hic purgatus igne tribulationis, mox in sinum deportatus est Abraæ. Qui vero superædificarunt, ligna, fœnum, stipulam, non aurum, nec argẽtum, neq; lapides preciosos, nec hic purgati sunt igne proprij iudicij vel diuini, non perueniunt, nisi illic purgati. Nõ enim intrabit in illam supernam ciuitatem aliquid coinquinatum. Apocal. 21. Hinc diuinus ille Cyprianus lib. 4. epist. 2. Aliud est, ad veniam stare: aliud, ad gloriam peruenire. Aliud, missum in carcerem nõ exire inde, donec soluat nouissimum quadrantem: aliud, statim fidei & virtutis accipere mercedem. Aliud, pro peccatis longo dolore cruciatum, emendari & purgari diu igne: aliud, peccata omnia passiõe purgasse. Aliud deniq;, pendere in die iudicij ad sententiam domini: aliud, statim à domino coronari. Ambrosius super illo. 1. Cor. 3. Si quis superdificat: Tria genera posuit præclara in mundo, quibus doctrinam bonam significat: alia tria posuit friuola, quibus corrupta & vana doctrina signatur. Opus ergo quod ardere dicitur, mala doctrina est, quæ interibit.

Purgatorij assertio.

Opus arsurum quid.

Cuncta

Cuncta enim mala interibunt, sicut & iter impiorum, Psal.1. quia non substantiæ, sed asse
ueratiões peruersæ. Damnũ autem pati, est pœnas perpeti. Quis enim in pœna positus ia Damnum
cturam non facit? Ipse, inquit, salus erit, sic tamen, vt salus hæc non sine pœna sit. Osten- pati
dit itaq; illum saluum quidem futurũ, sed pœnas ignis passurũ, vt per ignem purgatus fiat
saluus, & non sicut perfidi æterno igne in perpetuum torqueatur, vt ex aliqua parte ope-
ræprecium sit credidisse in Christum. Sicut autem est misericordiæ diuinæ, culpam
pœnitenti condonare; sic iustitiæ, pœnam exigere. Psalm. 100. Misericordiam & iudiciũ
cantabo tibi domine. Vnde Ezech. 18. Si autẽ impius egerit pœnitentiam ab oñibus pec
catis suis quæ operatus est, & custodierit oñia præcepta mea, & fecerit & iustitiam, vita
viuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor. In
iustitia sua quam operatus est, viuet. Obserua quid velit, quum dicit. Si egerit pœniten-
tiam, custodierit præcepta, fecerit iudicium & iustitiam, in iustitia sua quam operatus est.
Non ergo parum spei ingerit peccatoribus tanta domini misericordia, vt quod hic ne-
gligentius quidem, non autem peruerse actum est, illic resarciri valeat, ne in æternum pe-
reant cum damnatis, pœnam soluendo aut per se, vel per suos. Cum eñ vnius simus cor-
poris membra, Romanos. 12. Multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter
alterius membra. 1. Corinthio. 12. In idipsum pro inuicem solicita sunt membra: & si quid
patitur vnum membrũ, cõpatiuntur oñia membra: siue gloriatur vnum membrũ, con-
gaudent oñia membra. Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. Necesse
est cõpati, & subuenire membris in necessitate positis, quemadmodũ & nos sanctorum
vicissim exposcimus suffragia. Si dives ille æterni ignis stipula, fratribus, ne in similem in-
ciderent pœnam, prouidere studuit, quãto magis nos membris nostris in Christo, quo ci
tius liberentur spe resurrectionis? Hinc subdit: Ego resuscitabo. Duplex resurrectio, vna Resurrectiõ
quidem cõis & generalis, qua oñes etiam mali resurgunt; altera, qua soli iusti assumuntur duplex.
in occursum domini in aera, & prius cum magna fiducia domino occurrunt. 1. Thessa. 4.
Vnde. 1. Corinthio. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viui-
ficabuntur. Sæpe autem memor est resurrectionis, vt persuadeat hominibus, ne his solũ
quæ videntur, dei prouidentiã circunscribant, sed sciant esse & alium statum, in quo absq;
dubio fruituri sint remunerationibus virtutis.

Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset, ego sum panis viuus, qui Y
de cælo descendi: & dicebant: Nonne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus
patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic, quia de cælo descendi? Respon
dit ergo Iesus, & dicit eis: Nolite murmurare in inuicem.

Non intelligentes quod esset, sed in hoc respicientes quod apparebat. qui hactenus ci
bi spe ferebant vtrunque sermonem, nunc posteaquam vident ademptam spem pastus
corporalis, vertuntur ad contumeliam, imitatores patrum suorum: & quem saturi vole-
bant regem facere, nunc vt humilem contemnunt. Offendebat eos imbecillitas humani
corporis, quod tantum cernebant oculis corporeis, quum ex factis dictisq; diuinam vir-
tutem perspicere potuissent, si oculos fidei habuissent. Vnde dominus ait Philippo. Io-
hannis. 14. Non creditis, quia ego in patre, & pater in est? Alioqui propter opera ipsa cre-
dite. Et Iohannis. 10. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium per-
hibent de me. Hinc ait Iohannis septimo: Nolite secundum faciem iudicare, sed iustum iu
dicium iudicate. Dominus vero non respondit eis: Non sum filius Ioseph. Non enim po
terant intelligere panem ineffabilem qui ex virgine, multo minus natiuitatis capaces quæ
ante secula ex patre.

Nemo potest venire ad me, nisi pãter qui misit me, traxerit eum: & ego re-
suscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in prophetis: Erant omnes doci
biles dei. Omnis qui audiuit a patre & didicit, venit ad me. Non quia patrem
vidit quisquam, nisi is qui est a deo, hic vidit patrem.

Ostendit quod pauci ob id saluantur, quia se non accommodant gratiæ diuinæ. Iu-
dæis enim inter se mussitantibus ex contemptu ipsius, declarans se non latere cogitatio-
nes hominum, superiorem sermonem explanat, pariter & confirmat. Nemo potest veni
re interiori accessu per fidem & charitatem vt iungatur mihi, nisi pater secretis inspiratio
nibus fidei trahat. Sũt eñ tria nobis necessaria, si venire volumus ad Chrm, quę nõ à nobis
sed à deo expectãda. Primũ, intellectus illuminatio. Iohã. 8. Ego sum lux mũdi. Iohan. 1.

Illa

Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Oīa vero bonum appetunt. Cum ergo ipſe ſummū ſit bonum, imo ſolus vere & natura bonus, Matth. 10. Nemo bonus niſi ſolus deus, cognitione trahit. Auguſtinus: Trahit pater ad filiū eos qui propteres credunt in filium, quia eum cogitant patrē habere deū. Sic Matth. 16. Tu es Chriſtus filius dei viui. Secūdum affectus inflammatio. Nam cōcupiſcētia abſtrahit, & allicit nos, laco. 1 & ad peccatū inducit, ideo Romañ. 5. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritū ſanctū, qui datus eſt nobis, ſi in ȳs, in quibus nō eſt vera dilectio, trahitur homo amore & deſiderio, quanto magis trahitur aliquis vehementi delectatiōe, cui pater reuelat filium, qui eſt vera beatitudo, & vita, & oīe bonum? In præſenti ergo trahitur, vt videat in futuro quod credit, & manducet quod eſurit, & habeat quod amat, & deſiderat. Tertium, effectus cōſummatio. Sapiæ. 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animā, & deprimit terrena cogitatio ſenſum multa cogitantē. Roma. 8. Ipſe autē ſpiritus adiuuat infirmitatē noſtram. Hinc ait Apoſtolus Romañ. 9. Non eſt volentis, neq; currētis, ſed miſerentis dei. Quid ergo dicemus? Si oīe qđ dat pater venit ad eū, & quoſcūq; traxerit, & nemo poteſt venire niſi tractus, niſi datū ſit ei deſuper, quibus pater nō dat, nullo crimine tenentur? Sed hæc verba malitiæ ſunt ad excuſandas excuſatiōes in peccatis. Credere enim voluntatis eſt, id quod nō parum quid eſt. Romañ. 10. Sed nō oīes obediunt euangelio. Hinc Actu. 13. ait Paulus Iudæis: Vobis oportebat primū loqui verbum dei: ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce cōuertimur ad gentes, ſic enī præcepit nobis dominus. Poſui te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſq; ad extremū terræ. Audientes autem gentes, gauiſæ ſunt, & glorificabant verbum domini, & crediderūt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Ecce quomodo gentes ſe accōmodarūt gratiæ, & illuminatæ ſunt: Iudæi ſubtrahentes ſe, excæcati. Roma. 11. Cæcitas ex parte cōtigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret. Non ergo tollit libertatem arbitrij, ſed oſtendit q̄ multa habeat opus cooperatiōe à deo is qui crediturus eſt. Illos enim trahit, qui mentis habent aptitudinem: eos autem qui ſeipſos nō faciunt idoneos, nō trahit ad fidem. Nam ſicut magnes nō oīa attrahit, ſed ferrum: ita & deus ad oīes quidem appropiat, eos autem qui idonei, & familiaritatem erga ipſum præ ſe ferunt, trahit. Non enī impartit tantū munus, niſi volētibus & auidis. Nō eſt ergo tractus iſte violētus, neq; coactus ſed amoroſus atq; ſpontaneus, ex diuina charitate procedens. Deus nanq; mouet vnumquodq; ſecundū propriam ſuam naturam. Et ſic rationalem ad Chriſtum cōuertit, & mouet ſponte ac libere intellectualiter. Vñ tractus iſte inter charitatē trahētis, & vnionē tracti, cum ipſo eſt medius, ſine quo nihil poſſumus. Pſal. 142. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Cant. 1. Trahe me poſt te. Hiere. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans. Sed quomodo? Oſee. 11. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Dei ergo donum eſt, ſed noſter conatus. Vnde Auguſtinus: Initium noſtræ ſalutis, deo miſerante habemus: vt acquieſcamus ſalutari inſpirationi, noſtrę poteſtatis eſt. Eſaię. 1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, vt adipiſcamur quod acquirēdum admonitiōe cognouimus, diuini muneris eſt: vt nō labamur, iam adempto ſalutis munere, ſolicitudinis noſtræ eſt, & cæleſtis pariter adiutorij. Vnde. 1. Corȳ. 10. Qui ſtat, videat, ne cadat. Et. 1. Corȳ. 15. Abundantius oīibus illis laborauit: nō ego autem, ſed gratia dei mecum. Fructum cōſequenter oſtēdit, quia vitam cōſequitur immortalem. Chryſoſtomus: Non parua dignitas filij, ſi pater adducit, & ipſe reſuſcitat, nō vt opera trinitatis diuidant ſed vt perſonalitas virtutis oſtēdatur. Nō ergo paruum, venire ad Chriſtum, quum vitā largiatur æternam neduin animæ, ſed & corpori. Demū attractiōis pandit modum, neminem excludēs. Erunt, inquit, oīes capaces doctrinæ, quare & tractus. Beda: Pluraliter in prophetis dicit, quia oīes prophetę vno eodemq; ſpiritu repleti, licet diuerſa, ad idem tamen tendētia, prophetarunt. Eſaię. 54. Ponam vniuerſos filios tuos doctos à domino. Hiere. 31. Non docebit vltra vir proximū ſuum, & vir fratrem ſuum, dicēs: Cognoſce dominum. Oīes enī cognoſcēt me à minimo vſq; ad maximū, ait dñs. Iohel. 2. ſecundum Septuaginta: Erunt oīes docibiles dei. Qui ergo nō attrahitur, ipſe in vitio, a ſe ſubducit attrahere volenti. Qui enī audit à patre, hoc eſt, qui reuelationem patris accipit, & diſcipulus illius vere efficitur, is venit. Non enī qui audit, ſed qui didicerit, venit. Quia & ſi homines foris loquuntur, tamē ſolus deus ſenſum intus aperit, intus inſtruit veritatis cognitiōe & amore. Pſal. 84. Audiam quid loquatur in me dñs deus, quoniam loquetur pacem in plebem ſuam. Sed Matth. 13. Auditu audietis, & nō intelligetis: & videtes videbitis, & nō videbitis. Incraſſatum eſt enī cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt, ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligāt, & cōuertantur, & ſanem eos. Veſtri autem beati oculi, quia vident: & aures veſtræ, quia audiunt.

Tria ad chriſtum eunti neceſſaria quæ.

Libertas arbitrij aſſeritur

Quis cur non trahat

audiunt. Sed ne quis carnalem ſuſpicetur patrem, oculis viſibilem corporalibus: deus enī ſpiritus eſt, nec auditur, nec videtur niſi ſpiritualibus. Sic vidiſſe, ſic audiſſe, ſalus eſt. Deum, inqt, vt eſt, nemo mortaliū vidit aut audijt. Lucē enī habitat inacceſſibilem. 1. Timothei. 6. Hoc ſoli filio datum eſt, qui ſolus à deo profectus eſt, apud quem ſemper fuit antequàm veniret in hunc mundum. Iohan. 1. Deum nemo vidit vnquàm, vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit.

Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitā æternā. Ego ſum pa- 2
nis vitæ. Patres vr̄i manducauerunt manna in deſerto & mortui ſunt. Hic eſt panis de cælo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriat.

Quiſquis fidutiam habet in me, is iam habet vitam æternā, quum fontē habeat immortalitatis. Chryſoſtomus: Qui credit in me, habet me: quid eſt autē habere me, niſi habere vitam æternam? Vita enim æterna, eſt verbum quod in principio erat apud deum. Iohan. 1. Et vita erat lux hominum. Aſſumpſit autē vita mortem, vt vita occideret mortem Oſee. 13. Ero mors tua ò mor. Iohan. 14. Ego ſum via veritas & vita. 1. Iohan. 5. Hic eſt verus deus, & vita æterna. Sæpe id repetit, & inculcat, q̄ præmium in ſe credentium ſit vita æterna, qua nihil ſublimius, iucundius, felicius q̄ excogitari poteſt. Quoniam de pane figurali obiecerant Iudæi, inſtruit de vero pane. Ego ſum, inqt ille, ille panis q̄ vitam præſtat, non corporalem, & tēporariam, ſed animæ & æternam gratiæ in præſenti & gloriæ in futuro. Volens autē excludere vanā Iudæorū gloriationē, & huius panis reſpectu mannæ oſtendere nobilitatē & vtilitatē, ait, q̄ manducantes manna, mortui ſunt corporaliter tā boni q̄ mali, nec virtute mānę vita reſtitui poterat. Sic mali morte culpæ, q̄bus vſu mānæ, vita gratiæ non reſtituebatur. Virtute autē huius panis, & animæ à morte culpæ reuiuiſcunt, & præſeruantur, & in fine corpora animabus reunita, æterna vita perfruentur, quam manna figurabat, non autē præſtabat. Vnde manna ſine labore colligebatur p̄ęparata, ſed cum labore ad eſum præparabatur. Sic euchariſtiæ ſacramentū ſine merito noſtro datur nobis, ſed non ſine præparatione ſumendū. 1. Cor. 11. Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudiciū ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini. Naturaliter ſaporem habuit determinatum quaſi ſimilæ cū melle, Exo. 16. Et quaſi panis oleacei. Num. 11. Sed operatione diuina bonis diuerſos pro voto præſtabat ſapores. Sapiæ. 16. Angelorū eſca nutriuiſti populum tuum, & paratum panem de cælo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem. Subſtantiam enim tuam & dulcedinem quam in filios habes, oſtendebas: & deſeruiens vniuſcuiuſq̄ voluntati, ad quod quiſq̄ volebat, conuertebatur. Mali vero naturali ſapore attædiati, dicebant. Numer. 11. Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Vere & modo ſic eſt in auguſtiſſimo iſto ſacramento, cui improbi quod ſuo obtingit ipſius vitio, aſſcribūt. Tertio, manna è cælo venit aereo, Exod. 16. cum rore. Iſte panis è ſummo cælo cū plenitudine gratiæ. Iohan. 1. Vidimus gloriā eius, gloriā quaſi vnigeniti à patre, plenū gratiæ & veritatis. Quarto, defecit q̄ primū guſtarunt de frugibus terræ promiſſionis Iordane tranſito. Ioſue. 5. Vnde nō ſine cauſa hic addidit, ſin deſerto, ſed volens oſtendere quod non valde diu datum fuerit patribus manna, ſed ſolum in ſolitudine, & non in terra promiſſionis. Hic vero panis perpetuo durat, & vitam præſtat, ne moriatur hic morte culpæ: & in futuro, morte gehennæ, quæ eſt mors ſecunda, Apocal. 20.

Manna & Euchariſtiæ collatio.

Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc 3
pane, viuet in æternū. Et panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.

Hic panis vere deſcendit è cælo, ac cæleſtem à deo vim habet efficiendi, vt ſi quis eo veſcat, totus viuat in æternū, nec vnquā morti ſit obnoxius. Cyrillus: Mortui ſunt qui mānā manducauerunt, quia nullā inde vitæ perpetuæ virtutē acceperunt. Non enim viuificabat, ſed famē ſolūmodo corporalem remouebat, & figura erat veritatis. Qui vero panē vitæ ſuſcipiunt, immortalitatē conſequent, & oīa interitus mala effugiunt, cum Chriſto æternaliter viuentes. Et ſi cōmuni hac morte omniū fideles cadere videant, viuunt tamē deo. Eſt enim panis viuus, quia vita per eſſentiam, & oībus p̄ęſtās vitam, Actu. 17. non ſolum naturalem, ſed & gratiæ, & gloriæ, Pſal. 83. Gratiam & gloriam dabit dominus. Romanorū. 6. Gratia dei vita æterna. Quemadmodum autem crudelitati vulnerum, nō vnū, ſed varia viciſſim remedia conferunt, neq̄ ſemel, ſed frequenter appoſitis remedijs molliuntur: ſic duro animo varia quædam ac frequens accommodanda doctrina eſt, vt ſi prima parum profecerit aut tertia, vel eiſdem verbis allata permulcere atq̄ attrahere poſſit.

Quoniā

Quoniam autem ſacramentũ hoc ſublimiſſimũ eſt & vtiliſſimũ, idcirco quo omnem excludat errorem, ſeipſum exponens, conſequenter apertiſſime loquitur, quemadmodũ & Matth. 26. quũ inſtitueret. Auguſtinus. Ne aliquis putaret quod ſolum ſe dixiſſet panem ſecundum diuinitatem, qua paſcit oñia, ait &c. Quo & poteſtatem ſuam indicat, quòd non vt ſeruus vel minor patre, crucifigendus ſit, ſed voluntarie. Iohan. 10. Poteſtatem habeo ponendi animã meam, & poteſtatem habeo iterũ ſumendi eam. Ad hunc autẽ finem, vt à morte culpæ & gehennæ eriperemur, & vitam gratiæ & gloriæ conſequeremur, dedit in cruce corpus ſuum in precium: & in ſacramento in edulium atque remedium, quo in vita gratiæ roboraremur. Pſalmo. 22. Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus omnes qui tribulant me.

A Litigabant ergo Iudæi ad inuicem, dicentes: Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuã dare ad manducandũ? Dixit ergo eis Ieſus: Amen amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.

Quemadmodũ Nicodemus non capiebat ſermonem Ieſu, de cæleſti renaſcentia, nec Samaritana mulier intelligebat ænigma Ieſu de aqua ſaliente in vitam æternã, ita craſſior populus diſceptabat, qui fieri poſſet, vt homo carnem ſuam daret alijs manducandã, ſic, vt ea ſufficeret oñibus ad vitam æternã. Inuitarat enim oñes ad edendum panem cæleſtem, ac deniq; dixit carnem ſuã eſſe panem, quare impoſſibile & inutile eſſe iudicabant. Quomodo quando cogitationes incredulitatis ingrediuntur in animam, ingreditur ſimul & quomodo, oportet nos in ſumptionibus diuinoꝝ myſterioꝝ indubitatam fidem retinere, & non quærere, quo pacto. Iudaicũ enim hoc verbum eſt, & extremi ſupplicij cauſa. Cum ergo deus operatur, non quæramus quomodo, ſed operis ſui viam atq; ſcientiam illi ſoli concedamus. Nam quemadmodũ nullus nouit quidnam ſecundũ naturam deus ſit, iuſtificatur tamen per fidem, cũ credat præmia illum reddituꝝ quærentibus eum, Hebr. 11. Sic & ſi opeꝝ eius rationem ignorat, cũ tamen fide oñia illum poſſe non dubitat, non contemnenda probitatis huius præmia conſequetur. Animalis vero homo qui ſequitur cogitationes humanas & animales, non eſt capax eoꝝ quæ ſunt ſuper naturam, & ſpiritualiũ, atq; ita ſpiritualem eſum carnis dominicæ non intelligit, cuius qui non ſunt participes, non erunt participes æternæ vitæ, eo quòd non ſuſceperunt Ieſum, qui eſt vita æterna. Non eñ nudi hominis caro eſt quæ mãducatur, ſed dei, & quæ deificare valet, vtpote contemperata deitate. Oſtendit ergo, nedum vtile, ſed & neceſſariũ ad ſalutem, manducare ſacramentaliter & ſpiritualiter: vel ſaltem ſpiritualiter per fidem, & votum ſumendi etiã ſacramentaliter. Sicut enim corpus ſine cibo corporali vitã conſeruare non poteſt, ſic nec anima ſine iſto viuifico cibo vitam gratiæ: ſed mãducans hunc cibum, vitam ipſam quæ gratiæ & gloriæ vitam præſtat, habet. Hinc ait, reſuſcitabo eũ, vt & corpore & anima glorificatus videat per ſpeciem, quod hic contemplatus eſt per fidem.

B Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo.

Immenſam huius diuiniſſimi myſterij oſtendit operationẽ & vtilitatẽ. Dominus ſiquidem deus exhuberantẽ volens in nos declarare benignitatem, quũ non eſſemus, creauit nos: quũ propria culpa à vita excidiſſemus & gloria, reparauit nos per paſſionem filij ſui. Romañ. 5. Si enim cũ inimici eſſemus, reconciliati ſumus deo per mortẽ filij eius, multo magis reconciliati, ſalui erimus in vita ipſius, & ne quid deſit ſaluti & gratię, filius proprio nos & corpore & ſanguine reficit, roborat, & perficit, donec in terrã perueniamus promiſſam. Non eñ habemus hic manentẽ ciuitatem, ſed futurã inquirimus, Hebrę. 13. Et niſi hoc cibo confortemur, deficimus in via. Hoc figuratũ fuit in manna, quo filij Iſrael paſti fuerunt donec in terrã peruenirent promiſſionis, Ioſue. 5. Sed quanta diſtantia inter terram promiſſionis & cælum, ſic & inter manna, & euchariſtiam. Ne autẽ putaretur dominus parabolice loqui, prout conſueuerat, ita quòd carnẽ ſuam diceret panẽ, quia per panem ſignaretur, & eſſet ſub forma panis ſolum ſicut ſub ſigno, vel per aliquam ſimilitudinẽ & proprietatẽ cum pane cibus diceretur, ſicuti petra, 1. Coꝝ. 10. Petra autẽ erat Chriſtus Et vitis, Iohan. 15. Ego ſum vitis vera. Hinc dicit: Caro mea vere eſt cibus, non vmbratice, ſicut manna. Exod. 16. 1. Coꝝ. 10. Omnes eandem eſcam manducauerunt. Sic & agnus paſchalis, Exod. 12. Erant quidem hæc vere cibus, quia panis & agnus, ſed non ille panis

Sacramentarioꝝ confutatio

nec ille

nec ille agnus cũ articulo, quod de solo Christo dicitur. Secundo, est vere cibus, quia vitam præstat animæ, & hanc æternã, quod manna nequiuit. nã illud manducantes, mortui sunt. Ordinantur eñ sacramenta nouæ legis ad conseruationem vitæ spiritualis, quæ per baptismũ acquiritur, in quo spiritualiter ad vitam regeneramur. Iohã. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnũ dei. Hinc per confirmationem roboramur, sed per hoc sacramentũ nutrimur, quod est spirituale alimẽtum. Cibum autem oportet realiter vniri cibato atq; addi, idcirco in hoc sacramento realiter continetur, substantialiterq; vnitur cõmunicanti, sic & sanguis qui est potus. Panis enim qui à nobis in mysteriis manducatur, non est tantũ figuratio quædam carnis domini, sed ipsa caro domini. Non enim dixit, panis quem ego dabo, figura est carnis, sed caro mea est. Transformatur enim arcanis verbis panis ille per mysticam benedictionem & accessionem spiritus sancti, in carnem domini. Condescendente vero domino nostræ infirmitati, talis apparet nobis mysticus panis, qualibus alioquin assueti sumus, & non caro, ne abhorreamus ab eius esu. Non aũt perficitur hoc sacramentum in vsu sicut alia sacramenta, sed in consecratione materiæ & non in vsu. Alia enim non perficiuntur in benedictione materiæ, sed in vsu: vt baptismus & confirmatio non perficiuntur in benedictione aquæ & chrismatis, sed in ablutiõe & vnctione cũ determinatis verbis & formis. Hinc frequentatio huius sacramenti non deficiet, donec dominus ad iudicium veniat. 1. Corinth. 11. Quotiescunq; manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec veniat, iudicaturus scilicet orbem. Vnde Matth. 28. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationẽ seculi. Non solum secundum diuinam essentiam, sed & corporalem præsentiam in hoc sacramento, quia hoc maxime nobis necessarium. Quemadmodum enim cibus corporalis vitam naturalem sustentat, confortat & perficit, deperditum reparat, delectat & impinguat: sic cibus iste viuificus, vitam spiritualem ac deiformem in anima fulcit, confortat, perficit, amissa bona restaurat, exhilarat & impinguat, diuitias gratiæ accumulando in anima. Plus eñ in Christo consequuti sumus, q̃ in Adam perdidimus. Roma. 5. Sed non sicut delictum, ita & donum. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Priuarat autem nos vita naturæ, gratiæ & gloriæ. Sapien. 1. Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuoꝝ. Impij autem manibus & verbis accersierunt illam. Vnde Gene. 2. Plantauerat autẽ dominus deus paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominẽ quem formauerat. Produxitq; dominus deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendũ suaue. Lignum etiam vitæ in medio paradisi, lignumq; scientiæ boni & mali. Lignum ergo vitæ Christus multo excellentius. Mira res & obstupescenda, ita ne creator omnium, nobis vermiculis seipsum dedit in cibum? Quando hoc capere potest mens humana? Omnem transcendit intellectum. Maximam eñ nobis in hoc charitatem ostendit, maximã nos inde consequimur vtilitatem. Quemadmodũ enim cibus humanus traiectus in stomachum, ac per mẽbra digestus, tranſit in substantiam corporis, vt iam idem fit cibus & homo vescens eo: ita vice versa, qui hunc cibum comederit, spiritualiter in ipsum transformatur. Contemperatio fit noua & super rationem, ita vt sit deus in nobis, & nos in deo. Caro mea, inquit, vere est cibus, qui præstat immortalitatem: & sanguis meus vere est potus, qui cõfert vitam æternam, non corpori tantum, sed toti homini. Nam ego sum in illo per spiritum meum, per quem illi vitam impartio, & ille in me est velut membrum in corpore, aut palmes in vite societate indissolubili. Vnde sicut membrum à capite influentiam recipit vitæ. Iohan. 1. De plenitudine eius omnes nos accepimus. Iohan. 15. Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis. Hinc nedum significat vnionem capitis ad membra, & membrorum in inuicem & ad caput, sed & efficaciter præstat. 1. Corint. 10. Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? & panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini est? Quoniam vnus panis & vnũ corpus multi sumus, omnes qui de vno pane & de vno calice participamus. Nam vt ex multis granis panis efficitur, & ex multis racemis vinũ confluit: sic ex multis hominibus cũ capite Christo vnum corpus fit. Ephe. 1. Et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur. Quo ergo certiorem nobis faceret spem, nos quoq; venturos ad suæ gloriæ consortium, sic nobis coheret, vt totum corpus capiti connectitur, nec alterum ab altero potest diuelli. Porro capitis gloria membris cæteris cõmunis est, quibus sic præsidet caput, vt sua bona transfundat in singula. Nec corpus absolutum est, nisi caput accedat: & capiti videtur aliquid desiderandum, nisi corpus omnibus membris consummatũ accesserit, in quæ singula sic suas dotes rranſfundit Chri

ſtus, vt idem impleat oñia, iamq; totus & integer viuat ac regnet, adglutinatis ſibi membris omnibus. Ecce quanta gloria, dignitas & beatitudo bonorum, qui tam præſtantiſſimo veſcuntur alimento, & Chriſto tam intime copulantur, tantisq; donis deificis adimplentur.

2 Sicut miſit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Hic eſt panis qui de cælo deſcendit.

** Quemadmodum pater eſt in me, & mihi vitam impartit, & vitam alijs tribuendi. Iohan. 5. Sicut pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio vitam habere in ſemetipſo. Sicut pater ſuſcitat mortuos, ſic & filius quos vult viuificat. Ita qui me comedit, mihiq; myſtico eſu potuq; ſic iungitur, vt mecũ vnum fiat, huic & ipſe vitam impartiam, non ad breue tempus duraturã, ſed æternam. Cyrillus: Quando igitur caro ſaluatoris verbo dei (quod naturaliter vita eſt) coniuncta, viuifica effecta eſt, quãdo eam comedimus, tunc vitam habemus, illi coniuncti quæ vita effecta eſt. Hac de cauſa in excitandis mortuis nedũ verbo, ſed & carne vtebatur. Matth. 9. vbi puellam manu tenens ait: Puella, ſurge. Sic loculum in quo adoleſcens mortuus iacebat, tetigit, dicens: Adoleſcens, tibi dico, ſurge, Luc. 7. Hinc omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes, Luc. 6. Quomodo ergo nõ viuemus qui carnẽ illam mãducamus, quæ ſuo tactu corrupta redintegrauit? Nec velis Iudaice quærere, quomodo: ſed recordare quãuis naturaliter aqua frigidior ſit, aduentu tamen ignis frigiditatis ſuæ oblita, æſtuat. hoc ſane modo etiam nos, quãuis propter naturã carnis corruptibiles ſimus, participatione tamẽ vitæ, ab omni imbecillitate reuocati, ad proprietatem illius ad nutũ reformamur. Nec putet ex ariditate mentis ſuæ Iudæus, inaudita nobis excogitata eſſe myſteria. videbit enim ſi attentius quærit, hoc ipſum à Moſis temporibus per figuram ſemper factitatum fuiſſe. Quid eñ maiores eoꝝ ab ira Aegyptioꝝ liberauit, quando mors in primogenita ſæuiebat? Nonne omnibus palam eſt, quia diuina inſtitutione perdocti, agni carnes manducauerunt, & poſtes & ſuperliminaria ſanguine perunxerunt, propterea mortẽ ab eis diuertiſſe? Pernicies nanq;, id eſt, carnis huius mors, aduerſus genus humanũ, propter primi hominis tranſgreſſionẽ furiebat, cui dictũ fuit Gene. 3. Terra es, & in terrã ibis. Veꝝ quoniã per carnẽ Chriſtus atrocem hunc euerſurus erat tyrannum, propterea apud priſcos id myſteriũ obumbrabatur, & ouinis carnibus atq; ſanguine ſanctificati, deo ita volente, perniciem effugiebant, Exo. 12. Auguſtinus: Vt viuam propter patrem, mea exinanitio facit: vt ipſe viuat propter me qui manducat me, participatio mea facit: ſicut membrum corpori coniunctum viuit, diſiunctũ non viuit. Sed vnde virtus talis ſit pani huic, indicat, quia de cælo deſcendit, non aereo vt manna, ſed empyreo. Pſal. 15. A ſummo cælo egreſſio eius. Iohan. 16. Exiui à patre & veni in mundũ. Quia ergo vere de cælo deſcẽdit, cæleſtem habet virtutem, ac veſcenti dat vitam æternam.

3 Non ſicut manducauerunt patres veſtri manna, & morui ſunt, qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

Triplex panis.

Non erat manna verus ille panis, ſed figura eius: quare vitã ſpiritualem & æternã dare non potuit, ſed dandã in hoc ſacramento figurabat. Obſerua hic, triplicẽ à domino deſignari & diſtingui panẽ. Manna, de quo Iudæi ſe iactitabãt, q patribus à deo præſtitum fuiſſet. Pſal. 77. Et pluit illis manna ad manducandũ, & panẽ cæli dedit eis, panem angelorũ manducauit homo. Exo. 16. Iſte eſt panis quẽ dominus dedit vobis ad veſcendum.

Mannæ cũ vero pane ſimilitudines.

Verbũ dei carne obuelatũ, quod de cælo deſcendit carnem aſſumẽdo. Iohan. 6. Panis eñ verus eſt qui de cælo deſcendit, & dat vitam mundo. Fuit manna quidem verus panis, ſed non ille panis verus, qui vitam præſtat mundo, ſed figura: quare nonnullas cum pane vero habuit ſimilitudines. Primo, quia manna de cælo, ſed aereo, vnde panis cæli dicebatur. Pſal. 77. ſed ille panis de cælo æthereo. Iohan. 6. Ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi. Secundo, egrediebatur populus quotidie mane ad manna colligendũ, Exo. 16. nos quotidie luce fidei præuia iſtum colligere debemus panẽ. Tertio, qui plus colligebat, nequaq; plus habebat: neq; qui minus, minus, ſed ſinguli ſecundum quod edere poterant, Exo. 16. Sic iſte panis omnibus plena eſt ſufficientia. Quarto, ſi qui ante ſabbatũ negligebant colligere, nihil ſabbato inuenerunt, Exo. 16. Sic qui hic cibum hunc nunc non colligunt, poſtea non inuenient. Quinto, naturalẽ habuit ſaporem vt ſimilia cũ melle, vel vt panis oleaceus, Nume. 11. ſed bonis ad votum dulciſſimũ erat. Sap. 16. Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum, & paratum panẽ de cælo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentũ in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem. Subſtantiam eñ tuam & dulcedinẽ

quam

quam in filios habes, ostendebas: & deseruiens vniuscuiusq; voluntati, ad quod quisq; volebat, conuertebatur. Malis tamen in nauseam vertebatur. Nume. 11. Anima nostra arida est, nihil respiciunt oculi nostri nisi man. Sic iste, panis seruans saporem, spiritualiter animam omni dulcedine replet, hic gratiaꝝ, & pòst gloriæ. 1. Pet. 1. Si tamen gustastis quoniam dulcis est dominus. Sexto, reseruatũ fuit in memoriam in tabernaculo in arca, Exodi. 16. Iste aũt panis nobis seruatur in cælis, & nihilominus quotidie ministratur donec in terram perueniamus promissionis, clare ibi visuri & fruituri plenissime. Nam videbimus eum sicuti est, 1. Ioh. 3. Tertius panis est caro ipsa Christi, sed similitudine panis velata. Iohan. 6. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Manna eñ manducantes, mortui sunt, nec eius virtute vitã consequi potuerunt: sed hunc panem qui manducat, vitam consequuntur æternam, hic gratiæ, & post gloriæ in anima & corpore. Potest autẽ non iniuria dici cibus corporalis, vel spiritualis. Eadem quippe caro quæ in cruce pro nobis fuit immolata, realiter in os nostrũ sumitur, & à nobis editur & transglutitur in sacramento citra transformationẽ in nostrũ corpus. Matth. 26. Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Ideo corporalis manducatio dici potest. Sed quia nullam à dentibus nostris iniuriam patitur, neq; cæteraꝝ more escaꝝ conuertitur in corporis nostri substantiam, sed nos magis in se vertit, ideo nõ iniuria spiritalis cibus & manducatio appellari potest. Nam & Paulus corpora nostra, spiritualia post resurrectionẽ futura asserit, & nihilominus corpora vera. 1. Coꝝ. 15. Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale. Cyrillus: Quoniam corpus Christi viuificat, & ad incorruptionem reducit sua participatione, quũ sit ipsius vitæ corpus, & ipsius incarnati verbi, quo vniuersa viuunt & sunt, virtutem complectatur, quod si tantas vires huius carnis cõmunicatio nostræ carni tribuat, vt eadem in nouissimo die resurrectura sit, quis hoc ceu tenue fomentũ existimabit? Veruntamen ita carne Christi carnem nostrã aliquam putamus, vt ipsa more cæteraꝝ carnium à nobis digeratur, sed magis ad similitudinem auri gemmarumq; & margaritaꝝ, quæ fomentum præstant corporibus citra substantiæ suæ conuersionẽ vllã. Vbiq; vitæ meminit, & crebro: quia nihil ita suaue hominibus & delectabile, vt res illa. Si ergo dominus quadraginta annis sine messe & semente pauit homines in deserto, Deut. 8. & vitam illoꝝ conseruauit, multo magis nunc vitam nostram conseruabit spiritualem carne sua, quæ ex virgine spiritu sancto operante procreata est, Luc. 1. Dicitur aũt panis propter species remanentes, & quia panis antea fuit, sicut virga Mosi, dicta fuit virga, quanquam conuersa fuerat in serpentem, Exo. 7. & tertio quia obumbratum specialiter in oblatione Melchisedec, vt dicit Apostolus Heb. 7. Vnde Gen. 14. At vero rex Salem Melchisech, proferens panẽ & vinũ, erat eñ sacerdos altissimi, benedixit ei, Abraæ scilicet. Cum autem sit cibus spiritualis animæ, non conuenit nec proficit nisi viuenti vita gratiæ, sicut cibus corporalis non prodest nec datur nisi viuenti vita naturæ, ideo admonet Apostolus 1. Coꝝ. 11. Probet aũt seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui eñ manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini. Nam sacramentaliter tantum sumit sicut Iudas, & non spiritualiter, nõ discernens fide hunc cibum ab alijs. Hinc ait 1. Coꝝ. 11. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Sic Bethsamitæ curiosius q̃ decuit arcam videntes, percussi fuerunt ad septuaginta viros & quinquaginta millia plebis, 1. Reg. 6. Oza manum extendens, vt declinantem arcam teneret, à domino percussus fuit, & mortuus, 2. Regũ. 6. Sed quæ comparatio ad istam arcam, in qua omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sunt reconditi, Col. 2? Si ergo adsit fides, fides dico viua, & secum qua ferueat trahens charitatẽ, probatus est: & si sic accedat & edat, hoc ad augmentum gratiæ attentat, & est in eo sacramẽtalis & spiritualis manducatio & bibitio: & in filio dei manet & prius & nunc, sed prius per fidei veritatem, nunc aũt per fidẽ & augusti sacrosancti signi veritatẽ filius dei manet in illo, cibans, confortans & perficiens. Helias, gustato cibo & potu per angelum præparato, in fortitudine cibi illius ambulauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus vsq; ad montem dei Oreb, 3. Reg. 19.

Hæc dixit in synagoga, docens in Capharnaum. Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eũ audire? Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius? Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam. Verba quę ego loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt.

Ostendit q̃ periculosum simul & damnabile sit, non se simpliciter per fidem subdere diuinis promissionibus & iussis. Hæc em̃ verba tam salutifera & verissima, in loco & ciuitate celebri docuit. Iohan. 3. Qui facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius. Iohan. 18. Ego palam loquutus sum mundo. Quia carnales erant, audientes carnẽ, putabant q̃ eos cogeret ad carnis & sanguinis sui deuorationẽ, tantum aberat vt crassus populus horum mysteriorũ cælestium capax esset, vt discipuli quoq; complures offensi, pararint à suo magistro discisscere, murmurantes inter sese: Durus est hic sermo de comedenda carne viui hominis, & bibendo eius sanguine, rationi & veritati contrarius. Cuius aures ferant huiusmodi doctrinã? At dominus secretis eorũ respondẽs murmurationibus, deum se ostendit. An huiusmodi, inquit, sermo vestras aures offendit, q̃ dixerim me panem profectum esse è cælo, qui vitã daret mundo? Vtrum est difficilius, iuxta crassum humani sensus intellectũ, descendisse è cælo, an ascendere in cælũ? Quid ergo si videritis olim hunc filium hominis, quẽ videtis humano corpore indutum, ascendere in cælum, vbi prius erat antequã descenderet, priusquã hoc haberet corpus mortale? Adinsinuandum vnitatem personæ vtriusq; naturæ in Christo, dicit filium hominis fuisse in cælo antequã descenderet. Ascendit em̃ vt homo, vbi erat prius vt deus. Dixit tamẽ hoc, vt abduceret eos ab opinione, qua dicebant eum filium Ioseph. Quoniam aũt carnaliter accipientes verba eius, offendebantur, dicit carnem per se nihil prodesse, spiritum vero donare vitam. Augustinus: O domine & magister bone, quomodo caro nõ prodest quicquã, cum tu dixeris, nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinẽ, nõ habebitis vitã in vobis, Ioh. 6? An vita nõ prodest quicquam? Et propter quid sumus quod sumus, nisi vt habeamus vitam æternã, quã tua carne promittis? Quid ergo est, caro nõ prodest quicquã? Sed quomodo illi intellexerunt? quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur, non quomodo spiritu vegetatur. Proinde sic dictũ est, caro non prodest quicquã: quomodo dictum est, scientia inflat, 1. Cor. 8. Iam ergo debemus odisse scientiam? Absit: Et quid est, scientia inflat? Sola fine charitate, ideo adiunxit, Charitas ædificat. Adde ergo scientiæ charitatem, & vtilis erit scientia, non per se, sed p̃ charitatem. Sic ergo caro nõ prodest quicquã, sed sola caro: adde spiritũ ad carnẽ, quomodo accedit charitas ad scientiam, & prodest plurimum? Duplicem eorũ, quo tenebantur, corrigit errorem. Alterũ, quo autumabant carnem quemadmodũ pecudum manducandam, quo contra dicit carnem per se nihil prodesse, sed spiritum cui vnita est viuificare. Hic em̃ cibus auide sumptus, ac in viscera mentis traiectus, vegetat animos, & vnũ cum ipso efficit, sic vt ipsius spiritu viuamus in æternum. quemadmodũ eiusdem corporis mẽbra, quãdiu cohærent, communi spiritu viuunt. Alterũ, quo corpus corruptioni obnoxiũ credebãt & mortale. Hinc dicit, verba q̃ loquutus sum vobis, non sunt carnalia quemadmodum vos interpretamini, sed spiritus sunt & vita, quia spiritualiter intellecta viuificãt animam. Non em̃ sunt de carnali & corruptibili corpore, sed spiritali. 1. Cor. 15. Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale, quod in sacramento accipitur. Idem quidem corpus eiusdem substantiæ quod in cruce pependit, accipitur, sed nõ eiusdem qualitatis. Non ergo deum nudum manducamus, tangi em̃ nequit, quia incorporeus est. Iohan. 4. Deus spiritus est, & neq; oculis neq; manibus apprehendi potest. Iterum nudi hominis caro nihil prodesse potest: sed quia deus vniuit sibi carnem secundum ineffabilem contemperationem, viuifica est caro. Sic ergo intellecta & credita verba mea, spiritus & vita sunt, quia vitam præstant. Ipsa enim verba spiritum & vitam præstant sacramento quibus consecratur.

2 Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio Iesus, qui essent non credentes, & quis traditurus esset eum. Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo: Ex hoc ergo multi discipulorum eius abierunt retrorsum, & iam non cum illo ambulabant.

Ostendit deitatis dignitatem reuelando secreta, & causam quare nõ intelligant, quia non crederent. Esa. 7. Si non credideritis, non intelligetis. Ideo admonet Apostolus omnem intellectũ captiuandum in obsequium Christi, 2. Cor. 10. Cupit quidẽ deus munus hoc cæleste omnibus contingere per Christũ, sed nec aduersantibus dandum est, quia nõ promerentur: nec quisquã potest accipere, nisi fuerit appetens. Deus em̃ quantum in se est, paratus est opem impendere, imo & gratiam influit, dummodo non posuerit homo obicem, faciens quod in se est. Ex hoc multi nolentes intellectum suum subijcere verbis

Christi,

Christi,sed carni adhærentes & literæ quæ occidit,& nõ spiritui qui viuificat,2.Cor.3. Christo relicto,abierunt per infidelitatem mente & corpore retrorsum post satanã. Qui em̃ se à Christo diuidit,retrorsum vadit:qui autem adhæret deo,vnus spiritus est cum illo,1.Cor.6.semper extendens se ad anteriora,Philip.3.Ego non arbitror me comprehendisse:vnum autem, quæ quidem retro sunt obliuiscens,ad ea vero quæ sunt priora, extendens meipsum, ad destinatum prosequor,ad brauium supernæ vocationis dei in Christo Iesu.Sed multi cum vxore Loth retro respiciunt,quæ versa fuit in statuam salis,Gene.19.Vnde dominus Luc.17.Memores estote vxoris Loth.Matth.10.Qui perseuerauerit vsq; in finem,hic saluus erit.

Dixit ergo Iesus ad duodecim:Nunquid & vos vultis abire? Respondit 5
ei Simon Petrus:Dñe,ad quẽ ibimus? verba vitæ æternæ habes.Et nos credimus & cognouimus,quia tu es Christus filius dei.Rñdit ei Iesus: Nonne ego vos duodecim elegi,& ex vobis vnus diabolus est? Dicebat aũt de Iuda Simonis Iscariothis.hic em̃ erat eum traditurus, cũ esset vnus ex duodecim.

Quo illoꝝ fides manifestaretur,& aliꝭ imitanda proponeretur,liberꝝ eis facit,sequerentur nec ne,demonstrans ꝙ nollet eos reuerentia erga se,comitari se,sed vt scirent beneficium esse ꝙ se sequantur.Eccl.23.Gloria magna est sequi dominũ,longitudo em̃ dierum assumetur ab eo.Num & vos,inquit, vultis abire? Liberꝝ est,nisi intelligitis vestra referre,vt permaneatis.Hic Simon Petrus simplicis semper & ardentis fidei in Iesum,totius ecclesiæ personam gerens,cæteroꝝ quoq; nomine magna alacritate respondit:Domine,quò te derelicto ibimus? doctrina tua cælestis est,& obsequentes in vitam perducit æternam.Non em̃ terrena promittit vt Moses & prophetæ.Leuit.26.Si enim in præceptis meis ambulaueritis,& mandata mea custodieritis,& feceritis ea,dabo vobis pluuias temporibus suis,& terra gignet germen suum,& pomis arbores replebũtur. Esa.1.Si volueritis & audieritis me,bona terræ comedetis.sed æterna & cælestia.Mat.4.Pœnitentiam agite,appropinquabit em̃ regnum cælorum.Matth.11.Regnum cælorum vim patitur,& violenti rapiunt illud.Et nos credimus fide formata,etsi nondum perfecta & stabilita,& cognouimus per donum intellectus,quia tu es Christus ille filius dei, naturalis, non adoptiuus.Opportune ait,credimus & cognouimus:quia nisi credideritis, non intelligetis,Esa.7.Emẽdans dominus Petrum,ꝙ non omnes crederent,ait:Quid mirami ni iam aliquot discipulorum à me abiisse? Nonne vos duodecim,vt eximios ex omnibus delegi? Et tamen è tam paucis & singulariter delectis,vnus diabolus est,non per essentiã, sed per imitationem,delaturus eum,cuius corpus ederit & sanguinem biberit. Nouerat dominus ꝙ nihil profuturus esset,nihilominus Iudæ prodit malitiam,quod suum est faciens:neq; illum manifestat,neq; omnino occultum esse permittit:illud quidem,ne impudentior & cõtentiosior fieret:hoc autem,vt ne licenter facinus patraret,occultum illud putans.Quãuis esset à sancto illo choro,attamen mala sua voluntate indignus inuentus est.Ita homo animal est suapte natura vertibile.Hinc 1.Cor.10.Qui stat,videat ne cadat.Discimus itaq; hoc,ꝙ non coactione & vi quadam meliores facere consueuerit deus,neq; eius electio cogat voluntatem nostram,quum sit mala vt fiat bona:sed electio quidem fit à deo,qui adhortatur nos ad bonum,& suam nobis impartit bonitatem:in mente autem nostra & voluntate situm est saluari,& digne ad electionem ambulare vel e diuerso.

¶De scenopegia & doctrina in templo.

## ARTICVLVS XIII.

POst hæc aũt ambulabat Iesus in Galilæam,nõ em̃ volebat in Iudæã Iohan.7
ambulare,quia quærebant eũ Iudæi interficere. Erat aũt in proximo D
dies festus Iudæoꝝ Scenopegia. Dixeruut autẽ ad eum fratres eius: Transi hinc & vade in Iudæã,vt & discipuli tui videant opera tua quę facis, Nemo quippe in occulto quid facit,& quærit ipse in palam esse.Si hæc facis, manifesta teipsum mundo.Neq; enim fratres eius credebant in eum.

Ostendit quãta solicitudine vana gloria,omnium meritorum perniciosissima pestis, fugienda,quanto em̃ quis diligẽtius placere studet malis,tãto magis displicet deo.Post-

quam ergo dominus plurimis miraculis doctrinam confirmasset euangelicam, nec non spe præmiorum per transfigurationem, animos suorum ad crucem post se baiulandam incitasset: & verbis sanato puero à spiritu muto & surdo: inde profecti, prætergrediebãtur Galilæam, nec volebat quenquam scire, Marc. 9. Non em̃ pro tunc publice vel prædicauit, vel miracula gessit. Augustinus: Christus potentiam suam ostendit quando voluit: sed & infirmitati nostræ præbuit exemplum. non em̃ perdiderat maiestatem, sed nostrã consolabatur infirmitatem. Nam volens, dedit in mortem animam suam, Hiere. 12. Iohan. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam: & nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à meipso. Hinc quum esset in medio ipsorum insanientium contra ipsum manebat illæsus, suam ostendens deitatem, Luc. 4. nunc vero confirmat q̃ vere homo sit, simul & imagine quadam depingens, q̃ se ab ingratis hominum subducat mentibus. Matth. 21. Auferetur à vobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et quod nonnunquam furori cedendum. Matth. 10. Cum vos persequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Veritate, multorum sibi conciliauit inuidiam, quod vsu venit ijs qui propugnatores sunt veritatis. Atqui manifestario constat, hos non amore iustitiæ & diuinæ gloriæ zelo adductos, sed odio, id quod inuidia solet, qualescunq; causas prætexere, vt suam libidinem explerent, sabbati violationẽ, dei blasphemationem falso imponentes. Instabat tunc dies cum primis festus ac religiosus, quem Græci scenopegiam appellant, ob memoriam priscorum patriarcharum, qui vitam agebant in tabernaculis, subinde mutantes sedem. Hinc præceptum fuit Leuit. 23. vt mense septimo septem diebus agerent festũ tabernaculorum habitando in vmbraculis, vt discerent posteri quod in tabernaculis habitare fecisset dominus filios Israel. Hoc typo iam tũ adumbrabant, qualem oporteat esse vitam eorum qui profiteantur euangelicam doctrinam, nempe vt se peregrinos agnoscant mundi, sed ciues cæli. Ephe. 2. Non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici dei. Ideo Philip. 3. Nostra aũt conuersatio in cælis est. Hinc admonet Petrus 1. Petri. 2. Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos abstinere vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam, conuersationem vestram inter gentes habentes bonam. Hortabantur eum sui velut gloriæ cupidum, sed subtimidum, animoq; minus q̃ oporteret præsenti, vt si fideret suis præ-

Fratres qui olim dicti.

dijs, non latitaret inter Galilæos. Augustinus: Consuetudo scripturæ est, quoslibet cõsanguineos fratres appellare. Sic Abraam filium fratris sui, Loth fratem nominauit, Gene. 13. Et Laban, Iacob Gene. 29. Volebant ergo isti ex magnificis domini & dictis & factis, sibi occupare gloriam, quemadmodum & Iudæi de Iohanne. Iohan. 5. Vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius. O quot sunt tales, qui sub prætextu & commodi & honoris alterius, solum suum agunt negocium. Hinc hortabãtur vt Hierosolymam adiret, illic ostensurus virtutem, eo maxime tempore, quo ingens multitudo conflueret populi, ac sic manifestario se ostenderet Christum. Sic sic & pharisæi omnia sua faciebant, vt viderentur ab hominibus, Matth. 23. Sinistram ipsorum intentionem euangelista clare demonstrat, dicens nec fratres in ipsum credidisse. Ideo ipse ait Marc. 6. Non est propheta sine honore nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua. Qui autem humanam quærunt gloriam, Christo synceriter affici, & credere non possunt. Iohan. 5. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo deo est, nõ quæritis? Nos igitur hanc viperam simul vt irrepserit, iugulemus, eiq; caput amputemus ne bonorum operum totum inficiat corpus. Gala. 5. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. 1. Timoth. 1. Soli deo honor & gloria. Vnde ipse Christus ait Iohan. 8. Ego honorifico patrem meũ. Et Psal. 113. Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

2 Dicit ergo eis Iesus: Tempus meum nondum aduenit, tempus autem vestrum semper est paratum, Non potest mundus odisse vos, me aũt odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt.

Quomodo & quando oporteat me innotescere mundo, ex patris cælestis pendet decreto, nõ ex humano consilio. Ego, qui patris arbitratu veni, meum habeo tempus. Sic & matri, in nuptijs ob vini defectum requisitus, respondit Iohan. 2. Nondum venit hora mea. Quanquam autem deus nullo temporũ limite concludatur, vtpote apud quem nulla est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, Iaco. 1. effectus tamen ipsius tempori asscribimus. Vnde ex creatione initium temporis habemus. Gene. 1. In principio creauit deus cælum & terram. Sic recreationis. Galat. 4. At vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erãt redimeret,

vt ad-

vt adoptionem filiorꝫ reciperemus Matth.26. Tempus meum prope est. Luc.22. Et filius quidem hominis, secundum quod diffinitum est, vadit. Hinc phariſæis obiecit, quod hoc tempus non cognouerunt. Lucæ.12. Hypocritæ, faciem cæli & terræ nostis probare, hoc aũt tps quomodo non probatis? Retributionis. Psal.70. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. 1. Pet.5. Humiliamini sub potenti manu dei, vt vos exaltet in tempore visitationis, Iohan.5. Pater non iudicat quenquàm, sed omne iudicium dedit filio. Tempus autem vestrum, qui humano affectu ducti, gloriam huius mundi quæritis, & in me iuxta mundanum sensum gloriari vultis, semper paratum est, quo mundus sua studia sectatur, amat, & promouet. Dicitur autem tempus paratum vel imparatum, propter ea, quæ in ipso fiunt, vel sunt. Sic dies dicuntur mali, Ephesiorum.5. & Matth.6. Sufficit diei malitia sua. Ecclesiast.19. Est iustus qui inclinat faciem suam, & fingit non videre se quod ignoratum est: & si ab imbecillitate virium vetetur peccare, si inuenerit tempus malefaciendi, malefaciet. Obserua ergo quod tempus nostrum semper est paratum, siue in malum vtamur, quod in bonũ concessum est. Hinc dicit Apo.22. Tempus prope est. Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus, iustificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc. Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere secundum opera sua vnicuiq;. Ideo nõ negligamus tempus. Ecclesiastes.8. Omni negocio tempus est & opportunitas. Vnde Apostolus.2. Corꝫ.6. Exhortamur ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Ait enim Esaiæ.49. Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiui te. Ecce nunc tps acceptabile, ecce nunc dies salutis. Est ergo tempus nostrum paratum ad cõuersionem. Ecclesiastes.12. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequàm veniat tempus afflictiõis tuæ, & appropinquauerint anni de qbus dicas, nõ mihi placent. Actu.17. Et tempus quidem ignorantiæ huius despiciens deus, nunc annunciat hominibus, vt omnes vbiq; pœnitentiam agant, eo q̃ statuit diem in quo iudicaturus est orbem in viro in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum à mortuis. Hinc.1. Pet.4. Sufficit præteritũ tempus ad voluntatẽ gentium cõsummandam, his qui ambulauerunt in luxurijs, desiderijs, vinolentijs, comessatiõibus, potatiõibus &c. Sed Apoc.2. Dedi, inquit dominus, illi tempus vt pœnitentiam ageret, & nõ vult pœnitere. Secundo, ad boni operationem. Eccl.4. Fili, cõserua tempus, & deuita à malo. Colꝫ.4. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, redimẽtes tempus. Gala.6. Dum tempus habemus, operemur bonum. Tertio, sequitur quo ad præmij acceptionem. Gala.6. Bonum autem faciẽtes, nõ deficiamus: tempore eñ suo metemus nõ deficientes. Sed quia istud nobis incertum quãdo veniat, quanquàm semper paratum. Ecclesiastes.9. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & volucres laqueo comprehendũtur, sic homines capiuntur in tẽpore malo, cum eis extemplo superuenerit. Ideo admonet saluator, Mar.13. Videte, vigilate, & orate, nescitis enim quando tempus sit. Ostendit autem eos mundo inhærentes, d. Tuto potestis ire quò lubet, quãdo mũdus vt sibi cõsentiẽtes diligit. Sicut eñ odium ex dissimilitudine oritur, ita amor ex cõformitate. 1. Iohan.4. Maior est qui in vobis est, q̃ qui in mũdo est. Ipsi de mũdo sunt, & ideo de mũdo loquuntur, & mũdus eos audit. Sed Iaco.4. Quicũq; voluerit amicus esse seculi huius, inimicus dei cõstituit. Hinc.1. Iohan.2. Nolite diligere mũdum, neq; ea quæ in mũdo sunt, si quis diligit mundũ, non est charitas patris in eo. Quoniam oñe quod est in mundo, cõcupiscentia carnis est, & cõcupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ nõ ex patre, sed ex mũdo est. Et mũdus transit, & cõcupiscẽtia eius. Felix qui dicere potest Gala.6. Mihi absit gloriari, nisi in cruce dñi nostri Iesu Chri, per quẽ mihi mũdus crucifixus est, & ego mũdo. Me aũt odit. Liberior eñ reprehẽsio odiũ parit. Prouer.15. Nõ amat pestilẽs eũ, q̃ se corripit, nec ad sapiẽtes gradit. Sic Achab ait de Michæa ꝓpheta.3. Re.22. Ego odi eũ, qa nõ ꝓphetat mihi bonũ, sed malũ. Vnde de dño Iesu dicit Sap.2. Circũueniamus ergo iustũ, qm̃ inutilis est nobis, & cõtrarius est opibus nris, & improperat nobis pcta legis, & diffimat in nos pcta disciplinæ nræ.

Vos ascendite ad diem festũ hunc, ego eñ non ascendam ad diem festum istũ, quia meũ tempus nondũ impletũ est. Hęc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa. Vt aũt ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festũ, non manifeste, sed quasi in occulto. Iudæi ergo quærebant eũ in die festo, & dicebant: Vbi est ille? Et murmur multus erat in turba de eo, quidã eñ dicebant, quia bonus est: alij autẽ dicebant, non, sed seducit turbas. Nemo tamen palã loquebatur de illo propter metum Iudæorum.

Vos aſcendite, vbi gloria mundi ſpectatur, vbi delicijs viuitur, vbi nihil æternum, nihil quod manſurum ſit, cogitatur. Eſaiæ. 1. Neomeniam & ſabbatum, & feſtiuitates alias nõ ferã. Iniqui ſunt cœtus vr̃i. Kalendas vr̃as & ſolennitates vr̃as odiuit anima mea, facta ſunt mihi moleſta. Ego non aſcendam vobiſcum ad iſtum diem feſtum, quia tp̃s meum nondum impletum eſt. Manet apud eos qui de vitijs tranſmigrant ad virtutes. 1. Iohã. 4. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Poſteaquàm autẽ abiſſent frẽs eius ad diem feſtũ, tum profectus eſt ipſe, vt perſpicuum ſatis eſſet, ſe nõ tam metu Iudæor̃ abſtinuiſſe à conuentu ſolenni, quàm vt fugeret comitatum ſuor̃ cognatorum, quos adhuc carnales nolebat euangelico negocio admiſceri, & ne tali comitatu Iudæis maioris odij cauſam daret. Quod autem ad ferias tabernaculor̃ aſcendit, obedientia eſt paterni mandati, & reuerentia legis à ſe datæ, quo noſtram peruicacitatem percutit. Nam grauiter exequimur quæ nobis diuinitus demandata ſunt. Spernimus maiorum decreta, non Chriſti, ſed illius imitatores, qui ait Gene. 3. Cur prȩcepit vobis deus, vt non comederetis ex omni ligno paradiſi? Iam q̃ in eum velut abſentem varij ſermones in populo ferebantur, quod non eſſet eadem omnium de Ieſu opinio, nec eadem omnium ſtudia. Quidam nimio odio ipſum non nominabant, quidam timore. Cyrillus: Pene rectam de illo ſententiam efferunt, non poſſe putantes opera dei quenquàm facere, niſi aut deus ipſe ſit natura, aut dei particeps, & gratia plenus, & idcirco bonus & innocens. Alij inuidiæ ſtimulis acti, contradicebant, ſeductorem dicentes, per ſimulatam iuſtitiam, falſa miracula, & doctrinam peruerſam. Vide qualia iudicia ſubijt iudex viuorum & mortuorum. Sic & nos Chriſti bonus odor ſumus deo, in his qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt. Alijs quidem odor mortis in mortem, alijs autem odor vitæ in vitam. 2. Corint. 6. Vt ſeductores & veraces. Igitur inter verba laudantium aut vituperantium ſemper ad animum recurrendum: Si falſa ſunt, te aliena mendacia non commaculant, & vt ſurdus pertranſeas. Pſalmo .37. Ego autem tanquàm ſurdus non audiebam. Sic Saul diſſimulabat ſe audire vocem dicentium. Num ſaluare nos poterit iſte, quando conſtitutus fuit in regem. 1. Regum. 10. Si vera, doleas te anſam præbuiſſe obtrectandi, & patienter ſuſtine. 1. Corinthiorum. 4. Mihi enim pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, ait Apoſtolus Corinthijs, aut ab humano die, ſed neque meipſum iudico. Nihil enim mihi conſcius ſum, ſed in hoc iuſtificatus non ſum. Qui autem iudicat me, dominus eſt. Hæc igitur clancularijs ſuſurris ſpargebantur de Ieſu, quum nemo auderet palam interim de illo bene prædicare, cum eſſent non pauci, qui de illo bene ſentirent. Metuebant enim Iudæorum proceres, quibus intelligebant Ieſum vehementer inuiſum, quòd ipſorum autoritatem, ſuis dictis factisq̃ videretur imminuere. Timendum ne, & id vſque hodie in pleriſque vſu veniat, qui plus homines quàm deum timentes, veritatem aut dicere aut facere verentur. Prouerbiorum. 29. Qui timet hominem, cito corruet: qui ſperat in domino, ſubleuabitur. Nec mirum id de popularibus, quum Iohannis duodecimo ſcriptum ſit: Veruntamẽ & ex principibus multi crediderunt in eum, ſed propter phariſæos non confitebantur, vt de ſynagoga non eijcerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quàm gloriam dei. Sed quid ait dominus? Lucæ nono: Qui me erubuerit, & ſermones meos, hunc filius hominis erubeſcet, cum venerit in maieſtate ſua, & patris, & ſanctorum angelorum.

E Iam die feſto mediante, aſcendit Ieſus in templum, & docebat. Et murmurabant Iudæi, dicentes: Quomodo hic literas ſcit, cum non didicerit? Reſpondit autem Ieſus, & dixit: Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoſcet de doctrina mea, vtrum ex deo ſit, an ego a meipſo loquar. Qui a ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam eius qui miſit eum, hic verax eſt, & iniuſtitia in illo non eſt.

Oſtendit eos qui inuidia & affectione praua obcæcatos habent oculos, nec vera cernere, nec quæ iuſta ſunt diſcernere poſſe. Nam quum in medio ſolennitatis, hoc ẽ, quarta die: durabat em̃ ſolennitas ſeptem diebus, Deut. 16. dñs publice doceret in templo, oſtendens doctrinam ſuam inculpatam ex loco publico. Iohan. 18. Ego ſemper docui in ſynagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto loquutus ſum nihil. Iudæi quum doctrinam illius calumniari non poſſent, tamen autoritatem apud populum ſtudent adimere, admirantes, quòd quum eſſet idiota, & literarum rudis, nunquàm enim

enim institutus fuerat in doctrina phatisaica, cuius professione illi turgebant, vnde nactus esset ea, quæ è sacris voluminibus magna sapientia depromebat, vel insimulantes eum, quod dæmonium haberet, aut alia quauis arte magica scientiam esset consequutus earum literarum quas ab hominibus non didicisset. Iohānis.10. Dæmonium habet, & insanit, quid enim vultis audire? Quanuis ergo admirarentur, attamen nec sic liberata est mens illorum à malitia, tametsi inde illos coniectare potius oportebat non esse hoc humanum. Nām vi debant in eo excellentissimæ scientiæ profunditatem, legis & prophetarum oraculis roboratam. Matth.7. Admirabantur turbæ super doctrina eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut scribæ eorum pharisæi. Sed offendebantur personæ simplicitate. Matthæi.13. Veniens in patriam suam. Docebat eos in synagogis eorum, ita vt mirarentur, & dicerent: Vnde huic sapientia hæc & virtutes? Nonne hic est fabri filius? Et scandalizabantur in illo. Sed audiant Psalmo.93. Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat? Qui corripit gentes, non arguet, qui docet hominem scientiam? Esaiæ.11. Et requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus. Hinc Luc.4. Spiritus domini super me, eo quòd vnxerit me, euangelizare pauperibus misit me. Nisi inuidia obcæcatos habuissent oculos, hæc considerare potuissent. Sed animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus dei, 1. Corinthio.2. Nam Colossen.2. In quo sunt omnes thesauri sapiæ & scīæ absconditi. Sed quia veritatē fatēri noluerūt, imo impugnauerū t, ostēdit suam doctrinam non esse profectam ab homine, sed nec à dæmonio, sed à deo, quem ipsi quoque colerent, & cuius gloriæ deberent fauere, si vere pij vellent videri. Respondit igitur Iesus omnium arcanorum conscius, illorum clanculario murmuri: Mea, inquit, doctrina quam admiramini vnde mihi contigerit, quum ab homine literas non didicerim, non est mea, tanq̄ à meipso habētis, (Non em̄ diuersam à voluntate patris & à mente legis à deo traditæ, nec nouam aliquam humanam doctrinam adfero) sed eius qui misit me in mundum, vt mundus seductus varijs doctrinis hominum, & impijs cupiditatibus obcæcatus, per me cognoscat illius voluntatem, cognitam sequatur, & sequendo vitam assequatur æternam. Vindicat doctrinam suam ex autoritate patris mittentis, cui totum asscribit. Iohan.12. Ex meipso non sum loquutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar. Ostendit itaque vnde virtus tanta euangelij. Romañ.1. Virtus dei est in salutem omni credenti. Iohannis.5. Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam. Consequenter modum indicat cognoscendæ doctrinæ suæ. Quod si depulsa malitia, simplici corde quis voluerit facere voluntatem patris, potius quàm suis prauis affectibus odij & liuoris seruire, is facile agnoscet doctrinā meā non esse hoīs aut dæmonis nouum inuētum, sed à deo profectā esse, nec me quod loquor, ex humano sensu loqui, sed ex mente patris cuius legatus sum. Qui ergo voluntatem facit patris, veritatem agnoscit. Facit, dico. Primo credendo. Iohannis.6. Hæc est autem voluntas patris mei, qui misit me, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam. Augustinus: Intelligere, merces est fidei: ergo noli intelligere vt credas, sed crede vt intelligas. Esaiæ.7. Nisi credideritis, non intelligetis. Solet enim spiritus sacer imbuere homines, qui sese accommodant illustrationi, qui purgatos à terrenis affectibus habent oculos. Psalmo.33. Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestræ non confundentur. Secundo, operando. 1. Thessaloniceñ.4. Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione & sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore. Confirmat dictum suum, dicens: Qui à seipso loquitur, propriam volens statuere doctrinam, ob nihil aliud hoc facit, quàm vt gloriam inde inanem percipiat, arrogans & mendax, eo quod de se plus quàm meretur, dicit: & iniuste agit, quia alienam & sibi non competentem gloriam rapit, quare mendax & iniustus. Hieremiæ.23. Visionem cordis sui loquuntur, non de ore domini. Ecclesiastici .19. Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Ideo ait Apostolus. 1. Thessaloniceñ.2. Neque enim fuimus aliquando in sermone adulationis sicut scitis, neq; in occasione auaritiæ, deus testis est, neque quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab alijs, 2. Corinthiorum.4. Non enim nosmetipsos prædicamus, sed dominum nostrum Iesum Christum. At dominus, quia quæ patris sunt, quærebat, & nihil arroganter de se dicebat, omnino & verax & iustus erat. Non enim propriam quærebat gloriam. Iohannis octauo: Ego gloriam meam non quæro, sed honorifico patrem meum. Si ergo veraces & iusti esse volumus, quæramus in omnibus, & verbis, & factis nostris gloriam dei. 1. Corinthiorum.10. Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite.

Nonne

Nonne Moſes dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem? Quid
2 me quæritis interficere? Reſpondit turba, & dixit: Dæmonium habes, quis te quærit interficere? Reſpondit Ieſus, & dixit eis: Vnum opus feci, & omnes miramini. Propterea Moſes dedit vobis circunciſionem, non quia ex Moſe eſt, ſed ex patribus. Et in ſabbato circunciditis hominem. Si circunciſionem accipit homo in ſabbato, vt non ſoluatur lex Moſi, mihi indignamini, quia totum hominem ſanum feci in ſabbato? Nolite ſecundum faciem iudicare, ſed iuſtum iudicium iudicate.

Quum criminarentᵉ eum quòd ſabbatum violaſſet, & legem p̃uaricaretᵉ, ad hoc vrget, oſtendens eis, quod ipſi magis præuaricatores ſint legis, inſontem occidere cupientes. Ego, inquit, non aliud doceo, quàm quod p̃ legem vos docuit deus, ſi quis legis mentem recte intelligat: nec aliud facio, quàm quod lex præſcripſit. Legis ſcientiam & obſeruantiam vobis arrogatis, quum nemo veſtrum ſit, qui vere ſeruet legem ſecundum voluntatem dei qui legem tradidit. Imo legis p̃textu ea molimini, quæ maxime lex punit & deteſtatur. Nonne lex execratᵉ eum, qui ſanguinem fundit innoxium? Exod. 23. Inſontem & iuſtum non occides, quia auerſor impium. Nec permittit occidendi ius, niſi in maleficos, nec in hos niſi legitime cõuictos ac damnatos. Numeri tricesimoqnto: Homicida ſub teſtibus puniet. Ad vnius teſtimonium nullus condemnabit. O quot habent imitatores, qui minima, imo nulla in proximo reprehenſione digna, accuſant, maxima in ſe negligentes. Romañ. 2. Propter quod inexcuſabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim alterᵉ iudicas, teipſum condemnas, eadem enim agis quæ iudicas. Qui in lege gloriaris, per p̃uaricationem legis deum inhonoras. Hæc vox Ieſu duplici nomine pturbauit animos phariſæorum: Primum, quod animaduerterent, clancularias licet, machinationes ſuas non latere conſcientiam illius, quem credebant facilius è medio tolli potuiſſe, ſi quod moliebantᵉ, fefelliſſet: deinde, quod illos qui ſe videri volebant legis obſeruatores fidiſſimos, legis impie violatæ reos argueret apud populum. Non verebantur conſcientiam dei, infidiantes innoxio ſanguini, ſed populi conſcientiam metuebant. Itaq; vt apud multitudinem tam impij facinoris conſcientiam confidentia diſſimulent, ad manifeſta conuicia cõfugiunt, qui mos eſt improbis in maleficio deprehenſis, quod excuſari non poſſit. Ecce quomodo prauitati blaſphemiam addunt. Gregorius: Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit. Eſaiæ. 5. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum. Prouerb. 18. Impius cum in profundum peccatorᵉ venerit, contemnit. Sic Cain Gene. 4. homicidio deſperationem addidit d. Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Et Iudas laqueo ſe peremit, Matth. 27. Dæmonium, inquiunt, habes, quo inſtigante tam inſenſate & malitioſe de nobis loqueris. Ieſus nobis lenitatis præbens exemplum, manſuete facti ſui quod calumniabantᵉ, reddit rationem. Siquidem quum ipſi legem violarent in omnibus, tamen Ieſum violatæ legis inſimulabant, quod paralyticum ſanarit in ſabbato, Iohan. 5. Miramini, inquit, ſed nõ melioramini. nam circunciſio non ex Moſe, ſed Abraamo ſumpſit initium. Geneſis. 17. Hoc eſt pactum meum quòd obſeruabitis inter me & vos, & ſemen tuum poſt te: Circũcidetur ex vobis omne maſculinum. Infans octo dierum circunciderᵉ in vobis. Leuiti. 12. Hinc Romañ. 15. Dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrũ fuiſſe circunciſionis, propter veritatem dei, ad confirmandas promiſſiones patrum. Oſtendit ergo iniuſte ipſos indignari, quod totum hoïem ſolo verbo curarit à morbo tam corporis, q̃ animi, quũ ipſi circunciſionem q̃ dolorẽ ingerit corpori, & laborem requirit, adhibeãt, ne legis videantur tranſgreſſores. Beda: Quemcunq; Chriſtus ab ęgritudine corporis liberauit, liberauit & à morbo, qui omnium grauiſſimus eſt, mentis. Deut. 32. Dei perfecta ſunt opera. Hinc Iohan. 5. Ecce ſanus factus es, iam amplius noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Nolite ſecundum aſpectum, id eſt, vulgari more, nimirum ex his quæ corporalibus cernuntur oculis, iudicare, ſed ſecundum veritatem. Qua cognita, nec me, nec Moſen damnabitis contrarietatis. Alioqui ſi rem ſpectare vultis, aut vterque vobis damnãdus eſt, aut abſoluendus vterque, & perſonarᵉ acceptionem effugere. Hoc & nobis dictum eſt, vt nullo modo iuſtitiam expugnemus, ſed totis viribus eam defendere contendamus. nullus ſit reſpectus, an pauper quis ſit, an diues, rem ipſam inueſtigemus. Iob. 29. Cauſam quam neſciebam, diligentiſſime inueſtigabam.

Sanationes a Chriſto factæ, quales

Dicebant

Dicebant ergo quidam ex Hierosolymitis: Nonne hic est quem quærunt interficere? Ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid vere cognouerunt principes, quia hic est Christus? Sed hunc scimus vnde sit. Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit. Clamabat ergo Iesus in templo, docens & dicens: Et me scitis, & vnde sim scitis, & a meipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos nescitis. Ego scio eum, & si dixero, quia nescio eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit.

Dño mansuetè rationem reddente, vt animum quẽlibet ferocem lenire possent verba tam pia, tam vera, vt à nemine quãuis impudenti possent refelli: obticescunt quidem pharisæi, sed nihilo secius pfistunt in sua malitia, nihilo mitiora p̃mentes animis suis, quòd apud multitudinem ausus esset sic à se crimen violati sabbati refellere, vt in ipsos crimen lõge grauius regereret. Quidã aũt ex turba, quibus nota fuit machinatio sacerdotum, videntes tam constanter dominum vindicantem veritatem, dixerunt: Quid sibi vult illorũ silentium? An principes pſuasi sunt hunc esse Messiam, & nunc silentio confitent, quod prius oppugnabant? Atqui non est verisimile principes hoc sentire, siquidem omnes nouimus vnde hic profectus sit. Non igit hic est Christus. Vide malitiam. Herodi respondentes principes ex Michæ. 5. dixerunt, quod de Bethleem veniret Chr̃us, Matth. 2. Hic contrarium dicunt. Iohan. 9. Hunc autem nescimus vnde sit. Insanientium sermones, scimus, nescimus vnde sit. Originem terrenam ex prophetis scire potuerunt, diuinam vero propagationem non ita. Esaiæ. 53. Generationem eius quis enarrabit? quanquàm ex operibus vtcunq; ipsum cognoscere potuissent, nisi malitia excæcati fuissent. Iohan. 14. Non creditis, qa ego in patre, & pater in me est? alioq propter opa ipsa credite. Ioh. 15. Si opera non fecissem in eis quæ alius nemo fecit, peccatum non haberent: nunc autem excusationẽ non habent de pctõ suo: nũc aũt & viderũt & oderũt & me & patrẽ meũ. Iesus videns tantam illorum cæcitatem, vt quum prophetia prædixisset, è Bethleem venturũ Messiã, vbi natus erat Iesus, Lu. 2. Reliquaq; prophetarũ in eũ signa competerent, tamen excęcati malitia, Mat. 15. Cæci sunt, & duces cæcorum, ob hoc ipsum, se negant eum scire, q̃ scirẽt: & ideo mentiunt Chr̃m ita vẽturum, vt nemo sciat vnde veniat, ne cogant eum agnoscere. Iesus vero cuius conscìam nulla latent secreta, vt hanc multitudinis, primoꝝ affectibus corruptæ, inscitiã coargueret, quæ hoc spõte nesciret, q̃d scire poterat, nisi mala mens obstitisset, voce iam clariore, vt non solum à propinquis, verum etiam à toto populo possit exaudiri qui versabatur in templo, ait: Si ideo non videor vobis ille Messias, quem ex prophetarum oraculis expectatis, quòd sciatis vnde venerim, hoc ipsum vos docere poterat, me esse illum qui sic venerim, & ex eo loco sim ortus, vnde prophetæ Messiam venturum prædixerunt. Magis autẽ refert illud, scire vnde missus sim, q̃ vnde prognatus. Cyrillus: Quod originem cognoscatis, genus & locum natalem, vultusq; effigiẽ probe intelligitis, recte dicitis: veruntamen aliquid in me reliquum est, quod in me ignoratis, diuinæ naturæ veritas, quam à meipso non habeo, sed à pr̃e à quo oĩa mihi tradita sunt, Matth. 11. Declarat se legatum veritatis, q̃ ab eo missus sit qui mentiri non possit, qa verus, cum per essentiam, tum per promissorum exhibitionem. Sed ipsi ignorabant patrem, propter opera sua mala, & pessimum animum, quia Christo credere noluerunt. Matth. 11. Nemo nouit patrem, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. 1. Iohan. 2. Omnis qui negat filium, nec habet patrem: qui confitetur filium, & patrem habet. Non autem satis est verbis deum nosse, si factis illũ neges. 1. Ioh. 2. Quid dicit se nosse deum, & mãdata eius non custodit, mendax est. Non enim è mundo profectus erat, quemadmodum calumniabantur: sed ab eo qui misit illum in mundum, vt resipiscat, & seruetur. Iohannis. 3. Non enim misit deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.

Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum.

Responsione vera irritati, & iam ira in furorem versa, non morantur lentum illud consiliũ, quo decreuerant cũ clanculũ è medio tollere: sed quẽadmodũ volens mortuus est, ita nõ nisi volens apprehẽdi potuit. Omnia em̃ temporibus opportunis & accõmodis facit, &mode-

& moderatur, sicut & legem dari conueniebat tempore opportuno, ita similiter prophetas & euangelium. Augustinus: Non enim Christus sub fato natus est, quod nec de te credendum est, quanto minus de illo per quem factus es? Si ergo tua hora voluntas illius est, quæ est hora eius, nisi voluntas eius? Non ergo horam dixit, qua cogeretur, sed qua digna retur pati. Esaiæ. 53. Oblatus est quia ipse voluit. Simpliciores quíq; amplectuntur Christi doctrinam, sequuntur vitam, quum interim principes & magistratus rideant & subsannent. Esa. 66. Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum & contritum spiritu, & trementem sermones meos? Iaco. 2. Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni, quod repromisit deus diligentibus se?

F Et dicebant: Christus cum venerit, nunquid plura signa faciet, q̃ quæ hic facit? Audierũt pharisæi turbam murmurantem de illo hæc, & miserunt principes & pharisæi ministros, vt apprehenderent Iesum.

Ostendit diuini muneris largitatem in eos qui accommodant sese, diffundendam, nec peruersos quicquàm moliri posse contra dispositionem diuinam. Hinc Esa. 46. Cõsilium meum stabit, & oñis voluntas mea fiet. Turba enim magnificentiam Iesu timore principum non audens confiteri, colloquebatur: Esto q̃ non sit Christus, at cum venerit, num melior erit? Qui crassiori sunt ingenio, non doctrina & oratione, sed signis alliciunt. Claret autem q̃ non exactam habuerunt fidem, sed qualem verisimile est esse in vulgari multitudine, subinde mutante sententiam. Primores ergo inito consilio subornant satellites publicos, qui Iesu coram populo manus inijcerent, ac velut nocentem captum adducerent, ob id quod Christus diceretur, & esse credebatur. Ecce quanta cæcitas, quem tanto affectu patres efflagitarant, Psal. 84. Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Esaię. 64. Vtinam disrumperes cælos & descenderes. Hinc dominus, Matth. 13. Multi prophetæ & iusti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Isti quasi phrenetici extinguere volunt. Sed non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominũ. Prouer. 21. Non ergo ignorantia, sed destinata malitia excæcati, dominum interfecerunt. Iohan. 15. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem excusationem nõ habent de peccato suo.

2 Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum, & vado ad eum qui misit me. Queretis me, & non inuenietis: & vbi ego sum, vos non potestis venire. Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos: Quo hic iturus est, quia non inueniemus eum? Nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? Quis est hic sermo quem dixit, quæretis me, & non inuenietis: & vbi sum ego, vos non potestis venire.

Iesus non ignarus quid illi molirentur clanculum, verborum ænigmatibus quibusdam illis significat fore, vt ipse sponte sese morti, ad quam tum frustra petebatur, offerret. Hæc autem dixit tectius, quem admodnm multa solitus est dicere, vt non prius intelligerentur quàm essent peracta. Obscuritas autem sermonis excitat inquirendi diligentiam, & certio rem inuenit fidem sermo rebus exhibitis. Quid, inquit, anhelatis ad occidendum me? quid persequimini? parumper, velitis nolitis, perambulabo in populo, ad docendum cum, ad complenda opera quæ dedit mihi pater vt faciam. Iohan. 17. Opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciã: quo facto, facietis, me permittente, quæ nunc facere cupitis, sed non potestis, me prohibente. Dicens: Vado, mortẽ suam significat voluntariam. Queretis me post resurrectionem, nec inuenietis corporali præsentia vt modo. Iohan. 8. Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum, & à meipso facio nihil. Actu. 2. Compuncti corde, dixerunt ad Petrum, & ad reliquos apostolos: Quid faciemus viri fratres? Potest & accipi de Iudæis obstinatis, qui Christum in hodiernum vsq; diem quærũt temporali gloria regnaturum: & ideo quia male quærunt, non inueniunt. Esa. 55. Quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eum, dum prope est. Quærunt aliqui propriæ commoditatis gratia. Iohan. 6. Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus. Quidam causa persecutionis, vt Herodes. Matth. 2. Futurum est vt Herodes quærat puerum ad perdendum. Sic & modo multi ipsum quęrunt interficere in membris suis. Actu. 9. Saule Saule, quid me persequeris? Alij deuotiõis, & hi inueniunt. Sic Zachæus quærabat videre Iesum quis esset, Lucæ. 19. Modum quærendi ostendit Esaias. 55.

Quam varie Christ⁹ quæratur.

Derelin-

Derelinquat impius viam suam,& vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum,& miserebitur eius,& ad deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Si em̃ pia mater triduo amissum filium dolens quæsiuit, Luc.2. Pater tuus & ego dolentes quærebamus te.quanto nobis dolore & solicitudine quærendus,quũ per peccatum amiserimus? Alioqui audiemus illud Iohan.8. Quæretis me,& in peccato vestro moriemini. Timeamus ne & nobis dicatur,quò ego vado,non poteftis venire,cũ tamen Christus dicat Iohan.12. Vbi sum ego,illic & minister meus erit. Hunc sermonem quum multitudo non intelligeret,disceptabat inter sese,verbis ipsius confracta,& dolens ꝙ abiturus esset, & docturus Græcos ipsis neglectis,quanquã hic sermo dictus esset omnibus,peculiariter tamen pupugit ministros à pharisæis missos,vt Iesu manus iniicerent,in quem sentiebãt se nihil posse nisi voluisset ipse.

In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus & clamabat,dicẽs: Si quis sitit,veniat ad me & bibat. Qui credit in me,sicut dicit scriptura,flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.

Quum iam adesset vltimus dies eius festi,qui summa frequentia summaq; religione celebrari consueuit,Nume.29. quo pacto,suam quisq; domũ repetere gaudet,stabat Iesus in templo velut ipse quoq; relicturus Iudaicam religionẽ,& magni festi diem eximiũ insigni sermone consecrat,simulq; iter ingressuris viaticum parat euangelicæ fidei. Clamabat,partim vt ab omnibus audiretur,partim quo libertatẽ suam in dicendo manifestaret,& ꝙ neminem aspernaretur. Si quis sitit spiritualia bona,aquam sapientiæ salutaris,Eccl.15. veniat ad me. Comparat se fonti aquæ viuæ propter refrigerationem. Psal. 35. Domine,apud te est fons vitæ. Matth.11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis,& ego reficiam vos. Esa.55. Omnes sitientes venite ad aquas. Qui ad dei nostri p̃dicationem accedunt,& fidei vacant,sitientium eos desiderium præ se ferre oportet,ita em̃ quam audiunt doctrinam,poterunt fideliter retinere. Matth.5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam,quoniam ipsi saturabuntur. Sed dominus conqueritur Hiere.2. Duo mala fecit populus meus:me dereliquerunt fontem aquæ viuæ,& foderunt sibi cisternas dissipatas,quæ continere nõ valent aquas. Quisquis igitur crediderit mihi,auideq; imbiberit sermones meos, quemadmodum iubet scriptura, de me testificans ꝙ filius sim dei,ꝙ creator,ꝙ saluator,ꝙ dominus vniuersæ creaturæ, nõ arescet incredulitate,sed haustus diuini spiritus pariet in ipsius corde fontem perennem & copiosum,sic vt è medio cordis illius emanet nõ modo riuus,verũ etiam copiosa flumina,quibus irrigetur aridita sgẽtium ad euangelici profectus fœcunditatem. Talis em̃ est spiritus,vt in quamcunq; animã introierit,& in qua resederit,faciat illã scaturire quouis fonte largiorẽ.1.Pet.4. Vnusquisq; sicut accepit gratiã,in alterutrũ illam administrantes,sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Si Petri linguã,Pauli impetũ,Stephani sapientiã cõsideraueris,quos dicentes nihil effugit,sed omnes sequuntur tanquã à fluminibus quibusdã impetu ruentibus rapti,flumina de ventre eoꝝ fluere non dubitabis.2.Corꝝ.13. An experimentũ quæritis eius,qui in me loquitur Christus? Matth.10. Non em̃ vos estis qui loquimini,sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Ad hunc igitur fontẽ aquæ viuæ dñs Iesus inuitat omnes,nec quenquã compellit nolentẽ,neq; quenquã excludit,modo sitiens veniat. Apo.22. Qui sitit,veniat:& qui vult,accipiat aquam vitæ gratis.

Nondũ enim erat spiritus datus,quia Iesus nondũ erat glorificatus. Ex illa ergo turba cũ audissent hos sermones eius,dicebant: Hic est vere prophe- G
ta. Alij dicebant: hic est Christus. Quidam autẽ dicebant: Nunquid a Galilæa venit Christus? Nonne scriptura dicit,quia ex semine Dauid & de Bethlehem castello,vbi erat Dauid,venit Christus? Dissensio itaq; facta est in turba propter ipsum. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum,sed nemo misit super eum manus.

Etsi prophetæ acceperunt spiritum sanctum & Iohannes & alij ante resurrectionem Christi,tamen erat alius modus donationis futurus,apertior & plenior. Per crucem em̃ deiecit tyrannum,peccato abolito,& natura nostra victrix mundi effecta, deo reconciliata est. Postquam autem spiritu sancto baptizati sunt,& gratia spiritus in ipsos effusa est, Act.2. tunc libere loquuntur ad principes Iudæorum. Oportet,inquiũt, obedire deo

magis q̃ hominibus, Act.5. mortuos ſuſcitant, Act.9. inter flagella lætantur, Act.5. ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliã pati. ſupplicijs coronantur. Hæc flumina necdum eo tempore fluxerunt ex ventre apoſtolorꝫ. Quum audiſſent hos ſermones dulciſſimos, non nihil hauſerunt de aqua hac, ita vt quidam prophetã quempiam, alij vero Chriſtum opinarentur. Quidam vero inuidia excæcati & lumini gratiæ rebelles, Iob.24. ſcripturæ teſtimonio conãtur probare ipſum non eſſe Chriſtum, dicentes: Non eſt veriſimile hunc eſſe Meſſiam, ſi prophetias expendatis. Num Chriſtus, vbi venerit, à Galilæa nobis proditurus eſt, quemadmodũ hic prodijt Nazarenus? An non prophetica ſcriptura palam dicit, Meſſiam proditurum ex ſemine Dauid, qui nimirum fuit ex tribu Iuda? Pſal.131. Iurauit dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum: de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Eſa.11. Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Hiere.23. Ecce dies veniunt, dicit dominus, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit rex & ſapiens erit, & faciet iudicium & iuſtitiam in terra. Hinc interrogati à domino, Matth.22. cuius filius eſſet Chriſtus, phariſæi reſponderunt, Dauid. Quin & natalis oppidi nomen addidit, docens eum naſciturum in Bethlehem, quæ eſt ciuitas Dauid tribus Iuda. Mich.5. Et tu Bethlehem ephrata, paruulus es in millibus Iuda. ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael. Hoc oraculum ſacerdotum primores reſponderunt Herodi, Matth.2. Cæterũ nihil habebat virium humana malitia aduerſus eum, in cuius poteſtate ſunt omnia. Heſt.13. Domine rex omnipotens, in ditione tua cuncta ſunt poſita, & non eſt qui tuæ poſſit reſiſtere voluntati. Ligabantur inuiſibiliter cohibente illos diuina virtute, & neq; hoc miraculo cohibebantur. Eccẽs.7. Conſidera opera dei, quòd nemo corrigere poſſit quem ille deſpexerit.

Venerunt ergo miniſtri ad pontifices & phariſæos, & dixerũt eis illi: Quare non adduxiſtis illum? Reſponderũt miniſtri: Nunquã ſic loquutus eſt homo, ſicut hic loquitur. Reſponderunt ergo eis phariſæi: Nunquid & vos ſeducti eſtis? Nũquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex phariſæis? Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti ſunt.

Satellites itaq;, quos ſuæ veſaniæ miniſtros miſerant phariſæi vt Ieſum caperent, mutatis animis, redeunt ad illos efferatis animis expectantes, vt captũ adducerent eum, quo tandem odium ſuũ in illum ſaturarent. Nam neq; miraculis, neq; doctrina commoti ſæuiebant, miniſtri vero ſolis ſermonibus cõpuncti ſunt. Nunquã audiuimus, inquiunt, hominem ſic loquentẽ vt ille loquitur. Quis poſſit huiuſmodi viris manus violentas iniicere? Pſal.44. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Lucæ.4. Omnes teſtimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ quæ procedebant de ore ipſius. Matth.7. Erat eñ docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut ſcribæ eorꝫ & phariſæi. Quod teſtimoniũ ferri potuit in ſynagoga, quod magis grauaret & traduceret phariſæorꝫ obſtinatam malitiã? Hoc illi agebant totis viribus, vt ſubuerterent doctrinam Ieſu: ſed conatu in diuerſum exeunte, dum modis omnibus extinguere moliuntur, confirmãt & illuſtrant. Prouer.21. Non eſt ſapientia, nõ eſt prudentia, nõ eſt conſilium contra dñm. Iob.5. Qui apprehendit ſapientes in aſtutia ſua, & conſilia prauorꝫ diſſipat. Oportet aũt non ſolum ſapientiã miniſtrorꝫ admirari, ſed & libertatem qua teſtantur veritati. Hos omnium principum miniſtros imitari oportebat, & non obedire in his quæ deo ſunt aduerſa, ſicut Sauli non obtemperatũ eſt, quum aſtantes iuſſiſſet contra legem ſacerdotes interimi, 1.Reg.22. Sed heu ipſi nunc animos principum concitant in ſanguinem innoxium, quemadmodum Doech Idumæus ibidem. Pergũt obiurgare miniſtros, quid accidit, dicentes? Num vos quoq; qui noſtri eſtis, nec ad promiſcuam multitudinem pertinetis, ab illo ſeducti eſtis? An non ſentitis impoſtorem eſſe? Si verax eſſet, an non exiſtimatis viros eximios doctrina ſimul & autoritate præſtantes, illius ſermones approbaturos fuiſſe? An vos mouet exemplum quorundã è media fæce plebis hominũ indoctorꝫ & ignobilium, qui miſerabiliter falluntur? Iſta turba rudis ac legis ignara, deo execrabilis eſt. Turbam maledictam aiunt, eo q̃ Chriſto credidit, ipſi innumeris maledictis digni, vtpote increduli, & alijs incredulitatis autores. Nã quæ ſtulta ſunt mundi, elegit deus, vt cõfundat ſapientes: & quæ infirma ſunt mundi, elegit deus, vt confundat fortia, 1.Corꝫ.1. Hinc Iaco.2. Nõne pauperes elegit deus in hoc mũdo, diuites in fide, & hæredes regni, q̃d repromiſit deus diligentibus ſe? Vnde dñs exultans in ſpiritu, ait Luc.10. Confiteor tibi dñe, pater cæli & terræ, q̃abſcondiſti hæc à prudentibus & ſapientibus, & reuelaſti ea paruulis.

Dicit

Dicit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad illum nocte, qui vnus erat ex ipsis: Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? Responderunt & dixerunt ei: Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare scripturas & vide, quia a Galilæa propheta non surgit. Et reuersi sunt vnusquisq; in domum suam.

Verum quicquid molitur hic mundus omnibus suis machinis aduersus cælestem veritatem, cedit in gloriã domini nostri Iesu Christi. Iam & illud obserua, nusquã esse maiorem penuriã eorũ qui Christianæ veritati ex animo faueant, q̃ inter religionis ac doctrinæ proceres. Nam in tam frequẽti concilio pharisæorũ, scribarũ, seniorũ, ac sacerdotum, non erat quisquã præter vnum Nicodæmũ, qui in tam sceleratis molitionibus innocenti domino patrocinaretur. Cauebat aũt Nicodemus ne vel absentẽ damnarent, vel aliquẽ ab ipso auerterent, sed ipsum præsentialiter audirent, sperans fore vt sermonibus ipsius cõuerterentur, quemadmodũ ipse, quem nouerat efficacem in sermone & opere. Hinc ostendit q̃ neq; legem cognoscebant, neq; faciebant quæ legis erant, tametsi de lege multum gloriarentur. Nos, inquit, legem profitemur, quæ nec maleficũ quidem condemnat, nisi prius auditũ, & excussis ijs, quæ facit is qui defertur. Saltem hoc tribuatur huic iuris, quod cõmune est omnium, & ab ipsa lege datur etiam maleficis, Exo. 23. Deut. 16. Hinc Festus ait Act. 25. Non est Romanis consuetudo donare aliquẽ hominẽ, priusquã is qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina quæ ei obijciuntur. Dicendo, cognouerit, ostendit quod non perfunctorie, sed perfecte ac diligenter audire oporteat, vt cognoscatur quid faciendũ, & nõ incognitus condemnetur. Deut. 1. Ita paruũ audietis vt magnum, nec accipietis cuiusq̃ personã, quia dei iudicium est. Iob. 29. Causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. Vnde dominus, Adam nõ nisi examinatũ & conuictum condemnauit, Gene. 3. Et de Sodomitis ait Gene. 18. Clamor Sodomorũ & Gomorræorum multiplicatus est, & peccatum eorũ aggrauatum est nimis. Descendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere cõpleuerint, an nõ est ita vt sciam. Infipientiam illi obijciunt, quũ rationem non habeant. Tu, inquiunt, qui legis cognitionem profiteris, excute scripturas: & si vsquam competies vel exortum à Galilæa prophetam, vel exoriturum, crede hunc esse prophetam. si nescis, disce. Hæc pharisæorum responsio non solũ erat impia, sed & falsa, quia Heliseus Galilæus erat, 3. Reg. 19. & stulta. Nec enim Nicodemus affirmarat esse prophetam, sed quisquis esset, non tamen iuxta legem publicam oportere condemnari, nisi prius cognita causa. Sed nullum est iudicium, vbi mentem occupauit liuor & odiũ. His vltro citroq; dictis, dimissum est concilium: dilata, non mutata sacrilega voluntate. Nondum enim venerat tempus Iesu.

¶De muliere deprehensa in adulterio.

ARTICVLVS XIIII.

IEsus aũt perrexit in montem oliueti, & diluculo iterũ venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos. Adducunt autẽ scribæ & pharisæi mulierẽ in adulterio deprehensam, & statuerunt eam in medio, & dixerunt ei: Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege aũt Moses mandauit nobis, huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc aũt dicebant, tentantes eum, vt possent accusare eum. Iohan. 8. H

Ostendit dominus sese non venisse condemnare peccatores, sed saluare per resipiscẽtiam. Vnde ascensu in montẽ oliueti, significat sublimitatẽ dominicæ pietatis, breui orbi terrarũ illustri facto infinuandã. Ipsa em̃ olei vnctio fessis & dolentibus membris solet afferre leuamen, sed & supereminet hic liquor. Psal. 144. Suauis dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Vnde Esa. 16. Et præparabitur in misericordia solium eius. Exemplo domini secessum petere debemus, quo dominum deuotius deprecemur. Ostendit zelum ad animarũ salutem doctrina sua procurandam. Luc. 13. Hierusalẽ Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodũ auis nidum suum sub pennis, & noluisti? Sedens docebat populũ in templo, palam præ se ferens, se nihil timere pharisæorũ impias conspira-

tiones. Iohan. 18. Ego palam loquutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga & in templo, quò omnes Iudæi conueniunt, & in occulto loquutus sum nihil. Mansuetis & humilibus sermonẽ domini admirantibus, scribæ & pharisæi interrogant, non vt discãt sed vt veritati laqueos nectant. Quum eñ essent vani, nomen scientiæ & sanctitatis affectantes, Christo inuiderunt, q̃ sapientiæ & sanctimonia eos præcelleret, & veritate & populi opinione. Adducunt ipsi scilicet iustitiæ tenaces, ac legis studio sæueri in crimino sos, quum intus longe grauioribus vitijs maderent. Non eñ iustitiam exigebant, quum scirent ex lege quid agendum foret, sed calumniam struebant vt ansam accusandi haberent, aut seueritatis, quod misericordiæ non congruit, aut legalis transgressionis. Est eñ adulterium crimen immane, lege damnatũ. Leui. 20. Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi sui, morte moriatur & mœchus & adultera. Committitur aũt bifariam. Primo, affectu. Matth. 5. Qui viderit mulierem ad concupescendũ eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Præscindere eñ voluit dominus à suis non tam actum enormem, q̃ affectus, ex quibus scatent quælibet vitia. Iob. 31. Si deceptũ est cor meũ super muliere, & si ad ostium amici mei insidiatus sum, scortum alterius sit vxor mea, & super illam incuruentur alij. hoc eñ nefas est & iniquitas maxima, ignis vsq; ad perditionẽ deuorans, & omnia eradicans germina. Prouer. 6. Qui adulter est, propter inopiam perdet animã suã. Secundo, actu. Iob. 24. Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens: non me videbit oculus: & operiet vultum suum. Perfodit in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi. Deut. 22. Si dormierit vir cum vxore alterius, vterq; morietur, id est, adulter & adultera, & auferes malum de Israel. Punit lex publica crimina, & quæ probari testibus possunt, aut eiusmodi sunt, q̃ tergiuersari actores nulla ratione possunt, vt auferat malum de medio populi, hoc est, ne impunito facinore, populus alioqui ad facinora procliuus, exemplũ mali sequatur, ac temporis diuturnitate peccata iudicentur non esse peccata. Prouer. 19. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit. Roma. 13. Principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex ea. Dei eñ minister est, tibi in bonum. Si aũtẽ malum feceris, time. Non eñ sine causa gladium portat. Dei eñ minister est, vindex in iram ei qui malum agit. Heb. 13. Fornicatores & adulteros iudicabit dominus. 1. Corin. 6. An nescitis quia iniqui regnum dei non possidebunt? Nolite errare, neq; fornicarij, neq; idolis seruientes, neq; adulteri regnum dei possidebunt. Apud iudicem Iesum peccatricem accusant, ipsi sceleratius peccatores. blande & reuerenter, sed corde doloso, Magister, inquiunt. Tales sunt multi vulpini obseruatores, deo odibiles, à quibus tunc magis cauendũ, dum amplius se humiliant & arrident. Eccl. 12. Ne credas inimico tuo in æternum, sicut enim æramentũ æruginat nequitia illius. Et si humiliatus vadat curuus, abijce animum tuum, & custodi te ab illo. Imo Hiere. 9. Vnusquisq; se à proximo suo custodiat, & in omni, fratri suo non habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & vir fratrem suum deridebit, & veritatem nõ loquentur. Docuerunt eñ linguam suã loqui mendacium. Sed Prouer. 1. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorũ. Cornuta quæstione dominũ pulsant, existimantes elabi ipsum non posse. Paulo ante dixerat se mitem, & ad hoc à patre missum, vt peccata remitteret, non vt peccatores damnaret. Iohan. 3. Non eñ misit deus filium suũ in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Si ergo pronunciasset agendũ secundum legem, habuissent occasionẽ eius autoritatem apud populum eleuandi, quasi secus ageret q̃ doceret. Sin vero absoluendam, quod futurum sperabant, haberent quod interpretarent crimen, legis violationem.

Adulteriũ quotuplici citer cõmittatur.

2 Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terrã. Cum ergo perseuerarent interrogantes, erexit se, & dixit eis: Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans, scribebat in terrã. Audientes autem hæc, vnus post vnum exibãt, incipientes a senioribus: & remansit solus Iesus, & mulier in medio stans.

Iesus igitur non recusauit iudicium delatum, quũ sit iudex omnium. Act. 10. Præcepit nobis prædicare populo & testificari, quia ipse est qui constitutus est à deo iudex viuorũ & mortuorum. nec ream addixit lapidatoribus iam accinctis, nec à causa liberauit, quæ pœnam commeruerat, sed silentio patrocinatus est ei, quæ rapiebatur ad pœnam, vt seruaretur ad pœnitentiam, ac resipisceret ad salutem. Scribebat in terram, docens nõ statim ad cuiusuis accusationem, procedendũ ad condemnationem, sed digito discretionis

Iesus cur in terrã scripserit.

& in-

& inquisitionis diligentius singula discutienda. Prouer. 31. Decerne quod iustum est, vin dica inopem & pauperẽ. Iob. 29. Causam quã ignorabam, diligentissime inuestigabam, conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. Secundo, ipso facto ostẽdit eos non in libro vitæ, sed in terra scriptos. Hiere. 17. Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te, in terra scribentur, quoniam dereliquerunt venam aquarũ viuentium dominũ. Non ergo abrogat Mosaicam legem, sed ostendit euangelicæ legis, cuius ipse conditor esset, clementiam. Hinc admonebat illos qui ream ad pœnam crudelem pertrahebant, vt in se desœnderent, & iuxta diuinã legem suã excuterent conscientiam, ac talem se quisq; exhiberet erga proximum lapsum, qualem experiri vellet deum iudicem erga se. Puniatur, inquit, peccatrix, sed non à peccatoribus: impleatur lex quam allegatis, sed non à transgressoribus legis. Deut. 16. Iuste quod iustum est exequeris. Gregorius: Qui prius semetipsum non iudicat, quid in alio rectũ iudicet ignorat. Matth. 7. Hypocrita, eiice primũ trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere festucam de oculo fratris tui. Ambrosius: Iudicet ille de alterius errore, qui nõ habet quod in semetipso condemnet: iudicet ille qui non agit eadem quæ in alio putauerit punienda, ne cum de alijs iudicat, in semetipsum sententiam ferat. Roma. 2. In quo alterũ iudicas, teipsum condemnas. eadem em̃ agis quæ iudicas. Non ergo hoc dicto absoluit ream, sed omnium percussit conscientiam. Sic & respondit ijs qui nunciauerũt de nece Galilæorũ. Luc. 13. Putatis q̃ hi Galilæi præ oñibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non dico vobis, sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Iterũ scripsit in terra, tractũ aliquem figurans, quo illi veluti in speculo sua cernebant peccata. Beda: Christus rursus inclinans se, scripsit, vt vultum suum ab illis sua responsione confusis diuertendo, daret exeundi libertatem. Metuebat autem sibi quisq; mali conscius, ne Iesus cui videbant etiam occulta non esse incognita, proderet in publicum ipsorum facinora. Nam qui inter eos videbantur religionis ac iustitiæ columina, hi maximis vitijs intus madebant. Cum ergo audissent, & à conscientia redarguerentur, exierunt singulatim à senioribus vsq; ad postremos, & relictus est Iesus solus sine accusatoribus, & mulier in medio, nescia quid dñs de ea iudicaret. Prouerb. 28. Fugit impius nemine persequẽte: iustus aũt quasi leo confidens, absq; terrore erit. Sap. 17. Cum em̃ sit timida nequitia, data est in omnium condemnationem, semper em̃ præsumit sæua perturbata conscientia.

Erigens autem se Iesus, dixit ei: Mulier, vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit? Quæ dixit: Nemo domine. Dixit autem Iesus: Nec ego te condemnabo vade, & iam amplius noli peccare. 3

Remanserant simul iudex & rea, misericordia & miseria. stat mulier trepidans quidẽ ex conscientia, sed læta ex fiducia quã hactenus conceperat erga patrocinantem Iesum. Tandem erectus Iesus, vbi videt solitudinem & mulierẽ solam ac trepidã, blande compellat illam. Nec ego, inquit, futurus sum illis inclementior, vt qui seruandis omnibus venerim, condemnẽ quã illi reliquerunt indemnatam. 1. Timo. 1. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Ezech. 18. Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit dñs deus, & non vt conuertatur à vijs suis, & viuat? Quia nolo mortem morientis, dicit dominus, reuertimini & viuite. Absoluit ream, condonauit noxã, sed nõ hic finiuit sententiam, quin potius addidit: Caue ne recidas in idip̃m, sed magis cura vt viuas iustitiæ, radices peccati eradices, occasiones fugias. Roma. 6. Liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. sicut em̃ exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati à peccato, serui autem facti deo, habetis fructum vestrũ in sanctificationẽ, finem vero vitam æternã. Hoc exemplo dominus Iesus docuit eos, qui se pastores populi & euangelicos doctores profitentur, quanta lenitate, quantaq; mansuetudine debeant vti aduersus eos qui per infirmitatem prolabuntur in peccatũ, quum ipsi nonnunquam magis egeant dei clementia, q̃ illi in quorum errata sæuiunt: aut si non tenentur paribus vitijs, certe non sunt omnino puri ab omni vitæ macula. Prouer. 20. Quis potest dicere, mundũ est cor meum? purus sum à peccato? certe per humanam imbecillitatem in omne vitiũ prolabi possunt. Gala. 6. Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos q̃ spiritales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, & ne tu tenteris. 1. Cor. 10. Itaq; qui se existimat stare, videat ne cadat. Iudex tamen qualisqualis sit,

si secundū legem iudicat, bene iudicat. Non em̄ iudex sententiam profert, sed lex. sed videat ne legē torqueat corruptus amore, munere, odio vel timore. Peccat tñ, seipsum non examinando & corrigendo in his quæ in alijs damnat. Vbi aūt & accusatores & testes suam causam destituunt, magis de calumnia sunt condemnandi, q̄ de intentato crimine reus. Sic Daniel duos senes lapidibus fecit obrui. Susannam falso de adulterio accusantes & in probatione deficientes, Danie. 13.

Iudex q̄n & bene iudicando peccet.

## ¶De sermone in gazophylacio.

## ARTICVLVS XV.

Iohan. 8 I

ITerum ergo loquutus est eis Iesus, dicēs: Ego sum lux mundi. qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.

Ostendit machinantium dolos sese non latere, & vitæ lumen sequentibus ministrare, ne in tenebris errorꝫ remanentes, ad perpetuas pergant tenebras. Psalm. 81. Nescierunt neq; intellexerunt, in tenebris ambulant. 1. Iohā. 2. In tenebris ambulat, & nescit quo vadat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Sic ambulauerunt de quibus Sap. 5. Errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ nō est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis & perditiōis, ambulauimus vias difficiles, viam aūt domini ignorauimus. Ob id oportuit lucem quandā nobis præmonstrare & diffundere, quæ illuminaret, purgaret intus atq; perficeret. Obserua lucem duplicem. Vna corporea. Gene. 1. Fiat lux, & facta est lux. Altera spiritualis, nullis obfusa tenebris. 1. Iohā. 1. Deus lux est, & tenebræ in eo nō sunt vllæ. semper splendescens & ardens, seq; ipsam pro suo arbitratu diffundens, accōmodansq; mentibus hominū, modo seipsas non grauentur vicissim oblatæ gratiæ acōmodare. Iohan. 1. Erat lux vera, quæ illuminat omnē hominē venientem in hunc mundum. Triplicem ob causam se dicit lucem non particularem, sed omnium hominū. Nam quod sol est toti orbi, id ipse omnibus hominibus. Primo illuminat, tenebras depellendo. Quanquam lex immaculata, quanquā domini præceptum lucidum illuminans oculos, Psal 18. euangelicæ tamen gratiæ comparata, vmbra sunt. Hebræ. 10. Vmbram habens lex futurorꝫ bonorum. Hinc Esa. 40. Surge, illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuū, & gloria domini super te orta est. Gentes vero infidelitatis tenebris obcæcatæ erant. Ephe. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autē lux in domino. Esa. 49. Dedi te in lucem gentium. 1. Iohan. 2. Tenebræ iam transierunt, & verum lumen iam lucet. Secundo viuificat, calorem præbendo. Sicut em̄ sol vitam ac vigorem præbet omnibus corporibus, multo præsentius Christus præstat animabus. Iohā. 1. Et vita erat lux hominū. Phil. 4. Omnia possum in eo qui me confortat. Deus noster ignis cōsumens est. Deut. 4. Vnde scoriam peccati nostri & cōcupiscentiam, qua inuoluti sumus, exurit & purgat. Nostrū est, accedere ad solem & radiantē & excalescentem. Psal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestræ non confundentur. Tertio dirigit, viam demonstrando. Psal. 42. Emitte lucem tuā & veritatem tuā, ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctū tuum. Filij Israel columnam ignis sequentes per noctem, & nubis per diem, per desertū in terram promissionis peruenerunt, Exo. 13. Sic qui sequuntur Christum, non hærent amplius tenebris errorum & criminum, sed purgati à vitijs, & illustrati euangelica doctrina, habebunt lucem verā, quæ vitam præstat animæ. Psal. 35. In lumine tuo videbimus lumen. Sed 1oh. 3. Lux venit in mundū, & dilexerunt homines magis tenebras q̄ lucem. Prouer. 4. Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruant. Psalm. 34. Fiant viæ illorum tenebræ & lubricum, & angelus domini persequens eos. Non enim sequuntur Christum, & ideo pertingent ad tenebras gehennæ, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Iob. 10. Hinc. 1. Iohā. 2. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Taxat etiam dominus pharisæos, q̄ in errore & tenebris essent, & clam dolos struerent, ministros & Nicodemū commendans, q̄ libere veritatem dixissent, & in luce essent.

Lux duplex.

Tripliciter Christū lucem esse.

2 Dixerunt ergo ei pharisæi: Tu de teipso testimoniū perhibes, testimoniū tuum non est verꝫ. Respondit Iesus & dixit eis: Etsi ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum: quia scio vnde veni, & quo vado: Vos autem nescitis vnde venio, aut quo vado. Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquam. Et si iudico ego, iudicium meū verꝫ est,

quia

quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater. Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me pater. Deut. 17

Arguunt Christum mendacij & ostentationis, perinde atque seipsum commendaret. Tu, inquiunt, ipse tibi testis es, ac magnifice de te prædicas, sed nemini de se testificanti credi debet. Arrogantis est, non veracis, suam iactare gloriam. Prouerbio. 27. Laudet te alienus, non os tuum: extraneus, non labia tua. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem deus commendat, 2. Corinth. 10. Intelligitur de laude ad seipsum relata, non ad dei gloriam, vel proximorum vtilitatem. Sic enim & Paulus sese commendat. 2. Corinth. 12. Seipsum q̃ tenus laudare quis possit

Ostendit autem dominus testimonium suum verum, ex duobus. Primum, quia deus, qui nec mentiri nec fallere potest. Numer. 23. Non est deus quasi homo vt mentiatur, neque vt filius hominis vt mutetur. Testimonium vero firmitatem habet ex certitudine cognitionis, & rectitudine affectionis: & ideo hominis testimonium de seipso non est firmum, quia & si sese cognoscat, frequenter tamen inordinate afficitur ad seipsum: quare & quandoque sibi placet vbi alijs displicet, quod in Christo locum non habuit. Vnde ait Iohan. 3. Quod scimus, loquimur: & quod vidimus, testamur. Ad hoc ergo tam atrox conuicium, sed quod magis officere poterat saluti multitudinis, quàm ipsius nocere gloriæ, Iesus seuere respondit: Illorum testimonium oportet in dubium vocare, qui quum nihil aliud sint quàm homines, & ex humano sensu de se prędicant, falsi possunt, & volentes etiam mentiri possunt: in me non eadem ista cadunt. Nihil enim ex meipso loquor, sed ex eo vnde sum missus: nec alio tendo, quàm ad illius illustrandam gloriam. Ille mentiri non potest, & illius vnius testimonium sanctius est omnibus humanis testimonijs. Vos non dignamini aperire oculos, vt cognoscatis verum lumen. Psalm. 35. Noluit intelligere vt bene ageret. Idcirco non potestis de me bene iudicare, cum non agnoscatis me, quem purum hominem existimatis. Iudicium vestrum, quoniam nõ proficiscitur à deo, sed ex humanis cupiditatibus, corruptum est & falsum: quia non à deo, sed homine veniſſe me creditis. Chrysostomus: Secundum carnem viuere, est male viuere. Romanorum. 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini. ita secundum carnem iudicare, est male iudicare. Iohannis. 7. Nolite secundum faciem iudicare, sed iustum iudicium iudicate, id est, Nolite me solum hominem æstimare ex carnis imbecillitate, sed intus perpendite diuinitatis energiam quam caro abdit. Ego interim non iudico quenquam, nondum enim iudicij tempus est, sed conferendæ salutis. Etenim condemnati essetis, siquidem voluissem iudicare, quia non sum sine teste & coniudicante. Iohannis. 8. Qui misit me, mecum est, & non reliquit me solum. Non enim exercuit iudicium condemnationis in primo aduentu. Iohannis. 3. Non enim misit deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum, sed iudicium discretionis & correctionis, ad emendationem, & non ad pœnam. Iohannis. 9. In iudicium ego in hũc mundum veni, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant. In secundo aduentu apparebit iudex viuorum & mortuorum. Iohannis. 5. Pater omne iudicium dedit filio. Secundum, quia non solus ipse, sed & pater testimonium perhibuit. Ego, inquit, testimonium perhibeo de meipso, sed ex autoritate patris, qui & ipse testimonium perhibet de me: nec aliud de me pronuncio, quàm ille testificatus est qui me misit in mundum, vt testis sim veritatis quam ille solus nouit. Iohannis. 18. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Quod si quæritis, quando pater testificatus sit de me, testificatus est in lege vestra, cuius vocẽ agnosceretis, si quod scriptum est incorruptis animis intelligeretis. Iohannis. 5. Scrutamini scripturas, illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Romanorum. 3. Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est, testificata à lege & prophetis. Iustitia aũt dei per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes qui credunt in eum. Item apud Iordanem Matth. 3. Et ecce vox de cælis, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Cæterum ipsis factis quæ videtis ab illo geri per me. Iohan. 5. Opera quæ dedit mihi pater vt perficiam, ea ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia pater misit me. Iohan. 14. Pater in me manens, ipse facit opera. Denique quum tempus erit, euidentioribus testimonijs me glorificabit. Constringit hac ratione eos vel esse legis præuaricatores, vel ad credendum, velint nolint, cogi ex lege. 1. Iohannis. 5. Si testimonium hominum accipimus, testimonium dei maius est. Obserua, duorum hominum testimonium esse idoneum, nõ tamen semper verum: ficut claret in lapidatione Naboth. 3. Regum. 21. in condemnatione Susannæ, Danielis. 13. in passione Christi, Matthæi. 26. Duorũ testimonium quale

5 Dicebant ergo ei: Vbi est pater tuus? Respondit Iesus: Neque me scitis, neque patrem meum. Si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. Hæc verba loquutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo, & nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora eius.

Quoniam audierant Iudæi nomen patris vnde missus esset, & cuius autoritate se communiret, demirantur si de Ioseph fabro, cuius filius tum vulgo credebatur, tam magnifice prædicaret. Si de illo nõ sentiebat, cupiunt expiscari, quisnam esset alter ille pater, vnde veniisset, & ad quẽ iret. Patrem, inquiunt, tuum nouimus obscurũ & ignobilem, q & mentiri potest, quum homo sit, Ioseph: quis est ille, de quo talia iactitas? Christus eorũ animos quia calumniandi gratia quærebant, suspensos relinquit, quia talibus nõ est semper ad votum respondendum. Prouer. 26. Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris similis ei. Neq; me nostis, inquit, neq; patrem meum: & dum me nosse non vultis, nec patrem nosse potestis, nec honorare, etiam si putetis. Iohan. 14. Philippe, qui videt me, videt & patrem meum. Nam Christus expressa imago est patris. Hebr. 1. Qui quum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius (Colossen. 1. Qui est imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ. Iam quum ita sit comparatum, vt ea quæ reciproce & relatiue referũtur, ita se habeant, vt alterius cognitio ex altero pendeat, & ignorãtia vnius, alterius inducat ignorantiam: consectaneum est, pharisæos ne Christum qdem cognouisse, si diuinam spectemus naturam, quanquam ex operibus hanc dignoscere potuerint, quemadmodũ eis non semel improperauit dominus, quare nec patrẽ. Nullam ergo diuinam personam nouerũt secundũ esse relatiuum, sed secundum esse absolutum, quoniam nouerant deum per fidem qui est substantialiter diuina persona ac trinitas tota. Psalmo. 75. Notus in Iudæa deus, in Israel magnum nomen eius. Hæc verba locutus est in loco oblationum pro templo, publico, indicans sanam doctrinam nõ in angulis, sed publicitus esse tradendam. Pulchre aũt cõclusit: Si me sciretis, & patrẽ meũ vtiq; sciretis, qa cognitio vnius, depẽdet ex cognitione alterius. Erat autem diuinæ virtutis opus stipatum hostibus, illæsum in medio illorũ manere & intactum, maxime quum essent illi, & ante pascha insidiati: nõ enim illis deerat impia volũtas, sed dei nutu non erat data facultas. Nõ em̃ hæc illorũ erat hora, qua permittendi erant sæuire in Christum, sed altera supererat adhuc, quam præoccupare nemo potuit. Quo & nos consolatur, vt certi simus, ne capillum qdem de capite nostro posse moueri, nisi bona dei voluntate permittẽte, Matt. 10. Sic nec in Iob, nisi potestate à deo accepta, satã p malos hoies in substantiã, nec p se in corpus desæuire potuit, Iob. 1.

¶ De sermone ob quem ipsum lapidare voluerunt.

ARTICVLVS XVI.

Iohan. 8. K

DIxit ergo iterum eis Iesus: Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Quo ego vado, vos non potestis venire. Dicebãt ergo Iudæi: Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit, quo ego vado, vos non potestis venire.

Ostendit in quàm pernicioſum exitium mentis obstinatio hominem perducat, nempe ex morte culpæ in mortem gehennæ. Prouerb. 18. Impius quum in profundum peccatorum venerit, contemnit, sed sequitur eum ignominia & opprobrium. Hiere. 5. Domine, oculi tui respiciunt fidem. Percussisti eos, & non doluerunt: attriuisti eos, & renuerũt accipere disciplinam. Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Ego autem dixi: Forsitan pauperes sunt & stulti, ignorantes viam domini, & iudicium dei sui, ibo ergo ad optimates, & loquar eis: ipsi enim cognouerunt viam dñi, & iudicium dei sui. Et ecce magis hi simul confregerũt iugum, ruperunt vincula. Obticescentibus igitur Iudæis, sed impias ac parricidales cogitationes in animo voluentibus, perrexit Iesus loqui, tacite percutiens illorũ conscientias, quo vel sic resipiscerent, quum vel ita agnoscerent illi nihil occultum esse, quod homini puro nunquàm datum fuit. Hiere. 17. Prauum est cor hominis & inscrutabile, qs cognoscet illud? Ego dominus scrutans cor, & probans renes, q do vnicuiq; iuxta viam suam, & iuxta fructum adinuẽtionum suarum. Nullius, inquit, impietas impedire potest quod ago iussu patris mei: quo peracto, vado ad eum qui misit me. Luc. 22. Et filius qdem hominis secũdum quod definitum est, vadit: veruntamen væ homini illi per quem tradetur. Ecce modus eundi ad patrem. Sæpe autem id eis prædixit, monstrãs

monstrans quod præsciat suam mortem: & q̃ non illorum sit virtutis opus crux, sed eiusdem voluntatis suæ. At tum frustra quæretis me, & absentem desiderabitis, quem præsentem inecessitis, & ei inuidetis. In hodiernum enim vsq; diem Iudæi Messiam quærunt, sed non inuenient nisi illum, & ideo in peccato suo moriuntur. Non enim quærunt sicut debent, ob salutem animarũ, sed temporale bonum, sicuti ipsum quæsierunt, vt facerent regem, Iohan. 6. qua spe fraudati, ipsum recipere noluerunt per fidem, sed magis persecuti sunt, quare in peccato infidelitatis mortui fuerunt morte culpæ. Sapiæ. 16. Homo per malitiam occidit animam suam. Romañ. 6. Stipendia peccati, mors. Hinc morte gehennæ. Prouerb. 11. Mortuo homine impio, nulla erit vltrà spes. Psal. 33. Mors peccatorum pessima. Psalmo. 48. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. Necnon complures cum hoc morte naturæ violenta per gladium, famem, & pestem tempore obsidionis. Qui autem dominum nunc quærunt in veritate, inuenient illum. Psal. 68. Quærite dominum, & viuet anima vestra. Alioqui postea cum fatuis virginibus quærent, & non inuenient, Matth. 25. Ego ergo, inquit, vado, non quò vestra compellit impietas, sed volens vado, quo vos non poteritis insequi. Ostendit q̃ resurrecturus sit in gloria, & confessurus ad dexteram patris: ipsos vero, quàmdiu tales essent, sequi nõ posse. Hierem. 5. Peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis. Qui enim Christum non sequũtur per crucis ignominiam, postea non sequentur per resurrectionis gloriam. Matth. 16. Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Luc. 14. Qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Passionati vero & inuidi, omnia in peius interpretabantur. Augustinus: Stulta verba, nunquid interficiet semetipsum? Quid enim? Non poterant illi venire quo ipse perrexisset, si interfeciisset semetipsum? Nunquid non ipsi erant morituri? Dicebat ergo non de morte, sed gloria ad quã ibat per mortem. Luc. 24. Oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam.

Quomodo Iudæi Christum quærant, nec inueniant.

Et dicebat eis: Vos de deorsum estis, ego de supernis sum: vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non crediderit is, quia ego sum, moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dicit eis Iesus: Principium qui & loquor vobis.

Ad tam crassum & impium murmur, Iesus omnium cogitationum conscius, ita respõsum attemperat, vt quod diceret, non intelligeretur, nisi peracta morte, ac resurrectione, & in cælum ascensu. Vos, inquit, ex hoc mundo profecti, mundum sapitis, & iuxta carnalem sensum mundi loquimini: quia infimis inhærentes, cor ad superna leuare non valetis. Iohannis. 3. Qui de terra est, de terra est, & de terra loquitur. 1. Iohan. 4. Ipsi de mundo sunt, & de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Ratio, quia (Iohannis. 14) spiritum veritatis mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. 1. Iohan. 5. Totus mundus in maligno positus est. Ego non sum ex hoc mundo profectus, quare nihil terrenum & mundanum sapio. Augustinus: Quomodo esset de mundo, per quem factus est mundus? Hebræor. 1. Per quem fecit & secula. Ego è supernis sum. Iohannis. 16. Exiui à patre, & veni in mundum, ac sublimiora loquor, quàm vt vos possitis assequi, nec assequemini vnquàm, nisi relicta incredulitate dociles vos præbueritis. Quod si pertinaciter recusetis credere, me esse illum, per quem pater velit omnes vitam ac salutem consequi, vestra culpa moriemini in peccatis vestris. Nam suo vitio perit, qui salutẽ gratis oblatam obstinatè reijcit: & sibi mortem asciscit, qui vitæ fontem aspernatur. Obserua, aliud esse mortuum pro peccato, hoc soli Christo competit. 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis. Aliud peccato, sic omnes esse debemus. Roma norum. 6. Existimate vos mortuos esse peccato, viuentes autem deo in Christo Iesu. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? Non ergo regnet peccãtum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius. Vnde ait Galat. 2. Viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Christus. Aliud in peccato, sicut obstinati; sicut & hic. Iohannis. 3. Qui non credit, iam iudicatus est, non propter hoc tantum quod non credit, sed & quia priora peccata habens moriatur. Quia dixerat ipsos morituros in peccato, nisi crederent, quærunt quis sit, quanquam animo maleuolo. Sed non omni spiritui credendum, sed probandum an ex deo sit. 1. Iohannis. 4. Et qui cito credit, leuis est corde. Eccle siastici. 19. Hoc tamen in seruatore locum non habuit, quum ex doctrina & operibus satis compertum haberent ipsum ex deo esse. Hinc infert quis sit. Principium, inquit, qui & loquor vobis, quo se ostendit deum. Genesis. 1. In principio fecit deus cælum & terram.

Mori peccato in peccato, & pro peccato q differant

Apocal.

Principiū qui hic sumatur

Apocal.1.Ego sum alpha & o,principium & finis. Sed quia principium hic aduerbium est,id est,primo vel principio,nec est qui, sed quia vel quòd,potest esse sensus: Hoc primo loco dicam,is sum qui loquor vobiscum. nam cætera indigni estis qui audiatis. Aut sic: Primū id sum quod etiam dico vobis. Non explico,quid sum,indignis,hoc primum dico,me missum esse à patre,& præconem vitæ, id quod iamdudum dico vobis. Tertius sensus potest accipi,vt hæc cohæreant cum his quæ proxime sequuntur.

Multa habeo de vobis loqui & iudicare,sed qui misit me,verax est,& ego quæ audiui ab eo,hæc loquor in mundo. Et non cognouerunt, quia patrem eius dicebat deum. Dixit ergo eis Iesus: Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum, & a meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater,hæc loquor. Et qui misit me,mecum est,& non reliquit me solum,quia quæ placita sunt ei, facio semper.

Primū ob hoc ipsum quod loquor vobis,quo beneficio vos præbetis indignos,multa habeo quæ de vobis dicam,hoc est,multa sunt de qbus vos accusem & condemnem, plura habiturus,si dicam qs sim. Hoc autem accessisset ad cumulum damnationis,cū hæc ipsa quæ audierant,inflamment illos ad consilium occidendi. In hunc ferme sensum edisserit Chrysostomus,& eum secutus Vulgarius. Augustinus: Supra dixerat,non iudico quenq̄, sed aliud non iudico,aliud habeo iudicare. Non iudico,dixit,ad prēsens: non enim exitiū hominum sitio,sed salutem. Luc.9. Filius hominis non venit animas perdere,sed saluare. Alioqui multa possum lequi de vobis,multisq̄ nominibus vos condemnare,sed non ita visum est patri, qui me misit in mundum,non vt ex malis fiant peiores,sed vt qui mali sunt resipiscant ad salutem. Et quia verax est,verum est & iudiciū meum, & vera sunt quæ loquor,quæ conducunt seruandis hominibus,non perdendis. Quod si quis perit,suo vitio peribit,qui salutem oblatam sibi inuiderit. Habet dominus multa de nobis loqui & iudicare,quæ nisi nos iudicauerimus,in futuro ipse cum acceperit tempus, iudicabit.1.Cor.11. Quod si nosmetipsos iudicauerimus,non vtiq; iudicabimur. Nam Roma.14. Vnusquisq̄ pro se rationem reddet. Tam autem erat crassa Iudæorum cæcitas, vt quum toties memorasset patrem suum,vnde missus esset, & ad quem iret,& vnde testimonium haberet, & vnde audisset quæ loqueretur, nondum tamen intelligerent, quia patrem eius dicebat deum, loquens de patre cælesti, quod nihil adhuc in eo credere poterant supra hominem.1.Corinth.2. Animalis homo non percipit ea,quæ sunt spiritus dei. Postquam multa signa fecit eis, & non crediderunt, nec attraxit illos,nunc de cruce cum eis loquitur,reducens eos ad modum cognitionis & conuersionis, ænigmate subindicans futurum, vt per illos volens in crucem suffigeretur. Quum exaltaueritis, inquit,filium hominis, tunc demum intelligetis qui sim,post aquam extinctum putabitis,& vos extra omnem solicitudinem & metum fore,& à me liberatos, tunc denique cognoscetis virtutē meam,q.d. Prius implenda passio per manus vestras,post ex vobis credēt,ne quis desperet de quantocunque crimine,& increduli inexcusabiles sint. Hinc centurio cum suis ait Matth.27. Vere filius dei erat iste,& Luc.23. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud,& videbant quæ fiebant,percutientes pectora sua, reuertebantur. Hinc in die pentecostes prædicante Petro,conuersæ sunt circiter,3000. animæ. Actu.2. Multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei,Act.6. Quemadmodum autem pater gignendo dedit illi vt esset,sic & vt nosset: quoniam in ipso sunt omnes thesauri sapientiæ absconditi,quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter,Coloss.2. Chrysostomus: Ne autem æstimetur hoc quod dicit,qui misit me,minoratiōis esse,dicit,mecum ē. Nam hoc quidem dispensationis,scilicet missio: hoc vero deitatis est,scilicet mecum est. Non enī quo misit filium,ibi non erat pater qui dicit,Hieremię.23.Nunquid non cęlum & terram ego impleo,dicit dominus? Iohan.14. Non credis, quia ego in patre, & pater in me est? Quia autem ipsum dicebant violatorem sabbati.(Iohan.5.) & ob id non à deo, ostendit contrarium. Optima fide,inquit,fungens legatione mea,quæ ille mandauit,perpetuo facio,nunquam dissentiens à placito patris mei. Dauid ac Moses quos suspicitis,multa loquuti,multa fecerunt ex voluntate dei, sed ĩdem offenderunt nonnunquàm illum factis suis. Ego quæ illi placita sunt,facito sem. p Gloss. Huic obediēs fuit vsque ad mortē crucis. Philippen.2. Psalmo.39. In capite libri scriptum est de me, vt faciam deus voluntatem tuam,deus meus volui. Iohan. 14. Sicut mandatum dedit mihi pater,sic facio. Concordia autem in opere, vnionis & amoris extat indicium. Iohannis quinto: Pater meus vsque

modo

modo operatur,& ego operor. O quàm felix qui hoc dicere posset, sed non est nisi vsq; ad vnum Christum. Iaco.3. In multis offendimus omnes.

Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.

Hæc salubria docente domino, multi crediderunt in eum. Fides bonoꝝ etiam illa credit, quæ non intelligit, phariſæorum malitia semper erat in peius profectura.

Dicebat ergo Iesus ad eos, qui crediderunt ei, Iudæos: Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Respondérunt ei: Semen Abraæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam. Quomodo tu dicis, liberi eritis? Respondit ei Iesus: Amen amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum, filius manet in æternum. Si ergo vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Iohan.8 L

Ostendit quàm miserum reddat hominem peccatum & peruersum: contra, quàm felicem, benignum, & obsequentem iussis diuinis, gratia. Quia recesserant prius, qui credebantur discipuli esse, ideo nunc ad eos, qui crediderunt, dicit: Si manseritis perseueranter perficiendo quæ iubeo, nõ ficte, discipuli mei eritis. Iohan.15. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Iohannis.15. In hoc clarificatus est pater meus, vt fructum plurimũ afferatis, & efficiamini mei discipuli. Alioqui Luc.6. Quid autem vocatis me, domine domine, & non facitis quæ dico? Duplicem ostẽdit fructum. Primus est veritatis cognitio nunc per fidem, & post per speciem. 1. Cor.13. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Iohan.14. Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Quanto conatu incassum laborarunt philosophi vt veritatem agnoscerent? euanuerũt enim in cogitationibus suis dicẽtes se esse sapientes, stulti facti sunt, Roma.1. Ideo admonet Eccũs.1. Fili, concupiscens sapientiam, conserua iustitiam, & deus præbebit illam tibi. Secundus, libertatis consecutio, ad quam omnis creatura aspirat. Iudæi non intelligentes quòd Iesus sentiret de libertate doctrinæ euangelicæ, quæ nõ mutat statũ fortunæ, corpus eximẽs à iure heri, sed animum liberat à vitijs, à tyrannide diaboli, à iugo legis iuxta carnẽ obseruandæ, responderunt: Nos posteritas Abraæ sumus, ingenui & ex ingenuis prognati, nec vlli vnquam seruitutem seruiuimus. Quam igitur libertatem tu nobis promittis, quasi serui simus manumittendi? Nusquam memores sunt operum suorum, quia reprehensibilia, sed patrum, perinde quasi magnum esset ẽ sanctis prognatum esse, quum apud deũ nobiles sint, qui vndecunque prognati, sanctorum mores referunt. Proinde quum Iesus illos duobus nominibus taxasset, & quod veritatis essent ignari, & quod seruitutem seruirent, prius dissimulant, & ad id quod leuius ac minoris momenti, stomachantur. Siquidẽ ignorantia veri, mentis est vitium: seruum esse, fortunæ malum est, non animi. Nec pudet eos publici mendacij, seruierunt eñ, quoties in seruitutẽ ducti. Aegyptijs Exo.3. & .6. Ego dominus qui educam vos de ergastulo Aegyptiorum, & eruam de seruitute. Sic Babylonijs. 4. Regũ.25. Imo in propria terra diuersis seruierunt gentibus, vt patet in libro Iudicum. Et. 4. Regum, & protunc Romanis. Vnde Iohan.19. Non habemus regem, nisi Cæsarem. Sed impudentissimi dum dominum mendacij arguere conantur, nec possunt, mendacijs implicantur. Pius autem dominus cupiens ipsos veræ reddere libertati, benigne instruit. Is, inquit, vere liber est & ingenuus, qui nulli turpitudini est obnoxius. Cæterum quisquis addictus est peccatis, seruus est peccati. Duplex hic insinuat seruitus. Corporalis, quæ est præter naturam. Est enim constitutio iuris gentium, qua quis domino alieno contra naturam subijcitur. Serui inde dicti, quod captiuos Imperator vendi iuberet. Vnde serui quidam fiunt, qui ex captiuitate seruantur secundum leges, vel seipsos vẽdunt secundum legem Mosi Leui.25. Aut qui ex ancillis generantur. Hæc seruitus, quoad deum, in conscientia nihil adfert impedimenti. Ambrosius: In Christo bona seruitus, & bona libertas, æqua lance appenduntur. Colosseñ.3. Expoliantes vos veterẽ hoiem cum actibus suis, & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem dei, secundum imaginem eius qui creauit eum, vbi non est gentilis & Iudæus, circuncisio & præputium, barbarus & Schyta, seruus & liber, sed omnia & in omnibus Christus. 1. Cor.7. Vnusquisq; in vocatione qua vocatus est, in ea permaneat. Seruus vocatus es? non sit tibi curæ, sed & si potes fieri liber, magis vtere. Qui enim in domino vocatus est seruus, libertus est domini. Similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi. Quo ad hoies tamẽ, semp ignobilis fuit & culpa-

Duplex q dã fructus

Duplex ser uitus.

& culpabilis. Vnde Noe filium suum seruituti subiecit, eo quòd verenda patris non obtexit. Gene. 9. Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis. Hinc maluerunt plurimi morti succumbere, quàm in seruitutem redigi. 1. Reg. 4. Confortamini & estote viri Philistini, ne seruiatis Hebræis. Vnde in opprobrium sempiternum, seruus nolens vti libertate per legem concessa, sed manere in seruitute cum domino, aurem subula perforabatur, & erat seruus perpetuus, Exod. 21. De hac Iudæi hic loquebantur. Altera: Spiritualis, peccati scilicet, quam dominus hic notat, qua quis peccato subijcitur, à vitio vincitur, & secundum impetum prauæ inclinationis mouetur. Sic carnales, serui dicuntur corruptionis. 2. Pet. 2. A quo quis enim superatus est, eius & seruus est. Hæc est seruitus damnabilis, quia gratia hominem priuat. Roman. 6. An nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam? Augustinus: Seruus peccati quocunq; fugit, secum trahit se, quocunq; fugerit. Non fugit seipsam mala conscientia, non est quo eat, sequitur se, imo non recedit à se, nec lumine gratiæ illustratur. Sapiæ. 1. In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate. Ad malum inclinat. Quisquis enim addictus est peccatis, is diabolum habet dominum, & huius arbitratu ducitur, agitur q;. Hiere. 16. Seruietis dijs qui non dabunt vobis requiem die ac nocte. Prouerb. 5. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Vnde Apostolus. 2. Timot. 2. Seruum domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati, ne quando deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. Tertio, ab æterna hæreditate segregat. Seruus enim tametsi pro tempore quædam agit in domo, tñ qm̃ seruus est, nõ hæres, non habet ius perpetuum, sed exigitur domo quum visum est domino. Domus dei, ecclesia est. 1. Timo. 3. In fine autem boni à malis separabuntur. Matth. 13. Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. O misera & dura seruitus. Sed heu plus hæc seruitus placet quibusdam, quàm iugum domini suaue & onus leue. Matth. 11. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Vnde dominus conqueritur, Hiere. 2. Scito & vide, quia malum & amarum est, reliquisse te dominum, & non esse timorem eius apud te, dicit dominus deus exercituum. A seculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti: Non seruiam. Ob hanc seruitutem lex data est. Galat. 3. Quid igitur lex? propter transgressionem posita est. Quæ in seruitutem generauit, Gala. 4. Hinc Hebræo. 3. Et Moses quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquàm famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant. Christus vero tanquàm filius in domo sua. Vnde spem nobis tribuit & fiducia, qui peccatores sumus. Nam ipse filius dei naturalis, hæres est & dominus domus, perpetuum habens ius in domo: nec ipse solum vere liber est ab omni seruitute. 1. Petr. 2. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, verum etiam alios potest libertate donare. Solus inter mortuos liber, Psal. 87. dicere potuit, Io. 14. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Quos ergo filius liberat ab erroribus & peccatis, plene liberi redduntur. Gala. 4. Itaq; iam non est seruus, sed filius. Quod si filius, & hæres per deum. Sed quomodo? Apocal. 5. Redemisti nos deo nostro in sanguine tuo. 1. Pet. 1. Non enim corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatiõe paternæ traditionis, sed precioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incõtaminati. Consistit igitur libertas euangelica in eo, vti quis per Christum à peccato sit alienus. Huius initium fit in baptismo, vbi inserimur Christo per fidem: perfectio vero, per charitatem & opera bona. Ephesi. 2. Ipsius enim sumus factura, creati in operibus bonis, quæ præparauit deus vt in illis ambulemus. Augustinus: Non dicat Christianus, liber sum, in libertatem vocatus sum, faciam quod volo, nemo me prohibeat à voluntate mea, si liber sum. 2. Corint. 3. Vbi spiritus domini, ibi libertas. Si ista voluntate peccatum facis, seruus es peccati. Noli ergo libertate abuti ad libere peccandum, sed vtere ad non peccandum. Erit enim voluntas tua libera, si fuerit pia. 1. Petri. 2. Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui dei. Gala. 5. Vos enim in libertatem vocati estis fratres. tantum, ne libertatem in occasionem detis carnis, sed p charitatem spiritus seruite inuicem. Ideo Roman. 6. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius. Peccatum enim vobis non dominabitur. Non enim estis sub lege, sed sub gratia. Roman. 7. Itaq; fratres mortificati estis legi per Christi

Seruitutis spiritualis mala quæ.

Christi corpus, vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, vt fructificetis deo. Cessauit enim lex quo ad crassas cæremonias & iudicialia. Gala.3. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictũ, quia scriptum est Deut.21. Maledictus omnis qui pendet in ligno, vt in gentibus benedictio Abraæ fieret in Christo Iesu, vt pollicitationem spiritus accipiamus per fidem. Plenam vero atq; perfectam libertatem non prius adipiscemur, q̃ in regnum illud æthereum, in quo satiebimur à gloria vultus domini, translati fuerimus. Vanitati enim subiecta est creatura non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe, quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum dei, Roma.8. Quicunq; à seruitute peccati liber & alienus, qui spiritũ adoptionis accepit, in quo clamat: abba pater, Roma.8. manet in domo ecclesiæ in æternum: quia per fidem & charitatem, quibus nunc manet in ecclesia militanti, perueniet ad visionem & fruitionẽ, per quas manebit sine fine in ecclesia triumphanti. Psal.26. Vnam petij à domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ. Roma.8. Quicunq; spiritu dei aguntur, hi sunt filij dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterũ in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei, in quo clamamus, abba pater. Ipse enim spiritus reddit testimonium spiritui nostro, q̃ filij dei sumus. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem dei, cohæredes autem Christi. Sed obseruandum, q̃ est seruus non timore seruili, sed charitati seruiens, qui manet in domo, cui dicitur Matth.25. Euge serue bone & fidelis, quia in modico fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Sunt & filij vocatione & nomine, non re. Matth.8. Filij regni eijcientur foras. Esa.1. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Manifestum est, dominum hic non de humana loqui seruitute, quæ stare potest cum libertate euangelica. Nam verus euangelicus libere præstat quod debet & non coacte, quemadmodũ & Apostolus admonet dominis seruiendum, non vt hominibus ad oculum, sed vt deo, Colos.3. Vnde & dominus dicit Matth.22. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari. Sic & Paulus Christianis, quos in libertatem per Christum ascitos dicit, vt dominis obediant, præcipit Roma.13. Ephe.6. Serui, obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri. Claret secundo, q̃ ordinationes ecclesiæ quæ licet carni molestæ videantur, spiritũ tñ iuuant, vt sunt orationes, vigiliæ, ieiunia, & abstinentiæ, nõ sunt cõtra ecclesiasticã siue euãgelicã libertatẽ, sed eã promouẽt. Vnde in primitiua ecclesia erant perseuerãtes in orationibus & ieiunijs, Act.2.&.13. At nostris temporibus vbi refriguit charitas multorum, dedignamur colla submittere iustissimis legibus, quæ spiritum non priuant libertate sua, sed carnem magis domant ad obediendum spiritui. Non enim est hominis Christiani, perquirere quur imperetur, sed iustissimis ac salubribus iussis simpliciter obedire. Philip.4. Quæcunq; vera, quæcunq; iusta, quæcunq; sancta, quæcunq; amabilia, quæcunq; bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate, hæc agite, & deus pacis erit vobiscum.

Ordinationes ecclesiasticas nõ eẽ contrarias euangelicę libertati.

Scio quia filij Abraæ estis, sed quæritis me interficere, quia sermo meus nõ capit in vobis. Ego q̃d vidi apud patrem, loquor: & vos quæ vidistis apud patrem vestrum, facitis. Responderunt & dixerunt ei: Pater noster Abraam est. Dicit eis Iesus: Si filij Abraæ estis, opera Abraæ facite. Nunc aũt quæritis me interficere, hominẽ qui veritatem vobis loquutus sum, quam audiui a deo. Hoc Abraam non fecit. Vos facitis opera patris vestri.

Scio quia semen Abraæ estis secundum carnem, sed non imitatione. Ille iustus, miseri cors, & hospitalis fuit: vos homicidæ immisericordes, quæritis innocentem interficere. causam assignat, d. Quia sermo meus nõ operat in vobis, corda vestra apprehẽdendo & cõuertendo. Sicut hamus dũ à pisce capitur, capit. Abraã vero ad pręceptũ terrã suã exiuit, Gen.12. Filiũ offerre voluit, Gen.22 Autoritatẽ sermonis sui vindicat ex patre, quã naturali cognitione vidit. Vos mala q̃ diabolo suggerẽte cõcepistis, facitis. q.d. Hæc mini me faceretis, si meũ sermonẽ seruaretis, & filij Abraæ essetis imitatiõe. Impudici nõ habẽtes quid digne respondeant, solũ se de maiore autoritate iactitant. Quos dominus cõcludens, ait: Si vultis videri vere posteritas Abraæ, ac sanctissimi patris non degeres filij, factis vos declarate filios illius. Ille contra spem, in spem credidit. Roma.4. Gene.15. Credidit Abraam deo, & reputatum est illi ad iustitiã. Vos non solũ non creditis, sed & verba dei calumniamini. Ille nuncios dei hospitio recepit, vos vultis filium interficere. Gene.18 Nolite igitur vobis arrogare patrem Abraam. Eius quisq; filius est apud deũ, cuius mores & facta refert. Abit enim exemplum parentũ domi conspectum, in mores filiorũ. Vos

opera vitiosa apud patrem visa, facitis: mentiri, calumniari, occidere. Ecce quanta mala incurrunt contemnentes verbum Christi, quia instinctum sequuntur diaboli, ad omne malum impellentis.

Dixerunt itaq; ei: Nos ex fornicatione non sumus nati. Vnum patrē habemus deum. Dicit ergo eis Iesus: Si deus pater vester esset, diligeretis vtique me. ego em̄ ex deo processi & veni. Nec̄ em̄ a meipso veni, sed ille me misit.
5 Quare loquelā meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonē meum. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Cū loquitur mendacium, ex propr̄is loquitur: quia mēdax est, & pater eius. Ego autem si veritatem dico, quare non creditis mihi?

Quem, inquiunt, tu alium patrem nobis assignas, qui parētem adimus Abraam? Nos ex idololatria nō sumus (qua anima à deo separatur. Osee. 4. Fornicati sunt, & non cessauerunt, quoniam dominū dereliquerunt) prognati, liceat nobis de hoc gloriari quod est omnium Iudæor̄ commune, qui non solum sumus posteri Abraæ, verū etiam filij sumus dei. Dominus à cognatione Abraæ eijcit eos: at ipsi sic arrogantes sunt, vt seipsos etiam dei filios faciant. Audierāt Ezech. 36. Filius primogenitus meus Israel. Deut. 32. Nunqd non ipse est pater tuus, qui fecit, possedit, & creauit te? Esa. 64. Et nunc domine pater noster es. Sed Esa. 1. Filios enutriui & exaltaui, ipsi aūt spreuerunt me. Malach. 1. Filius honorat patrem suū, & seruus dominū suum. si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? & si dominus ego sum, vbi est timor meus? Hoc ergo responsum quoniam habebat impudentiam, (quid em̄ impudentius q̄ se iactare filios dei, qui sibi talium scelerū erant conscij, quiq; filium dei captarent ad necem, seuerius retrudit. Si deus, inquit, pater vobis esset, hoc est, si germani veriq; essetis Israelitæ, me nimirū diligeretis velut fratrem, & cōmuni parente prognatū, ac patris mores exprimentē, ita vt germano filio dignum. Non em̄ sum aduersarius deo à quo veni, & ita vos illius estis inimici me impugnantes. Si diligeretis deum, loquelam meā cognosceretis, quia verba patris loquor. Iohan. 14. Verba quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor. Iohā. 7. Nunquam sic loquutus est homo. Ideo non potestis audire intelligendo, quia mens vestra sanguinaria odio plena est. Mich. 3. Nunquid non vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonū, & diligitis malum? Iohan. 7. Me odit mundus, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Ecce causa odij, pro qua diligere debebant. Psal. 108. Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi. Quod si cupitis audire nomen patris vestri, cuius ingeniū & facta refertis, vos nec ex Abraam, nec ex deo prognati estis, sed ex diabolo: non per creationem vel generationem, sed imitationem malitiæ. Ipse em̄ est rex super omnes filios superbiæ, Iob. 41. Non dixit opera, sed desideria, ostendens mire affectos homicidij mendacijq; libidine, quæ maxime propria mala sunt diaboli. q. d. Vos quidem asscribitis vobis patrem deum per arrogantiam, sed opera vestra testantur diabolū magis patrem vestrum germanum. Nam & veritatem odistis, & innocentis mortem molimini. Ille princeps mendacij & homicidij fuit autor, qui suo mendacio primos humani generis parentes pellexit in mortem, (Gene. 3, Nequaquā moriemini, scit em̄ deus q; in quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij scientes bonū & malum. Roma. 5. Per vnum hominē peccatum in hunc mundū intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt.) non alia re prouocatus q̄ inuidia felicitatis alienæ. Sap. 2. Inuidia diaboli mors introiuit in orbē terrarum. imitātur autem illum omnes qui sunt ex parte illius. Non em̄ in veritate iustitiæ & obedientiæ stetit. Esa. 14. Ascendam super altitudinē nubium, similis ero altissimo. Quomodo cecidisti lucifer qui mane oriebaris? corruisti in terrā. Iudæ. 1. Angelos vero qui nō seruauerūt suum principatum, sed dereliquerunt suū domicilium, in iudiciū magni dei vinculis æternis sub caligine reseruauit. Quicquid ille loquitur, mendaciū loquit, & ex sese loquit: quia nō solū mēdax est, sed mēdacij pater & princeps. A deo sortitus est esse & intelligere, sed peccatū propria volūtate incepit, nō aliunde inductus ad malū, sicut primi parētes, Gen. 3. Vnde Esa. 14. Qui dicebas in corde tuo, in cælū cōscēdā, supra astra dei exaltabo soliū meum. Diabolus ergo quādo mendacio vtitur, re propria vtitur: nam ipsius est proles. 3. Reg. 22. Egressus spiritus stetit corā dño, & ait: Ego decipiā Achab. Cui loquutus est dominus: In quo? Et ille ait: Egrediar & ero spūs mendax in ore oīm prophetarū eius.

Cui

Cui dominus: Decipies & prævalebis. Quia eñ Iudæi ínique contra Christũ cogitabãt, & occidere disponebãt, ac mendaciter infamabãt, sibi conscij erant quales essent & cuius filij, nempe diaboli, qui ab initio peccat, iustitiæ ordinem peruertendo: & in veritate non steterit, nunquã cum sanctis angelis creatori subiectus sine peccato. Quia autem veritatẽ dico, vera docendo & vitia arguendo, nihil aliud potestis in me arguere, quàm solam veritatem: & hinc est vestra illa contra me rabies, quia filij patris mendacij estis, cui cõsentitis. Proh pudor. Diaboli mentienti creditur, Christo vera dicenti nõ creditur.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Qui ex deo est, verba dei audit. propterea vos non auditis, quia ex deo non estis. Respondẽrũt ergo Iudæi, & dixerũt ei: Non bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & dæmoniũ habes? Respondit Iesus: Ego dæmoniũ non habeo, sed honorifico patrem meũ, & vos inhonorastis me. Ego autem non quæro gloriam meam est qui quærat & iudicet. Ioh.8 M

Ostendit in quãtam malorum sentinam impugnatio agnitæ veritatis inducat, quod nec blandis, nec verissimis verbis refrenari possit, quin semper ad peiora, diabolo instigante, pergat peragenda. Quantumcunq; dominus conaretur ad meliora reducere Iudæos, ipsi tamen semper peiores reddebantur: quare dominus hoc peruersa ipsorũ ostẽdit, non sua culpa, contingere voluntate. Excludit à se tria, quæ doctrinã reddunt cõtemptibilem. Primũ, vitæ peruersitas. Roma.2. Qui alium doces, teipsum non doces: qui prædicas non furandũ, furaris. Matth.5. Qui soluerit vnũ de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum. Vnde ait: Quis ex vobis arguet me de peccato, rationabiliter conuincendo? Nam multa falso ipsi imponebãt. Iohan.7. Quidã dixerunt quia bonus est, alij, non, sed seducit turbã. Iohan.9. Nos scimus quia hic homo peccator est. Sed nemo hoc præter ipsum dicere potest. 1.Pet.2. Qui peccatũ non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Sed Esa.53. Deus posuit in eo iniquitatem omniũ nostrũ. 2.Cor.5. Eum qui non nouerat peccatũ, pro nobis peccatũ fecit, vt nos efficeremur iustitia dei in ipso. Nam in multis offendimus omnes. Iaco.3. & Rom.3. Omnes peccauerunt & egent gloria dei. 1.Iohan.1. Si dixerimus quia peccatũ nõ habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Quare multi nos accusantes, nisi per pœnitentiam deleta & propria accusatione. Sic Dauid dicens, Peccaui dño, audiuit: Dominus transtulit peccatum tuum à te, 1.Reg.12. Prouer.18. Iustus prior est accusator sui. Psalm.31. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Alioqui arguet nos deus. Psal.49. Existimasti inique ꝙ ero tui similis? arguam te, & statuam contra faciem tuam. Malitia propria. Hiere.2. Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Quod ergo Iudæi agnoscere noluerũt, centurio professus est. Luc.23. Vere hic homo iustus erat. Gregorius: Pensate fratres mãsuetudinem dei, relaxare peccata venerat, & dicebat, quis ex v.ar. Non dedignatur ex ratione ostendere se peccatorem non esse, qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iustificare. Secundum, doctrinæ impuritas, si mixta mendacijs. Hinc Iohan.18. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimoniũ perhibeam veritati. Quamuis enim doctrina ipsius insolita fuerit & incomprehensibilis, tanta tamen & tam euidentissima argumenta veritatis patuerunt, quod nullo modo cõtemni debuit. Vnde ait: Si in dictis meis vllum deprehenditis mendacium, si in factis vllum crimen, diffidite sermonibus meis. Ostendit consequenter doctrinæ suæ autoritatem & ipsorum peruersitatem. Quisquis, inquit, ex deo prognatus est, vt germanus filius, audit verba dei, patris mei: & illud arguit vos ex deo patre non esse prognatos, quia veritatem ab illo profectam audire non sustinetis. Augustinus: Noli attẽdere naturam, sed vitium. Sunt enim ex deo, & non sunt ex deo: natura ex deo, vitio non ex deo. Eis autem hoc dictum est, qui non solum peccato vitiosi, nam hoc commune omnibus erat, sed qui prædicti erant ꝙ non fuerant credituri ea fide, qua à peccatis soluerentur. Omnes ergo ex deo, tanquam causa efficienti, exemplari & finali. Roma.11. Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Omnia enim per ipsum facta sunt, Iohan.1. Sed boni solũ secundum esse gratiæ. Iohan.1. Qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Iaco.1. Voluntarie enim nos genuit verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Qui ergo diuina gratia illustratus est, verba dei audit, ex deo se ostendit. Verba dei ait. Iohan.7. Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Hinc suis ait Lucæ.10. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: Tria doctrinam obscurãtia, quæ.

qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit. 1. Theſſ. 5. Itaq; qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed deum, qui etiam dedit ſpiritum ſuum ſanctũ in nobis. Magnam ergo dñs timoratis conſcientijs in his verbis dedit cõſolationẽ, magnã oĩbus malis inſtructionem. Neſcit eñ homo vtrũ amore an odio dignus ſit, Eccẽs. 9. ſed dominus conſolatur, dicens: Qui ex deo eſt, verba dei audit. Sed ſunt qui audiẽtes, nõ audiunt neq; intelligũt, Matth. 13. quod quibuſdã obtingit ex animi maleuolentia. Marc. 4. Vobis datũ eſt noſſe myſterium regni dei: illis aũt qui foris ſunt, in parabolis omnia fiunt, vt videntes videãt, & non videant: & audientes audiant, & non intelligant. Quibuſdã ex ſimplicitatis innocentia. 1. Cor. 3. Tanquã paruulis in Chriſto lac potũ vobis dedi, non eſcam: nondũ eñ poteratis, ſed nec nunc quidẽ poteſtis. Alij audiunt, intelligunt, ſed non retinent, qui cõparantur viro conſideranti vultũ natiuitatis ſuæ in ſpeculo, Iaco. 1. Pſal. 30. Obliuioni datus ſum tanquã mortuus à corde. Eccl. 2. Qui timent dominũ, non erunt incredibiles verbo illius: & qui diligunt illum, cõſeruabunt verbũ illius. Alij audiunt, intelligunt, retinẽt, ſed non faciunt. Sed dominus ait Luc. 12. Seruus qui cognouit voluntatẽ dñi ſui, & non ſe præparauit, nec fecit ſecundũ voluntatẽ eius, vapulabit multis. Roma. 2. Non eñ audito res legis iuſti ſunt apud deũ, ſed factores legis iuſtificabuntur. Hinc Luc. 11. Beati qui audiunt verbũ dei, & cuſtodiũt illud. Rationẽ aſſignat Pſal. 118. In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Deut. 6. Erunt verba hæc quæ præcipio tibi hodie, in corde tuo: & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atq; conſurgens, & ligabis ea quaſi ſignũ in manu tua, eruntq; & mouebuntur ante oculos tuos. Non ergo ſufficit aure corporis audire, ſic eñ & ipſi Iudæi audierunt, ſed intus fide & amore in deũ affici debemus. Pſal. 84. Audiam quid loquatur in me dominus deus, quoniã loquetur pacem in plebem ſuã. Libenter eñ audimus ipſum quẽ diligimus, & de ipſo. Quo contra 2. Timo. 4. A veritate quidem auditũ auertent, ad fabulas autem conuertentur. Sic Iudæi domino manſuete cũ eis loquente, conuerſi ſunt ad cõuicia, vt ſolet hominũ malitia rationibus cõcluſa, ad inſana maledicta confugere. Nonne inquiunt, bene dicimus recte de te pronunciantes, id quod tunc re declarans, comprobas noſtram de te ſententiam, q̃ Samaritanus ſis, deo & hominibus bonis exoſus, quum Iudæus videri velis, ac deum patrem iactites, & dæmonium habes, cuius auxilio dicis & facis mira? q. d. Cur audes nobis & vitæ ſanctimoniam, & doctrinæ veritatem obtrudere, quando in vtroq; ſis reprehenſibilis? Addunt blaſphemiam blaſphemiæ, maledictũ maledicto, ſicut ij qui caſtigantis verba non ſuſcipiunt. Prouer. 9. Argue ſapientem, & diliget te. Qui erudit deriſorem, iniuriam ſibi facit: & qui arguit impium, ſibi maculam generat. Sic ſemper ſolent inuertere omnia, quamlibet ſancta, quamlibet pia & vera, impij. Erant Samaritani, gentiles in Samaria poſiti per Salmanaſar, captis Iudæis & tranſlatis, cũ legis Moſaicæ obſeruatione idola colentes, 4. Reg. 17 duplici nomine Iudæis odioſi, tum quia terrã ipſorũ occupabant, tum quia idola colebant. Vnde opprobrioſum erat illud nomen, quemadmodũ ſi modo quempiam male Chriſtianũ, Iudæum quis nominaret, & ſic dominum notarunt de legis tranſgreſſione, quanquã falſo contra veritatem vitæ. Dæmonium dicebant habere, ob doctrinæ ſublimitatem. Iohan. 1. Dæmonium habet, & inſanit. quid eum auditis? & dæmonum expulſionem, Marc. 3. & ſic cõcludere volunt doctrinam ipſius non authenticã & ſanam, quia diabolus mendax eſt, & pater eius. Ad tam inſanam contumeliam quid reſpondit clementiſſimus Ieſus? Ad Samaritani conuicium, quanquã vulgo magni probri loco haberetur, tamen quoniam nihil aliud erat q̃ impotentis animi ira pleni maledictum, nihil reſpondit, docẽs nos, non magnopere deſudandum, quo infamiam falſam aut calumniam multis purgemus teſtibus, ne videamur magis inanis gloriæ cupidi, quàm ſacræ doctrinæ defenſores. Ad dæmoniaci vocabulum intentatum reſpondit, ſed ita, vt regerat maledictum quod in illos merito poſſit retorqueri. Referebat autem hoc ad fructum euangelicum, vt intelligeret populus, Chriſtum quicquid ageret, non autore dæmone, ſed deo patre autore agere. Gregorius: Samaritanus cuſtos dicitur, ipſe autem veraciter cuſtos eſt. Pſal. 126. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Vnde & ipſe ſe Samaritanum, vulnera fauciati generis humani alligantem, oſtendit Luc. 10. Duo ergo ei obiecta erant: vnũ tacitus conſenſit: alterum, quia opprobrium erat gloriæ dei, diluit, ſic tamen, vt non regerat maledictum, cũ verius in ipſos competeret. Niſi eñ dæmonio impleti eſſent, tam peruerſa de deo loqui non poſſent. Monemur ergo manſuetudinis & modeſtiæ, vt ſumma lenitate vtamur erga irritatos, ſi quo pacto furentes animos ſedare poſſimus. Prouerb. 15. Reſponſio mollis frangit iram, ſermo durus ſuſcitat rixas. Ego, inquit, dæmonium non habeo, cooperatorem & familiarem: ſed honorifico patrem meum, cuius gloriam ille oppugnat.

oppugnat. Non enim me iacto de patre deo, vt mihi ex mendacio gloriam conciliem, sed vt per me pater glorificetur apud omnes, & vos me iniuria & contumelia afficitis. Ego quidem non sum affectator meæ gloriæ, quemadmodum vos calumniamini. Iohan. 5. Ego claritatem ab hominibus non accipio. Vnde quæsitus in regem, fugit Iohã. 6. Hieronymus: Qui non quærit gloriam, non sentit contumeliam. Magnum ergo est de nullo gaudere, nisi per quod promouetur apud deum: & de nullo dolere, nisi per quod à deo abducitur. Hinc Iohan. 5. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo deo est, non quæritis? Ideo dominus ait Hiere. 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum dominus qui facio misericordiam & iudicium & iustitiam in terra. Nec sum vltor meæ contumeliæ, sed ob id non existimetis vobis impune fore q̃ me probris afficitis. Est em̃ qui quærat gloriam meam, & vlciscatur contumeliam, nisi resipueritis. Sæpe quis quærit vlcisci, & nequit ipse iudicare: sed pater & potest & quærit, quod non faceret, si quicquã commercij mihi esset cũ dæmone. Deo relinquenda vindicta. Roma. 12. Mihi vindictã, & ego retribuam. Deut. 32. Mea est vltio, & ego retribuam in tempore.

Amen amen dico vobis, si quis sermonẽ meũ seruauerit, mortem non vide 2
bit in æternũ. Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus, quia dæmoniũ habes. Abraam mortuus est, & prophetæ, & tu dicis, Si quis sermonẽ meũ seruauerit, mortẽ non gustabit in æternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abraam, qui mortuus est? Et prophetæ mortui sunt, Quem teipsum facis?

Gregorius: Cum malorum peruersitas crescit, dilectio non solũ frangi non debet, sed augeri. Vnde dominus quum dæmonium habere dictus est, prædicationis suæ beneficia largius impendit, doctrinæ suæ ostendens vtilitatem. Sola, inquit, credulitas via est ad immortalitatem: quare si quis corde sermones meos seruarit & opere, mortẽ non videbit. Adam quia non seruauit, perijt, Gene. 3. Augustinus: Quũ morituris moriturus loqueretur, quid sibi vult quod ait, qui ser. &c. nisi quia videbat aliã mortẽ, de qua nos liberare venerat, mortem æternã, mortem damnationis cũ diabolo & angelis eius, quæ est mors secunda, Apoca. 20? Cum em̃ semen sit verbũ dei, Luc. 8. in corde seminatũ & conseruatum, præseruat à morte culpæ, & fructificat fructũ permanentẽ in vitam æternã. Eccẽs. 8 Qui custodit præceptũ, non experietur quicquã mali. Apocal. 2. Qui vicerit, non lædetur à morte secunda. Tunc autẽ vere quis seruat sermonem domini, quando purã habet vitam, sobrie, iuste & pie viuens in hoc seculo, Tit. 2. Quanquã moriatur naturaliter, attamen in deo viuit, quæ vera est vita: alioquí viuens mortuus est. Hoc tam manifesto responso quũ placari debuerint, hoc tanto præmio quũ inuitari debuerint ad credulitatẽ, tamen pro sua crassitudine, quod iuxta spiritũ dictũ erat de vita animæ, de vita corporis interpretantur: & quod dictũ erat ad illos erudiendos, seditiose deprauant ad contumeliam patriarchaꝝ, vndiq; studentes aliquid inuidiæ conflare domino Iesu apud multitudinẽ. Sic mali beneficijs semper redduntur peiores. Nunc, inquiunt, certis argumentis & copiosis cognouimus, quum tam insensate & manifeste falsum loquaris, q̃ dæmonio actus hæc dicas, qui hoc promittas seruantibus tuũ sermonem, quod nec laudatissimis contigit patriarchis, quibus loquutus est ipse deus, & prophetis, obtemperarunt illi verbis dei, & nihilo secius mortui sunt omnes, & tu promittis immortalitatẽ ijs qui seruauerint ea quæ doces? Christus satis superq; hanc de dæmonis commercio submouerat calumniam: eam tamen replicant, ne succumbere videantur, cui stultam & mendacem adduntrationẽ, carnales nil præter carnẽ sapientes. Nunquid Abraamo maior es, qui dei amicus appellatus est, Iaco. 2. qui & mortuus est, quũ esset annoꝝ centum septuaginta quinq;, Gene. 25? Et prophetæ mortui sunt, nihil tale ausi promittere cuipiã. Quid tibi arrogas? Intolerabilis est præsumptio tua, qui fabri es filius è Galilæa nullius momenti, quasi verba tua maioris sint efficaciæ verbis dei. Anteponis te prophetis & Abraamo, & quod dei est polliceris, deũ teipsum facis. Mira Iudæoꝝ cæcitas, aut verius peruersitas, experimentaliter cognouerant, Iesum in gratia prophetiæ, in altitudine scientiæ & sapientiæ, in efficacia miraculoꝝ & operꝝ, omnes excedere & prophetas & patriarchas. Vnde dixerunt Matth. 9. Nunquam apparuit sic in Israel. Hinc quærentibus Iohan. 10. Si tu es Christus, dic nobis palam, respondit: Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimoniũ perhibent de me. Sed inuidia excæcati hæc considerare noluerunt. Matthæ. 15. Sinite eos, cæci sunt, & duces cæcorum.

Respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me, quē vos dicitis quia deus vester est, & nō cognouistis eum. Ego aūt noui eū: & si dixero quia non scio eū, ero similis vobis mēdax. Sed scio eum, & sermonē eius seruo. Abraam pater vester exultauit vt videret diem meū. vidit, & gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondū habes, & Abraam vidisti? Dixit eis Iesus: Amen amen dico vobis, antequā Abraam fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.

Non respondit ad hoc, quod dicebant ipsum dæmonium habere, eo ꝙ vidit eos ad contumeliam paratos, & satis id iam exploserat: nec ad id quod sermo suus liberaret à morte, quū ratio ipsoꝝ non esset ad propositū, quia ipse de morte animæ dixerat, nō carnis: sed duplici quæstioni, scilicet, Quē teipsum facis? &, an maior esset Abraamo. Ego, inquit, nihil mihi arrogo falso, quemadmodū mihi imponitis mendaciter. Etenim si more hominū captarem gloriam meam apud homines, mendax & inanis esset gloria mea. Hi aūt glorificant seipsos, qui suam quærunt gloriam, & omnia opera sua faciunt vt honorificentur, Matth. 23. Et si gloriam affectarē, non esset opus illam apud homines venari. est eñ pater vnde proficiscitur omnis gloria, qui me glorificat. Et si vultis scire quis sit ille pater meus, is ipse est, quē vos iactatis vobis quoq; deū esse & patrem. Glorificauit eñ ipsum semper, atq; id per prophetas, & per testimonia de cælis, Matth. 3. &. 17. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cōplacui, & per innumera miracula & immensa. Iohan. 12. Et clarificaui, & iterū clarificabo. Iohan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriā quasi vnigeniti à patre. Sed neq; vt patrem meū, ipsum agnoscitis, neq; vt deum vestrū. Nam si vt patrem illum agnosceretis, honore vtiq; filium eius prosequeremini: si vt deū vestrū, timeretis sermonem eius vt dei, nec meditaremini mortem meam, idq; quum non possitis me arguere de peccato. Non ergo cognouerunt secundū propriam patris rationem. Matth. 11. Nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Iohan. 17. Pater, manifestaui nomen tuū hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Nec cognouerunt cognitione formata, sed informi. Esa. 1. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israel autem me non cognouit. O quot sunt qui confitentur se nosse deum, factis autē negant, Tit. 1. Hinc. 1. Ioh. 2. Qui dicit se nosse deū, & mandata eius nō custodit, mendax est, & in hoc veritas non est. &. 1. Iohan. 5. In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos dei, cū deum diligamus, & mandata eius faciamus. Vnde Roma. 1. de mundi sapientibus ait Apostolus: Qui cum cognouissent deum, non ficut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes eñ se esse sapientes, stulti facti sunt. Videat sibi quisq;, an vere deum cognoscat, alioqui ignorans ignorabitur, 1. Corꝝ. 14. Ego vero scio eum, qui vere filius illius sum, naturaliter omnē notitiam eius habens, quod non falso mihi arrogo, sed quod verum est loquor. Chrysostomus: Sicut vos dicentes eum scire, mentimini, ita ego si dixero me eū nescire, ero mendax, quod est impossibile. Qualis eñ sum ego, talis & patera & mādata eius seruo. Neq; eñ aduersarius sum illi, arroganter loquendo & mādata eius soluendo. q. d. Sicut operibus ostendo me cognoscere patrē, ita vos peruersis calumnijs ostenditis ignorare. Vbiq; ostendit se gloriam patris quærere & illi obedire, quoꝝ neutrum ipsi fecerunt. Consequenter docet se maiorē Abraamo. Abraam, inquit, pater vester carne, non fide, quem vos miramini potius q̄ imitamini, quantusquantus sit, exultauit, sibiq; felix futurus est visus, si contigisset videre diem meū. At vidit quod optauit, & magnopere gauisus est vir tantus, sibi cōtigisse diem meū, quem vos aspernamini. Diem desiderabilem & lætitiæ plenū, diem generationis æternæ. Psal. 2. Ego hodie genui te. Hæc dies nec initium nec finē habet. Hunc vidit secundū Gregoriū, cum in figura summæ trinitatis tres angelos hospitio recepit: quibus profecto hospitio receptis, sic tribus quasi vni loquutus est: quia etsi in personis numerus trinitatis est, tamen in natura vnitas est diuinitatis. Vel natiuitatis temporalis. Luc. 2. Natus est vobis hodie saluator. Hunc vidit quū repromitteret ei de semine suo nascituꝝ, vt dicit August. Gene. 22. Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Hoc fide arripiens, gauisus est eo se cōsequuturꝝ salutē. Vel secundū Chrysost. diē passionis, quā præfigurabat in oblatione Isaac & arietis sacrificio, Gen. 22. Hunc vidēs gauisus est, quod esset in salutē humani generis. Adde nuncium Simeonis in limbum, natū saluatorem denunciantis, & gaudiū quod ex ipso conceperat,

Abraam quū viderit Chri diem

adhuc

adhuc ſpirantis. Lucæ. 2. Oſtendit itaq; illos alienos ab Abraam, quia de quo ille gaudebat, iſti inſaniebant. Hoc myſterium nondum intelligentes Iudæi, rurſus iuxta carnalem ſenſum calumniantur, nihil aliud ſuſpicantes Ieſum eſſe quàm hominem, nec ante fuiſſe q̃ è Maria naſceretur. Semel lapſi in errorem, lumen veritatis aſpicere non potuerunt, vnde & verba ipſius inuertunt. Non enim dixerat dominus ſe Abraam vidiſſe, ſed Abraam diem ſuum: & hoc in myſterio, non corpore & carnaliter, quemadmodum ipſi calumniabantur. Tandem dominus veluti prouocatus eorum conuicijs, ſubaperit diuinæ naturæ ſcintillam, iuxta quam non nouit tempus neq; ſecula, ſed ſemper idem fuit ante oñia ſecula, quemadmodum deus pater neſciens tempus, ſemper eſt quod eſt. Eo itaq; modo ſe eis manifeſtat, ſicut quondam Moſi Exod. 3. Ego ſum qui ſum, vt intelligerent ex hoc deum & dei filium, ſuum liberatorem & ſaluatorem, qui & tunc per Moſen ſaluarat, & quomodo ante Abraam fuiſſet. Auguſtinus: Loquens de Abraæ exiſtentia, ipſam per fieri ſignificat, quia ſoli creaturæ cõpetit fieri: deo vero non cõpetit fieri, ſed eſſe tantum, vnde ſuam exiſtẽtiam per verbum præſens ſignat. Oñis em̃ res certis temporũ ſpacijs circunſcribitur, quandoquidem viciſſitudini ſubiacet, & obnoxia eſt vanitati. Ro. 8. Eccleſiaſtes. 3. Oñia tempus habent, & ſuis ſpacijs tranſeunt vniuerſa ſub cælo. Deus ſub æternitatis numine viuit, apud quem nulla tranſmutatio, laco. 1. Hebr. 13. Chriſtus Ieſus heri & hodie, ipſe & in ſecula. Ad hanc vocem veluti palam blaſphemã, q̃ homo mortalis ſibi videretur æternitatem ſoli deo cõpetentem arrogare, non amplius temperarunt manibus, ſed ſuam produnt inſaniam, q̃ non amore iuſtitiæ, ſed liuore inuidiæ agebantur. Requirebatur em̃ in lapidatione blaſphemi debitus proceſſus, per accuſationem coram iudice, per depoſitionem teſtium, & iudicum ſententiam, & tunc ſequitur executio, Leuit. 24. Ipſi vero oñibus poſthabitis, & loco ſacro quod non licuit, vt patet in Ioiada, qui fecit Athaliam extra templi ſepta occidi. 4. Reg. 11. Dñs autem ſe deum profeſſus, vt hoiem, quoq; demonſtraret, ceſſit illorũ furori, non q̃ illorũ violentiam metueret, quam illi in manu erat cohibere, ſed nos interim docens, vbi tempus poſtulat gnauiter agendũ, & fortiter euangelij negocium: rurſus, quum noſtro ſumus functi officiõ, non eſſe ſine fructu prouocandã malorũ inſaniam. Gregorius: Quid ex hoc Chriſtus nobis loquitur, niſi etiam cum reſiſtere poſſumus, iram ſuperbientium declinemus? Nam ſi diuinitatis ſuæ potentiã exercere voluiſſet, tacito nutu mentis eos in ſuis ictibus ligaret, aut in pœnas ſubitæ mortis intruderet. Sed qui pati venerat, exercere iudicium nolebat. Nemo ergo contra acceptas iniurias ſe erigat, nemo conuicijs conuicium retribuat: quia imitatiõe dei, glorioſius eſt iniuriam tacẽdo declinare, quàm reſpondendo ſuperare. Roma. 12. Nulli malum pro malo reddentes. Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. Quum enim blandiloquentia, & modeſtiori reſponſione efferueſcentes in nos animos mitigare non poſſumus, multo conſultius eſt ab iratis diſcedere, vt vel hac ratione æſtuantis vel ebullientis animi paulatim indignatio refideat. Prouerb. 16. Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium. Prouerb. 19. Doctrina viri per patientiam noſcitur, & gloria eius eſt iniqua prætergredi. Tanto ergo minus quiſq; eſt doctus, quanto minus inuenitur patiens. Nouerat enim dominus Ieſus, non dicam craſſæ multitudini, ſed nec diſcipulis perſuaderi potuiſſe, ſi ſe palam prædicaſſet deum & hominem, atque eundem ſimul & mortalem eſſe iuxta corpus humanum, & immortalem iuxta naturam diuinam: iuxta carnem, in tempore natum hominem de homine: iuxta diuinam virtutem, ante omnia tempora fuiſſe deum ex deo. Hoc enim tam arcanum myſterium, magis erat miraculis, morte, reſurrectione, in cælum aſcenſione, ſancti ſpiritus afflatu, ſuo tempore perſuadendum mundo, q̃ ante tẽpus apertis verbis, non credituris ingerendum. Abſcondit ergo ſe, ſua poteſtate inuiſibilem ſe reddens inſidiatoribus, ſed non diſcipulis q eum ſequebant, quãuis per medĳ illorũ ibat. Sic Luc. 4. quum de monte præcipitare vellent, tranſiens per medium illorũ ibat. Gregorius: Quid aũt abſcondẽdo ſe ſignat, niſi q̃ eis ipſa veritas abſconditur qui eius ſequi verba contemnunt? Eam quippe quã non inuenit humilem, veritas fugit mentem. Et quàm multi hodie ſunt, qui Iudæorũ duritiam deteſtantur, quia prædicationem domini audire noluerunt: & tamen quales illos arguunt fuiſſe ad fidem, tales ipſi ſunt ad operationem. Præcepta dei audiunt, miracula cognoſcunt, ſed conuerti à ſuis prauitatibus contẽnunt. Ecce vocat, & contemnimus: ſuſtinet, & eius patientiam, diſſimulamus. Dum ergo tempus eſt, vnuſquiſq; prauitatem ſuam deſerat, dei patientiam pertimeſcat, ne quem nũc trã quillum deſpicit, iratum poſtmodum nequaquam euadere poſſit.

Patientiæ commendatio

¶De cæco nato.

## ARTICVLVS XVII.

Iohan.9 N ET præteriens Iesus, vidit hominem cæcum a natiuitate, & interrogauerunt eum discipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? Respondit Iesus: Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed vt manifestentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit nox quando nemo potest operari. Quam diu sum in mundo, lux sum mundi. Hoc quum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius, & dixit ei: Vade, laua in natatoria Siloe, quod interpretatur missus. Abijt ergo, & lauit, & venit videns.

Ostendit facto, quantũ malum sit mentis cæcitas, quæ non nisi diuina gratia opitulante tolli pt, vnde vt hãc tolleret, in mundum ipse venit. Esa.49. Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsq; ad extremum terræ. Sed heu, Iohan.3. Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Hinc Ephesio. 4. Hoc igitur dico, & testificor in domino, vt iam non ambuletis sicut & gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à via dei per ignorantiam quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum: qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam. Vbi tria vitia notat singularia, quæ hominem excæcant, & quibus cæcatus inuoluitur, de quibus. 1. Iohan.2. Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ non ex patre, sed ex mundo est. 1. Iohan.5. Totus mundus in maligno positus est. Qui autem in his perseuerant tenebris, tandem ad æternas peruenient. 1. Iohan.2. Qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Si illuminari volumus, attendere debemus, quemadmodum iste cęcus ad lumen gradatim redijt naturæ & gratiæ. Primo, dñs ipsum respexit. Cessit siquidem dñs illorum furori ad tempus, quos adhuc videbat insanabiles: & miraculo declarat se maiorem Abraam & omnibus prophetis, ac diuinam potentiam suã, quam oratione nõ potuit persuadere. Dedita autem opera vidit cæcum à natiuitate, medicis quidẽ insanabile malum, non etiam Christo, oculo pietatis & clementiæ. Sunt qui ad vana & turpia oculos deflectunt, pauperes dedignantur, & horrẽt, ac refugiunt, non sic pijssimus Iesus. Psalmo.10. Oculi eius in pauperẽ respiciunt. Felix quẽ oculis benignitatis suæ respicit. Psal.118 Aspice in me, & miserere mei. Discipuli ergo videntes eum tam intente spectantem cæcum suspicantes oñe corporis vitium ex animi vitio nasci, quemadmodum & amici Iob, maxime quia meminerant dñm paralytico dixisset Iohan.5. Vade, noli posthac peccare, ne q̃d accidat tibi grauioris mali, causam cæcitatis interrogant. Quibus dñs rñdit, nec hic suo pcto cõmeruit vt cæcus nasceret, q̃ peccare nõ potuit, cũ nondũ eẽt, nec parẽtes eius. Non eñ punit deus liberos ob delicta parentũ, quẽadmodũ docet lex, Deute.24. nisi filij parentũ ęmulentur vitia. Obserua duplex pctm. Naturalis propagationis. Roñ.3. Omnes peccauerunt, & egent gloria dei. Causam indicat. Roñ.5. Per vnũ hominẽ in hunc mundum intrauit peccatũ, & per peccatũ mors: & ita mors in oñes hoies pertransijt, in quo oñes peccauerũt. Eph.2. Eramus natura filij iræ, sicut & cæteri. Nemo ergo liber ab hoc nisi Christus natura, qui & matrẽ gratia præseruauit. Aliud actualis transgressionis, ex infecta radice pullulans. Iaco.2. Vnusquisq; tentatur, à concupiscentia sua abstractus & illectus: deinde concupiscentia cũ conceperit, parit pctm: pctm vero cũ consummatũ fuerit, generat mortẽ. Sic est & duplex pœna. Temporalis, vt calamitates quælibet quæ finẽ habent, q̃bus boni cũ malis sæpe affligunt. Iob.14. Hõ natus de muliere, breui viuens tpe, repletur multis miserijs. Oñe flagellum ordinatur, vel ad vtilitatẽ flagellati, vel ad promotionem in bono. Sic & Tob.12. Quia acceptus eras deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. Tob.2. Hanc tentationẽ (cæcitatis) ideo permisit dominus peruenire illi, vt posteris daretur exemplum patiẽtiæ, sicut & sancti Iob. Iudith.8. Oñes qui placuerunt deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Vel ad conseruationem in bono. 2. Corint.12. Ne magnitudo reuelationũ extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, quĩ me colaphizet. Vel reductionẽ ad bonũ. Sic Maria pcussa lepra, Nu.12. Sic & Ozias rex, 2. Para.26. Patienter ergo tolerãda. Iob.1. Dominus dedit, dñs abstulit, sicut dño placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. Tob.2. Nam quũ ab infantia sua semper deum timuerit, & mandata eius custodierit, nõ est cõtristatus contra deũ, q̃ plaga cæcitatis

Quæ tria vitia hominem excæcant.

Peccatum duplex

Pœna duplex.

Ad quę flagellũ oñe ordinetur.

eue nerit,

euenerit ei, sed immobilis in dei timore permanſit, agens gratias deo omnibus diebus vitæ ſuæ. Hebr. 12. Quem enim diligit dominus, caſtigat. flagellat autem omnem filium quẽ recipit. In diſciplina perſeuerate, tãquam filijs vobis offert ſe deus. Quis enim filius quem non corripit pater? Quod ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes, ergo adulteri, & non filij eſtis. Secundo ordinatur ad gloriam flagellantis, & hoc vel vt manifeſtetur clementia in miſerando, vt hic & in Lazaro. Iohã. 11. Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria dei, vt glorificetur filius dei per eam. Signat autem hic, vt, euentũ, non cauſam, quemadmodum Pſalmo. 50. Vt vincas cum iudicaris. Et Romañ. 1. Vt ſint inexcuſabiles. Non enim dedit deus gentibus ſcientiam vt peccarent, neq; Dauid ob hoc peccauit vt deus iuſtus appareret, ſic & hic. In hoc enim quod cæcus illuminatus eſt, deus eſt glorificatus. Non ergo fuit prohibita cæcitas eius, vt per eam declararetur hominibus potentia, bonitas q; dei, cui cæci Iudæi tam pertinaciter reclamabant. Vel potentia in puniendo, quo ad obſtinatos. Sic ſuperbus Antiochus vermibus comſumptus expirauit. 2. Mach. 9. Similiter Herodes Act. 12. Altera pœna eſt æternalis, quam quiſq; pro ſuo merito portabit. Ezech. 18. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. Iuſtitia iuſti ſuper eum erit, & impietas impij erit ſuper eum. Temporali pœna tamen nonnunquam filij ob peccatum parentum puniuntur. Vnde lepra de domo Giezi non defecit propter ſimoniacam auaritiã Giezi, quarti Regum quinto. Sic tulit pœnam patris Chanaan. Geneſis nono. Sic populus Iſrael percuſſus fuit peſtilentia ob ſuperbiam Dauid in numerando populo. ſecundi Regum viceſimoquarto. Sic filij Iſrael ſtare non poterant coram hoſtibus ob peccatũ Acham, donec eſſet extinctus. Ioſue ſeptimo. Huiuſmodi tamen pœnæ bonis cẽdunt in coronam: iijs vero qui imitatores ſunt paternorum ſcelerum, in contumeliam, niſi reſipiſcant, & tunc ſunt in purgationem. Semper enim malis bonis mixti ſunt. Vnde. 4 Regum. 24. dicitur: Et addidit furor domini iraſci contra Iſrael, quo claret, peccatum Dauid non ſingularem cauſam fuiſſe illius plagæ, ſed & populi. Miraculum facturus, doctrinam impartit qua mentis oculi illuminantur, cuius illud typus fuit. Me oportet operari opera illa ipſa, quæ is qui miſit me, facit, quãdiu præſens vita agitur. Chryſoſtomus: Dum licet hominibus credere in me, dum hæc vita durat, laborandum eſt. Venit nox futurum tempus, quando non eſt amplius fides, neq; labores, neq; pœnitentia. Tunc enim, velint nolint, omnes acquieſcent veritati. In inferno vero quis confitebitur tibi? Nam vbi lumen deeſt, ceſſat & confeſſio. Matthæi. 25. Ligatis manibus & pedibus eius, proijcite eum in tenebras exteriores. Interim igitur dum præſens dies operandi præbet facultatem, quę ad ſalutem pertinent, non eſt ceſſandum. Ventura eſt enim nox, quum iam fruſtra velint operari, nec poſſint. Galatas. 6. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad oñes. Roman. 13. Nox præceſſit, dies autem appropinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, ſicut in die honeſte ambulemus. Quandiu ſum in mundo, lux ſum mundi. Si homines properant vt opus quod ob huius vitæ vſum aliquem obeunt abſoluant ante ſolis occaſum: quanto magis adnitendum eſt omnibus, vt dum lucem præſentem habent, peragant æternæ ſalutis negocium, cuius gratia fit à me quicquid interim operor in hoc mundo? Ad hæc olim venturum horribile iudicium, quum iam impij fruſtra cupient operari ſalutis ſuæ negocium, nec licebit. Nox enim illa non patietur, quum diem in quo licebat, neglexerint. Cæterum ſemel extincto corpore, iam ille dies ſuus occidit, nec amplius poteſt operari, ſed ſuperiorum operum merces eſt expectanda. Prouerbioꝝ. 11. Mortuo homine impio, nulla erit vltra ſpes. Apoc. 14. Beati qui in domino moriuntur. amodo enim iam dicit ſpiritus, vt requieſcãt à laboribus ſuis, opera eñ illorum ſequuntur illos. Meminiſſe debemus diuitis epulonis, qui audiuit Luc. 16. Fili, recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, tu vero cruciaris. Hinc admonet Eccleſiaſticus. 14. Ante obitum tuum operare iuſtitiam, quoniam non eſt apud inferos inuenire cibum. Hæc tum obſcure loquutus dominus Ieſus, tardos ad credẽdum homines metu futuri extimulauit, Secundo, diſcipulis iam miraculum expectantibus, expuit in terram. Chryſoſtomus: Voluit ſe oſtendere creatorem, qui in principio vſus eſt luto in hominis formatione. Gene. 1. Sed interim huius malagmatis nouitas, omnium animos attentos ac ſuſpenſos reddidit ad miraculi futuri conſiderationẽ. Tertio, quo obediẽtia & fides cæci probaretur, iubet ire ad Siloam & lauare. Ille certa iam fidutia cõcepta, nihil obmurmurat illinienti, ſed ſimpliciter obtemperat faciẽti quod vellet, nihil addubitãs de beneficio, quocũq; modo daret. Siloa fons eſt ad radices montis Sion, qui non iugibus aquis, ſed incertis horis ebullit per concaua terrarum, ſignans baptiſmum, in quem iuſſu Chriſti deſcendimus, quum oculos noſtros luto linit, facto ex

Siloa quid ſit & ſignet

Saliua Terra

cto ex sputo & terra. Saliua diuinitatẽ signat. Ecclesiast. 24. Ego ex ore altissimi prodij. primogenita ante omnem creaturam. Terra humanitatem signat. Gene. 3. Donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, & in puluerem reuerteris. Romañ. 6. An ignoratis fratres quia quicunq; baptizati sumus, in morte ipsius baptizati sumus? Deus eiusmodi elementis ceu organis diuinæ gratiæ vtitur in nostrum commodum, quanquàm nulla necessitate rerum coactus id agat, sed pro mera sua liberalitate. Voluntarie enim nos genuit verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Iaco. 1. Sic Helisæus iussit Naaman Syrum septies in Iordane lauare. 4. Reg. 5. Potuit Christus sine vllis externis cęrimonijs visum reddere, sed noluit, vt discas, & si aqua exterior & cęrimoniæ non efficiant salutem, non vult tamen hæc à nobis intermitti. Sic Moses lignum quod dominus ostenderat, in aquam misit amarissimam, & in dulcedinẽ versa est, Exod. 15. Helisæus salmisit in aquã, d. Hæc dicit dominus: Sanaui aquas has, & non erit in eis mors neq; sterilitas. 4. Regũ. 2. Sic in ecclesia sacerdotes benedicunt & aquam. 1. Timoth. 4. Omnis creatura dei bona est. Sanctificatur eñ per verbum dei & orationem. Nume. 6. Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Obediendo ergo Christo illuminatus est. Ephe. 5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.

Cærimoniarum piarũ assertio.

2 Itaque vicini & qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic est qui sedebat & mendicabat? Alij dicebant, quia hic est: alij autem, nequaquam, sed similis est eius. Ille vero dicebat, quia ego sum. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit: Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit, & vnxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoriam Siloe, & laua. Et abij, & laui, & video. Et dixerunt ei: Vbi est ille? Ait: Nescio. Adducunt eum ad pharisæos, qui cæcus fuerat. Erat autem sabbatum, quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum pharisæi, quomodo vidisset. Ille autem dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & video. Dicebant ergo ex pharisæis quidam. Non est hic homo a deo, qui sabbatum non custodit. Alij autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos.

Paulatim incr brescere cœpit miraculum. Non eñ abscondi potest ciuitas super mõtem posita, Mat. 5. Diffidentibus vicinis, quia ex illuminatione facies ipsius notabiliter fuit immutata, cæcus neq; priorem erubescens cæcitatem, neq; populum timens ingenue confitetur. Imo, inquit, sum idem mendicus & cæcus à natiuitate quem sæpe vidistis, vt vox quoque agnita, fidem faceret miraculo. Mira domini misericordia, quæ nullum quantumcunq; solatio destitutum humano derelinquit, sed pie subuenit. Certificatos de facto, certiores reddit & de modo: sed illi quęrentes occasionem calumniandi dominũ Iesum, q̃ temperato luto & oculis inuncto, nonnihil operis feciſſet in sabbato, rogant vbinam esset ille qui hoc feciſſet. Quoniam dominus sanans, & miraculũ faciens cõsueuerat, eo q̃ esset alienus ab ostentatione, secedere, interrogatus cæcus dixit: Nescio. Non enim nouerat Iesum, nisi de nomine, de facie non nouerat. Ducunt ad pharisæos, quo diligentius & exactius examinaretur, vt apud hos re simpliciter narrata, proderet Iesum q̃ violasset sabbatum. Vnde non interrogant illũ, quomodo viderit, sed quomodo aperuerit oculos eius per omnia calumniantes dominum, q̃ in sabbato operatus fuerit. Ille vero nihil metuens, simpliciter vt res erat narrauit. Chrysosto. Tu cæci constantiam intuere, q̃ enim primũ interrogatus dixerit veritatem, minime mirum est: nunc vero admirandum, q̃ neq; negat, neque prioribus verbis contradicit. Adduci fecerunt eum pharisæi, tanquam negaturum, sed contrarium euenit. Huiusmodi enim est natura veritatis, vt vnde magis oppugnatur, inde magis eluceſcat, & confirmetur. Sic solet dei voluntas astutis hominum conatibus & peruersis consilijs suum negocium promouere. Hinc Ioseph fratribus qui se vendiderant, ait Genesis. 50. Num dei possumus resistere voluntati? Vos cogitastis de me malum, sed deus illud vertit in bonum. Decretum patris erat, per crucem perq; miracula glorificare Christum, quod non potuerunt pharisæi odio, inuidia, non homicidio impedire. Non est, inquiunt, hic Iesus à deo, tametsi patrem deum habeat in ore. Nam si deum haberet autorem, nõ violaret huiusmodi factis sabbatum, quod deus iussit obseruari.

Ecce vn-

Ecce vnde offenduntur peruerſe increduli: quoniam factum tam manifeſtum inficiari non poterant, neque tam beneficum damnare, ex diei religione mutuantur calumniam. Inuidia enim & incredulitas leuiſſimis rebus offenduntur, ſcandalum ſibi fingunt vbi nullum eſt, omnemq; lapidem tales mouent, quo facta præclara proborum obtuſcent, vel certe alio detorqueant. Rurſus alij ſanabiliores: ſi, inquiunt, hic non eſſet deo gratus, & ob violatum ſabbatum nefarius eſſet, quomodo poſſet hæc edere miracula? Res ipſa loquitur præſidio dei hæc fieri, quum in gloriam ſint dei. Vides multos à ſignis mulceri. Nam & hi phariſæi & principes erant, attamen à ſigno placantur, & defenſionem ſuſcipiunt. Vide autem malitiam: non dicunt, qui in ſabbato ſanat, ſed qui ſabbatum non ſeruat, ſurſum deorſumq; non dei beneficium, ſed diei violationem procurantes. Solet ſchiſma irrepere inter pſeudodoctores, quod certiſſimum erroris indicium, vt dicit Tertullianus: Hæc ſaluberrima eſt, qua noſtra fides roboratur. Philippenſes tertio: Videte canes, videte conciſionem. Canes ſunt, qui non tam eccleſiæ vnitatem, quàm ſeipſos conſcindunt & lacerant. Optimum eſt ab huiuſmodi diſſentire. Matth. 10. Non veni pacem mittere, ſed gladium. Canes

Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit, quia propheta eſt. Non crediderũt ergo de illo Iudæi, quod cæcus fuiſſet, & vidiſſet, donec vocauerunt parentes eius, qui viderat, & interrogauerunt eos, dicentes: Hic eſt filius veſter, quem vos dicitis, quia cæcus natus eſt? Quomodo ergo nunc videt? Reſponderunt eis parentes eius, & dixerunt: Scimus, quia hic eſt filius noſter, & quia cæcus natus eſt. Quomodo autem nunc videat, neſcimus: aut quis aperuerit oculos eius, nos neſcimus. Ipſum interrogate, ætatem habet, ipſe de ſe loquatur. Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos. Iam enim conſpirauerant Iudæi, vt ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum, extra ſynagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt, ætatem habet, ipſum interrogate. Vocauerunt ergo rurſum hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam deo. Nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt. Dixit ergo eis ille: Si peccator eſt, neſcio, vnum ſcio, quia cæcus cum eſſem, modo video. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Reſpondit eis: Dixi vobis iam, & audiſtis, quid iterum vultis audire? Nunquid & vos vultis diſcipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu diſcipulus illius ſis, nos autem Moſi diſcipuli ſumus. Nos enim ſcimus, quia Moſi loquutus eſt deus, hunc autem neſcimus vnde ſit. Reſpondit ille, & dixit eis: In hoc mirabile eſt, quia vos neſcitis vnde ſit, & aperuerit mihi oculos. Scimus, quia peccatores deus non audit: ſed ſi quis dei cultor eſt, & voluntatem eius facit, hunc audit. A ſeculo non eſt auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. Niſi eſſet hic a deo, non poterat facere quicquam. Reſponderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit Ieſus, quia eiecerunt eum foras, & cum inueniſſet eum, dixit ei: Tu credis in filium dei? Reſpondit ille, & dixit: Quis eſt domine, vt credam in eum? Et dixit ei Ieſus: Et vidiſti eum, & qui loquitur tecum, ipſe eſt. At ille ait: Credo domine, & procidens, adorauit eum.

Auguſtinus: Vt eum calumniarentur, & ſic extra ſynagogam facerent, interrogant: ſed ipſe nihil pertæſus eorũ malitiam, libere reſpondit: Mihi videtur propheta eſſe, magnum quempiã & inſignẽ virũ hoc titulo ſignificans, cuius & famã acceperat, & virtutẽ in ſe fuerat expertus. Sed duri & impſuaſibiles, vocant parẽtes eius, volẽtes illos pplexos reddere & ita negare cæcitatem filij, qbus tria propoſuerũt: Num filius illorũ eſſet, nũ cæcus natus, & quomo

& quomodo nunc videret, parentes vero, vt sunt timidi quibus domi res est angusta, sen tientes pharisæos ansam venari calumniæ, ad duo prima respondent, quibus non inerat periculum, caute tertium declinantes. Maluerunt enim illum solum periclitari, quàm cõ muni periculo inuolui cum filio. Nam & apud euangelij professores seueriſſimum pœnæ genus est, vt si quis à sua professione degenerans, in crimen aliquod prolapsus sit insigne à reliquorum consortio submoueatur, vt à cæteris deuitatus, pudore resipiscat, qui salu bribus monitis corrigi non potuit, 1. Corinth. 5. Rursus non conquiescit inuidia, sed inde fesso animo molitur malum: & qui veritatem nituntur obruere, diuersis, exquisitis, falsis simisq; vtuntur cautelis. Da gloriam, inquiunt, deo, quòd ex cæco factus es videns, noli asscribere Iesu, cui nihil debes, sed gloriam istius beneficij tribue deo. Nos enim certum habemus, quòd hic homo Iesus sceleroſus sit, cui cum deo nihil est commercij. Quàm stu diose nituntur decipere. Nos, inquiunt, docti & religiosi scimus eum peccatorem. Ad hęc cæcus fortiter, sed circunspecte, ne calumniæ pateret, respondit: An homo sceleratus sit, alij viderint. De hoc pronunciare non est meum. Vnum illud vere testari possum, q ipsa re comperi, me prius fuisse cæcũ, & nunc videre. Res ipsa nunc per seipsam consideretur & sententiã de se ferat. Iterant quæstionem de illuminationis modo, inuidia stimulante, vt inueniant quid calumnientur. Aduersus tam impudentem malitiam pharisæorum, iam mendicus factus confidentior, ait: Modo dilucide, sicut res habet, narraui, semel audistis, an ideo tam diligenter percontamini facti modum, vt exre exacte cognita, vos quoque velitis illius fieri discipuli, per quem deus tanta operatur, quemadmodum ego virtutem illius expertus, multiq; alij, discipuli illius sumus? Hoc maxime illorum animos cruciabat. Tu, inquiunt, sceleste, sceleſti illius discipulus sis, nos talem magistrum abominamur, qui Mosi sumus discipuli, cum quo Iesus iste non est conferendus. Psalmo. 108. Maledicent illi, & tu benedices: qui insurgunt in me, confundantur, seruus autem tuus lætabitur. Au gustinus: Maledictum est, si cor inspicias, non si verba perpendas. Iactant semper maio res, quum interim nec facta, neq; doctrinam imitentur, quare mentiuntur. Iohan. 5. Si cre deretis Mosi, crederetis vtiq; & mihi. Mosi loquutus est deus, Exod. 33. Loquebatur do minus ad Mosen facie ad faciem, sicut solet loqui, homo ad amicum suum. Impudenter mentiuntur se nescire vnde Christus sit. Ioh. 7. Hunc scimus vnde sit. Chrysostomus: Ea quæ visu cognoscitis, minora ijs quæ per auditum habetis, æstimatis. Illa enim quæ nosse vos dicitis, à vestris progenitoribus audistis, sed nonne fide dignior est, qui certificauit, quod à deo venit per miracula, quæ non solum audistis, sed & vidistis? Iohan. 15. Nunc autem & viderunt & oderunt, & me & patrem meum. Creuit inter disputandum mendi ci fiducia, vnde non solum dominum liberum facit à peccatis, sed & ostendit eum valde placere deo, & facientem omnia quę ad illum pertinent. Admiror, inquit, quur dicatis vos nescire vnde sit Iesus, quum illud negari non possit, per eum mihi apertos oculos, quos na tos etiam habebam clausos. Actum videtis supernaturalem soli deo possibilem, & nescitis vnde sit? Certe istud extra controuersiam, nec vos dissentitis, deum non audire vota pec catorum. Verum si quis illum pie colit, & eius quem colit religione, voluntati obtempe rat, hunc audit. Quod nisi Iesus iste profectus esset à deo, nisi dei virtus illi adesset, ex se ni hil omnino posset. Augustinus: Hæc enim quæ facta sunt, à quo fierent nisi à deo? nec eã à discipulis fierent, nisi deus habitaret in eis. Marc. 16. In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Iohan. 14. Qui credit in me, opera quæ ego fa cio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Pater in me manens, ipse facit opera. Obserua

Quos pec catores au diat vel nõ audiat deꝰ

q sunt peccatores in malo obstinati, quales erant pharisæi, & sunt hæretici obsistentes ve ritati agnitæ, hos non exaudit. Psalmo. 65. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exau diet dominus. Threnorum. 3. Nos inique egimus, & ad iracundiam prouocauimus, idcir co inexorabilis es. Sunt qui resipuerunt per Christi gratiam sicut publicanus, Luc. 18. Est autem voluntas dei, vt peccator conuertatur & viuat. Ezechie. 18. conuersus proficiat. 1. Thessa. 4. Hæc est enim voluntas dei sanctificatio vestra. Psalmo. 33. Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Oportet autem vtraq; adesse, dei cultum & voluntatis dei adimpletionem, hoc est, fidem & opera. Tunc enim reuera viuit fides, quando ope ra habet deo placentia, è quibus bona nascitur conscientia, sicut à malis mala. Et rursus

Opera qñ viuant

opera tunc viuunt, quando fidem habuerint, alioqui mortua sunt. Hebræ. 11. Sine fide im possibile est placere deo. Iaco. 2. Fides sine operibus mortua est in semetipsa. Vndiq; ratio nibus concluſi, quemadmodum excandescere solet hypocrisis & exasperari, si vel leuiter coarguatur, vituperationum pro veritate reddunt. Tu, inquiunt, plenus iniquitatibus, nos doces, qui religionis arcem & legis professionem tenemus? Augustinus: Ipsi illum magi strum fecerant, ipsi, vt discerent, toties interrogauerunt: & ingrati docentem eiecerunt.

Sed quos

Sed quos phariſaicum ſupercilium è ſynagoga eiecit, Chriſtus recipit in ſuam eccleſiam. Ab impioꝝ em̃ communione ſecludi, iungi Chriſto eſt. Chryſoſtomus: Qui propter veritatem & Chriſti confeſſionẽ opprimuntur, hi maxime à deo honorantur. non em̃ continuo apud deũ execratus eſt, quẽ homines execrantur. Vt igitur nactus eſt illum obuiã, quo fidem illius faceret omnibus magis cõſpicuam, ait: Heus tu, credis in filium dei? Iam em̃ apud phariſæos profeſſus fuerat illum à deo profectũ eſſe, qui rem tantam perfeciſſet. Nec id latebat dominũ Ieſum, ſed propter alios elicit hominis profeſſionẽ, exemplũ procurans cæteris. Fides em̃ eſt ianua introducens nos in eccleſiam fidelium & viuentium. Roma. 5. Per quẽ acceſſum habemus per fidẽ in gratiã iſtam, in qua ſtamus. Crediderat in eum etiam non conſpectũ, quare deſideranti animo quærit videre tanti beneficij autorem. Cui dominus: Quẽ videre cupis, iam vidiſti: & qui nunc loquitur tecum, ipſe eſt in quẽ oportet credere. Is itaq; fidem ſuã ore & opere confirmans, vt deũ glorificat Chriſtum. Roma. 10. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autẽ confeſſio fit ad ſalutem. Vult deus tum interne tum externe coli ab homine. Pſal. 83. Cor meũ & caro mea exultauerunt in deum viuum.

Et dixit ei Ieſus: In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant. Et audierunt quidam ex phariſæis qui cum ipſo erant, & dicunt ei: Nunquid & nos cæci ſumus? Dixit eis Ieſus: Si cæci eſſetis, non haberetis peccatum. Nunc vero dicitis, quia videmus. peccatum ergo veſtrum manet.

Sub primũ aduentũ iudicium exercuit diſcretionis, quo eos qui humiles apud ſe erãt, gratiæ ſuæ lumine colluſtrauit, ſuperbos inanes relinquens. Luc. 2. Poſitus eſt hic in ruinam & reſurrectionẽ multoꝝ in Iſrael. Ex euentu nanq; id euenit, quo quis non vult ſolem conſiderare lucentẽ, ſed ſua ſponte ſe detrudit in foueã. Iohan. 12. Cum autẽ tanta ſigna feciſſet corã eis, non crediderunt in eum. Iohan. 15. Si non feciſſem opera in eis quæ alius nemo fecit, peccatũ non haberent: nunc autẽ & viderunt & oderunt & me & patrẽ meum. Sed vt ſermo adimpleatur qui in lege eorũ ſcriptus eſt, quia odio habuerunt me gratis. Pſal. 34. Suſpicantes phariſæi arrogantes ſe notari, aiunt: Num & nos cor excæcatum habemus? Ieſus ad hanc tam arrogantem pariter & inſidioſam interrogationem, ſic reſpondet, vt oſtendat eos qui ſibi videntur oculati, plus q̃ cæcos eſſe, & hoc inſanabilius eſſe cæcos, ꝙ ſibi viderentur oculati. Eſa. 5. Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. Nam erant oculis animæ excæcati: cæcus autem à natiuitate, & anima & corpore illuminatus. Si vere, inquit, eſſetis cæci, venia daretur vobis de incredulitate: nunc autẽ ſpectatores facti miraculi, & adhuc incredulitate laborantes, non eſtis venia digni. Si etiam imperiti eſſetis ſcripturarum, non haberetis tale peccatũ, quia per ignorantiam peccaretis: nunc autem cum reuera cæci ſitis, nec inſcitiam recognoſcatis, nec doctrinã ſuſcipiatis, & tamen apud populũ vobis arrogetis eruditionis laudem, inſanabiliter eſtis cæci, quia ſcienter peccatis. Luc. 12. Ille ſeruus qui cognouit voluntatem domini ſui, & non ſe præparauit, & non fecit ſecundũ voluntatem eius, vapulabit multis: qui aũt non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Iaco. 4. Scienti igitur bonũ facere, & non facienti, peccatũ eſt illi.

## ¶De oſtio & paſtore.

## ARTICVLVS XVIII.

AMen amen dico vobis, qui nõ intrat per oſtiũ in ouile ouiũ, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro: qui autẽ intrat per oſtium, paſtor eſt ouium. Huic oſtiarius aperit, & oues vocẽ eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas: & cum proprias oues emiſerit, ante eas vadit, & oues illũ ſequuntur, quia ſciunt vocem eius: Alienũ autem non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum. Ioh. 10 O

Oſtendit quibus & quomodo pateat ingreſſus in regni dei ouile. Erat quondã ſynagoga ouile dei, ſed nõ ſola, quanq̃ de hoc ſe iactitarẽt Iudæi. Pſal. 75. Notus in Iudæa deus, in Iſrael magnũ nomen eius. Habuit em̃ & alias oues Chriſtus, quæ non erant ex hoc

Extra catholicã ecclesiã salutẽ non esse

ouili, quas adducit vt fit vnũ ouile. Vnũ ergo nunc ouile ecclesia, extra quã non est salus. Ephe. 4. Vnus deus, vnus fides, vnũ baptisma. 1. Pet. 3. In qua (arca scilicet Noe) pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. Quod & nos nunc similis formæ saluos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bona interrogatio in deũ. Quo magis & altius insideat animis omnium, quod est totius salutis humanæ caput, parabola ostendit neminem esse posse ducem & pastorem populi, nisi prius sit ouis Christi veri pastoris omnium ouium, quæ collocandæ sunt à dextris in die supremo. Augustinus: Ad hoc debet vnicuiq; prodesse bene viuere, vt detur illi semper viuere. Nam cũ non datur semper viuere, quid prodest bene viuere? quia nec bene viuere dicendi sunt, qui finem bene viuendi vel cæcitate nesciunt, vel inflatione contemnunt. Non est autem cuiquã spes certa vel vera semper viuendi, nisi agnoscat vitam quæ Christus est, & per ianuam intret in ouile quod est ecclesia catholica. Pharisæi non per ostium intrare voluerunt. Roma. 10. Ignorantes dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Roma. 3. Arbitramur enim hominem iustificari per fidem sine operibus legis. Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est, testificata à lege & prophetis. Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes qui credunt in eum. Roma. 10. Finis enim legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Ponit itaq; indicia veri pastoris, lupi & pernicios, & sic se ostendit à parte bonorũ esse, testimonium ab operibus sumens. Qui ergo

Intrãtes nõ per ostiũ, qui.

per Christum non intrat, secundum ipsius voluntatem licite & honeste (Heb. 5. Nemo sibi assumit honorem, sed qui vocatur à deo tanquã Aaron) sed ambitione ascendit, & hoc aliunde, simoniaca auaritia, aut facti osa intrusione, non canonica electione, fur est fraude surripiens, & latro vi perdens & se & alios. Nam populũ subtrahit deo pestifero documento, prauo exemplo, aliis modis non ouium salutem, sed suum procurans lucrum.

Latro.

Philip. 2. Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Latro, vitam gratiæ suffocando in eis, inducens ad vitia quibus anima occiditur, & dæmonũ dentibus deuoranda traditur. Sap. 16. Homo per malitiam occidit animã suam. Ezech. 22. Coniuratio prophetarum in medio eius, sicut leo rugiens rapiensq; prædã, animas deuorauerunt, opes & pretium acceperunt, viduas eius multiplicauerunt in medio illius. Sacerdotes eius contempserunt legẽ meam, polluerunt sanctuaria mea. Inter sanctũ & prophanum non habuerunt distantiam, inter pollutum & mundũ non intellexerunt, & à sabbatis meis auerterũt oculos suos, & coinquinabar in medio eorũ. Principes in medio eius quasi lupi rapientes prædam ad effundẽdũ sanguinem, & ad perdendas animas, & auare sectãda lucra. Prophetæ autem liniebant eos absq; temperamento, videntes vana, & diuinantes eis mendacium, dicentes: hæc dicit dñs, quum dñs non dixerit. Populi terræ calumniabantur calũniam, & rapiebant violenter egenũ & pauperem affligebant, & aduenã opprimebant calumnia absq; iudicio. Et quæsiui de eis virũ qui interponeret sepẽ, & staret oppositus cõtra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni. Eccl. 10. Qualis rector ciuitatis, tales & inhabitantes eam. Esa. 1. Principes tui infideles, socij furũ. omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Notat etiam pharisæos & scribas mandata legis paruipendentes, mandata vero hominum & traditiones docentes diligẽter. Cæterum qui intrat per ostiũm ordinate & humiliter, non quærens quod sibi vtile, sed quod multis vt salui fiant, 1. Cor. 10. non quærens præesse, sed prodesse, huic ostium ingredi volenti aperit is, qui solus ius habet aperiendi ostium. Apoc. 2. Qui habet clauem Dauid, claudit, & nemo aperit: aperit, & nemo claudit. Nam per spiritũ suum, qui spiritus est veritatis, omnẽ docens veritatem, Iohan. 14. intellectũ dat nobis scripturæ. Vnde & dicitur spiritus sapientiæ & intellectus, Esa. 11. Ipse ergo admittit, imo introducit timoratũ & diligentem pastorem, in sanctuariũ æternæ sapientiæ, vt sciat quomodo oporteat eum in domo dei ambulare, quæ est ecclesia dei viui, 1. Tim. 3. Huius vocem veri pastoris agnoscunt & audiunt oues.

Conditiones ouis & pastoris.

Luc. 10. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. 1. Thess. 4. Itaq; qui hæc spernit, non hominẽ spernit, sed deũ, qui etiam dedit spiritũ suum sanctũ in nobis. Ecce vna conditio ouis, audire scilicet vocẽ veri pastoris Sequitur conditio altera boni pastoris, nouit enim oues ex nomine. Prou. 27. Diligenter agnosce vultũ pecoris tui, tuosq; greges cõsidera. Tertia, quia educit ad pascua. 1. Pet. 5. Pascite qui in vobis est gregẽ dei, prouidentes non coacte, sed spontanee secundũ deũ: neq; turpis lucri gratia, sed voluntarie: neq; vt dominãtes in clericis, sed forma facti gregis ex animo. & quũ apparuerit princeps pastorũ, percipietis immarcessibilẽ gloriã. Eccl. 15. Cibabit eos pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illos. Quarta, quia ante eos vadit, viã demonstrãs, & tutam reddens, sicut columna nubis, Exo. 14. 1. Timo. 4. Exemplũ esto fideliũ in verbo, in cõuersatione, in charitate, in fide & castitate. Tit. 2. In omnibus teipsum præbe exemplũ bonorũ

bonorum operẽ, in doctrina, in integritate, in grauitate. Sequitur nota altera ouium, sequũtur eum. 1. Corẽ. 4. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Phil. 3. Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formã nostrã. Quia vita probata, ideo imitãtur: & doctrina vera, idcirco audiunt. Tertia, quia alienũ fugiunt. 3. Ioh. 1 Charissime, noli imitari malũ, sed quod bonũ est. Quanquã em̃ ouis simplex est animal, & ab alieno pendens præsidio, tamen agnoscunt vocem pastoris vnde sentiunt vtilitatẽ, & horrent vocem lupoꝝ vnde metuunt mortem. 2. Thess. 3. Denunciamus vobis fratres in nomine dñi nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inorninate, & nõ secundũ traditionem quã accepistis à me. Eccl. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui cõmunicat superbo, induet superbiam. 1. Corẽ. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Matth. 24. Si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus aut illic, nolite credere: ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Manifestum itaq; gratiæ indiciũ est, non audire vocẽ alienorum, veꝝ pastorem Christum non imitantium. Augustinus: Quis alius oues suas vocat nominatim, & educit eas hinc ad vitæ pascua, nisi qui nouit qui sunt eius, 2. Timot. 2? Quis alius emittit, nisi qui peccata dimittit, vt eum sequi duris liberati vinculis possint? Et quis eas præcessit quo eũ sequantur nisi qui surgens à mortuis, iam non moritur, Roma. 6?

Hoc prouerbium dixit eis Iesus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Iesus: Amen amen dico vobis, ego sum ostiũ ouium. Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones, sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur et egredietur, et pascua inueniet. 2

Taxauerat dominus Iesus hoc ænigmate pharisæos, scribas, sacerdotes & primores populi, qui indignabantur q̃ essent multi qui mallent adhærere Iesu q̃ ipsis, qui se duces credebant populi. Porro qui sues erant aut hirci, audiebant illoꝝ vocem. Cæteꝝ qui vere oues, doli expertes, simplices & innoxij, agnoscebant vocem domini Iesu, qui verus erat pastor, cui pater ostiarius aperuerat ostium, vt oues sibi parentes, adduceret in æternæ vitæ pascua. Quũ autem pharisæi non intelligerent quid sibi vellet hæc parabola, dignatus est aperire: quæ tectius ideo dixerat, vt magis redderet attentos, & altius infideret animis auditoꝝ, quod per similitudinem esset infixum. Non em̃ satis est intra septa ecclesiæ quacunq; via irrepsisse, non satis est ad pastoris titulum ac dignitatem quomodocunq; penetrasse. Nam Christus semetipsum non clarificauit vt pontifex fieret, sed qui loquutus est ad eum, Filius meus es tu, ego hodie genui te, Psal. 2. Heb. 5. Hinc Chore cum suis complicibus terra absorptus est, Nume. 16. Ozias rex officiũ sacerdotis vsurpare præsumens, lepra percussus fuit, 2. Para. 26. Quũ curam suam vult demonstrare circa nos, pastorem se nominat: quando aũt ostendere vult q̃ ipse sit ille qui ducit ad patrẽ, tũc ostium se dicit. Ioh. 14. Nemo venit ad patrẽ nisi p me. Quicunq; venerunt, dicit, nõ qui missi sunt. Nam prophetæ quidẽ missi aduenerunt, non aũt pseudoprophetæ. Hiere. 23. Non mittebã prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Hiere. 27. Quia non misi eos, ait dñs, & ipsi prophetabant in nomine meo mendacium. Chrysostomus: Hoc laudabile est de ouibus, quia non audiunt furem: sed si qui audiunt, hirci sunt & canes. 1. Iohan. 4. Ipsi de mundo sunt, & ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Non ex deo sumus. qui nouit deũ, audit nos: qui non est ex deo, non audit nos. Non est salutaris aditus in ecclesiam ac regnum cæloꝝ nisi per me, siue pastor esse velis, siue ouis. Per me si quis introierit, salutem æternã assequetur, nec erit periculum à furibus & latronibus, sed hoc pastore tutus ingredietur in caulas, fruiturus ocio felici contemplationis: egredietur in pascua, proditurus ad officia charitatis, nec deerunt vnquã pascua, sed vbiq; dabitur materia benefaciendi, quo simul & alijs profit, & ipse benefactis in caulas redeat saginatior. Duplicẽ em̃ Apostolus 2. Corẽ. 4. distinguit hominẽ, interiorẽ & exteriorẽ. Ingredimur & in ouile per baptismum, Iohan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ potest introire in regnũ dei. & saluamur. Act. 15. Per gratiã dñi nostri Iesu Christi credimus saluari. Augustinus: Ingredietur per internã meditationẽ, egredietur per externã operationẽ. Gala. 6. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legẽ Christi. Psal. 22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Egredietur tandẽ per mortẽ ad pascua æternæ cõsolutionis, Esa. 64. A seculo non audierunt, oculus non vidit deus absq; te, quæ præparasti expectantibus te, q modo ingreditur per pœnitentiam. Est. 46. Redite præuaricatores ad cor. Ibi vero ingredientur

Chr̃s qñ pastor, quando ostium.

Duplex homo.

dientur in diuinitatis abyſſum,& egredientur in humanitatis Chriſti aſpectum. Magna certe laus & merces veri paſtoris legitime intrantis in ouile Chriſti,ſalus æterna,nec minor ouis humiliter obſequẽtis. Augu. Agnouimus,intremus,vt nos intraſſe gaudeamus.

5 Fur non venit,niſi vt furetur & mactet & perdat.ego veni vt vitã habeant,& abundantius habeant.

Habes notam qua paſtorem à lupo dignoſcas. Qui nõ credit mihi,ab hoc fugiendũ: qui aũt credit,vox prodet qualis ſit:ſi quæ loquitur,nõ ſapiunt dei gloriam,nõ populi ſalutem,ſed propriã gloriam,ſed quæſtũ,ſed aſtutiam humanã,ſed tyrannidem,ab hoc ſibi caueant oues. fur em̃ eſt & latro,& hoc pernicioſior,q̃ perſonam paſtoris mentitur. Quod ſi vox non ſatis euidens erit indicium,obſerua quid agat. fur non venit in aliud,niſi vt furetur,vſurpando quod non eſt ſuum,vt è gregis alieni malis ſibi turpe lucrum cõparet. Porro nullum maius furtum,q̃ quod deo ſurripitur. 1. Cor̃. 6. Non eſtis veſtri,empti em̃ eſtis precio magno. Apoca. 5. Redemiſti nos deo noſtro in ſanguine tuo. Et mactet,in peccatum inducendo. Iaco. 1. Peccatum cum conſummatum fuerit, generat mortem. Abacuc. 2. Iuſtus in fide ſua viuet. Chriſtus aũt per fidem in cordibus fidelium habitat. Ephe. 3. Et perdat,in æternam damnationem,per venenata dogmata,perinde ſicut diabolus qui homicida eſt ab initio, Ioh. 8. Hiere. 5. Stupor & mirabilia facta ſunt in terra,prophetæ prophetabant mendacium, & ſacerdotes applaudebant manibus ſuis,& populus meus dilexit illud. Quid igitur fiet in nouiſſimo eius? Hiere. 50. Grex perditus factus eſt populus meus,paſtores eor̃ ſeduxerunt eos,feceruntq̃ eos vagari in montibus. Ezech. 34. Væ paſtoribus Iſrael qui paſcebant ſemetipſos. Nonne greges à paſtoribus paſcuntur? lac comedebatis,& lanis operiebamini:quod craſſum erat, occidebatis: gregem aũt meum non paſcebatis. Quod infirmũ fuit,non conſolidaſtis:& quod ægrotum, non ſanaſtis:quod confractũ eſt,non alligaſtis:& quod abiectum eſt,non reduxiſtis: & quod perierat,non requiſiſtis:ſed cũ auſteritate imperabatis eis,& cũ potentia. Et diſperſæ ſunt oues meæ,eo q̃ non eſſet paſtor,& factæ ſunt in deuorationẽ omnium beſtiarum agri,& diſperſæ ſunt,& errauerunt in cunctis montibus,& non erat qui requireret. Act. 20. Attendite vobis & vniuerſo gregi,in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos,regere eccleſiam dei quã acquiſiuit ſanguine ſuo. Ego em̃ ſcio,quoniam poſt diſceſſionem meam intrapunt lupi rapaces in vos,non parcentes gregi. Et ex vobiſipſis exurgent viri loquentes peruerſa,vt abducant diſcipulos poſt ſe. Tales ergo,quoniã per oſtium nõ intrant,quanquã ſeſe iactitent paſtores,non ſaluabuntur,nec paſcua inuenient,ſed æternã egeſtatem,& conſcientiæ ingredientur ſtimulos,& in æternos egredient cruciatus. Eſa. 66. Vermis eor̃ non morietur,& ignis non extinguet. Sic & diabolus illor̃ caput, venit tentando. Iob. 1. Circuiui terram & perambulaui eam. Ad quid? 1. Pet. 5. Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit,quærens quẽ deuoret. Vt furetur p malas cogitationes,mactet p conſenſum,& perdat p operis conſummationem. Iaco. 1. Peccatũ cum conſummatum fuerit,generat mortem. Contrà dominus venit, Baruch. 3. Poſt hæc in terris viſus eſt,& cũ hominibus conuerſatus eſt,non in aliud,niſi vt oues morbidæ ſanentur,mortuæ viuant,ac viuæ ſaginentur omni virtutũ genere. Gala. 2. Viuo ego,iam non ego,viuit vero in me Chr̃s. Auguſt. Ego veni vt vitã habeant. i. fidem p dilectionẽ operantem. Gala. 5. In Chr̃o Ieſu neq; circunciſio aliquid valet,neq; p̃putium,ſed fides quæ p charitatem operatur. Fides em̃ ſine operibus mortua eſt,in ſemetipſa, Iaco. 2. Et abundantius habeant,qui perſeuerando vſq; in finem,per illud oſtium,id eſt,per fidem egrediuntur:quoniam & fideles moriuntur,& abundantius habebunt vitam, veniendo quo paſtor ille præceſſit,vbi nunquã deinde moriuntur. Habent omnes fidem in Chriſto omnes reſurgent & viuent:ſed iuſti qui oues ſunt, Matth. 25. quid amplius habent,regnum ſcilicet cælorum. Pſal. 35. Domine,apud te eſt fons vitæ. Hinc Petrus ait Iohan. 6. Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Quanquam autem & hic in ipſo ouili non deſint paſcua,tamen tunc vere paſcua inuenient,vbi ſaturentur qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, Matth. 5.

Ioh. 10 P Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Mercenarius autem,& qui non eſt paſtor,cuius non ſunt oues propriæ,videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit, & lupus rapit & diſpergit oues. Mercenarius autem fugit,quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus.

Oſtẽdit

Ostẽdit quanta dilectione nostrã procuret salutem, quæ si desit pastoribus, populus in direptionẽ & perditionẽ venit. Si quæritis specimen boni pastoris & exemplum, ego sum ille pastor bonus. Esa. 40. Ecce dominus deus in fortitudine veniet, & brachiũ eius dominabitur: ecce merces eius cũ eo, & opus illius coram illo. Sicut pastor gregẽ suũ pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit. Ezech. 34. Et scient quia ego dominus deus eorũ cum eis, & ipsi populus meus domus Israel, ait dñs deus. Vos aũt greges mei, greges pascuæ meæ homines estis, & ego dominus deus vester. Psal. 91. Nos aũt populus eius & oues pascuæ eius. Vere bonus pastor. Ipse enim nos pascit corporeo nutrimento. Matth. 6. Respicite volatilia cæli, quæ nõ serunt, neque metunt, neq; congregant in horrea, & pater vester cælestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Psal. 144. Oculi omniũ in te sperant dñe, & tu das escam illorũ in tempore opportuno. Psal. 135. Qui dat escam omni carni. Verbo diuino. Matth. 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Corporis sui sacramento. Iohan. 6. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Ipse nos dirigit. Psal. 22. Dñs regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Ezech. 34. Ego pascam oues meas, & ego eas accubare faciam, dicit dñs deus. Quod perierat, requiram: & quod abiectũ erat, reducam: & quod confractũ fuerat, alligabo: & quod infirmũ fuerat, consolidabo: & quod forte & pingue, custodiam: & pascam illas in iudicio. Quia ergo in cælum conscendit, pastores & vicarios instituit. Ephe. 4. Qui descendit, ipse est & qui ascendit sup omnes cælos, vt adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdã quidẽ apostolos, quosdam aũt prophetas, alios vero euangelistas, alios aũt pastores & doctores ad consummationem sanctorũ in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Hinc princeps dicitur pastorum, 1. Petri. 5. Non ergo est bonus pastor, qui non per ipsum & propter ipsum ouium suscipit curam. Hinc Petro ter ait: Pasce oues meas, Iohan. 21. Distinguit ergo inter bonũ pastorem & malum. Bonus, qui ex charitate præest, fouens sibi cõmissos, vt eorũ cooperetur saluti, & simul cũ ipsis saluetur, si quando periculum ingruerit, vitæ periculo gregi consulit. 2. Corẽ. 12. Ego aũt libentissime impendam, & superimpendar ego ipse pro animabus vestris. Multa eñ sunt quæ salutem gregis infestant. Gregorius: Bonus pastor animã suam dat pro ouibus suis. Primũ nobis est, exteriora nostra misericorditer pro ouibus impendere: postremũ si necesse est, etiam mortẽ pro eis obire. Sed qui non dat substantiã, quando daturus est vitam? Non ergo potest esse verus pastor, nisi purus ab omni cupiditate cõmodi priuati, nisi vitæ quoq; suæ cõtemptor, quum necessitas cogit. Væ eis qui nõ syncere irrumpunt, nõ considerantes q̃ districtã dño reddituri sint rationẽ. Sap. 6. Iudicium durissimũ in his qui præsunt, fiet. Qui aũt plus terrenam substantiam q̃ oues diligunt, hi merito nomen pastoris perdunt: qui nõ pro amore intimo, sed ad temporales mercedes pascunt, locũ quidẽ pastoris tenent, sed lucra animarum non quærunt, terrenis cõmodis inhiant, honore prælationis gaudẽt, temporalibus lucris pascuntur, impensa sibi reuerentia ab hominibus lætantur. Id proprie merces dicitur: nam gloria æterna non dicitur proprie merces, sed tantummodo large, in quantũ omne quod redditur in præmium laboris, merces vocatur. Vnde dominus ad Abraam Gene. 15. Noli timere, ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Nam hæreditas distinguitur à mercede proprie dicta, sicut filius à seruo conductitio, cui debet merces pro suo labore. Gloria aũt vitæ cælestis redditur fidelibus, sicut hæreditas filijs. Roma. 8. Ipse eñ spiritus testimonium reddit spiritui nostro, q̃ filij dei sumus. Si aũt filij, & hæredes: hæredes quidẽ dei, cohæredes aũt Christi. Verus itaq; pastor gloriam dei & salutẽ animarũ attendit: mercenarius solũ lucrum temporale, non ouium vtilitatẽ. Qui ergo mercenarius est, & sui compẽdij gratia gregis curã suscipit, etiam si bona fide rebus tranquillis gregem procurat, tamen si vitæ ingruat periculũ, hoc est, si lupum viderit venientem, proditis ouibus, suæ vitæ fuga consulit, gregẽ lupo dissipandũ & dilaniandum relinquit. Neq; eñ gregis interitus discruciat animum mercenarij. Ita fit, vt simul & domino pereat quod vnice diligebat, & grex veniat in exitium qui seruari poterat. Grego. Lupus rapit & dispergit, quia diabolus mentes fidelium in tentatione dilaniat & necat. Auguſt. Ecce lupus guttur apprehendit, quũ diabolus fideli adulterium persuasit. Sic & per falsos doctores. Matth. 7. Attẽdite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimẽtis ouiũ, intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. Sic & tyranni. Ezech. 22. Principes eius in medio illius quasi lupi rapientes prædã, ad effundendũ sanguinẽ, & ad perdendas animas & auare sectanda lucra. Lupus rapit, ab ecclesiastica vnitate & charitate diuidẽs. Matth. 9. Videns turbas, misertus est eis, quia erãt vexati & iacentes ficut oues nõ habẽtes pastorẽ. Prou. 11. Vbi nõ est gubernator, populus corruet. Pertinet quidẽ ad eũ de ouibus secundũ iustitiã,

Bonus pastor.

Merces.

sed non quo ad debitã curam. Omnes enĩ quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi, Phil. 2. Aestimantes quæstũ pietatem, 1. Timo. 6. Esa. 56. Speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi, canes muti nõ valẽtes latrare. Zach. 11. O pastor & idolũ derelinquẽs gregẽ, gladius super brachium eius, & super oculũ dexterũ eius, brachium eius ariditate siccabitur, & oculus eius dexter tenebrescens obscurabitur. Obserua hic, q̃ in qualibet obligatione attendi debet p̃cipue obligationis finis. Obligant aũt se prælati ad exequendũ pastorale officiũ propter subditor̃ salutẽ: & ideo vbi subditor̃ salus exigit p̃sonæ pastoris præsentiam, non potest pastor personaliter suum gregem deserere. Si autẽ saluti subditorum sufficienter per alium potest prouideri, tunc licitum est propter aliquod commodum ecclesiæ, vel personæ periculum. Vnde ille dicitur fugere tãquam mercenarius, qui temporale commodum, vel corporalem salutem, proximorum saluti spirituali anteponit. Augustinus: Inde lædit mercenarius, vnde facit, non vnde bona dicit: botrum carpe & spinas caue. Multi quippe in ecclesia terrena sectantes commoda, Christum prædicant, & per eos vox Christi auditur, & sequuntur oues non mercenarij, sed pastoris vocem per mercenarium. Plerunq; ad gregis custodiam sicut verus pastor, sic & mercenarius stat: sed lupus veniens indicat, quo quisq; animo super gregis custodiam stabat. Fugit, qui curã solicitudinis non habet, & animæ pereunt: ipse vero de terrenis lucris lætatur, nullo contra hæc zelo accenditur, nullo dilectionis feruore excitatur: quia dum sola commoda exteriora requirit, interiora damna gregis negligenter patitur. Quo contra Apostolus 2. Cor̃. 12. Non quæro vestra, sed vos. 1. Cor̃. 10. Non quærẽs quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant.

Pastor q̃n gregi suo licite abesse possit.

Pastor per mercenarium q̃o audiatur.

Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem, & animam meam pono pro ouibus meis.

Tria pastorem commendãtia.

Ponit tria bonitatem pastoris cõmendantia. Primũ, ouium cognitio. Nam mercenarius quidem nescit oues, qui non sæpe illas inuisit, pastor aũt curam illarum agit, & ideo etiam cognoscitur ab eis. Nouit enĩ qui sunt eius, 2. Timo 2. quia nomina scripta habet in libro vitæ, Apoca. 20. Exo. 33. ait Mosi: Noui te ex nomine. Hinc ait discipulis Luc. 10 Gaudete quoniam nomina vestra scripta sunt in cælis. Sed qui sunt oues eius quos cognoscit? 1. Cor̃. 8. Si quis diligit deũ, hic cognitus est ab eo. Gregorius: Cognoscunt me meæ, id est, diligentes obsequuntur. qui enĩ veritatem non diligit, adhuc minime cognouit. Cognoscunt autem, non solum ex credulitate, sed operatione. 1. Iohan. 2. Qui dicit se nosse deũ, & mandata eius non custodit, mendax est. Vide autem q̃ primum nos ille cognoscit, deinde nos illum. Nam primum ipse familiaris factus est nobis carne, factus homo: deinde nos illi familiares facti sumus p̃ deiformem gratiã. Iohan. 13. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. Ioh. 15. Hoc est p̃ceptum meũ, vt diligatis inuicẽ sicut dilexi vos. Secundũ, paterna dilectio. Me pater agnoscit vt germanũ filium, suæq; voluntati p̃ omnia obsequentem, & ego vicissim agnosco patrẽ, qui cupit omnes saluos fieri. Ioh. 8. Ego scio eum, & sermonẽ eius seruo. Qui enim deum semper præ oculis haberet, solicite se in omni & actione & cogitatione gereret, cognoscens exactã de omnibus rationẽ reddendã. Hinc de p̃positis ait Apostolus Hebr. 13. Ipsi peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Ezech. 3. Fili hominis, speculatorẽ dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbum, & annunciabis eis ex me. Si dicente me ad impium, morte morieris, non annunciaueris ei, neq; loquutus fueris vt auertatur à via sua mala & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit cõuersus ab impietate sua & à via sua impia, ipse quidem in impietate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. Tertium, summa perfectio. Iohan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Esa. 53. Tradidit in mortem animam suam. Licet vero pro omnibus posuerit animam, non tamen nisi electis prodest, quia alij se non accommodant gratiæ. Vnde Matth. 20. Venit hominis filius non ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis. & Matth. 26. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Esa. 53. Et ipse peccata multorum tulit. Rationem subiungit.

Cur nõ oĩbus Christi passio p̃sit.

Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient. Et fiet vnum ouile, & vnus pastor.

Sunt

Sunt in alijs, inquit, gentibus oues dispersæ, ac lupor-, furum, & latronum insidijs obnoxiæ, nec conquiescam donec has quoq; ad communes caulas reduxero. Ioh.12. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Ioh.11. Prophetauit quia Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios dei qui erant dispersi, congregaret in vnum. Esa.53. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisq; in viam suã declinauit Ezech.34. Hæc dicit dominus deus: Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas. Sicut visitat pastor gregem suum, in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum, sic visitabo eas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersæ fuerunt in die nubis & caliginis. Modum ipse indicat Matth.18. & Lucæ.15. in oue centesima perdita, quam humeris impositam reportauit. 1. Pet.2. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Quis tantam dignationem non obstupescat? Quis non amplectatur? Sed nõ omnes obediunt euangelio. Rom.10. Agnoscent, inquit, & audient vocem meam, si quæ sint oues saluti destinatæ. Non enim natio secludit à salute. Actu.13. Audientes gentes, gauisæ sunt, & glorificauerunt verbum domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. 1. Pet.2. Erratis sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum vestrarum. Ideo refugientes audire vocem ipsius, vitam fugiunt, & mortem incurrunt. Matth.17. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Hebr.3. Quapropter sicut dicit spiritus sanctus Psalm. 94. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Hunc enim pastorem qui non agnouerit, in exitium ibit, quia sub vno pastore vnus erit grex, ex Iudæis & gentibus in vnitatem fidei collectus. Extra hoc ergo ouile qui fuerit, saluus esse non poterit. Nolens ergo perire, in hoc ouili maneat, nõ sequens illos qui segregant semetipsos, dissidia mouentes, eo quòd sint animales, obseruientes mundanis affectibus, spiritum non habentes, qui venantur voluptates, ambiunt honores, captant lucrum, Iudæ.1. Sed audiat vocem pastoris Matth.11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Nam sicut ouis ad occisionem ductus est, Esaiæ.53. Chrysostomus: Maneamus sub isto pastore, & securi à lupo erimus. pastorem enim habemus ita amantem nos, vt animam pro nobis dederit. Cum igitur & potens sit, & ita nos diligat, quid prohibet nos saluari, nisi nos ipsi destiterimus? Quanquam autem non sit, nisi vna ecclesia in fidei, spei, charitatisq; vnitate coniuncta, quæ mysticum corpus est Christi, quod ab vno capite Christo gubernatur, vno spiritu sancto viuificatur, vna lege regulatur, vno fonte purificatur, vno pane reficitur, ad vnam patriam proficiscitur, Ephe.1. & .4. tamen hic in finem vsque mali cum bonis mixti sunt, in fine separabuntur, quemadmodum pastor segregat oues ab hircis. Matthæi vicesimoquinto: Tunc oues, id est, iusti ibunt in vitam æternam, hirci vero in supplicium perpetuum, quia pastorem non agnouerunt opere misericordiæ in proximo. Nemo ergo sibi de sola credulitate blandiatur seducens seipsum, si non fuerit per charitatem operans.

Propterea me diligit pater, quia ego pono animam meam, vt iterum sumã Q.
eam. Nemo tollet eam a me, sed ego pono eam a meipso. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi a patre meo. Dissensio iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis: Dæmonium habet, & insanit. quid eum auditis? Alij dicebant: Hæc verba non sunt dæmonium habentis. Nunquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire?

Magnæ dilectionis opus filius suscepit, ignominiose moriens pro nobis: & non solum moriens, sed & iterum accipiens animam, vt occidat mortem, & nobis immortalitatem per resurrectionem pariat. Osee.13. Ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne. Deus nos non diligit propter merita nostra, quasi merita dilectionem præcesserint, sed dilectio dei qua à deo præuenti sumus, causa est omnis boni in nobis. Hieremiæ.31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Quoniã, inquit, eodem animo sum quo pater ideo me diligit vnice, non veluti mercenariũ, qa mea sponte pro salute gregis paterni vitã impendo meã: tñ abest, vt ex gregis malo mihi cõmodũ veniat. Igit non auferent mihi vitam, sed ego volens vitã impendã ouibus meis, mea morte vitã illis redẽpturus æternam. Promptam & liberã ostendit voluntate pro humano genere moriendi. Chrysost. Sic habeo ponendi ptãtẽ, vt ne me inuito id facere possit. Nos tñ interimere nos possumus, sed

si in latronum insidias inciderimus, non habemus liberam faciendi quod volumus potestatem. Velimus nolimus, nos interficiunt. Christus autem insidijs circunuentus, sui iuris erat moriendi nec ne, Esa.53. Oblatus est, quia ipse voluit. Ego vtriusq; rei potestatem habeo, & animam hanc emittendi è corpore, & eandem in hoc ipsum corpus reuocandi. Hinc in articulo mortis, quo alij vix halitum trahere possunt, valenter clamauit, quod cõsiderans Centurio, ait Luc.23. Vere hic homo iustus erat. Matth.27. Vere filius dei erat iste. Secundum naturam diuinam, suscitauit seipsum à morte vt hominem. Nunquã autem verbum deposuit quod semel assumpsit, vt dicit Damascenus: & ideo in triduo mortis erant corpus & anima verbo vnita, non tamen verbũ fuit tunc homo, quia fuerunt à se inuicem separata corpus & anima. Hoc visum est patri, vt hac ratione procuretur negocium humanæ salutis. Iohan.14. Sicut mandatũ dedit mihi pater, sic facio. Actu.2. Iesum Nazarenum virum approbatum à deo in vobis virtutibus, & prodigijs, & signis, quę fecit deus per illum in medio vestri, sicut scitis hunc definito consilio & præscientia dei traditum per manus iniquorũ, affigentes interemistis. Rom.8. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Hæc quum dominus proloquutus esset noua ac inaudita, ac longe supra vulgarem hominum sensum, rursus in populo variatum est sentẽtijs. Chrysostomus: Quod supra hominẽ operetur, inquiunt, inde constat quod dæmonium habeat. Arrepticius est, sicq; inspiratione diaboli alta & profunda loquitur. Fallimini eum audiendo. Discamus hoc loco verborum iniurias, detractiones, irrisiones q; patienter ferre. Amentia imponitur ei, cuius sapientiæ nõ numerus. Psal.146. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Coloss.2. Dæmonium habere dicitur, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Colosseñ.2. Qui iniquitatem non fecit, neq; dolus fuit in ore eius. Esa.53. Nihil tamen dominus respondit, nos interim docens, non esse semper contendendum cum improbis, & factis potius declarandum quid possimus q̃ verbis. Quid tamen, quibus mens sanior inerat, dixerunt: Hæc verba non sunt obnoxij malo dæmoni. Sapiunt enim diuinam virtutem, præsertim quum dictis astipulentur facta. Quia enim opus diuinum, ergo & verba. Mira quidem ac stupenda agere possunt dæmones deo permittente, vt claret Exod.7. & Iob.1. sed non quæ totam naturæ legem & facultatem excedant. Quum enim sint agiles & subtilissimi, possunt celerrime naturalia actiua & passiua applicare, & ad inuicem proportionare, sicq; producitur effectus mirabilis his qui causam & modum operationis ignorant.

## ¶De Encænijs.

## ARTICVLVS XIX.

Iohan.10 R

FActa sunt autem encænia in Hierosolymis, & hyems erat, & ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis. Circundederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam.

Triplex Hierosolymitani templi dedicatio.

Dedicationum istarum mystica interpretatio

Ostendit, q̃ nedum verbis, sed quàm maxime factis innotuerit mundo: sed inuidia excæcati Iudæi, opera non solum non attendebant, sed & calumniabantur: quare multo minus verbis credebant, quanquam crebro interrogarent. Quũ ergo passio in foribus esset frequentius in Hierusalem ambulabat. Aderat dies festus quem encænia vocant, ob templum post Persicum exilium Hierosolymis restauratum ac renouatum. Obserua apud Iudæos triplicem fuisse templi dedicationem. A Salomone in autumno decimo die mensis Septembris, 3. Reg.8. Altera à Zorobabel in vere, duodecimo die Martij, 1. Esdræ.6. Tertia à Machabæis, tempore hyemis, 14. Nouembris. 1. Machab. 4. Voluit ergo dominus nobis præludere ac docere, q̃ feriis sacris maxime diuinis rebus incumbendum est. Sed quoniam omnia in figura contingebant illis. 1. Corint.10. scripta autem sunt ad correptionem nostram, in primo templo, per Salomonem ædificato, naturam accipimus humanã per Christum factam, Hebr.1. Per quem fecit & secula. Hoc per Nabuzardã principem cocorum regis Babylonis combustũ, 4. Peg.25. Sic primi parentes serpenti obsequentes, de cibo vetito comedendo, naturam humanam violarunt, Gene.3. Sap.2. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarũ. Istud instauratum per Zorobabel alio nomine Iesum, 1. Esd.5. Sic natura humana per baptismũ. Gala.3. Quicunq; in Christo baptizati estis, Christum induistis. 1. Corinth.6. An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est? Sed quoties illud per peccatum violamus, ponentes in eo idolum, vel gulæ, Phil.3. Quorũ deus venter est. vel auaritiæ, Ephe.5. Auarus quod est idolorũ seruitus, aut

luitus, aut luxurię. 2. Corint. 6. Qui consensus templo dei cum idolis? 1. Corinth. 3. Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? Si quis autē templum dei violauerit, disperdet illum deus. Templū enim dei sanctū est, qđ estis vos. Nec mirę de tanta vim dicta, quia Hebr. 13. Propter quod & Iesus vt sanctificaret populum suum, per suum sanguinem extra portam passus est. Ideo cum Iuda Machabęo mundemus & renouemus tē plum hoc, omnē immunditiam reiicientes, & quæ ad ornatum spectant procurantes. 2. Corinthiorum. 7. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationē in timore dei. Sit eñ celebrabimus encænia, iuxta quod monet idem Apostolus Coloss. 3. Expoliantes nos veterē hominem cum actibus suis, & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem dei, secundum imaginem eius qui creauit eum. In hyeme præsentis vitæ, quæ semper à malis spiritibus turbatur. Aderit eñ tunc Iesus, qui simul celebrat encænioꝝ festiuitatem in porticu Salomonis, custodia sua nos muniens, & pacificos reddens ab affectionibus. Ver eñ, futurum seculum est, quo oñia reuiuiscunt, quo nullus animam innouare potest. Gregorius: Idcirco curauit euangelista tempus hyemis exprimere, vt inesse Iudæoꝝ cordibus malitiæ frigus insinuaret. In porticu Salomonis, vt locus loqueretur adesse pacificum illū oñia conciliatuꝝ, quæ in cælis & quæ in terris. Coloss. 1. per sanguinē crucis. Ne autē posset elabi, cinxerunt eum, multis illius dictis & factis irritati, nec satis inter se cōcordes. Psal. 30. In eo dū cōuenirent simul aduersum me accipere animam meam consiliati sunt. Psal. 117. Circundederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis. Quousque, inquiunt, dictis ambiguis suspensos detines animos nostros, & hac animi ambiguitate populi seditionē concitas? Si tu es ille Messias, quē expectamus, dic. Chrysostomus: Vide peruersitatem Iudæorum, quando ipsos docebat, signa petebant. Ioh. 6. Quod ergo facis tu signū, vt videamus & credamus tibi? Quid operaris? quum signa edebat, requirebant verba. Ridiculosa fuit hæc quæstio & calumniosa. Satis enim ex scripturis compertum habebant, qualis & quomodo venturus Christus esset. Vnde Iohan. 5. Scrutamini scripturas, illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Satis autem opa illū p̄dicabant esse Christū, nisi inuidia excæcati fuissent. Hinc putabant tēporario regnaturum, eoq̄ oñes scripturas torserunt. Psal. 2. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctū eius. Psal. 71. Et dominabitur à mari vsq̄ ad mare, & à flumine vsq̄ ad terminos orbis terrarum. Esa. 60. Gens & regnum quod non seruierit tibi, peribit. Sed quod spiritualiter intelligendum erat, illi ad carnale regnum torserunt. Nam in domo Iacob regnabit in æternum, Lucæ primo. Sed in fine seculi ponentur inimici eius scabellum pedum suorum, Psalmo. 109. Non quærunt, an filius sit dei, sed Christus, quo ansam haberent accusandi affectati regni contra prohibitionem Augusti, & sic præsidi traderetur puniendus. Si vero negaret, calumniarentur mendacem, quum non semel id professus fuerit. Dic, inquiunt, libere. Sane vbique dicebat libere, & comparebat in festis, & nihil in occulto loquebatur. Iohannis decimoquarto: Ego palam loquutus sum mundo, filiumq̄ dei se nominabat, & lucem, & viam, & ostium, adhibito etiam Mose in testimonium.

Ver mystice quid.

Respondit eis Iesus: Loquor vobis, & non creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hęc testimonium perhibent de me. Sed vos nō creditis, qa non estis ex ouibus meis. Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitā æternā do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est: & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater vnum sumus. Sustulerunt ergo lapides Iudæi, vt lapidarent illum. 2

Chrysostomus: Christus dei sapientia sic' responsum temperat, vt calumniæ locus non sit, & fidelibus appareat, quòd ipse vere sit Christus ille filius dei. Prouerbiorum. 21. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum. Quid opus, inquit, fuerit de meipso qui sim, me toties profiteri, præsertim quum si profitear, arrogantiam interpretemini veri testimonium? Iohannis. 8. Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Nullum certius argumentum q̄ ex factis. Opera quę facio, omnē creatam potestatē excedentia, nō vt aduersarius dei, sed in nomine patris mei, in gloriam dei, non recipitis, quomodo nudis verbis crederetis? Hæc ergo si videntur digna deo, credite me missum ab eo. Chrysostom. Simulabant se solo verbo suaderi, qui tot operibus nō sunt suasi: ideo eoꝝ arguit malitiam. Sed vos, inqt, nec dictis, nec factis meis

creditis

creditis, cuius rei non sum ego causa, sed vester animus insyncerus, minimeq; simplex. Qui simplici sunt animo, nullaq; mundi huius malitia vitiato, credunt verbis meis, ac velut oues agnoscunt boni pastoris vocẽ. Ostendit q; suo vitio credere noluerũt, simulq; quibus notis suæ agnoscantur oues, quidq; emolumenti ex ipso percipiant. Non enim est omnium fides, 2. Thessa. 3. Habet enim diabolus oues suas, oues nomine, sed reuera hirci. Ezech. 34. Ecce ego iudico inter pecus & pecus arietum & hircorum. Habet autem duos greges, vnum in hoc mundo. Matt. 7. Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. 2. Corinth. 11. Ipse enim satanas transfigurat se in angelum lucis. Alterum in inferno. Psalmo. 48. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. Ne ergo cum his pereas, fuge ad caulas ecclesiæ per pœnitentiam, d. Psalm. 118. Erraui sicut ouis quæ perijt, quære seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus. Lucæ. 19. Venit enim filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. Audiunt oues meæ vocem meam, & obsequuntur. Psalmo. 94. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Sic pharisæi audierunt & spreuerunt. Atque ego vicissim illas, licet humiles iuxta mundum, pro meis agnosco. Psalmo. 1. Nouit dominus viam iustorum. Contra malos operarios ignorat. Matth. 7. Amen dico vobis, nescio vos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. 1. Corinth. 14. Ignorans ignorabitur. Sequuntur me pastorem verum. Inter omnia animantia ouis innocentior est. Ita decet esse Christianum, non reluctari, non sequi alterum, non disquirere cur pastores ita præcipiant, sic dirigant: satis illi fuerit vt pastoris vocem sequatur, luporum declinet insidias. Matth. 16. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Galatas. 5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs suis. Ostendit quantum bonum assequamur per eum, nempe vitam æternam. Augustinus: Bona pascua vita æterna dicitur, vbi nulla herba arescit, sed totum viret. 1. Petri. 1. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam, regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcessibilem conseruatam in cælis, in vobis qui in virtute dei custodimini per fidem in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo. Neque interire poterunt, qui seruatorem habent deum. Sapiæ. 3. Iustorum animæ in manu dei sunt, & non tanget illos tormentorum mortis, visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. Romanorum. 8. Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Si quis vero ex ordine ouium exciderit, & non sequutus fuerit pastorem suo vitio statim peribit. Nam vi quidem & tyrannide nullus potest auellere à deo, deceptione autem quotidie supplantamur. Oues simplices sunt, innoxiæ, imbelles, omnibus huius mundi præsidijs destitutæ. In has mundus desæuiet, & omnibus suis machinis ac viribus insurget. Sed nulla futura est tanta satanæ potestas, vt eas rapiat è manibus meis. Quicquid mundus molietur, cedet in bonum ouium, & in gloriam patris. Augustinus: Securus est de earum numero, qui pro eis quid dederit, nouit. Vnicum illud præsidium, quod mihi ad tuendas oues meas dedit pater, maius ac potentius est omnibus, quibus mundus coorietur in me meosq;. Augustinus: Non enim crescendo, sed nascendo æqualis est, qui semper natus est de patre filius, de deo deus. Dedit ergo illi esse mediatorem dei & hominum. 1. Timoth. 2. Et vt fit vnigenitus filius. Hebræorum. 1. Cui enim dixit aliquando angelorum. Filius meus es tu, ego hodie genui te, Psalmo secundo? nec natura dissimilis, nec virtute inferior, nec tempore posterior. Hoc maius omnibus est. Quoniam autem nulla potestas mundi tanta est, vt quicquam ex illius manibus extorquere possit. Hieremiæ. 49. Quis similis mei? & quis sustinebit me? & quis est pastor, qui resistat vultui meo? Psal. 75. Tu terribilis es, & quis resistet tibi? qui nutu potest omnia. Psalm. 113. Omnia quæcunq; voluit dominus, fecit. Sapientiæ. 12. Tu autem dominator virtutis cum magna tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos. Subest enim tibi, cum volueris, posse. Neque ergo de manu mea, quum inter patrem & me, sicut est absolutissimũ potestatis consortium, ita summus est voluntatis consensus. Prorsus enim vnum sumus in substantia, potestate, & voluntate. Augustinus: Vtrunque audi, vnum sumus. Vnum dixit, liberauit te ab Arrio: quod dixit, sumus, liberauit te à Sabellio. Si vnum, ergo non duo: si sumus, ergo pater & filius & spiritus sanctus. 1. Iohannis. 5. Tres sunt qui testimonium dant in cælo: pater, verbum, & spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt. Lapidea corda ad lapides currunt, sed nemo tamen impetijt illum, quòd nondum venisset tempus, quo decreuerat extrema pati pro salute generis humani. Act. 7. Dura ceruice & incircuncisi cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto restitistis.

Duo Christi greges

Ouiũ laus & officium

Artĩ confutatio & Sabellij.

Respon-

Respondit eis Iesus: Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu homo quum sis, facis teipsum deum. Respondit eis Iesus: Nonne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, & non potest solui scriptura, quem pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemas, quia dixi, filius dei sum? Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi: si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis & credatis, quia pater in me est, & ego in patre.

Pergit autem dominus hanc eorum insaniam placidis verbis corrigere. Neq; em manifesta dissimulanda sunt crimina, ne peccati reus & conscius alieni arguaris. Esai. 58. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Si lapidatur beneficus, quid fiet scelerosis? Multa bona opera doctrinæ, sanationum, ostendi vobis ad gloriam dei. Bis hoc facto deliquerunt, quia in ris ordine prætermisso, etiam si iustam fingant causam. Nam pœna omnis officio iudicis exequenda est. Roman. 13. Non enim sine causa gladium portat. dei enim minister est, vindex in iram ei qui male agit. Secundo, quia contra iura & leges gratitudinis, mala pro bonis rependunt. Nam reddere bonum pro bono, naturæ est. Matth. 5. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Luc. 6. Si benefeceritis his qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? Siquidem & peccatores hoc faciunt. Bonum pro malo, id euangelicum. Matth. 5. Benefacite his qui oderunt vos. Malum pro malo, Iudaicum. Leuit. 24. Oculum pro oculo, dentem pro dente restituet. Sed malum pro bono, id impijssimum. Hiere. 18. Nunquid redditur pro bono malum. Psal. 34. Retribuebant mihi mala pro bonis. Sed quid tandem? Prouerb. 17. Qui reddit malũ pro bonis, non recedet malum de domo eius. Sapiæ. 16. Ingrati spes tanquam hybernalis glacies tabescet, & disperiet tanquam aqua superuacua. Iudæi tandem huc prouocati, vt vel crimen proferrent, vel amentiam suam agnoscerent, ne nihil prætexerent suæ insaniæ. Non, inquiunt, ob benefacta, sed ob immanissimum scelus blasphemiæ, atque hac in re legis autoritatem sequimur, quæ iussit huiusmodi saxis obrui. Leui. 24. Dominus autem intentum crimen sic abs se reppulit, vt & illorum ferocitatem verbis atrocioribus non irritaret, & nihilo secus sibi vindicaret quod negari non potuit scripturæ testimonio. Non solum illos, inquit, ad quos sermo dei factus est, filios dei appellat lex, sed deos, non læsa tñ vnius dei maiestate: nec falsum esse potest quod diuinis literis proditum est, Psal. 81. Quomodo mihi blasphemiæ crimen intenditis, quod me quem pater vnice sanctificauit, (Luc. 1. Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei) ac misit in mundum, vt per illum omnes sanctitatem assequerentur, dixerim filium dei? Mosi ait deus Exo. 7. Ecce constitui te deum Pharaonis. Vultis scire æqualitatem cum patre? à substantia non potestis scire. Impossibile est enim scire substantiam dei. Iohan. 1. Deum nemo vidit vnquam. Matthæi 11. Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Cæterum ex ipsis factis magis conuenit æstimare. Si quæ facio, non videntur esse homine maiora, si non diuinæ virtutis specimen habent, nolite credere quòd sim filius dei, quod mihi per omnia cum illo conueniat. Quod si videtis deum patrem in me proferentem virtutem suam, si dictis meis fidem habere non vultis, certe factis ipsis quæ videtis oculis, credite: & arrogans habear, nisi longe plus præsto quàm mihi verbis sumo. Ea si synceris animis perpenderitis, fiet vt verbis quoque meis fidem habeatis, non amplius dubitaturi, quin pater in me sit, & ego in patre, quod vterque alteri indiuidua societate cohæreat, dum ille per me quicquid vult, operatur, & ego ab illius exemplo iussuq; nusquam recedo, vt qui mihi credit, illi credat: qui mihi repugnat, illi repugnet. Lucæ decimo: Qui me spernit, spernit eum qui misit me. Iohannis duodecimo: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. Nam per circumincessionem atque essentiæ identitatem, & maiestatis æqualitatem & vnitatem, & pater in filio, & filius in patre est. Vtinam & nos sola adoptione, non natura, aliquando vere dicere possemus: Pater in me est, filius quoque & spiritus sanctus. Nam longe à peccatoribus salus, Psamo. 118. Deus vero charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo, primæ Iohannis quarto.

Querebãt

Quærebant ergo eum apprehendere,& exiuit de manibus eorum,& abiit iterum trans Iordanem,in eum locum vbi erat Iohannes baptizans primum, & manſit illic.Et multi venerunt ad eum,& dicebant:quia Iohannes quidem nullum ſignum fecit. Omnia autem quæcunque dixit Iohannes de hoc, vera erant. Et multi crediderunt in eum.

Iraq; quum ſatis illic docuiſſet, ceſſit ad tempus immedicabili malorũ veſaniæ,ſua abſentia illorum morbum mitigare volens.Secedit autem inuitis illis,monſtrans quòd neq; in cruce detentus fuiſſet,niſi ſponte ſe tradidiſſet. Tranſmiſſo autem Iordane,rediit ad eũ locum vbi Iohannes primum cœperat baptizare. Multi venerunt ad eum ob teſtimonium Iohannis,cui non leuis erat apud Iudæos autoritas, partim ob ſermones diuinæ ſapientiæ plenos,partim ob facta diuinam virtutem teſtantia,credentes ipſum Meſſiam,phariſæis & ſacerdotibus in ſua malitia perſiſtentibus. Chriſto enim reſeruata erant ſigna. Eſaiæ.35.Deus ipſe veniet,& ſaluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum,& aures ſurdorum patebunt:tunc ſaliet ſicut ceruus claudus,& aperta erit lingua mutorum.Hinc cõcludebant.Chriſtum Iohanne maiorem.q.d. Si illi credidimus, qui nullum vnquam fecit ſignum,multo magis ei qui tot & tanta operatus eſt ſigna? Iohãnis.7.Chriſtus quum venerit, nunquid plura ſigna faciet quàm quæ hic facit?

## ¶De ſuſcitatione Lazari.

## ARTICVLVS XX.

Iohan.11. S

ERat autem quidam languens Lazarus a Bethania, de caſtello Mariæ & Marthæ ſororũ eius. Maria autem erat quæ vnxit dominum vnguento,& exterſit pedes eius capillis ſuis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Miſerunt ergo ſorores eius ad eum,dicentes: Domine,ecce quem amas, infirmatur. Audiens autem Ieſus, dixit eis: Infirmitas hæc non eſt ad mortem,ſed pro gloria dei,vt glorificetur filius dei per eam.Diligebat autem Ieſus Martham,& ſororem eius Mariam,& Lazarum. Vt ergo audiuit,quia infirmatur,tunc quidem manſit in eodem loco duobus diebus. Deinde poſt hæc dicit diſcipulis ſuis:Eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei diſcipuli: Rabbi,nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? Reſpondit Ieſus: Nonne duodecim ſunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit,quia lucem huius mundi videt: ſi autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non eſt in eo. Hæc ait,& poſt hæc dicit eis: Lazarus amicus noſter dormit,ſed vado vt a ſomno excitem eum.Dixerunt ergo diſcipuli eius: Domine,ſi dormit,ſaluus erit. Dixerat autem Ieſus de morte eius, illi autem putauerunt quia de dormitione ſomni diceret. Tunc ergo Ieſus dixit eis manifeſte:Lazarus mortuus eſt,& gaudeo propter vos,vt credatis, quia non eram ibi.Sed eamus ad eum.Dixit ergo Thomas,qui dicitur Didymus,ad condiſcipulos: Eamus & nos, & moriamur cum eo. Venit itaque Ieſus,& inuenit eum quatuor dies habentem in monumento. Erat autem Bethania iuxta Hieroſolymam quaſi ſtadijs quindecim.Multi autem ex Iudæis venerunt ad Martham & Mariam,vt conſolarentur eas de fratre ſuo.Martha ergo vt audiuit, quia Ieſus venit,occurrit illi. Maria autem domi ſedebat.

*Inter omia Chri miracula q̃d maxime prædicetur.*

Quàm operoſa vera ſit fides,quæ animæ vitam præſtat, & finaliter æternam in reſurrectione gloriam,oſtendit.Mox ergo offertur occaſio,per quam maxime redderetur illuſtris Chriſti patriſq; gloria, ſimul & ad homicidium irritaretur phariſæorum malitia. Auguſtinus:Inter omnia miracula quæ fecit Chriſtus, Lazari ſuſcitatio maxime prædicatur:ſed ſi attendamus quis fecerit,delectari potius debemus quàm mirari.Ille ſuſcitauit

hominem

hominem,qui fecit hominem.Plus eſt hominem creaſſe,q̃ ſuſcitaſſe.Erat aũt languens morbo naturaliter incurabili.Porro Maria erat illa,qui inſigni amoris erga Ieſum teſtimonio vnxerat eum.Harũ ſororum ſtudium imitari debemus,alterius reſipiſcentiam,vt Lucas teſtatur,Luc.7.& alterius hoſpitalitatem.Luc.10.Nunciant autem morbum,nõ dubitantes quin pro ſua mirifica in omnes humanitate,amico periclitanti ſuccurreret. Auguſt.Non dicunt,veni & ſana:nec auſæ ſunt dicere,ibi iube & hic fiet:ſed tantũ, ecce quem amas,infirmatur.Sufficit tibi ꝙ noueris, non eñ amas & deſeris.Prouer.17.Omni tẽpore diligit qui amicus eſt.Amanti tantũ denunciandũ fuit.Hugo:Defectus infinuatio,ſpecies eſt orationis.Chryſoſtomus:Vt,non cauſale eſt,ſed euentus. Nam aliunde quidẽ euenit infirmitas,ſed per diuinã prouidentiã ad dei gloriã ordinabatur,& Chriſti cognitionẽ.Non ergo deo p̃ſcribendus auxiliandi modus.Ipſe eñ cognouit figmentũ noſtrũ,Pſal.102.ſed dicendũ,Fiat voluntas tua, Matth.6.&.26.Amabat eñ Ieſus Martham & Mariã,harum'q̃ fratrẽ Lazarũ,& tamen hunc Ieſus paſſus eſt in morbum,atq̃ etiam in mortẽ incidere,ne nobis indignũ videretur,ſi quãdo boni, veræ'q̃ pietatis cultores,huius mundi calamitatibus affliguntur, deo veluti diſſimulante,vel quia expedit illis qui patiuntur, vel quia ſic conducit ad illuſtrandã dei gloriam,non ꝙ deus humanis malis procuret ſuã gloriam,ſed ꝙ mala quæ nobis iuxta cõditionis humanæ legẽ,caſuve obueniũt,vel in noſtrã ſalutẽ,vel in ſuam gloriam hominũ cauſa euertere ſoleat. Diſtulit aũt auxilium,quo illuſtrius eſſet miraculũ.Chryſoſtomus:Prædixit diſcipulis hic præter cõſuetudinem quõd iturus eſſet,ſciens inde ipſos terrendos,ne repentina abitione turbarentur,ſi abducerentur in regionẽ quã timebant.Hinc audito nomine Iudææ, diſcipuli memores q̃ eſſet atrox phariſæor̃ in illũ odium,& quoties ſuſtuliſſent in illum lapides,quoties conati fuiſſent in illum manus inĵcere,non ſolum dño metuebant,verũ multo magis ſibĳ ipſis.Nondum eñ induti erant virtute ex alto, Luc.24.ſpiritu ſancto confortati, & Ieſum humano quodã affectu proſequebantur,ipſi quoq; ob imbecillitatem à morte abhorrentes.Si eñ perfectam fidem in ipſum habuiſſent,nec ipſi nec ſibi timuiſſent,quia dei virtus & dei ſapientia,1.Cor̃.1.Hiere.20.Dominus aũt mecũ eſt tanquã bellator fortis:idcirco qui perſequuntur me,cadent,& infirmi erunt & cõfundentur vehemẽter,qa non intellexerunt opprobrium ſempiternũ quod nunq̃ delebitur. Origenes:Cũ vellent dare cõfiliũ homines deo,diſcipuli magiſtro,corripuit eos,d.Sicut horæ mutabiles ſunt, ſic & affectiones.Aenigmate formidinẽ illor̃ cõſolatus eſt,ſignificans nihil eſſe metuendum ĳs qui Chriſto adhærẽt,qui lux eſt mũdi.Ioh.8.Ego ſum lux mũdi.qui ſequit me, nõ ambulat in tenebris,ſed habebit lumẽ vitæ.Si quis ergo videns lucẽ,nõ offendit,multo magis qui Chriſto adhæret,niſi ab eo defecerit,nõ offendit.Sic luce gratiæ priuati,impingunt in peccata,Prouerb.4.Via peccator̃ tenebroſa, neſciunt quo corruunt.Ideo 1.Ioh.2.Qui odit fratrẽ ſuũ,in tenebris eſt,& in tenebris ambulat,& neſcit quo eat,quia tenebræ obcæcauerũt oculos eius.Hinc admonet Apoſtolus Ephe.5.Eratis aliquãdo tenebræ,nunc aũt lux in dño.vt filĳ lucis ambulate. Chryſoſt.Nimis carnaliter amabant, quare amittere nolebãt,& ideo aduentũ ipſius in Iudæã impedire volebãt,carnaliter verbum ipſius accipiẽtes.Nã ægrotis ſomnus eſſe ſolet redituræ ſanitatis indiciũ.Maluit autem dñs primũ dormientẽ q̃ mortuũ dicere,vt iuxta ſacræ ſcripturæ cõſuetudinẽ oſtenderet ſpem reſurrectionis.1.Theſ.4.Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus,vt non cõtriſtemini,ſicut & cæteri qui ſpem nõ habẽt.Si eñ credimus ꝙ Ieſus mortuus eſt & reſurrexit,ita & deus eos qui dormierũt per Ieſum,adducet cũ eo.Auguſt.Nemo tam facile excitat in lecto,ſicut Chr̃s in ſepulchro.Secũdo ob dulcedinẽ requietionis.Apoc. 14.Amodo iam dicit ſpũs,vt requieſcant à laboribus ſuis.Nã mali etſi corpore,nõ tamẽ anima requieſcunt vſq̃ in diem iudicĳ.Eſa.66.Vermis eor̃ non morietur,& ignis eorũ non extinguetur.Tertio,ob melioratiõnẽ immutationis.Somnus eñ præſtat reformationem virium,& releuamen naturæ,quare poſt ſomnũ homo melior redditur.1.Cor̃. 15.Seminatur in corruptione,ſurget in incorruptione.Seminatur in ignobilitate, ſurget in gloria.Seminatur in infirmitate,ſurget in virtute. Seminatur corpus animale,ſurget corpus ſpirituale.Quoniam aũt reſponderat ĳs qui morbum amici nunciauerant,nõ eſſe lætalem,ſed in hoc accidiſſe, vt per eum illuſtraretur gloria dei ac filĳ ipſius,ſimile quid dam indicat diſcipulis: gaudeo,inquiens,ꝙ illic non adfuerim dum amicus ægrotat ac moritur,id'q̃ veſtra cauſa,vt veſtra fidutia quã adhuc imbecillem video,confirmetur eui dentiori miraculo.Semper eñ fides eor̃ & ſermonibus & miraculis augebatur.Luc.17. Domine,inquiunt,adauge nobis fidem.Thomas qui Græcis dicitur didymus,latine geminus,cæteris imbecillior,vel domini inconſultam notare volens conſtantiam ex fidei imperfectione,ait:Eamus & nos,ſi ſic certũ eſt,vt moriamur cum illo, quandoquidẽ hęc

In Lazari ſororibus quid imitandum.

Thomæ dictum q̃ diuerſe accipi queat.

illi sedet sententia, sese suosq; in manifestũ vitæ periculũ adducere, quũ liceat vtrorumq; incolumitati consulere. Nihil tamen prohibet sic accipere, vt animi constantis sint verba, & ad commoriendũ exhortantis. q.d. Glorioſius cum ipso morimur, quàm eo relicto deliciemur. Sic & Petrus ait Luc.22. Domine, tecũ paratus sum & in carcerem & in mortem ire. Imo & omnes cõmori pollicebantur Matth.26. Sed dominus neq; ob discipulorum turbationem vel timorem, nec propter eoꝝ amorem omisit, quod ex pietate facere decreuerat, docens nos in ijs quæ dei honorem & animaꝝ spectant salutem, amorem ac timorem cuiuscunq; postponere. Inuenit quatuor dieꝝ mortuũ. Differt nonnunq; consolationẽ deus, quo instantius requiratur. Psal.39. Expectans expectaui dñm, & intendit mihi. Et exaudiuit preces meas. Abac.2. Si morã fecerit, expecta illũ: quia veniẽs veniet, & non tardabit. Aberat aũt Bethania ab Hierosolymis stadijs plus minus quindecim, atq; hinc discipulis illa formido, atq; hinc etiam occasio, quæ fecit vt miraculũ plures haberet testes & spectatores. Venerant eñ multi ad consolandũ eas, quod charitatis est & humanitatis officium. Sic Dauid misit ad consolandũ Hanon super morte patris sui Naas, quanquã ipse in malũ sibimetipsi abusus fuerit, 2. Reg.10.

22 Dixit ergo Martha ad Iesum: Dñe, si fuisses hic, frater meus nõ fuisset mortuus. Sed & nũc scio quia quæcunq; poposceris a deo, dabit tibi deus.

Ostendit non in p̃sentibus & transituris, sed in futuris & permansuris, felicitatem collocandam, & quibus & per quem contingat. Transit eñ mundus & concupiscentia eius, 1. Iohan.2. Et nos cũ mundo. Iob.14. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs: Qui quasi flos egreditur & cõteritur, & fugit velut vmbra, & nunq; in eodẽ statu permanet. Hoc q̃ verum sit, miseri quotidie experimur, nedum secundum corpus quod corrumpitur, 2. Reg.14. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terrã quæ non reuertunt, sed etiam secundũ animã, quæ varijs ducitur affectionibus, nunc deo, nunc mundo adhærens. Deo autẽ adhærens, vitam habet. Deute.30. Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & semen tuum post te, & diligas dominũ deum tuum, atq; obedias voci illius, & illi adhæreas. Vnde eñ mors & corporis & animæ atq; gehennæ, nisi ex inobedientia primoꝝ parentum, quia dereliquerunt deum? Roma.5. Per vnũ hominẽ peccatũ in hunc mundũ intrauit, & per peccatũ mors. Gene.3. Quia audisti vocẽ vxoris tuæ, & comedisti de ligno ex quo præceperã tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ: spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ: in sudore vultus tui vescẽris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerẽ reuerteris. Hinc Eccl.40. Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugũ graue super filios Adam à die exitus de ventre matris eoꝝ, vsq; in diem sepulturæ in matrem omniũ. Quare hoc? Sap.1. Quoniã deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuoꝝ. Creauit eñ vt essent omnia, & sanabiles fecit nationes orbis terraꝝ: & non est in illis medicamentum exterminij, nec inferoꝝ regnum in terra. Iustitia eñ perpetua est & immortalis, iniustitia autẽ mortis acquisitio. Impij autẽ manibus & verbis accersierunt illam: & æstimantes illam amicam, defluxerunt, & sponsiones posuerunt ad illam: quoniam morte digni sunt, qui sunt ex parte illius. Hoc est quod dominus conqueritur Hiere.2. Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere nõ possunt aquas. Aquæ viuæ, inquit, Iohan.4. Qui biberit ex aqua quã ego dabo ei, nõ sitiet in æternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Psal.35. Domine, apud te est fons vitæ. Sine hac aqua necesse est arescere & tandem emori. Ideo Psal.72. Mihi autẽ adhærere deo bonum est, ponere in domino deo spem meam. Martha ergo fratris solatio destituta, audiens domini aduentum, occurrit illi humiliter & deuote ex reuerentia & amore. At quum in conspectum Iesu venit, nonnulla spe bona concepta de fratre reuocando ad vitã, flebili voce dicit illi: Domine, &c. Nam facile morbum depulisses, quanquam ne nunc quidem res est omnino extra spem. Scio enim q̃ quicquid à deo poposceris, nihil tibi fit negaturus, etiam si mortuo sepultoq; vitam poposceris. Nouerat precibus Heliam filium mulieris suscitasse, 3. Reg.17. Similiter Heliseũ filium Sunamitidis, 4. Reg.4. Vnde secundũ Chrysostomũ fidem habuit in Christũ, sed non quantam debuit. Nam tanquã virũ quendã virtute p̃ditum & deo probatũ, habuit. Vnde non dixit, quæcunq; volueris: quia q̃ deus esset qui solo imperio posset ad vitam reuocare mortuos, non erat ita illi comprobatum, & maxime talem. Credidit tamen virum potẽtem in opere & sermone, sicut discipuli Luc.24. & preces ipsius efficaces apud deum. Hoc & nos consolatur, quia interpellat pro nobis, Roma.8. & 1. Iohan.2. Si quis

peccauerit,aduocatũ habemus apud patrẽ,Iesum Christũ iustum:& ipse est propiciatio pro peccatis nostris,& non pro nostris tantũ,sed etiam pro totius mundi.Sed & nobis pollicitus est Ioh.15.Si manseritis in me,& verba mea in vobis manserint,quodcunq; volueritis,petetis,& fiet vobis.Quũ ergo omnes fideles vnũ corpus sint in Christo,Eph.1. Et ipsum dedit caput super omnẽ ecclesiã,quæ est corpus ipsius.& Ro.12.Multi vnũ corpus sumus in Christo,singuli aũt alter alterius mẽbra.1.Cor.12.In idipsum pro inuicem solicita sint membra.Et si quid patitur vnũ membrũ,compatiuntur omnia membra:siue glorificatur vnũ membrũ,congaudent omnia membra.voluit deus vt non solũ pro nobis,sed etiam pro alijs diuinã imploremus clementiam.Vnde Matth.5.Orate pro persequentibus & calumniẽtibus vos.Iaco.5.Orate pro inuicem vt saluemini.Sic ecclesia pro defunctis deum interpellat.August.Orationibus vero sanctæ ecclesiæ,& sacrificio salutari,& eleemosynis quæ pro defunctorũ spiritibus erogantur,nõ est dubitandũ mortuos adiuuari,vt cũ eis misericordius agatur à domino,q̃ eorũ peccata meruerunt.Illis autem prodesse,qui ante mortẽ ita vixerint,vt possint eis vtilia esse hæc post mortem.Nam qui sine fide per dilectionẽ operante,eius q; sacramentis de corporibus exierunt,frustra illis à suis huiusmodi pietatis officia impenduntur,cuius dum hic essent,pignore caruerunt, vel non suscipientes,vel inanum suscipientes dei gratiam,& sibi nõ misericordiam,sed iram thesaurizantes,Roma.2.Prouer.11.Mortuo homine impio,nulla erit vltra spes.Verum illi vtiq; abluunt spiritus mortuorũ,qui orationes,oblationes,erogatiões multo feruentius obseruantius q; pro eis impendunt,qui suos carne,nõ spiritu mortuos,nõ solum carnaliter,sed & spiritualiter amãt.Hinc & tempore synagogæ,precibus & oblationibus defunctis subuenire studebant,vt patet 2.Mach.12.August.ser.44.ad fra.in ere.Defunctis cũ omni diligentia misereri & subuenire debemus & studeamus,attendẽtes quid Iudas Machabæus fecerit.Dixit eñ,q; sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare,vt à peccatis soluantur,2.Mach.12.Qui ergo contrariũ aut docent,aut sentiunt,nõ ecclesiæ filios,imo nec synagogæ quondam,sed satanæ qui mendax est & pater eius,clare ostendũt.Ioh.8.Cũ loquitur mendaciũ,ex proprijs loquitur,qa mẽdax est,& pater eius.

Orationibus ecclesiæ qui defuncti,subleuentur.

Fidelibus defunctis nõ subueniendũ dicentes,satanæ filios esse.

Dicit illi Iesus: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die.

Iesus igitur quo illius fiduciam confirmaret,fratrem resurrecturũ promisit.Verebatur aũt Martha,ne quemadmodũ nuncijs respondens morbũ non esse capitalem,ambiguo responso fefellerat,ita nunc quoq; lateret aliquid in illius verbis,quod spem illius illuderet.Scio,inquit,q; frater meus reuicturus sit,sed in nouissimo die,quum resurgemus omnes.Sciebat eñ & vltimã resurrectionẽ futurã ex diuinis scripturis, & in primis ex continuis Christi sermonibus de resurrectione.O felicissimũ verbũ,quo contra omnem inimici potestatẽ roboramur.Nunquã ergo desperandũ,etsi omnia humana præsidia destituant.Non eñ erit impossibile apud deũ omne verbũ,Lucæ.1.Hac spe primi parentis animum deiectum subleuauit,quum sopore immisso,vidit ecclesiam Christo iungẽdam, & per ipsum glorificandam.Vnde muliere de costa lateris sui formata,euigilans, ait Gene.2.Hos nunc os ex ossibus meis,& caro de carne mea:quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem,& adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.Ephe.5.Sacramentum hoc,magnum est.ego autem dico in Christo & ecclesia.Hac Abraam filiũ suum Isaac,in cuius semine benedicẽdæ omnes gentes,ad diuinũ præceptũ immolare voluit, Gene.22.plenissime sciens quia quæcunq; promisit deus,potẽs est & facere,Rom.4.Hac Iob cõfirmatus,ait Iob.13.Etiam si occiderit me,in ipso sperabo.Causam suæ spei subdit Iob.19.Scio eñ q; redemptor meus viuit,& in nouissimo die de terra surrecturus sum,& rursum circundabor pelle mea,& in carne mea videbo deũ, quẽ visurus sum ego ipse,& oculi mei cõspecturi sunt,& nõ alius.Reposita est hæc spes mea in sinu meo.Hinc tertius septẽ fratrũ,qui ob legẽ dei ab Antiocho trucidabãtur,linguã postulatus,cito protulit, & manus cõstanter extendit,& cũ fiducia ait:E cælo ista possideo,sed propter dei leges nunc hæc ipsa despicio,qñ ab ipso me ea receptur̃ spero.Hæc vnica est spes quæ fideliũ animos ad mortem amicorũ contristatos solatur.Vnde August.Admonet Apostolus vt de dormientibus,hoc est,mortuis charissimis nostris,non contristemur, sicut cæteri qui spem nõ habent(1.Thess.4)resurrectionis & incorruptionis æternæ.Quare & dormientes in scripturis nominant,vt euigilaturos minime desperemus.Est ergo de mortuis quẽdam tristitia eis qui diligunt,quodammodo naturalis.Mortem eñ horret non opinio, sed natura:nec huiusmodi mors accederet,nisi ex pœna quam p̃cesserat culpa.Roma.5. Vnius dilecto mors regnauit per vnũ.Contristamur ergo nos in nostrorũ mortibus ne-

Mortui cur dormire dicuntur.

ceſſitate amittendi,ſed cũ ſpe recipiendi. Inde angimur,hinc conſolamur,inde dolet humana conditio,hinc ſanat diuina promiſſio. Vnde Act.8. Curauerunt aũt Stephanũ viri timorati,& fecerunt planctũ magnũ ſuper eum. Hinc Abraam dicitur Gene.23. Venitq; Abraam vt plangeret & fleret eam. 1. Saram. Aegyptij mortẽ Iacob fleuerũt ſeptuaginta diebus, Gene.50. Vbi obſerua & apud gentes tempus luctus mortui naturaliter. Ecci.38 Fili,in mortuũ produc lachrymas,& quaſi dira paſſus incipe plorare,& ſecundum iudicium contege corpus illius, & non deſpicias ſepulturã illius. Eccĩ.22. Luctus mortui ſeptem dies. Gene.50. Venerunt ad aream Achad,quæ ſita eſt trans Iordanẽ,vbi celebrantes exequias planctu magno atq; vehementi impleuerunt ſeptẽ dies,ſcilicet Ioſeph cum fratribus ſup patre ſuo Iacob. Num.20. Omnis aũt multitudo videns occubuiſſe Aaron, fleuit ſuper eo triginta diebus,p cunctas familias ſuas. Deut.34. Fleueruntq; eũ filij Iſrael (Moſen) in campeſtribus Moab triginta diebus,& cõpleti ſunt dies planctus lugentium Moſen. Auguſt. Permittantur ergo pia corda de charorũ ſuorũ mortibus cõtriſtari dolore ſanabili,& cõſolabiles lachrymas fundant cõditione mortali,quas cito reprimat fidei gaudiũ,qua creduntur fideles quando moriunt,paululum à nobis tranſire & ad meliora peruenire. Vnde de martyribus ait Apoſtolus Heb.11. Alij diſtenti ſunt,non ſuſcipientes redemptionem,vt meliorem inuenirent reſurrectionem.

Morem lugendi mortuos nõ eẽ leuem.

Dicit ei Ieſus: Ego ſum reſurrectio & vita. Qui credit in me,etiam ſi mortuus fuerit,viuet: & omnis qui viuit & credit in me,non morietur in æternũ, Credis hoc? Ait illi: Vtique domine. Ego credidi quia tu es Chriſtus filius dei viui,qui in hunc mundum veniſti.

Ieſus igitur quo mulieris de ſe fidutiam & opinionem paulatim ad maiora prouehat, ſeq; declaret eum eſſe qui non ſolũ à deo poſſit precibus impetrare vitã mortuo, quod & ab alijs ſanctis viris factũ legebatur,ſed ipſum eſſe fontẽ ſimul & autorem omnibus vitæ & datæ & reddendæ,nec vllam mortem metuendam ijs,qui fidutiam & ſpem in ipſo collocaſſent, propterea q; etiam ſi mors occideret,nihil poſſit lædere fonti omnis vitæ adhærentem. Ego eñ ſum,inquit,ipſe reſurrectionis & vitæ fons: quare ſicut tunc reſuſcitare poſſum,ſic & modo. Nec etiam quiſquã viuit niſi dono meo,neq; quiſquã reuiuiſcet niſi per me. 1. Cor.15. Quoniamquidẽ per hominem mors,& per hominem reſurrectio mortuorum: & ſicut in Adam omnes moriuntur,ita & in Chriſto omnes viuificabũtur. Et non ſolum iuxta mortem corporis,quæ non magnopere formidanda eſt,ſed & iuxta mortem animæ,quæ maxime metuenda eſt. Nam anima quæ viuit,per me viuit: & quæ reuiuiſcit,per me reuiuiſcet. Vnde dicitur Danie.12. Multi de ijs qui dormiunt in terræ puluere,euigilabunt,alij in vitam æternã,alij in opprobrium vt videant ſemper. Ideo impij non dicunt proprie reſurgere,quia nõ ad vitã. Pſal.48. Sicut oues in inferno poſiti ſunt,mors depaſcet illos. & Pſal.1. Ideo non reſurgunt impij in iudicio,neq; peccatores in conſilio iuſtorũ. Vnde quartus filius ob legẽ tortus,Antiocho ait: Tibi eñ reſurrectio ad vitam non erit. Qui mihi p fidem adhæſerit,etiam ſi corpore fuerit mortuus,tamen viuet: & ſi mortuus infidelitate,mihi crediderit,viuet infidelitatis morte ſublata. Iohan.5. Amen amẽ dico vobis,quia venit hora & nunc eſt,quãdo mortui audient vocẽ filij dei: & qui audierint,viuent. Et omnis qui viuit & credit in me,non morietur in æternũ. Nam vitam in ſe habet manentẽ,quia Chriſtus p fidẽ habitat in cordibus noſtris,Ephe.3. Igitur quãdiu ſumus in Chro,manentẽ in nobis habemus vitam,quę emori nõ poteſt, vtcunq; corpus moriat,vtcunq; in puluerẽ redigat. Credens eñ mortuus, viuit: ſicut nõ credens viuens,mortuus eſt. Matth.8. Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Apoca.3. Nomen habes q; viuas,& mortuus es. Quo cõtra Sap.5. Iuſtorũ animæ in manu dei ſunt. Viſi ſunt oculis inſipientiũ mori,illi aũt ſunt in pace. Sap.5. Iuſti aũt in perpetuũ viuent, & apud dñm eſt merces eorũ,& cogitatio eorũ apud altiſſimũ. Obſerua quod ait, Qui viuit & credit me. Chryſoſt. ſupra illud Iohan.9. Venit nox quãdo nemo poteſt operari: Quã hoc habet conſequentiam? Sane magnã. Hoc eſt, donec dies eſt, dũ licet hominibus in me credere, dum hæc durat vita, laborandũ eſt: venit nox, hoc eſt, futurũ tempus, quando nemo operari poteſt. Non eñ dixit, quãdo nõ potero operari, ſed quãdo nemo operari poteſt. Auguſt. Hic omne meritũ conflatur, quo poſt hanc vitã releuari quiſquã poſſit vel grauari. Nemo ſperet quod hic neglexit, quũ obierit, apud deũ promereri. 2. Co.5 Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; propria corporis, prout geſſit, ſiue bonũ, ſiue malũ. Ecce iuxta id quod fecit anima in corpore, vel pmium vel ſuppliciũ reportabit: quãobrem exuta corpore, ſibi amplius mereri nõ poteſt.

Reſurrectio an impijs proprie aſcribatur.

Hinc

Hinc Hierony. ſuper Eccẽs. 9. Viuentes, metu mortis poſſunt bona opera perpetrare: mortui vero, nihil habent ad id adiícere quod ſemel ſecũ tulere de vita. & infra: Sed & dilectio eorũ & odiũ & æmulatio, & omne q̃d in hoc ſeculo habere potuerũt, mortis finitur aduẽtu: nec iuſte quippe poſſunt agere nec peccare, nec virtutes adiícere nec vitia. Animæ igit̃ ex purgatorio ſuffragiis liberatæ viuentiũ, minus beantur q̃ ſi per ſe hic ſatiſſecíſſent. Satiſfaciẽs em̃ in hac vita pro peccatis in gr̃a, nõnihil meriti reportat p̃ter ipſam ſatiſfactionẽ pro pœnæ deletione. Neq; em̃ vllum eſt opus bonũ, q̃d ſi fiat in gratia & charitate, quod iuſta remuneratione fruſtret̃ apud deũ, apud quẽ nec is qui calicem aquæ frigidæ propter deũ porrexerit, mercede ſua carebit, Matth. 10. Gala. 6. Igitur dum tẽpus habemus, operemur bonũ. Bonũ aũt facientes, nõ deficiamus. tempore em̃ ſuo metemus, non deficientes. Satiſfactio aũt quæ fit in purgatorio, nihil mercedis lucrat̃, maculas tantum expiaſſe cõtenta. Vnde ob id purgatoriũ dicitur, q̃ maculæ peccatorũ quas in hac vita contraxerunt animæ, per pœnarũ aſperitatẽ purgantur, quemadmodũ aurũ ex fornace illud boni conſequitur vt purgatũ fulgeat. Sic animæ pari modo fulgorem ex fornace purgatorij reportãt, ſed nihilo maiorem gratiã aut charitatem q̃ ſecum attulerũt. Quod em̃ illicita voluptate contractũ fuit, merito per moleſtiã pœnæ deleri debet. Apocal. 21. Non intrabit in eam aliquid coinquinatũ. Martha tota intenta fratri reuicturo, non admodum apte reſpondit ad ſermonem Ieſu, ſed tamen in genere profeſſa eſt q̃ magnifice de illo ſentiret. Sic & Petrus Matth. 16. Tu es Chriſtus ille filius dei. Sic hic præteritum pro præſenti ponit, d. Ego credo quia tu es Chriſtus ille qui in hunc mundum venturus erat. 1. Timoth. 1. Fidelis ſermo, quia Chriſtus Ieſus in hunc mundum venit peccatores ſaluos facere.

Aliena merita minus efficacia cuiq; q̃ ſua

Satiſfactio in purgatorio qui differat ab ea quæ hic fit

Et cum hoc dixiſſet, abiit & vocauit Mariã ſororem ſuam ſilentio, dicens: 3
Magiſter adeſt & vocat te. Illa vt audiuit, ſurrexit cito, & venit ad eũ. Nõdum enim venerat Ieſus in caſtellum, ſed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo qui erant cum ea in domo, & conſolabantur eam, quum vidiſſent Mariam quia cito ſurrexit & exiit, ſequuti ſunt eam, dicentes, quia vadit ad monumentum vt ploret ibi. Maria ergo cum veniſſet vbi erat Ieſus, videns eum, cecidit ad pedes eius, & dixit ei: Domine, ſi fuiſſes hic non eſſet mortuus frater meus. Ieſus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerant cum ea plorantes, infremuit ſpiritu & turbauit ſeipſum, & dixit: Vbi poſuiſtis eum? Dicunt ei: Domine, veni & vide. Et lachrymatus eſt Ieſus. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipſis dixerunt: Non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati, facere vt hic non moreretur? Ieſus autẽ rurſum fremẽs in ſemetipſo, venit ad monumẽtum. Erat autem ſpelunca, & lapis ſuperpoſitus erat ei. Ait Ieſus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha ſoror eius qui mortuus fuerat: Domine, iam fœtet. quatriduanus eſt enim. Dicit ei Ieſus: Nonne dixi tibi, quoniam ſi credideris, videbis gloriam dei? Tulerũt ergo lapidem. Ieſus autem eleuatis ſurſum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audiſti me: ego autem ſciebam quoniam ſemper me audis, ſed propter populum qui circunſtat dixi, vt credant quia tu me miſiſti. Hæc quum dixiſſet, voce magna clamauit: Lazare, veni foras. Et ſtatim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes inſtitis, & facies eius ſudario erat ligata. Dixit eis Ieſus: Soluite eum, & ſinite abire. Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit Ieſus, crediderunt in eum.

Vbi Martham iam in ſpem bonam adduxit, tunc abiit & vocauit ſororem ſuã clanculum. Illa vt audiuit ſe à dulciſſimo magiſtro, præ omnibus mundi adamato vocari, ſurgit. Tardus aũt ibat, ne videretur ad miraculum properare, ſed precibus illarũ exoratus

hoc facere, & ex aduentu Iudæorũ cum Maria, miraculum celebrius redderetur. Procidit Maria ad pedes Iesu, non reuerita turbã. Augustinus: Quanto se plus humiliabat, tanto magis de munere diuino percipiebat. Psal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestræ non confundentur. Quũ autẽ iã locus adesset & tempus re præstãdi quod erat Marthæ pollicitus, primũ infremuit spiritu, ac semetipsum turbauit, videlicet humanæ naturæ veritatem præ se ferens: mox diuinæ virtutis indicium prolaturus, & indignans peccato, & actori peccati diabolo, cuius inuidia mors intrauit in orbẽ terrarũ. Sap. 2. Et turbauit se, quẽ nullus turbare potuit inuitũ, sicut omnia huiusmodi suscepit quia potuit, qa in eius potestate fuit sic vel sic affici, Iohan. 10. Potestatẽ habeo ponendi animã meã, & potestatẽ habeo iterũ sumendi eam. Vnde lachrymatus est, quo humanæ naturæ ostẽdit veritatem. Hebr. 2. Debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret, & fidelis pontifex ad deũ. Secundo, quo affectum ad amicos ostendit nõ inanem. Vnde Ioseph videns fratrem suum germanũ Beniamin, festinauit in domũ, quia commota fuerant viscera eius super fratre suo, & erumpebant lachrymæ, & intrans in cubiculũ fleuit. Tertio, vt doceret nos terminos & modum tristitiæ ac mœroris ponere. Nam absq; compassione & lachrymis esse, bestiarum est: multum autẽ lachrymari, plorare & contristari, mulierũ est. Non ignorãs quærit vbi posuerint, quũ præsciuerit mortuum absens, sed vt à miraculo secluderet omnem suspicionem fuci, & q̃ non proprio motu, sed exoratus miraculum fecerit. Iudæi ergo non intelligentes præcipuam fletus causam, quæ non tam amoris affectu q̃ salutis humanæ desiderio processit, dicebãt: Claret, si potuisset, eius mortem impediuisset: & si hoc non potuit, qui potuit cæcum natũ illuminare? Discamus hoc loci diuersa hominũ iudicia de nostris factis sufferre. nunquam enim deerunt calumniatores, quare conandum vt digne deo ambulemus, offendicula amputantes. Martha male credula, dixit, Iã fœtet, q̃d quasi impossibile existimaret propter dieꝝ multitudinẽ fratrem suscitari. Iesus ergo mulieris vacillantis fidem obiurgatiuncula suscitat. Noli, inqt, ob temporis diuturnitatem diffidere, quoniam omnia possibilia sunt credenti, Marc. 9. Cunctis igitur ad miraculũ nouæ rei suspensis, iussu domini sublatus est lapis, mox q̃ suspensis omnium animis atq; oculis, dominus Iesus suspiciens in cælũ, vt nos doceret quicquid magnificum geritur à nobis, ad deum autorem oportere referri, simulq; circunstãtibus declararet se diuina virtute facere quicquid faceret, & non satanæ commercio, quẽ admodũ pharisæi calumniabantur, dixit patri gratias agendo: Semper me audis. Heb. 5. Exauditus est pro reuerentia sua. vt populus ipsum nõ dei aduersariũ, sed ab ipso missum cognosceret. Origenes: Oculos oraturus eleuat, quia necesse est volẽti ad exemplar Christi orare, oculos mentis sursum erigere, & à præsentibus rebus eleuare. Hinc dicimus: Pater noster qui es in cælis. Clamauit voce magna, sicut potestatẽ & autoritatem habens. Non enim dixit: In nomine patris mei veni foras, quo se omnibus sanctis declarauit maiorem, qui non imperando, sed orando, miranda per dei virtutem faciunt. Quid em̃ par potestati huic vnquam? Augustinus: Venit ad monumentum in quo dormiebat Lazarus, & non tanquam mortuum, sed vt viuum & sanum audire paratũ, de sepulchro protinus euocauit. Tum Iesus, ne quid deesset ad plenissimã miraculi fidem, ait: Soluite &c. Augustinus: Miraris quomodo processit ligatus, & non miraris quomodo surrexit quatriduanus. In vtroq; potentia dei erat, nõ vires mortui. Quemadmodum resurrectio ista particularis, ita etiam vniuersalis in momento, in ictu oculi fiet, 1. Cor. 15. Ostendit hoc exemplo dominus, horrendum esse statum hominis iam in peccatis inueterati, quantaq; pœnitudine, quot lachrymis sit opus, vt per dei misericordiam resipiscat ad vitam innocentiæ. Homo em̃ per malitiam occidit animã suã, Sap. 16. Apo. 3. Nomẽ habes q̃ viuas, & mortuus es. Sic vidua quæ in delicijs viuit, viuens mortua est. 1. Timo. 5. Primus ergo dies est in cogitatione, qua data opera à deo auertimur, cogitantes consilia quæ nõ possunt stabiliri, Psal. 20. Sap. 1. Peruersæ cogitationes separant à deo. Hiere. 4. Vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Laua à malitia cor tuũ Hierusalem, vt salua fias. Secundus in operatione. Iaco. 1. Nemo cum tentatur, dicat quoniam à deo tentatur. Deus em̃ intentator malorum est. ipse em̃ neminem tentat. Vnusquisq; vero tentatur, à cõcupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem. Psalm. 7. Ecce concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Vere dolorem concipit peccator, quanquam ipse hoc aduertere nolit. Hiere. 9. Vt inique agerent laborauerunt. Tertius in consuetudine. Hiere. 2. Quàm vilis facta es, iterãs vias tuas? Prouer. 22. Adolescens iuxta vias suas, etiã cũ senuerit, non recedet ab ea. Vnde Hiere. 13. Si mutare potest Aethiops pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Hieronymus:

Dieꝝ quibus iacuit Lazarus in sepulchro, mystica expositio.

Homi-

Hominibus impossibile est, deo possibile, vt nequaquam æthyops & pardus suam videant mutare naturam, sed ille qui in æthyope & pardo operatur. Phil. 4. Oñia possum in eo, q me confortat. Quartus: Complacentiæ exinuerecundia. Hiere. 3. Frons mulieris meretricis facta est tibi. noluisti erubescere. Esa. 3. Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt nec absconderunt. Prouerb. 2. Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Fœtent tales, suo malo exemplo alios corrumpentes. Psal. 5. Sepulchrum patens est guttur eoꝝ. Vnde dominus hypocritas sepulchris comparat dealbatis. Matth. 23. Quibus ait Matth. 12. Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, quum sitis mali? Lapis monumento superpositus, obstinatio est. Hiere. 5. Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Hinc admonet Apostolus Hebr. 3. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, vt non obduret quis ex nobis fallacia peccati. Obserua nunc quæ acta sint in suscitatione Lazari. Primum, Iesus pulsatus est precibus sororũ. Sic 1. Iohan. 5. Qui scit frẽm suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita. Secundo, Iesus turbauit semetipsum, in se videlicet exprimens imaginem rei, quam in nobis oportet exhibere, si velimus à malis quibus diu assuenimus resipiscere. Multum enim turbari debet, qui oppressus est mole peccati. Tertio, lachrymatus est, sic quod in nobis viuit ploret & oret, vt quandoq; resurgat quod iacet. Psal. 118. Exitus aquarum deduxerũt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Quarto, iussit lapidem tolli, sic obstinata voluntas non desistendi, Iohan. 8. Vade, amplius noli peccare, tollenda per confessionem. Alioqui Prouerb. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Quinto, clamauit voce magna. Ipse eñ est qui intus viuificat, cuius vox mortuos tam corpore quàm anima ad vitam reuocare potest. Iohan. 5. Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc est, quando mortui audiẽt vocem filij dei: & qui audierint, viuent. Vltimo ministris soluendi tribuit potestatem. Augustinus: Quid est, soluite, nisi, Quæ solueritis super terrã, erunt soluta & in cælis. Mat. 18. & Iohan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittunt eis: & quorum retinueritis, retenta sunt? Hoc vero de infidelibus intelligi potest minime, quum iam iudicati sint, Iohã. 3. & foris sint. Vnde Paulus. 1. Cor. 5. Quid enim mihi de ijs qui foris sunt, iudicare? Nonne de ijs qui intus sunt, vos iudicatis? Nam eos qui foris sunt, deus iudicabit. Ideo Ephe. 5. Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabite te Christus.

Actorũ in suscitatiõe Lazari circũstantiæ.

## ¶ De conspiratione contra Iesum.

## ARTICVLVS XXI.

QVidam autem ex ipsis abierunt ad pharisæos, & dixerunt eis, quæ fecit Iesus. Collegerunt ergo pontifices & pharisæi concilium, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: Et venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem. Iohan. 11 T

Declarat quantum malorum adducat fastus ambitio, & inde oriens inuidiæ liuor. Vnde hoc facinore tam insigniter prodigioso audito, põtifices qui autoritate præeminebant & pharisæi qui religione, qui pro diuinæ virtutis tam euidenti declaratione Iesum colere debuerant, & deo gratulari, inuidiæ stimulis acti, iam sibi non temperant amplius, sed impio concilio conuocato, quo res legitimis modis peragi videretur, consultant inter sese, qua ratione tantis periculis possit occurri. Consilium enim ex se bonum. Prouerb. 11. Vbi non est gubernator, populus corruet: salus autem vbi multa consilia. Ideo Eccl. 37. Ante omnia opera verbum verax præcedat te, & ante omnem actum cõsilium stabile. Sed quũ priuati commodi respectus, & animi morbus, eos in rabiem ageret aduersus Iesum in omnes beneficum, tamen videri volunt hoc negocium ad totius incolumitatem populi pertinere, ne videantur insidiari Christo propter inuidiam, cõmune periculum in mediũ afferunt, concitantes populum contra Christum, quasi perditionis autor ille esset futurus. Imitantur hos, quotquot in proborum consp irant mortem & infamiam. Sed Ecclesiastici. 27. Facienti nequissimum consilium, super ipsum deuoluetur, & non agnoscet vnde adueniet illi. Sic fratres Ioseph conantes effugere dominium Ioseph, ipsum vendiderunt, Gene. 37. qua venditione dominus ipsorum factus est, Gene. 43. Vnde ipse ait Gene. 50. Nolite timere, nũ dei possumus resistere volũtati? Vos cogitastis de me malũ, & deus illud vertit in bonũ, vt exaltaret me sicut in p̃sentiarum cernitis, & saluos faceret multos populos.

Sic Achitophel cuius consilium erat, sicut qui consuleret dñm, contra Dauid Absalon adiuuans, proprio se laqueo suspendit. 2. Regũ. 16. &. 17. Ideo Ecclesiast. 37. Cor boni cõsilij statue tecum. Tob. 4. Omni tpe benedic deum, & pete ab eo vt vias tuas dirigat, & oĩa cõsilia tua in ipso pmaneãt. Quid facimus, inquiunt? Augustinus: Perditi homines plus cogitabant qũo pderent, quàm qũo crederent, & saluarent. Docuit eĩm eos dominus quid facto opus esset, siquidem salutem indipisci vellent. Iohan. 6. Hoc est opus dei, vt credatis in eum quem misit ille. Chrysostomus: Non potest pacifice loqui, qui cor habet turbatũ. Et quale crimen ꝙ signa facit? Nam signa ab ipso quærebant. Matth. 12. Magister, volumus à te signum videre. Et signis credere consueuerunt. 1. Cor. 1. Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt. Iohan. 4. Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Vnde & proprio ore cõfessi sunt Mat. 9. Nunquam apparuit sic in Israel. Iohan. 7. Chr̃us cũ venerit, nunquid plura signa faciet, quàm quæ hic facit? Perspicuum itaq; sola inuidia & ambitiõe dominandi ipsos actos cõtra dñm. Si dimittimus eum liberẽ agere, multa sequent incommoda. Nam oĩes ob miraculoꝝ magnitudinem & multitudinem credent in eum. Iohan. 3. ait Nicodemus: Rabbi, scimus quia à deo venisti magister. Nemo eĩm potest hęc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit deus cũ eo. Et veniẽt Romani, tollẽtes & locũ & gẽtẽ. Per inuidiam incusant affectati regni, ex eo ꝙ prophetę Chr̃m regem futuꝝ prædixerũt. Hiere. 23. Regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudiciũ & iustitiã in terra. Psal. 71. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Ideo recipientes eum pro Chr̃o, profitebant regem. Romani vero nomẽ regium ipsis abstulerant. Vnde Ioh. 19. Non habemus regem nisi Cæsarem. Sed p inuidiam causant, imo mentiunt affectare regnum, quia in regem quæsitus aufugit. Iohan. 6. simplicem comitiuam habuit. Nam ipsi rebellare Romanis intendebant, sicuti rei exitus probauit. Christus vero non resistendum, sed tunicam & pallium contendenti relinquendum docuit, vnde sibi timebant, neminem fore qui ciuitatem contra Romanos defenderet. Sed inciderunt in foueam quam fecerunt. Nam quia Christum non receperunt, ideo destructi & dispersi sunt. Matth. 23. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Lucę. 19. Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ. Vnde Ecclesiastici. 10. Regnum à gente in gentẽ transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, ac diuersos dolos. Sedes ducum superborum destruxit dominus, & sedere fecit mites pro eis. Radices gentium superbarum arefecit dominus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus. Memoriam superborum pdidit deus, & reliquit memoriam humilium sensu. Ideo Psal. 126. Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam.

2 Vnus autẽ ex ipsis, Caiphas nomine, cũ esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquã, nec cogitatis, quia expedit vobis vt vnus moriat̃ homo pro populo, & nõ tota gens pereat. Hoc aũt a semetipso nõ dixit, sed cum esset põtifex anni illius, prophetauit, qa Iesus moriturus erat pro gẽte, & non tantum pro gẽte, sed vt filios dei qui erãt dispersi, cõgregaret in vnum.

Iam ea dignitas veluti mox in totũ defitura, perpetua esse desierat. Lege vnus ad dies vitæ summus erat sacerdos, Exo. 28. sed auaritia & ambitiõe instigante, in singulos annos à principibus redimebatur venale sacerdotium, & hoc à gentibus, vt claret. 2. Macha. 4. Non ergo mirum, si male nactum peius exequebant sacerdotium, iustitiam subuertẽtes, pessimi consilij autores. Quum ergo esset summus sacerdos, autoritate præeminebat, neq; ab eius sententia declinandum erat, Deut. 17. Reprehendit itaq; alios, ꝙ non intelligerent quod oportebat, & ignaui essent in dispiciendo quod ad rem conduceret. Origenes: Sedetis, adhuc rem segnius perpenditis, quia vnius hominis salus communi reipublicæ vtilitati postponenda. Sed mentita est iniquitas sibi. Nam præceptum fuit Exod. 23. Insontem & iustum non occides, quia auersor impium. Quemadmodum enim ex præsentia iusti salus est communitati, ita ex absentia dispendium Gene. 18. dñs ob decem iustos in terra parcere voluit toti terræ Sodomæ & Gomorrhæ, quam igne & sulfure perdidit, Iaco. 5. Multum valet deprecatio iusti assidua. Helias orauit, & terra dedit fructum, & cælum pluuiam. Hoc ipse quidem siniſtro animo dixit, veruntamen gratia spiritus sancti ore illius vsa est ad pdicẽdum futura, tametsi pollutũ cor eius non attigerit. Aliã eĩm Caiphas, aliam spiritus sanctus habuit intentionẽ. Nam Caiphas sub prætextu communis vtilitatis mortem domini intendebat, spũs sanctus prophetiam esse voluit de gẽtium collectione.

Quanuis

Quanuis corrupta esset dignitas, adhuc tamen aderat spiritus sanctus, operans in ijs, qui vncti erant. Augustinus: Hic docemur per homines malos spiritum sanctum futura prædicere, quod tamen euangelista diuino tribuit sacramento, quia summus sacerdos anni illius. Non tamen fuit proprie propheta, quia non intellexit suam prophetiam. Est enim prophetia proprie cognitiua futuroꝝ contingentium prænunciatio. Hinc Balaam tametsi malus, fuit tamen propheta, quia sciuit se loqui spiritus sancti instinctu, & quid loqueretur, Numc. 24. Et dominus Matth. 7. Multi dicent mihi in illo die, domine domine, nõne in nomine tuo prophetauimus? & in nomine tuo dęmonia eiecimus? & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tunc cõfitebor illis, quia nunquàm noui vos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatẽ, Non ergo magni pendendum, si magnis dotibus à deo insignitus sis, nisi adsit charitas. 1. Corinth. 13. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria oñia & omnem scientiam, & si habuero omnẽ fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Hac impius iste pontifex destitutus erat, qui nihil nisi innoxiam Christi mortem spirabat. Considera ergo põtificalis dignitatis virtutem, qũo plena sit gratia spiritus sancti, tametsi indigni sint qui gerant, & honora sacerdotes digne propter gratiam in eis, nõ propter illoꝝ volũtatem. Vt morte sua Christus filios dei secundum prædestinationem nõ scdm pſentẽ iustitiã, qui erant dispersi p varios errores & idololatriã, sed in hoc destinati, vt aliqñ p euangelicã fidẽ fierent filij dei, cõgregaret in vnum. Iohan. 1. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius. Iohan. 10. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus pastor.

Spũ sanctũ per malos loq futura

Prophetia proprie qd.

Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum, Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos, sed abijt in regionem iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur Effrem, & ibi morabatur cum discipulis suis.

Origenes: Cõcitati ad iram cõsilio Caiphæ, tanquam sano & optimo tracti, disponebant occidere, quòd prius p occasionem sæpe tentauerant: nunc certo animi decreto statuunt Iesum quouis pacto de medio tollere, veluti reipublicæ cõsulentes incolumitati: ac ne parum esset impium facinus, impietatis fuco prætexunt, iam causam se nactos rati, quæ populum etiam vniuersum pmouere posset, ad palam ac legitime necandum Iesum, ceu toti genti Iudaicæ pnicioſum, nec opus esse vllo crimine, qd in illum intenderet, nec vlla noua occasione. Fuit hæc sententia iniqua & iniusta multipliciter. Primo ex animo, quia inuidia & ira cõcitati erant, nõ zelo iustitiæ tracti. Matth. 27. Sciebat (Pilatus) quoniam ex inuidia tradidissent eum summi sacerdotes. Sed vt dicitur Iacobi. 1. Ira viri iustitiã dei non operatur. Hinc Leuitici. 19. Non oderis fratrem tuum in toto corde, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum. Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuoꝝ. Secundo ex causa, quia innocentem. Exod. 23. Insontem & iustum non occides. Luc. 23. Nihil causę inuenio in hoc homine. Tertio ex ordine. Nam ordine iuris prętermisso, absentem, nõ auditum, neque cõuictum condemnarunt. Iohan. 7. Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? Hinc Festus ait Actu. 25. Non est Romanis consuetudo donare aliquem hominem, priusquam is qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina quæ ei obijciuntur. Quum ergo iniuste pro nobis condemnatus sit, iustus iudex à patre constitutus est viuorum & mortuorum. Actu. 10. & Iohan. 5. Pater omne iudicium dedit filio. Iustum autem erit ipsius ex animo, quia zelo iustitiæ. Sapientiæ. 5. Accipiet armaturam zelus illius. Psalmo. 10. Quoniam iustus dominus, & iustitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius. Ex causa, quia reddet vnicuique secundũ opera sua, Matth. 16. 2. Corinthioꝝ. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Ex ordine, quia testimonium reddente conscientia, Romañ. 2. Hieremiæ. 2. Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Hic ergo iudex vere timendus & reuerendus. Matth. 10. Eum timete, qui postquam occiderit, habet potestatem animam & corpus mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete. Cessit dominus non impotentia, sed infirmis dans exemplum, non esse peccatum se oculis subtrahere persequentium, & furorem sceleratorum latendo potius declinare, quàm se offerendo magis inflammare, vt dicit Augustinus: Non enim debemus nos temere periculis ingerere, etiam pro pietate, sed stare quidem fortiter deprehensi: nec in voluntarium periculum propter incertum euentum irruamus. Moratus est autem illic Iesus cum paucis discipulis suis, qui tametsi miserè sibi quoque metuerent, tamen non ausi sunt deserere dominum.

Sententia Caiphæ q̃ multiplicis ter iniqua.

Proximũ

Proximum autem erat pascha Iudæorum, & ascenderunt multi Hierosolymam de regione ante pascha, vt sanctificarent seipsos. Quærebant ergo Iesum, & colloquebantur ad inuicem in templo stantes: Quid putatis quia non venit ad diem festum istum? Dederant autem pontifices & pharisæi mandatum, vt si quis cognouerit, vbi sit, indicet, vt apprehendant eum.

Erat dies is religiosissimus apud Iudæos, quē illi phase, hoc est, transitū vocant, ipso nomine facti memoriam illis reuocante, q̄ sanguis agni postibus illitus seruarit Hebræos à gladio angeli perimētis Aegyptios, ac eas tm̄ domus transeuntis, quæ sanguine agni notatos haberēt postes. Exo. 12. Multi p̄parauerāt se ad esum agni, festū præuenerūt, quia immundi ab eo arcebant. Mirabant autē ip̄m tantæ deesse festiuitati, quū alias adesse solitus eēt, & populū docere. Sed nō erat ipsi defuturus, sed quo veniret expectatior, distulit vsq; ad t̄ps suū. Porro, pōtifices & pharisæi suspicantes illū latere metu, dederant negociū, atq; etiam cum autoritate mandauerant, vt si qs nosset vbi lateret Iesus, indicaret ipsis, vt possent capi. His sanctis ritibus pōtifices & pharisæi religionis duces, ac legis magistri, præparabant sese diei festo: sed interim nescientes, salutē totius orbis procurabāt. Iam em̄ aderat t̄ps à patre præfinitū, quo Chr̄us pro salute generis humani victima immolaretur.

¶ De alabastro vnguenti, Matth. 26. Marc. 14.

## ARTICVLVS XXII.

Iohan. 12 V

IEsus ergo ante sex dies paschæ venit Bethaniā, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha ministrabat. Lazarus vero erat vnus ex discumbentibus cum eo.

Ostendit q̄ bonum sit & necessarium, nacta opportunitate bonum facere, ne p̄uenti cū non possumus velimus. Iesus itaq; sciens illos certū consilium cōcepisse de se occidēdo, & iam instare t̄ps q̄ volēs decreuerat immolari verus agnus immaculatus, 1. Pet. 1. pro salute mūdi, noluit latere diutius, sed velut occurrēs ad victimā, septimo ante paschæ festum die quo Iudæi soliti sunt splendidiore cœna agnum paschalem prælibare, reuersus est in Bethaniam. Quo em̄ magis instabat hora à patre destinata morti, eo maior in corde Christi flamma charitatis ad hanc obeundā exarsit. Luc. 12. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor vsq; dum p̄ficiatur? Quo ergo responderet figuratum figuræ, decima die mensis venit, qua accipiebant agnum paschalem, & ex eo tempore requirebant quæ erant necessaria ad festum. Exo. 12. Decima die mensis huius tollat vnusquisq; agnū per familias suas. Venit autē per Hiericho ab Effrem Hier'm versus, quia nō capit prophetam perire extra Hier'm, Lucæ. 13. multis clarus miraculis, leprosos mundans, cæcos illuminans. Instruxerunt ergo cœnam in domo Simonis leprosi, Mat. 26. qui à dño curatus, nomen retinuit, alius tamen ab illo de quo Luc. 7. qui in Galilæa morabat. Martha ob reuerentiam tanti hospitis ministrabat, sicut & Luc. 10. Heb. 13. Hospitalitatē nolite obliuisci. Per hanc em̄ placuerunt quidam angelis hospitio receptis. Gene 18. Sed hic ipsum deū. Vis & tu deum recipere hospitio? membra suscipe. Matth. 10. Qui recipit vos, me recipit. Matth. 25. Quādiu vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Ne discipuli q nō semel audierāt, hinc Chr̄m p mortē abiturę, animū prorsus despōderet, sed spem futuræ resurrectionis concipereēt. Lazarus erat vnus ex recūbētibus: & quo certius esset oñibus, nō fuisse phāta sma, quod pridem visus esset è sepulchro surgere, & domū abire. Augusti. Viuebat, loquebat, epulabat, veritas ostendebat, infidelitas cōfundebat. Velis ne & tu vnus esse discumbentiū cum Iesu? Audi eum Apoc. 3. Ego sto ad ostium & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi, introibo ad eum, & cœnabo cum eo, & ipse mecum.

2 Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistic æ pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis, & domus impleta est ex odore vnguēti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Scariothis, q erat eū traditurus: Quare vnguentū hoc nō vēnūt trecētis denarijs, & datū est egenis? Dixit aūt hoc non qa de egenis p̄tinebat ad eū, sed qa fur erat, & loculos habēs: ea quæ mittebant, portabat. Dixit ergo Iesus: Sinite illā, vt in diē sepulturæ meæ seruet illud. Pauperes em̄ semp habebitis vobiscū, me aūt non semper habebitis.

Maria

Maria quæ singulari quodam amore flagrabat in dñm Iesum, quum ob alia multa beneficia, tum ob recens in frēm beneficiū, vnguentū confectū de spicis nardi (nam & aliud de foliis cōfici solet) pistica, id est, fidelis & puri attulit. Non ergo vile fuit, neq; adulterinum, quale in myrothecijs plerunque conficere solent pigmentarij nostri. Marci. 14. Et cum esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & recumberet, venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi spicati pretiosi: & fracto alabastro, effudit sup caput eius. Matt. 26. ipsius recumbentis. Claret q̄ non solum caput, sed & pedes vnxit miro deuotionis affectu, quos & capillis suis extersit, haud dubie lachrymis deuotiōis humectatos. Matth. 26. Videntes aūt discipuli, indignati sunt, dicētes Marc. 14. Vt quid pditio ista vnguēti facta est? Potuit em̄ vnguētū istud venūdari plus q̄ trecētis denarijs, & dari paupibus. Et fremebant in eam. Oēs quidem dixerunt, vt quid pditio hæc? Neq; enim dñs capitur huiusmodi delicijs, neq; nostro conuiuio conuenit. Hoc nimi⁹ sanctius erat, ac nostro magistro dignius, vt in pauperes erogaret, sed non eadem mente qua Iudas, qui alijs sub pietatis specie ansam præbuit. Hieronymus: Apostoli animo cōmiseranti indignati, Iudas vero ob id mussitauit, vt suo lucro consuleret, furtimq; nonnulla surriperet, inopiam paperum prætexens, quanquam de egenis non curaret. Prouerb. 12. Viscera impio⁹ crudelia. O quot tales sunt, qui si quippiam diuino cultui viderint impendi & honori, clamitant, hisce paper⁹ viscera refici debuerant, quum interim & sua & non sua luxu fastuq; consumant, ne in minimo quidē vel dei, vel paper⁹ memores, & tñ summā sibi euāgelicæ sciæ & pfectionis arcem metiētes, vel potius mentientes. Chrys. Chr̄us multa condescensione vtens ad Iudam, non corripuit eum surripientem, sed cōmunem intulit excusationē. Matth. 26. Sciens autem Iesus, ait illis: Quid molesti estis huic mulieri? Marc. 14. Bonum opus operata est in me. Non reprehendit Iudam dominus quanuis animū eius cognosceret, nolens illum confundere, quo docet nos longanimes esse erga tales, sed occulte opprobrat ei proditionem, tametsi propter auaritiam traditurus esset eum in mortē. Vides ergo quò ferat auaritia? In proditionem. Bene ergò ait Apostolus. 1. Timo. 6 Radix omnium malo⁹ cupiditas, quam quidam appetentes, errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Chrysostomus: Grauis quidem morbus auaritia, grauis, inquam, qui & oculos excæcat, aures obstruit, & fera sęuiores reddit. Non conscientiam, non amicitiam, nō consuetudinem, non propriæ animæ salutem cognoscere finit: sed semel ab omnibus discedens, in seruitutē sibi quos cępit, more sęuerissimi tyranni vendicat. Ita maxime incurabilis hic morbus, Giezi lepra percussit, Ananiam & Saphiram perdidit, Iudam proditorem fecit, Iudæo⁹ principes corrupit, quare digne idololatriam Apostolus eam appellat, Ephe. 5. Eccle. 10. Auaro nihil est scelestius. Nihil iniquius q̄ amare pecuniā. Hic em̄ animam suam venalem habet. Ecclesiastes. 5. Auarus nō implebitur pecunia: & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Vbi multæ sunt diuitiæ, multi q̄ comedunt eas. Abac. 2 Væ qui multiplicat nō sua. Vsquequò aggrauat contra se densum lutū? Væ qui cōgregat auaritiam malam domui suæ, vt sit in excelsō nidus eius, & liberari se putat de manu mali. Ideo admonet dominus Luc. 12. Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abuntia cuiusquam vita eius est, ex his quę possidet. Semper benigne & fideliter suam dilectam excusauit, vt claret hic & Luc. 10. Nam multum dilexit, Luc. 7. Secuta prædicantem, Lucæ. 8. Contemplata morientem, Iohan. 19. Prima vidit resurgentem, Marc. 16. Vnde sic patrocinatus est ipsi, vt significaret se suapte sponte moriturū. Non perit, inquit, hæc impensa, sed sepulturæ meæ tribuitur hoc honoris, quem ista nunc præuenit, quoniam tum non erit vngendi facultas. Matth. 26. Mittens enim hæc, vnguentum hoc in corpus meū, ad sepeliendum me fecit. Sepulturam glorioſam fore præsignans. Esaiæ. 11. Et erit sepulchrum eius glorioſum. Vnde causam ipsorum friuolam ostendit. Mar. 14. Semper enim pauperes habebitis vobiscum: & cum volueritis, potestis illis benefacere: me autem non semper habebitis. Quod habuit hæc, fecit: præuenit vngere corpus meum in sepulturam. Quod mortuo non p̄t, viuo impendit. Aug. Loquit de pñtia corporali: nam scdm maiestatem suam, scdm ineffabilē gratiam suam impletur, quod ab eo dictum est Mat. 28. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Non ergo eum habituri erant semper corporaliter & visibiliter, quo sibi talia impenderent. Deutero. 15. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco ego præcipio, vt aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum versatur in terra. Prouerbiorum vicesimoprimo: Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. Hinc. 2. Cor⁹. 8. Si enim voluntas prompta est, secūdum id quod habet, accepta est, & nō secundum id quod non habet. Mat. 10. Quicunq; potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, tm̄ in nomine discipuli, amē dico vobis, non perdet mercedem suam.

Obserua

Obserua quod ait: Opus bonum operata est in me. Nam nõ solam fidẽ, sed externam vnctionẽ ex fide profectam, opus bonũ dixit. Sunt eñ opera mala à deo separantia. Esa. 59. Opera eorũ opera iuutilia, & opus iniquitatis in manibus eorũ, pedes eorũ ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem. Cogitationes eorũ cogitationes inutiles, vastitas & cõtritio in vijs eorũ, viam pacis nescierunt, & non est iudicium in gressibus eorum. Prouerb. 11. Impius facit opus instabile. Iob. 8. Spes hypocritæ peribit. Sunt bona natura sua, vt diligere deum, orare in spũ & veritate, peccata detestari, fiducia & bona spe deo adhærere. Psal. 72. Mihi aũt adhærere deo bonũ est, ponere in dño deo spem meam. Esa. 32. Erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas vsq; in sempiternũ. Sunt tertio opera media, quæ bene vel male fieri possunt, & à bonis & à malis, vt ieiunare, eleemosynas dare, orare &c. Vnde tria requirunt, vt opus sit bonũ. Primũ: Fides illuminãs. Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere deo. Secundum, charitas mouens. 1. Corint. 13. Si distribuero in cibos pauperũ oñes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem aũt nõ habuero nihil mihi prodest. Tertium, intentio dirigens. Mat. 6. Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuũ lucidum erit. Gala. 5. In Christo eñ Iesu, neque circũcisio aliquid valet, neq; præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur. Sic ergo bonum erit & meritoriũ, laude & corona dignũ. Vnde hic sequitur Marc. 14. Amen dico vobis, vbicũq; prædicatum fuerit euangeliũ istud in vniuerso mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius. Vult ergo deus sanctorũ suorũ nos præclara gesta cõmemorare, nõ solum ad nostram doctrinam, sed & ad ipsorũ gloriam. Eccl. 44. Laudemus viros glorios & parentes nostros in generatione sua. Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum nunciet ecclesia.

5 Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic est, & venerunt non propter Iesum tantum, sed vt Lazarum viderent quem suscitauit a mortuis.

Famam eñ Iesu mirum in modum auxerat tam insigne miraculum, quod nulla potuit tergiuersatiõe negari. Nec eñ vt dicit Chrysostomus, poterãt in eo sabbati violationẽ allegare, quemadmodũ in paralytico Iohan. 5. & cæco nato, Ioh. 9. Augustinus: Curiositas traxit, nõ charitas. visores eñ suscitati fieri cupiebant, expectantes etiã de inferis aliqd Lazaro referente audire. Suadebat hoc insita mortalium ingenijs curiositas.

¶De sessione aselli & gentilium affectu.

## ARTICVLVS XXIII.

Iohan. 12 X

COgitauerunt autem principes sacerdotum, vt & Lazarum interficerent, quia multi propter illũ abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum.

Porro sacerdotum ac pharisæorum animos sic excæcauerat liuor & odiũ in Iesum, vt iam illorũ malitiæ non satis esset occidere Iesum, sed de Lazaro quoq; tollendo cogitarent, in quem ne speciem quidem vllam criminis intentare poterant, sed solum & autor multis salutis fieret, & miraculo suo simpliciores ad fidem adduceret. Sed non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum, Prouer. 21. Iob. 5. Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod cœperant. Esa. 46. Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet.

In crastinum autem turba multa quæ venerat ad diem festum, quum audissent, quia venit Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiã ei, & clamabant: O sanna, benedictus qui venit in nomine domini, rex Israel. Et inuenit Iesus asellum, & sedit sup eũ, sicut scriptũ est: Noli timere filia Sion, ecce rex tuus venit sedens super pullum asinæ. Hęc non cognouerunt discipuli eius primum, sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quia hæc scripta erant de eo, & hęc fecerunt ei. Testimonium ergo perhibuit turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum a mortuis. Propterea & obuiam venit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisæi autem dixerunt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus? Ecce mundus totus post eum abijt.

Iesus an-

Iesus ante hac semper humilis,& omnis gloriæ mundanæ contẽptor,tum noua pompa voluit venire Hierosolymã. Declarabant palmæ,ꝙ fortis quidẽ & victor mortis fuerit resuscitato Lazaro. Vnde & vocibus ostendunt,ꝙ dicta à Dauid de Christo,doceãt ꝙ deus sit,deinde ꝙ & proprie deus,d. Sit laus & honor illi qui nobis expectatus venit in nomine domini. Augusti. Ipse eñ filius omnia in gloriã ordinauit patris. Ioh.5. Ego veni in nomine patris mei,& non recepistis me:si alius venerit in nomine suo,illũ accipietis. Chrysostomus: Quia reges Iudæorꝫ iniusti fuerant,& eos obnoxios bellis faciebant,cõfide,ait,hic non talis,sed mitis & modestus,nullã præ se ferens arrogantiã. Idꝺ ostenditur ꝙ insidens asino veniat,non exercitum post se trahens,Zach.9. Hæc discipuli,quum nondum scirent scripturas,Iohan.20.non intelligebant diuina prẽscientia agi:sed postquam Iesus per resurrectionẽ glorificatus,sensum illis aperuit vt intelligerẽt scripturas. Luc.24.ac spiritum misit veritatis,omnem ipsos docens veritatem,Iohan.16. Erant tamen pleriꝙ qui talem expectabant regem,quales habet hic mundus:& hinc tam frequẽs hominum multitudo prodierat obuiam Iesu,ꝙ ab his qui viderant,cognouissent hoc insigne miraculum ab illo proditum,quale non erat auditũ ab orbe condito. Id quia palàm diuinam quandam virtutem præ se ferebat,honos quoꝙ exhibitus qualis nulli prophetarum,ea res animos sacerdotum ac pharisæorum propemodum in desperationem adegit. Nec tamen ab impio cœpto resipiscunt,sed inter se commurmurant,d. Quæ enim vtilitas ex multis contra hominem hunc insidijs? quantum enim insidiamur, tantum hic crescit,& augetur gloria eius. Augustinus: Quid inuidet cæca turba,quia post eum abijt mundus,per quem factus est mundus? Potiora his supra hunc textum, vide parte prima,ar.98.m

Erant aũt quidam gentiles ex ijs,qui ascenderant vt adorarent in die festo: hi ergo accesserunt ad Philippũ,qui erat a Bethsaida Galilææ,& rogabant eum dicentes: Domine,volumus Iesum videre. Venit Philippus & dicit Andreæ,Andreas rursus & Philippus dixerunt Iesu. Iesus autem respondit eis, dicens: Venit hora vt clarificetur filius hominis.

Erat templum venerabile etiam gentibus,vt claret 2.Mach.3. Vnde & eunuchus reginæ Candacis venit adorare in Hierusalẽ,Act.8. Tantus autem id temporis erat populi fauor erga Iesum ex fama operum ipsius,vt ethnici quoꝙ qui religionis gratia venerant Hierosolymam vt illic adorarent, videndi Iesu desiderio tenerentur. Augustinus: Ecce Iudæi volunt eum occidere,gentiles vero videre,sed & illi ex Iudæis erant qui dicẽbãt, Benedictus qui venit in nomine domini. Isti ergo ex circuncisione erãt,illi ex præputio, velut duo parietes è diuerso conuenientes,vt in vnã fidem Christi pacis osculo concurrẽtes,Ephe.2. Nunc autem in Christo Iesu,vos qui aliquando eratis longe,facti estis prope in sanguine Christi. Ipse eñ est pax nostra,qui fecit vtraꝙ vnum:& veniens euangelizauit pacem vobis qui longe fuistis, & pacem his qui prope, quoniam p ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrẽ. Dixit philippus Andræ,quia prior eo. Tãtus ordo & amor mutuus erat inter eos. Iesus vbi cognouit ex discipulis ethnicos quoꝙ sui videndi desiderio teneri,quũ tam impie sperneretur à pharisæis & sacerdotibus,hac occasione cœpit aperire mortem suam,& quantum illa fructus esset allatura, non solum Iudaicæ genti,sed vniuerso mundo. Nunc instat tempus,vt quum pharisæi credent filium hominis prorsus extinctum esse,tum maxime glorificetur apud vniuersas orbis natiões, Nouum gloriæ genus est,& noua ratione parandum. Per crucem verus Chꝛs demonstrabitur & agnoscetur,ac per hoc in hominũ cordibus clarificabitur & honorabitur.

Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Ioh.12. X

Ostendit ad vitam non esse viam nisi per sui,mundiꝙ plenũ contemptum,& feruidũ cælestium amorem. Non eñ coronabitur nisi qui legitime certauerit,2.Timo.2. Sic oportuit pati Christum,& ita intrare in gloriam suam,Luc.24. Augusti. Altitudinẽ glorificationis præcedere oportuit humilitatem passionis. Phil.2. Qui cũ in forma dei esset,non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo,sed semetipsum exinaniuit,formam serui accipiens,in similitudinem hominum factus,& habitu inuentus vt homo,humiliauit semet ipsum,factus obediens vsqꝙ ad mortem,mortẽ aũt crucis. Propter quod & deus exaltauit illum,& dedit illi nomen quod est super omne nomen,vt in nomine Iesu omne genu

flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Beda: Christus granum ex semine patriarcharum in agro huius mũdi seminatum per carnis assumptionem, mortuum per passionem, multiplicat fructum per gentium conuersionem. Quod eñ à solis ortu vsq; ad occasum laudatur nomẽ domini, & in omni loco offertur oblatio munda, Malach. 1. ex huius mortificatione grani processit. Esaiæ. 53. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum, & voluntas domini in manu eius dirigetur. Comparat se grano frumenti, quo panis conficitur, quia ipse est panis viuus qui de cælo descendit, vt si quis mã ducauerit ex hoc pane, viuat in æternum, Iohan. 6. Huius frumenti fructu saginãdam dicit propheta Hierusalem & Sion, id est, animam fidelem. Psal. 147. Qui posuit fines tuos pacẽ, & adipe frumenti satiat te. Zacha. 9. Quid enim est bonũ eius? Et quid est pulchrũ eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? Est enim cibus electorũ de cælo descendens. Iohan. 6. Panis enim verus est qui de cælo descendit, & dat vitam mundo. Quamuis hic astruat resurrectionem futuram iuxta Paulum, 1. Cor. 15. Insipiẽs tu, quod seminas, non viuificatur nisi prius moriatur, & quid seminas? Non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, vtputa tritici aut alicuius cæteror. Deus autem dat illi corpus sicut vult, & vnicuiq; seminum proprium corpus. Verum si volumus feliciter resurgere, curandum vt corpus mortificemus. Iohan. 15. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Roma. 6. Existimate vos mortuos esse peccato, viuentes autem deo in Christo Iesu. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius.

Cur se frumenti grano Chrũs comparet.

2 Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mũdo, in vitam æternam custodit eam.

Qui præsentem vitam diligit, & animam suam amat, hoc est, desideria sua absurda facit, permittens ei quæ non oportet, nec contemnit mortem, perdet eam. Eccl. 18. Si præsites animæ tuæ concupiscentias suas, faciet te in gaudium inimicis tuis. Roma. 8. Fratres, debitores sumus non carni, vt secundũ carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si aũt spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. 2. Timo. 3. Instabunt tẽpora in nouissimis diebus periculosa: erunt eñ homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, voluptatum amatores magis q̃ dei, habentes speciem quidem pietatis, virtutem aũt eius abnegantes. Hoc tamen non est vere diligere, sed odire. Psal. 10. Qui diligit iniquitatẽ, odit animam suam. Tob. 12. Qui aũt faciunt iniquitatẽ & peccatũ, hostes sunt animæ suæ. August. Si male amaueris, tunc odisti: si bene oderis, tunc amasti. Noli amare in hac vita, ne perdas in æterna vita. Nã dulcis est vita pſens ijs qui ei sunt affixi: si vero quis ad cælum aspexerit, cõtemplãs q̃ illic sunt bona, cito pſentia cõtemnet. Psal. 76. Renuit cõsolari aĩa mea: memor fui dei, & delectatus sum. Qui ergo nõ concedit ei quæ vult, neq; ab ea flectitur, custodit illam in vitã æternã. Est aũt odium temporariũ, quia in hoc mundo: lucrum æternũ, quia in vitã æternã. 2. Cor. 4. Id eñ quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modũ in sublimitate æternũ gloriæ pondus operat in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur. Quæ eñ videntur, temporalia sunt: quæ aũt non videntur, æterna. Chrysost. Quemadmodũ quos odio habemus, ne vocem quidem audire, nec videre æquo animo patimur, ita anima si quid præter dei voluntatem nobis imperat, reijcienda est, nobisipsis emoriendum est. Colos. 3. Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malã, & auaritiam quæ est simalacrorum seruitus. Roma. 13. Carnis curam ne feceritis in desiderijs. Non ergo amat suam animam in hoc mundo, qui cunctis carnalibus voluptatibus renuncians, etiam ipsam pro dño, ne in ipsum peccet, ponere non recusat. Sic aũt vitam impendere, non interitus est, sed lucrum: & hoc est vitam non amittere, sed seruare. Nõ enim perit anima quæ discedit à corpore: nec in totum perit corpus, olim felicius & immortale reuicturum. Philip. 3. Nostra conuersatio in cælis est. Vnde etiam saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ, secundũ operationem virtutis suæ, qua etiam possit subijcere sibi omnia. Ecce qui non sibi, hoc est, sensualitati viuunt, quantum gloriæ consequuntur? Exemplum habemus in paupere Lazaro & diuite epulone, Luc. 16.

Si quis

Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus qui est in cælis. 5

Par est ẽm, ministrũ à domino non diuelli, nec in tristibus, nec in prosperis. Quos habuero consortes ac socios afflictionũ, eos non seiungam à consortio felicitatis: sed vbicunq; ego fuero, illic erit & minister meus. Ne videatur nobis graue carnalibus reluctari desiderijs, vitam etiã ipsam pro euangelio exponere, duo in medium adducit, quæ animũ præstent. Alterũ est exemplum: me, inquit, sequatur. Vias meas ambulet, non suas. Duo nobis proponit imitanda: Primũ cordis affectio. Matth. 11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Alterũ, corporis afflictio. Matthæ. 16. Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suã, & sequatur me. Ergo videndũ quemadmodũ præcesserit, vt sequamur & ministremus. 1. Petr. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplũ, vt sequamini vestigia eius. Claret ex euangelio, duplici nos exemplo instituisse. Primo suapte sponte crucẽ suscepisse: corporis, per ieiunium Matth. 4. Orationem, Matth. 14. Dimissa turba ascendit in montem solus orare. Passionẽ famis, Matth. 4. Fatigationis, Iohan. 4. Secundo, illatã & imposita patienter sustinuisse. Esa. 53. Sicut ouis ad occisionẽ ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suũ. 1. Petr. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret deo, mortificatos quidẽ carne, viuificatos aũt spiritu. Ecce proposita nobis forma, ministrandi & sequendi Christũ, si ipsum in gloriã sequi cupimus. Hinc ait Apostolus 2. Cor. 6. In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, &c. Quid ẽm tam iustũ, q̃ vt serui imitentur dñm, discipuli magistrũ? Iohan. 13. Non est discipulus super magistrũ. 1. Ioh. 2. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Si adhuc dura hæc videntur, addit & alterũ. præmiũ scilicet eximiũ. August. Quẽ maiorem honorẽ accipere poterit adoptatus, q̃ vt sit vbi est vnicus, non æqualis factus diuinitate, sed consociatus æternitati? Iohan. 17. Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecũ, vt videant claritatem meã quã dedisti mihi. Iohan. 14. Vado parare vobis locũ: & si abiero, & p̃parauero vobis locũ, iterũ venio & accipiã vos ad meipsum, vt vbi ego sum & vos sitis. Hinc Apostolus ait Philip. 1. Desiderium habens dissolui, & esse cũ Christo, multo magis melius. Si quis mihi perseueranter adhæserit, defecit ẽm Iudas, defecerunt & alij complures, Iohan. 6. Matth. 10. Qui perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. Nã Luc. 9. Nemo mittens manũ ad aratrũ, & aspiciens retro, aptus est regno dei. Et fynceriter. Psal. 100. Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Pater eũ honore prosequetur, vt ministrũ vnici filij. Stupenda res & aliàs inconsueta, vt non satis sit esse ministrũ vbi filius est, nisi & pater eum speciali prosequatur honore. Erit quidẽ tunc laus vnicuiq; à deo, 1. Cor. 4. Sapien. 3. Bonorũ laborũ gloriosus est fructus. Eccl. 23. Gloria magna est sequi dominũ: longitudo dierũ assumetur ab eo. Vnde Psal. 138. Mihi aũt nimis honorificati sunt amici tui deus. Nam in vita dedit eis virtutẽ super dæmonia, serpentes & scorpiones, Luc. 10. & Mar. 16. & omnẽ languorẽ, Matth. 10. Imo Iohan. 14. Amẽ amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horũ faciet. Vnde ad vmbram Petri infirmi curabantur, Act. 5. Sic per manũ Pauli virtutes non quaslibet deus faciebat, ita vt etiam super languidos deferrentur à corpore eius sudaria & semicincta, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequã egrediebantur, Act. 19. Magnificat haud dubie & post mortẽ, quũ ad præsentiam reliquiarũ mira operatur. Sine enim pœnitentia sunt dona & vocatio dei, Ro. 11. quæ templũ sunt spiritus sancti. 1. Corũ. 6. An nescitis quoniã membra vestra templũ sunt spiritus sancti qui in vobis est, quẽ habetis à deo? In confesso est & negari non potest, ad contactũ ossium Helisei mortuũ reuixisse, 4. Reg. 13. Eccl. 49. Et duodecim prophetarũ ossa pullulant de loco suo: nam corroborauerunt Iacob, & redemerunt se in fide virtutis suæ. Iam si mira dñs ad præsentiam arcæ operatus est, vt claret in destructione Hiericho, Iosue. 6. punitione Philistinorũ, 1. Reg. 5. Benedictione Obededom, 2. Regũ. 6. quid mirũ de sanctorum reliquijs, quæ viua templa & habitacula dei fuerũt in terris, & tam magnifice glorificabũtur in cælis? Matth. 13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorũ. Ideo admonet Apostolus 1. Corũ. 15. Itaq; fratres mei dilectissimi, stabiles estote & immobiles, abundantes in omni opere dñi semp, scientes q̃ labor vester nõ est inanis in dño. Admonet idẽ Ro. 12. Honore, inquit, inuicẽ p̃uenientes. & Ro. 13. Cui honorẽ, honorẽ. 1. Pet. 2. Omnes honorate, regẽ honorificate.

Quæ duo nobis ad imitandũ proposita.

Chr̃s qũo crucẽ suam sponte bifariam susceperit.

&.1.Timō.5.Qui bene præsunt presbyteri,duplici honore digni sunt.Veruntamen constanter ait 1.Timo.1.Soli deo honor & gloria.Perspicuū ergo est,alium esse honorē quē deo,alium quem homini impendimus,quocunq; etiam nomine speciem huius honoris exprimamus.Vnde 1.Para.29.Et benedixit omnis ecclesia domino deo patrum suorum, & inclinauerūt se,& adorauerūt deum,& deinde regem.Nullo modo passus fuisset protunc sanctus Dauid diuinos sibi honores impendi,nisi sciuisset populum alio sibi & alio deo animo cultū honoris exhibere.Nihil ergo nos honoris impendemus,quos deus tam magnifice honorificat in cælis & in terris?

Honorum deo & hoibus impē sorum differentia.

Ioh.12 Z

Nunc anima mea turbata est.Et quid dicam?Pater,saluifica me ex hac hora.Sed propterea veni in hanc horam.Pater,clarifica nomen tuum.Venit ergo vox de cælo,dicens:Et clarificaui,& iterum clarificabo.Turba ergo quæ stabat & audierat,dicebat tonitruū esse factum.Alij aūt dicebāt:Angelus ei loquutus est.Respondit Iesus & dixit:Non propter me hæc vox venit, sed propter vos.

Ne quis possit dicere q̄ ipse extra pericula,alios admoneat,ostendit q̄ & ipse ab humanis proprietatibus tentatus sit,& nostræ naturæ fuerit particeps,cū turbatur.Intellige autē volentē turbatū.Oblatus est enim,quia ipse voluit.Quāuis enim Christus ab initio perfrueretur diuina visione secundū portionem superiorem rationis,sinebantur tamen inferiores animæ vires sese erga obiecta,naturali quodā modo exercere, ita vt sitiret,frigeret,vt etiam horreret corporis pulcherrimi ac refugeret incōmoda.Chrysost.Appropinquans passioni,quod humanū est ostendit.Heb.2.Debuit per omnia fratribus similari,vt misericors fieret & fidelis pontifex ad deū,vt repropiciaret delicta populi.In eo ēm quod passus est ipse & tentatus,potens est & eis qui tentantur,auxiliari.Hebræ.4. Non ēm habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris,tentatū autem per omnia pro similitudine absq; peccato.Et quid dicam?Siquidē tibi pater placet, libera me ab hac hora mortis instantis.Verū si aliter à te decretum est,mihi quidem parendum:propterea ēm in hāc veni horam,vt patiar.Augustī.Docet te quē inuoces,cuius voluntatem tuæ voluntati anteponas:& qui hominis susceperit infirmitatem,docet contristatum dicere,non quod ego volo,sed quod tu,Luc.22.Psal.39.In capite libri scriptū est de me,vt facerem voluntatem tuam deus meus,nolui.Docuit & nos,ne pusillanimitate frangamur,dum necessitate vel infirmitate turbamur,sed in domino consolemur.Tu præsta,inquit,pater vt mors mea,mea q̄ resurrectio clarum reddat nomen tuum apud omnes orbis nationes,vt te cognito,te glorificantes,salutē æternam consequantur.Ex eo enim quod pater filium pro nobis tradidit in mortem,ostenditur misericordia & dilectio eius ad nos.Iohan.3.Sic deus dilexit mundum,vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum,non pereat,sed habeat vitam æternam.Item & iustitia eius, tanta est,q̄ maluit vnigenitum occidi,quàm peccatum manere inultum.2.Corinth.5. Eum qui non nouerat peccatum,pro nobis peccatum fecit,vt nos efficeremur iustitia dei in illo.Sapientia quoq; in tam admirabili atq; conuenientissimo modo.Sic & nos quotidie oramus:Sanctificetur nomen tuum.Nihil ēm deo accrescit,sed hominum saluti.Vnde clarificatur deus sic per bonorum profectum.Iohan.15. In hoc clarificatus est pater meus,vt fructum plurimum afferatis per passiones.Iohan.21.Hoc autem dixit,significans qua morte clarificaturus esset deum (Petrus per crucem),Philip.1.Magnificabitur Christus in corpore meo,siue per vitam,siue per mortem.Hæc vbi sublatis oculis in cælum Iesus precatus est,venit vox:Glorificaui,siue illustraui.Nam glorificauit in ortu nomen suum,in angelorum concentu,Luc.2.In baptismo,Matth.3.Ecce vox de cælis,dicens:Hic est filius meus dilectus,in quo mihi complacui.In doctrina & opere.Luc.24. Qui erat vir potens in opere & sermone,coram deo & omni populo.In obitu stupendis miraculis,Matth.27.Lucæ.23.Vere filius dei erat iste.In resurrectione,Acto.3.Deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum.Roma.1.Qui prædestinatus est filius dei in virtute,secundum spiritum sanctificationis,ex resurrectione mortuorū Iesu Christi domini nostri.Chrysostomus:Ad hoc instat vox patris,quia semper dicebant,quoniam Christus ex deo nō esset.Qui aūt à deo glorificatur,quomodo à deo esse negatur? Iam enim tot miraculis inclaruerat apud homines per filium suum,sed potissimum resuscitato Lazaro,mox q̄ aucturus erat gloriam sui nominis apud omnes orbis nationes,per crucem,per resurrectionem,per ascensionem,per spiritus sancti missionē

per

per apostolorꝫ prædicationẽ. Aderant gentiles, qui ob idiomatis ignorantiã dicebant tonitruũ factũ. Alij benignius interpretantes, qui forte verba superficialiter intelligebãt, dicebant angelũ quempiã ipsi loquutũ. Dñs vero ostendit propter ipsorꝫ salutẽ agi quicqd fieret, dicens: Non ob meã necessitatẽ vel salutẽ, sed vt intelligatis mihi cũ patre conuenire, & quicquid facio illo autore, vestræ salutis causa facere.

Ioh.12 A

Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Hoc autẽ dicebat, significans qua morte esset moriturus.

Ostendit redemptionis humanæ modũ & fructũ, & quibus contingat. Igitur mundi iudicium, id est, vltio nunc à me fit. Quia eñ occidã eum qui omnes occidit, & me quoqꝫ insontem inuasit, vltor ero omniũ qui ab eo occisi sunt. Osee.13. Ero mors tua ò mors, ero morsus tuus inferne. Duplex legimus iudicium. Extremum, ad quod omnes sistendi. 2. Corꝫ.5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonũ, siue malum. Iohan.5. Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Alterum per crucem reuelatum, quando Christus deleuit chirographum decreti quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, Coloss.2. & mundi retexit falsitatem, clarescere faciens euangelicam veritatem. Iohan.7. Me odit mundus, quia ego testimonium perhibeo, quoniã opera ipsius mala sunt. Nam 1. Iohan.5. Totus mundus in maligno positus est. Augustinus: Dicimus bonam domũ, vel malam, non quia ædificium sit malũ, sed propter mores malos inhabitantium. Sic mundus malus dicitur, de quo dominus elegit suos. Iohan.15. Quia de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Vnde Iohan.3. Hoc est autẽ iudicium, quia lux venit in mundũ, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucẽ. Erant eñ eorꝫ mala opera. Hinc adhortatur 1. Iohan.2. Nolite diligere mundũ, neqꝫ ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundũ, non est charitas patris in eo. Nunc princeps ille mundi, mortis autor, Sapien.2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarꝫ, dum se victorẽ credet, per mortẽ depelletur à sua tyrannide. Condonabitur eñ omnibus peccatũ per fidem euangelicam. eo sublato fractæ sunt vires tyranni, qui non alio telo potens est. Augustinus: Dicat quispiam quia diabolus eijcitur foras, iam fidelium neminẽ tentat. Imo tentare non cessat, sed aliud est intrinsecus regnare, aliud forinsecus oppugnare. Luc.11. Cum fortis armatus custodit atrium suũ, in pace sunt omnia quæ possidet. Si autẽ fortior illo superueniens, vicerit eũ, vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia distribuet. Vnde admonet Apostolus Ephe.4. Nolite locũ dare diabolo. Iaco.4. Appropinquate deo, & appropinquabit vobis: resistite autem diabolo, & fugiet à vobis. Quàm stulti ergo sunt, qui tam crudeli tyranno se per peccatum iteratò subijciunt. Iohan.8. Qui facit peccatũ, seruus est peccati. 2. Petr.2. A quo quis superatus est, eius & seruus est. Nam captiuos tenet ad ipsius voluntatem. 2. Timo.2. ad omnium vitiorꝫ genera impellens, mentis oculum excæcans. 2. Corinth.4. Quod si opertum est euangelium, in his qui pereunt, est opertũ, in quibus deus huius seculi excæcauit mentes infideliũ, vt non fulgeat illis illuminatio euangelij gloriæ Christi. Finaliter mortẽ pro stipendio præstat. Roma.6. Stipendiũ peccati mors. An nescitis quoniã cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad vitam? Quemadmodũ ille qui vicisse videbatur, subito pelletur è regno, ita ego qui videbor extinctus, exaltatus à terra, omnia vndiqꝫ trahã ad me, mihi vere vindicans, quod hactenus ille per tyrannidem occupauit. Etenim quia ipsi non possunt ad me venire, eo qꝺ à tyranno detenti sunt, ego victo illo & foras eiecto, & resectis neruis potentiæ eius contra homines, traham etiam nolente illo. Augustinus: Quæ omnia, nisi ex quibus diabolus eijcitur foras? Zacha.9. Tu autẽ in sanguine testamenti eduxisti vinctos de lacu in quo non erat aqua. Trahit omnes, & gentes & Iudæos. Ephesi.2. Quoniam in ipso habemus accessum ambo in vno spiritu ad deũ. Trahit & omnia, hoc est, & corpus & animã: animã per gratiam, corpus per glorificationem: quia nec capillus de capite peribit, Matth.10. Ttrahit ergo per fidẽ & charitatẽ, qui sese gratiæ accommodant, qui vocem sequuntur vocantis. Venite, inquit, ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, Matth.11. Hinc exaltationẽ, mortem suã in cruce significauit, qua exaltandus in signũ & remedium. In signũ, quo signati, percutientem euaderent angelum, Exod.12. Ezech.9. Ideo omnes ad ipsum confugient. Esa.11. Et eleuabit signũ in nationes, & congregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget. In remediũ, quo respicientes per fidẽ à morsibus sanentur serpentũ, hoc est, peccatorꝫ, Nume.21. Iohan.3.

Iudicium duplex.

han.3.Sicut exaltauit Moses serpentẽ in deserto,ita exaltari oportet filium hominis,vt omnis qui credit in ipsum,non pereat,sed habeat vitã æternã.Qui ergo salutem non cõ sequuuntur,sibi imputent,quia inuitantis vocẽ audire nolunt.Roma.10.Non em̃ omnes obediunt euangelio,sed magis ad fabulas conuertuntur,2.Timo.4.

2 Respondit ei turba:Nos audiuimus ex lege,quia Christus manet in æternum. Et quomodo tu dicis,oportet exaltari filium hominis? Et quis est iste filius hominis?

Erant in turba,qui quoniam mentio mortis præcesserat,diuinarent illum de crucis supplicio fuisse loquutũ.Augustinus:Hoc eum dixisse intelligebant quod facere cogitabant,non em̃ eis verbor̃ istor̃ obscuritatem aperuit infusa sapientia,sed stimulata conscientia.Discipuli autem dominũ de morte loquentẽ non capiebant(Luc.18.)quia amor quo eum mori nolebant,ipsos ab hoc intellectu retrahebat.Contrà fuit de Iudæis.Nam hinc ratiocinari contendunt illum nõ esse Messiam,qui se prædicaret moriturũ,quum scriptura tribuat potestatem & regnum æternũ.Danie.7.Potestas eius potestas æterna,& regnũ quod non corrumpetur.Mich.5.Et egressus eius ab initio,à diebus æternitatis. Quin & psalmor̃ scriptura promittit ei sacerdotium æternũ,Psal.109.Vnde & cornutũ interunt argumentum,aut ipsum non esse Messiam,aut non exaltandum à terra & moriturum.Quid igitur,inquiunt,vult sibi quod ais futurũ,vt filius hominis exaltetur à terra?Quod si exaltari à terra,mori est,& si quoties dicis filium hominis,teipsum dicis & vis intelligi:aut non morieris,aut ille filius hominis non est Messias,si verũ dicit prophetia.Sed incidunt in foueam quã fecerunt.Sentiunt Christi regnũ esse ciuile & mundanũ, eoq; minime duraturum,& tamen velint nolint,coguntur fateri dominium æternũ manfurum.Multiplicabitur eius imperium,& pacis non erit finis:super solium Dauid & super regnum eius sedebit,vt confirmet illud,& corroboret in iudicio & iustitia,amodo & vsq; in sempiternum.Luc.1.Regni eius,ait Gabriel,non erit finis.Falluntur in hoc miseri,quia scripturæ regnum Christi testantur administrationem esse internam,hoc est,in spiritu,quæ in iustificatione impij perficitur,in pace & tranquillitate conscientiæ,quo modo perpetuũ & incorruptibile est.Esa.32.Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in requie opulenta,in tabernaculis fiduciæ.Simul etiam stant mors Christi & æternitas. Mors em̃ conuenit ei secundum humanã naturam,æternitas ex parte naturæ diuinæ:& licet ad tempus mortem subierit,tertia tamen die resurgens gloriosus,immortalis permanet,quare æternitas ipsi competit.Heb.7.Hic autem eo q; maneat in æternum,sempiternum habet sacerdotium.Heb.13.Christus Iesus heri & hodie,ipse & in secula.Quoniam autem maleuolentia excæcati tantor̃ mysterior̃ non erant capaces,ideo sup hoc eis non respondit,sed tantũ hortatur eos,vt omissa cæcitate mentis,definant obstrepere luci veritatis,præsertim quæ mox esset auferenda.Non em̃ studio intelligẽdi veritatem, sed animo malitioso calumniandi præmissa dixerunt.

3 Dixit ergo eis Iesus:Adhuc modicũ lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis,vt non vos tenebræ comprehendant.Et qui ambulat in tenebris,nescit quo vadat.Dum lucem habetis,credite in lucem,vt filij lucis sitis. Hæc loquutus est Iesus,& abijt,& abscondit se ab eis.

Bifariam intelligi potest hic locus.Vno modo:Adhuc modico tempore ego qui lux sum,ero vobiscũ:quare dum huius lucis est copia,ambulate proficientes in melius dum est occasio,ne subito sublata luce nox occupet,iamq; frustra desideretis ademptũ,quod nunc oblatũ aspernamini.Alio modo secundũ Augustinũ:Modicum lumen in vobis est, per quod intelligitis quod Christus manet in æternum,sed proficite vt intelligatis & moriturũ vt redimat,& victurum in æternum in cælo quò perducat.Qui sequitur cæcos animi affectus,in tenebris ambulat,nescit quo vadat,nec proprios actus intelligit, nec ad finem salubrem perueniet:dumq; se credit pie rectèq; facere,impingit in mortẽ.Prou.12. Via stulti recta in oculis eius:qui autem sapiens est,audit consilia.Prou.14.Est via quæ videtur homini recta,& nouissima eius ducunt ad mortẽ.Chrysostomus:Quanta Iudæi nunc agunt,& nesciunt quid agant:putant rectã incedere viam,& contrariam incedũt. Dum ergo lucis copia est,Iohan.9.Quamdiu sum in mundo,lux sum mundi.credite in lucem,quæ illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundũ,Iohan.1.vt filij lucis sitis,per adoptionis gratiam.Ioh.1.Quotquot aũt receperunt eum,dedit eis potestatẽ filios dei fieri,his qui credunt in nomine eius.Qui ergo mihi crediderit,non aberrabit à

bit à vero: qui noctis sunt filij, lucem refugiunt. 1. Thessa. 5. Omnes vos filij lucis estis, & filij dei. Non sumus noctis, neq; tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut cæteri, sed vigilemus, & sobrij simus. Ephe. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate. Dum lucem inquit, habetis, hoc est, & ante crucem & post potestis in me credere. Sed vt lux solaris nõ omnino aufertur, sed quum occiderit, iterum exoritur: sic mors mea non est corruptio, sed occasus & translatio, & iterum exorior per resurrectionem, atq; ita nihil prohibet passio, quin æternus sim. Cum ergo scripturæ æteruum Christum testentur, plane me Christum comprobant. Qui autem ambulat in incredulitate, nescit quo vadat, quanuis rectam sibi videat incedere viã. Qui vero crediderint, omnia quæ salutẽ continent, faciunt vmbrã legis & ænigmata tenebrosa, ac infidelitatis cæcitatem effugerunt, & ad lucẽ accesserunt, quæ occultabatur, & nunc fulget, & facti sunt filij lucis, hoc est, Christi. Nec amplius illis ad id temporis loquutus est Iesus, videns indignationem cordium, quanuis nihil loquerentur, ne furorem illorum quem sciebat ad omne facinus promptissimũ, magis irritaret, sed abijt, & abscondit se ab illis, velut absentia sua silentioq; mitigaturus illorum efferatam insaniam, dans eis tempus & ocium, vt per quietem de sermonibus & operibus eius confidere queant. Ita enim, si voluissent, peruenire ad cognitionem deitatis illius potuissent. Admonuit & nos exemplo suo, vt quoties cum obstinatis res est, nec vlla spes proficiendi, cedamus ad tempus, ne non solum nihil fructus referamus, verumetiam alios reddamus sceleratiores.

Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, vt sermo Esaiæ impleretur quem dixit: (Esaiæ. liij.) Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium domini cui reuelatum est? Propterea non potuerunt credere, quia iterum dicit Esaias: (.vi.) Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. Hæc dixit Esaias, quando vidit gloriam eius, & loquutus est de eo. Iohan. 12 B

Planissime ostendit propria malitia excæcatos fuisse, quia tot & tantis signis credere noluerunt. Iohan. 15. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt & oderunt, & me & patrem meum. Vt enim, comitanter non causaliter tenetur. Non enim ob id fidem in Iesum spreuerunt, vt verba verificarentur Esaiæ, sed ex incredulitate ipsorum consecuta est impletio vaticinij Esaiæ & aliorum prophetarum. Non enim potuerunt, quia noluerunt. Nam malus homo & improbus nõ potest credere, quamdiu talis fuerit, mala scilicet eligens ac volens. Domine, quis credidit auditui nostro, hoc est, his quæ audiui à patre, & quæ audierunt à me. Romanorum decimo. Ergo fides ex auditu. Iohannis. 5. Si crederetis Mosi, crederetis vtique & mihi. Brachium domini, verbum est per quod facta sunt omnia. Iohannis. 1. Hebręorum. 1. Per quem fecit & secula. Esaiæ. 52. Parauit dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, & videbunt omnes fines terræ salutare dei nostri. Impossibilitas ergo hæc non refertur ad eorum voluntatem secundum se sumptam, seu simpliciter consideratam, sed vt talem, videlicet induratam, & in malis habituatã. Sic arbor bona non potest malos fructus facere, nec mala bonos. Matth. 12. Nec superbus saluari, nec iustus damnari. Excæcatur, qui nullos suscipit radios diuini verbi, & omnino absentia dei excæcat & obtenebrat. Nam sicut sol facit diem præsentia, noctem vero absentia, ita deus cæcos facit homines, quum non adest eis. Non adest autem propter eorum malitiam, & tunc vt cæci peccant, non se conuertentes, & absque correctione prolabuntur. Cyrillus: Quæ deo prẽmittente fiunt, sæpenumero à scriptura exprimuntur perinde atq; efficeret. Excęcat ergo deus, quia animi oculos intimos malitia excæcari passus est, non influendo malitiam, sed nõ dando subsidium, & cor eorum ex peccandi consuetudine obdurari. Hinc effectum est, vt oculis interioribus nõ viderint. Esa. 42. Quis cæcus nisi seruus meus? neq; corde intellexerint mysteria, per donum intellectus penetrando quę spectant ad fidem. Esaię. 7. Nisi credideritis, non intelligetis, & proinde neq; conuersi sint ad dominum, neq; à morbo peccati sanati, quod solius dei est, Psalmo quadragesimo: Sana animam meam, quia peccaui. Hieremiæ decimoseptimo: Sana me domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero. Ostendit certitudinem prophetiæ, quia vidit excellentiam Christi filij dei, & de ipso loquutus est, quod Iudæi malitia sua pro maiori parte excæcarentur in aduentu ipsius, Esaiæ sexto. Brachiũ domini quid

2 Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum, ſed propter pha
riſæos non confitebantur, vt de ſynagoga non eijcerentur. Dilexerunt enim
gloriam hominum magis, q̃ gloriam dei, Ieſus autem clamauit, & dixit: Qui
credit in me, non credit in me, ſed in eum qui miſit me. Et qui videt me, videt
eum qui miſit me. Ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me, in te
nebris non maneat.

Diſce quòd vanæ gloriæ ſectator, ſeruus eſt & contumelioſus. Nam primores non aude
bant palam profiteri, ob metum phariſæorum, qui decretum ædiderant, vt ſi quis ſe
diſcipulum profiteretur Ieſu, ſubmoueretur è ſynagoga, quod tunc plurimũ erat oppro
brioſum. Timore hominum deo debitum ſubtraxerunt. Prouerb. 29. Qui timet hominẽ,
cito corruet: qui ſperat in domino, ſubleuabitur. 1. Iohã. 4. Timor non eſt in charitate, ſed
perfecta charitas foras mittit timorem. Ieſus ergo clamauit, & dixit: Omnes profitemini
vos credere deo, atqui quum à deo profectus ſim, nec dicam quicquam aut faciam, niſi il
lo autore, quid timuiſtis credere in me? fides illa quæ eſt in me, ad patrem tranſit. In me,
Credere cui & in quem dicit. Nam aliud eſt credere cui piam, aliud in quempiam. Nam is qui credit alicui, po
teſt intelligi vt credat ei, vt vera dicenti, ſed in quempiam omnino vt deum credit. Sic cre
dimus apoſtolis, non in apoſtolos. Per hoc ergo ſe deũ oſtendit. Qui videt me oculo in
teriori mentis, videt & eum qui miſit me. Per omnia hæc, manifeſtat eandem eſſe ſubſtan
tiam patris & filij. Iohan. 14. Philippe, qui videt me, videt & patrem meum. Non credis,
quia ego in patre, & pater in me eſt? Mundus tenebris errorum ac vitiorum plenus eſt.
Atq; ideo à patre, qui fons eſt omnis luminis, velut radius à ſole deſcendi in mundum, vt
diſcuſſis erroribus, ſublatis peccatis, lux eſſem mundi. Per fidem autem aperiuntur oculi
cæcorum vt lumen videant, nec amplius impingant in tenebris. Nam errore liberat, &
mentales diſcutit tenebras, ſeq; ipſam notam reddit & patrem, & omni ſcientia corda ſuſ
cipientium ſe illuſtrat. 1. Iohan. 1. Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ. 1. Iohan. 2.
Tenebræ tranſierunt, & verum lumen iam lucet. Hinc admonet Apoſtolus Ephe. 5. Sur
ge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.

3 Et ſi quis audierit verba mea, & non cuſtodierit, ego nõ iudico eum. Non
enim veni vt iudicem mundum, ſed vt ſaluificem mundum. Qui ſpernit me,
& non accipit verba mea, habet qui iudicet eum. Sermo quem loquu
tus ſum, ille iudicabit eum in nouiſſimo die. Quia ego ex meipſo non ſum lo
quutus, ſed qui miſit me pater, ipſe mihi mãdatum dedit, quid dicam, & quid
loquar. Et ſcio, quia mandatum eius vita æterna eſt. Quæ ergo ego lo
quor, ſicut dixit mihi pater, ſic loquor.

Quod ſi quis audierit verba mea, nec his obtemperauerit, huic adeo nihil profuerit ad
ſalutem audiſſe, vt ob incredulitatem grauius etiam exitium ſit habiturus. Non quòd ego
ſim illum iudicaturus, quum nunc in hoc nõ venerim, vt mundum condemnẽ ob illius ſce
lera, ſed vt per fidem purgatum mundum ſaluum faciam. Iohan. 3. Sic enim deus dilexit
mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed
habeat vitam æternam. Non enim miſit deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundũ,
ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Inuitaui præmijs, deterrui ſupplicijs, allexi beneficijs,
excitaui miraculis, neminem à ſalute repello, aditum cuiuis facilem ad vitam aperio. Quid
igitur in extremo die prætexent ij, qui tot modis prouocati ad credulitatem, in ſua cæci
tate perſeuerauerunt? Quare enim non crediderunt? Num vt aduerſario dei & propri
am gloriam quærenti? A meipſo loquutus non ſum. Si ergo dei cultores eſtis, ſicut vobis
videmini, ſi legem veneramini, meos ſermones non poteſtis aſpernari. Nec enim ex me
ipſo loquutus ſum eorum more qui ad ſuam gloriam, ad ſuum quæſtum quæ volunt com
miniſcunt, nec aduerſa legi doceo, ſed quæ lex adumbrauit typis, promiſit vaticinijs, præ
ſto. Sicut qui mandatum referunt, nihil dicunt, præterquam eis demandatum eſt, ita ſane
ego ipſe nihil aliud ſentio vel docui, præter ea quę patri viſa ſunt. Iohan. 7. Mea doctrina
nõ eſt mea, ſed eius q̃ miſit me. Atque ita q̃ nihil à meipſo dixi, qualẽ occaſionẽ p̃texent,
qui non crediderint? Citra controuerſiam enim condemnabuntur, quòd patri non credi
derint. Baruch. 4. Hic liber mandatorum dei, & lex quæ eſt in æternum. Omnes qui tenẽt
eam, peruenient ad vitam: qui aũt dereliquerint eam, in mortem. Ideo Petrus ait Iohã. 6.

Domine,

Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Cyrillus: Cum præceperit Christus nemini inferendam calumniam, non esse iracundum fratri, non temere iudicandum proximum, non denique alteri faciendum quod non velimus nobis fieri, qui aliquid istorum admisit, ostendetur ex his domini verbis reus gehennæ ignis. O pie deus, quid fiet de nobis miseris.

¶De venditione Iesu, Matth. 26. Marc. 14. Lucæ. 22.

## ARTICVLVS XXIIII.

ET factum est cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: Scitis, quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur? Matth. 26 C

Quum Iesus tot sermonibus animos suos aduersus afflictiones imminentes, ne plane deijcerent, animasset, quumq; mox viderent dñm suũ rapi ad ignominiosum supplicium, tandem palam ipsis aperit diem ac modum mortis suæ, cuius mentionem inculcat animis discipulorum, ne quũ eam viderent, velut ad rem prorsus inexpectatam sic expauescerent, vt penitus desponderent animũ, præsertim quum intelligerent Iesum vltro venisse ad mortem, quam alioqui licuisset effugere, neq; prius occidi potuisse, q̃ venisset ille dies, quam ipse suæ morti præfinierat. Is autẽ erat dies paschæ. Luc. 22. Appropinquabat autẽ dies festus azymorum, qui dicitur pascha. Quo nefas erat Iudæis per eius festi dies vesci panibus fermentatis, atq; idem dicitur phase siue pascha, quod Syris transitũ sonat, ab agno anniculo, cuius cruore summi postes q̃diũ illiniebant, vt eas p̃teriret angelus dñi, extinctor omnium qui hoc signum non haberent in frontibus, Exod. 12. In huius rei memoriã quotannis immolabant agnum anniculum immaculatum, eumq; ab angeli transitu, mariq; transito feliciter, vocabant phase, Exod. 12. Huius rei discipulos submonuit. Cæterum hæc imago Iesu Christi, totum orbem à peccati tyrannide suo sacro sanguine redempturi, qui solus omnium à peccatorum maculis fuit immunis. Huius sanguine frontes nostræ consignandæ. Ezech. 9. Signa Tau super frontes virorum gementium & dolentium super cunctis abominatiõibus, quæ fiunt in medio eius. Sequitur, Omnẽ aũt super quẽ videritis Tau, ne occidatis. Marc. 14. Erat autem pascha & azyma post biduum. Hoc & discipulos non latebat, sed quod tunc dominus occidẽdus esset, ignorabant, quare clare ipsis prædixit, quo diuinitatem eius plenius intelligerent. Esaiæ. 41. Annunciate quæ ventura sunt, & sciemus, quia dij estis vos. Esaiæ. 42. Noua quoque ego annuncio antequam oriantur, audita vobis faciam.

Phase seu pascha qd sonet

Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi, in atrium a
principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.

Quum igitur immineret dies ille sacer ac lætus, cui celebrando conueniebat pijs operibus præparari, tunc congregati seniores, quos autoritate decuerat populi furorẽ cohiberi, si quis extitisset. Erat hic dies minime accommodus sacerdotibus & scribis, qui maluerant mortem illius obscuram esse, ac vulgari nocentium supplicio simillimam. Iesus autem volebat suam mortem esse celebrem & solennem, ac per omnia veteris testamenti figuris ac prophetarum oraculis congruere. Luc. 22. Quærebant principes sacerdotum quomodo eum interficerent: timebant vero plebem. Ergo dum de homicidio conueniret inter eos, consultatum est de tempore quia verebantur tumultum populi, propterea quòd non pauci essent, qui conspectis miraculis, & audita doctrina mirabili, & animaduersa morum incredibili mansuetudine, magnifice de illo sentirent. Metuebant plebem, qui non metuebant deum. Feria ergo tertia dñs præmissa dixit verba, quia feria quinta ad vesperã pascha immolabatur: tunc feria quarta, quum dominus non reuerteretur Hierusalem, conuenerunt primores Iudæorum. Fuit istud concilium vitiosum, quia in arduis & dubijs cautis mature procedendum. Ecci. 32. Fili, absq; consilio nihil facias, & post factũ non pœnitebis. Prouer. 15. Qui omnia agunt cũ consilio, regunt sapientia. Hinc Moses cõsilio Iethro iudices ordinauit in populo, qui seniores appellabant. Exod. 18. Sed à senioribus egressa est iniquitas, qui videbant regere populũ, Dan. 13. Sic isti primo odio contra Christum concepto, ob præclara ipsius miracula, & constantem doctrinam, populum ab eo auertere studuerunt, & finaliter vitam & memoriam ipsius è terra cogitarunt delere.

Hieremiæ.11.Eradamus eum è terra viuentium,& nomen eius non memoretur amplius. Vnde in atrium Caiphæ congregati fuerunt, qui ante consilium dederat de morte innocentis contra illud Exod.23.Insontem & iustum non occides. Hinc festinabant perficere quod conceperant.Prouerb.19. Vbi non est scientia animæ, non est bonum:& qui festinus est pedibus,offendet. Socrates: Velox consiliũ sequitur pœnitentia.Imperitiæ enim signum est cito fieri quod difficillimũ est.Secundo,est ordinate inquirendũ à bonis & sapientibus.Tob.4.Consiliũ semper à sapiente require.Ecclesiastici.37. Cor boni consilij statue tecum.Anima viri sancti enunciat aliquando vera,q̃ septem circunspectores sedẽtes in excelso ad speculandum.& in his oñibus deprecare altissimũ, vt dirigat in veritate viam tuam.Hinc Ecci.8. Cum fatuis consiliũ non habeas,non em̃ poterunt diligere,nisi quæ eis placent.Patet hoc in Roboam,qui relicto senũ cõsilio,dure iuxta consiliũ iuuenũ populo respondens,decem partes regni amisit.3.Regũ.12.Sic isti ira & inuidia excæcati, non nisi mortẽ dñi fitiebant.Ira autem viri iustitiam dei non operatur, Iaco.1. Gregorius:Ira si semel mentem cœperit possidere,iustum esse deputat, etiam quod crudeliter facit.Tertio,prouide circunspiciendum,attendendo principiũ,mediũ,&finem,vt prudenter inchoetur.Tob.4.Omni tẽpore benedic deũ,& pete ab eo,vt vias tuas dirigat,& oĩa consilia tua in ipso permaneant.Psal.118.Consiliũ meũ iustificationes tuæ.Alioqui dñs apprehendit sapientes in astutia eorum,& consilium prauoꝝ dissipat,Iob.5. Esa.19.Sapientes consiliarij Pharaonis dederunt insipiens consilium.Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis,& errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo,sicut errat ebrius & vomens.Vnde Iob.21. Veruntamen quia non sunt in manu eorum bona, consilium eorum longe fac à me,Recte prosequatur,Deute.16.Iuste quod iustum est,prosequeris.Ecci.37 Ante omnia opera verbum verax præcedat te,& ante omnẽ actum consiliũ stabile. Sunt qui commoda media inuenire norunt ad finem malum, qualis fuit Achitophel, secũdi Regum.16.Consilium autẽ Achitophel quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret dominum. Quid autem dicitur Ecclesiastici.27. Facienti nequissimum consilium, super ipm̃ deuoluet,&non agnoscet vnde veniat illi.Sic ipse laqueo sibi finẽ vitæ fecit.2.Re.17 Sic & isti.Marc.14.Quærebant summi sacerdotes quomodo eũ dolo tenerent,& occiderent.Quum enim de homicidio concluſum fuisset in domo Caiphæ.Iohan.11.de tempore & modo consultabant: & quia tunc instabat dies festus in quo omne masculinum coram domino apparere cogebatur,Exod.23.ac multi Christum vt prophetam habebant, alij Messiam credebant, quanquam ab hac opinione per sacerdotes postea abducti sint, ideo timebant populi tumultum,ne ipsum è manibus ipsorum vi eriperet. Vtiliter perficiatur,vt finis sit vtilis.Vnde sub prętextu communis vtilitatis dominũ occidere diffinierunt,vt patet Iohan.11.sed suæ libidini & auaritiæ ac ambitioni consulere studebant, quæ videbant per Christi doctrinam & vitam obscurari & minui.Prouerb.12. Dolus in corde cogitantium mala.qui autem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium. Esaiæ.29. Væ qui profundi estis corde,vt à domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opa,& dicunt:qs videt nos? &quis nouit nos? Peruersa est hæc vestra cogitatio,quasi si lutum contra figulum cogitet,& dicat opus factori suo,non fecisti me: & figmentum dicat fictori suo, non intelligis.

Consiliũ boni conditiones

3 Tunc abiit vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscarioth, ad principes sacerdotum,& ait illis: Quid vultis mihi dare,& ego eum vobis tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quærebat opportunitatem, vt eum traderet.

Offendebat eos dies festus parum ad rem gerendam idoneus, ob celebritatem & frequentiam populi,sed præter spem aliũde præbita occasio,cum impia ipsoꝝ voluntate cõiuncta,excussit scrupulum diei festi.Satanas,qui prius p se Iesum tentarat, nunc eundem per suos ministros persequitur.Iohan.6.Nonne duodecim vos elegi,& vnus ex vobis diabolus est? Dixit autem de Iuda Simonis Iscariothis,hic enim erat traditurus eum, quum esset vnus ex duodecim,Lucæ.22. Intrauit autem satanas in Iudam qui cognominabatur Iscarioth,vnum de duodecim,& abiit,& locutus est cum principibus sacerdotum & magistratibus,quemadmodum illum traderet eis. Quum enim totus addictus esset teterrimo auaritiæ morbo, quod sibi in vnguento periisse credebat, id ex domini precio pensare volens,adiit principes & magistratus,quos sciebat certis animis conspirasse in mortem dñi,neq; quicquã esse in mora,nisi vt sine tumultu caperet, & quos probabiliter credebat congregatos, modum congruum ipsis insinuaturus. Ecci.10. Auaro nihil est scelestius.

Nihil eñ

Nihil enim iniquius quàm amare pecuniam. hic em̃ venalem animam suam habet, quoniam in vita sua proiecit intima sua. Non intrat satanas cogendo, sed alliciendo ad culpam cui per nostram negligentiam & consensum aperimus. Ephe. 4. Nolite locum dare diabolo. Iac. 4. Appropinquate deo, & appropinquabit vobis: resistite autem diabolo, & fugiet à vobis. Ipse autem elongauit se à Christo & corpore & mente, appropinquans satanæ. Marci. 14. Qui audientes, gauisi sunt, & promiseruut ei pecuniam se daturos. Placuit autor sceleris domesticus Iesu. Prouer. 2. Lætant cum malefecerint, & exultãt in rebus pessimis. Matth. 26. Et ait illis: Quid vultis mihi dare &c. O mercator infelicissime, in voluntate ponis ementis, mercedem eius qui continet cœlum & terram: & quia vendidisti, iam nõ habes, cælo & terra exosus. Imitatores paternos scelerum, qui fratrem suum Ioseph vẽdiderunt Ismahelitis triginta argenteis. Zacha. 11. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Illi polliciti sunt pecuniam, hic operam. Tantula mercede ad facinus immanissimum adduci potuit, tamq; vili æstimatus est sanguis ille preciosus, qui sufficiebat vniuerso mortalium generi redimendo. Lucæ. 22. Et spopondit, & quærebat opportunitatem, vt traderet illum sine turbis. Auidus & inhians promissæ pecuniæ, statim ex eo tempore captabat occasionem, & opportunitatem prodendi Iesum. Claret maxima ludæ impietas in Iesum, cuius sectatores sunt omnes, qui pro temporali laude, lucro vel commodo, iustitiam deserunt, vel falsum testimonium dicunt, aut falsum contra veritatem iudicium proferunt. De quibus Esa. 5. Væ qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Michææ. 3. Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant. Ecce quanta vigilantia cõcilium malignantium obsedit Christum, Psal. 21. vt animam eius tollerent. Psal. 30. Accipere animam meam consiliati sunt, nos contra vigilemus, consilium quærentes, quomodo vitam ipsius habeamus in nobis.

¶De manducatione agni, Matth. 26. Marc 14. Lucę. 22.

ARTICVLVS XXV.

PRima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere pascha? At Iesus dixit: Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei: Magister dicit, tempus meum prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt pascha. Matth. 26 D

Interea dum Iudas & sacerdotes de perdendo Iesu consultant, ille salutis humanæ negocium agit. Iohan. 15. Ante diem festum paschæ. Marc. 14. prima die azymorum quando pascha immolabant. Luc. 22. In qua necesse erat occidi pascha. Duo hic obserua: agni typici immolationem & finẽ, & agni veri mysticam significationem & præsentissimam exhibitionem, quo omnia legis inuoluera cessauere, & completa sunt. Nam in vespera decimaquarta die mensis primi, necesse fuit occidi agnum paschalem, Exod. 12. quare vt veritas corresp̃deret figuræ, voluit dominus cũ discipulis phase vetus terminare & nouum inchoare. Iudæi autem festa sua celebrabant à vespera in vesperam. Vnde hic sequitur: Et facta hora discubuit. Luc. 22. Et misit Petrum & Iohannem, dicens: Euntes parate nobis pascha, vt manducemus. At illi dixerunt: Vbi vis paremus? Chrysostomus: Bene dicunt, vbi vis: quia in tota vita sua, non fuit ei certa mansio in mundo. Matth. 8. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. 2. Corinth. 8. Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi, qui cum diues esset, propter nos egenus factus est, vt nos inopia illius diuites essemus. Rabanus: Audiant qui ædificãdarum domorum curam habent, quos marmorum columnæ delectant. At Iesus vt ostenderet totum negocium esse mysticum, nec casu geri, nec necessitate, sed oñia ex præscientia & consilio diuino, ait Luc. 22. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans: sequimini eum in domum in quam intrant. Incerta & absentia prædicit, quo diuinitatem certius agnoscant. Lucæ. 22. Et dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi magister: Claret hunc, discipulum Iesu fuisse, sed occultum propter metum Iudæorum. Iohan. 12. Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter pharisæos non confitebantur, ne de synagoga fierent. Haud em̃ mediocris fortis fuit, apud quem dominus reficeretur, & discipuli post resurrectionem vsq; pentecostẽ alerentur. Chrysostomus: Diuinitus inspiratus, multorum odia vnius amore contempsit.

Agni typici finis, & veri exhibitio.

Tempus

Tempus meum, ab æterno præordinatum, in lege præfiguratum, amore salutis hominis desideratum. Apud te facio pascha cum discipulis meis. Luc. 22. Vbi est diuersorium, vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum, & ibi parate. Vere magnum, in quo tã magnifica acta, phase vetus terminatum, nouũ inchoatũ, spiritus sanctus missus discipulis Actu. 2. Marci. 14. Et abierunt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem, & inuenerunt sicut dixerat illis, & parauerunt pascha. Hic vide simplicem discipulorum obedientiam, qualem exhibuerant & añ quum emandarent ad pullum asinæ adducendum, Matth. 21. Merito enim quod præcipit, faciendum celeriter, quia tempus breue. Iob. 14. Breues dies hominis sunt. Delectabiliter, quia præmium grande. Matth. 7. Qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Perseueranter. Matth. 10. Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit, Luc. 9. Nemo mittens manum suum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno dei.

Præcepta Chri q̃gnauiter ac cito exequẽda.

Vespere autem facto, discubuit cum duodecim discipulis suis.

Hinc claret, alios discipulos seorsum in alia mensa comedisse, quia cœnaculum grande paratum ad hoc, sed seorsum ipse cum discipulis duodecim, quos vt selectos voluit sacro sancti conuiuij testes esse, nec Iudam dedignatus est huius conuiuij consortio, quo inexhausta dei benignitas, & inaudita proditoris manifestatur peruersitas.

Luc. 22

Et ait illis: Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno dei. Et accepto calice, gratias egit, & dixit: Accipite, & dividite inter vos. Dico enim vobis, quod non bibam de generatiõe vitis, donec regnum dei veniat.

Glossa: Desiderat primum typicum phase manducare, & sic suę passionis mysteria declarare, vt antiqui phasæ probator existat, & ad suæ dispositionis figuram pertinuisse demonstret, dum adueniente veritate ostendit vmbram cessare. Et quia vltimum vale, ideo multum desiderabile. Hoc affirmo vobis, posthac non comedam vobiscum hoc pascha iuxta legis præscriptum, sed aliud pascha perfectius iuxta spiritum perficietur in regno dei. Beda: His verbis Christus prohibet agnum paschalem vltra carnaliter exhiberi, asserens se nequaquam vltra Mosaicum celebraturum. Sic calicem sumens, gratias egit pro legalium consummatione, noui testamenti inchoatione. Posthac non bibam de fructu vitis iuxta carnis necessitatem, sed mox aderit regnum dei. Matth vltimo: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Nam post resurrectionem comedit, & bibit cum discipulis. Actu 10. Dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis à deo, nobis qui manducauimus & bibimus cum illo, post quam resurrexit à mortuis.

## ¶De pedum ablutione, Iohan. 13.

### ARTICVLVS XXVI.

Iohan. 13 E

ANte diem festum paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cœna facta, cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariothis, sciens, quia omnia dedit ei pater in manus, & quia a deo exiuit, & ad deum vadit, surgit a cœna, & ponit vestimenta sua: & cum accepisset linteum, præcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorũ suorum, & extergere linteo quo erat præcinctus.

Quum sciret dominus Iesus, quem nihil fugiebat, iam adesse tempus quo & ipse festi vocabulo respondens, tranfiret ex hoc mundo ad patrem, vnde fuerat profectus. Iohan. 16. Exiui à patre & veni in mundum, cum semper dilexisset suos, qui nondum erant exituri de mundo, sed ingens & longum certamen habituri cum mundo, perpetuam erga illos charitatem declarauit. Relicturus eos, vehementiorem etiam charitatem ostendit, nihil omittens eorum quę facere decet eum qui multum diligit. Ostẽdit voluntariam passionem, quia præcognita. Conuenienter immolatio agni veri, qui tollit peccata mundi, Iohan. 1. sequitur immediate immolationem agni typici. Pascha enim nostrum immolatus

molatus est Christus, 1. Cor. 5. Quanquã omnia diligat quæ sunt, & nihil oderit eorum quæ fecerit, Sap. 11. singularia tamen ipsis dilectionis indicia ostendit. Iohan. 15. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Nam sacramento corporis & sanguinis sui pauit, animã pro ipsis posuit. Iohan. 15. Maiorem hac dilectionẽ nemo habet, q̃ vt animam suã ponat quis pro amicis suis. Pro ipsis orauit. Ioh. 17. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnũ, sicut & nos vnũ sumus. Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo. A persequutoribus defendit, Iohan. 18. Si ergo me quæritis, sinite hos abire. Quũ cœna quo ad agni paschalis esum facta esset, & noui sacramenti restaret institutio, & diabolus animũ Iudæ vrgeret, vt quod cœperat perficeret, quumq; sciret q̃ nihil horũ pateretur interire, quæ sibi seruanda tradidisset, quodq; mox ad patrẽ esset redi turus vnde profectus erat, tamen vt omnẽ ambitionis affectũ, eximeret ex animis discipulorum, surgit, quo plane ministri gereret imaginem, accepit linteum, moxq; ipse misit aquam in peluim, & abiectissimã iuxta mundum officij functionem aggressus est. Obserua hic in Christo fuisse futurorũ præscientiam, & potestatem coercendi nefarios homines & triumphandi dæmones. Non ergo coacto animo, aut mera hominũ tyrannide in crucem adactus est. Esa. 53. Oblatus est, quia ipse voluit. Iohan. 10. Potestatem habeo ponendi animã meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Iam & illud plenum est consolationis verbum, omnia esse in manibus Christi, vitam & mortem, gratiam & gloriam, quæ omnia ex ipso expectanda. Psal. 83. Gratiam & gloriam dabit dominus. Semper ergo adeundus cum plena fiducia. Heb. 4. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Augustinus: Nec deum patrẽ cum inde exiret deserens, nec nos dum rediret. Vide domini humilitatẽ, omnia per seipsum agentis. ponit vestimenta, præcingit se, peluim ipse implet aqua, pedes lauit & tergit. Si conferamus personæ dignitatem cum officio in quod se deiecit, nihil potest dici demissius. Apoca. 19. Habens in vestimento & in femore suo scriptum, Rex regum & dominus dominantium. Si attendamus quibus lauit: nam vnus proditor, alter abiurator, alij omnes transfugæ futuri, omnes ingrati beneficijs, maxime Iudas. Voluit hac deiectione sua omnem ambitionis & arrogantiæ affectum radicitus è mentibus nostris euellere: nam humiliari, est opus eius qui à deo egressus est, & ad deum vadit: superbire & fastuosum esse, opus est eius qui à diabolo egressus est, & ad diabolum vadit.

Venit ergo ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus: Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantum pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mũdus totus: & vos mũdi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum. propterea dixit, non estis mundi omnes.

Petrus, ad quem dominus primo venit, quia principalior inter discipulos, alioqui nõ est verisimile quin & aliqui alior̃ huiusmodi domini obsequium recusassent, inauditum humilitatis exemplum exhorruit: hinc suam humilitatem agnoscens, hinc domini dignitatem considerans, hoc animo refugiebat à magistro lauari, quo baptista detrectauerat eidem impartiri baptismum, Matth. 3. Tu, inquit, cui dixi q̃ sis filius dei viui, Matth. 16. tu, cui turbæ cecinerunt, osiahana filio Dauid, Matth. 21. mihi seruo & imperito pedes immundos lauas? Non leue, inquit, non ociosum est quod ago. hoc quid sibi velit, nondum intelligis: sed post cognosces, quod ego nunc ago, tibi fuisse necessarium. Sed ne hoc quidem responso coercitus fuit Petrus, quare dominus vehementẽ eius recusationẽ, licet ab amore proficiscentem, veluti clauum clauo pelleret minis cohibuit. Aut, inquit, lauaberis, aut à mensæ fœderis q̃ mei consortio semoueberis. Quanquam lotio exterior nõ esset necessaria ad salutẽ ex sua natura, tamen ex voluntate dei fuit, quemadmodũ lignũ scientiæ boni & mali vetitum, Gene. 2. & 3. Interior tamen cuius illa figura fuit, necessaria est, quæ nisi Christi sanguine fieri non potest. Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. 1. Iohan. 1. Sanguis Iesu Christi filij dei, emundat nos ab omni peccato. Cyrillus: Nisi quis peccati sordes per gratiã meam lauerit, atq; abstersérit, regni cælorum non erit particeps. Apoca. 21. Non intrabit in eam aliquid coinquinatũ, aut abomi-

nationē faciens & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitæ agni. Psal. 15. Dominus pars hæreditatis meæ. Col. 1. Qui nos dignos fecit in partem sortis sanctorū in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarū, & transtulit in regnū filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionē & remissionē peccatorū. Si ergo nos peccato inquinatos agnoscimus, non abigendus Christus, sed precibus pulsandus, & singultibus accersiendus. Psal. 50. Cor mundū crea in me deus, & spiritū rectum innoua in visceribus meis. Ezech. 36. Effundam super vos aquā mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & dabo vobis cor nouum, & spiritū nouum ponam in medio vestri. Audiens Petrus vehementes has minas, q̄ vehemens erat detrectando, tam vehementior erat admittēdo, ita vt & caput ad lauandum daret, totum se domino subijciens. Vtrunq; ex charitate fiebat, & detrectatio, quia plurimum obseruabat dominum, & admissio, quia à domino separari nolebat. Qui lotus est baptismo, non indiget nisi vt pedes lauet, hoc est, affectiones animi purget ab omnibus inquinamentis huius mundi. Origenes: Impossibile est, extrema animæ & infima eius non cōtaminari, quanquā quo ad homines perfectus quis esse putetur. Sap. 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animā. Exceptione hac q̄ mundi essent, sed non omnes, Iudæ notauit conscientiam, qui sibi tantū conscius fuit, vt vel sic resipiscceret, postquam intelligeret se non latere dominū, quem destinarat prodere. Claret ex hoc, ipsum non de corporali, sed spirituali loqui mundatione, quanquam per corporalem significetur, non enim solum hoc habebat exemplum absolutæ modestiæ, verum etiam typum intelligentiæ, nimirum eos qui sese accingerent ad prædicationis euāgelicæ munus, qui dominicæ mensæ participes esse volunt, oportere purissimos esse ab omnibus humanis & terrenis affectibus. Vnde quanquam instructa cœna & omnia parata, non tamen antea corpus suum impartit & sanguinem, quàm abluat corporis sordes. Ponit vestimenta, designans veterem Adamum exuendum. Coloss. 3. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem dei, secundum imaginem eius qui creauit eum. Esa. 11. Fides cinctorium renum eius. Oportet enim accedentem ad stupenda hęc mysteria, credere quia est, & q̄ præsens est, q̄ iam non panem, sed Christi corpus sumpturus est, cuius caro immolanda erat pro mundi vita. Heb. 11. Sine fide impossibile est placere deo. Sola em̄ fides suppetias nostræ imbecillitati latura est, fides inquam in verba Christi, adeoq; in verborū energiam, quibus testatur hoc esse quod manibus porrigebat, corpus suum ipsissimum hunc quoq; sanguinem, quem in remissionem multorum effusurus sit, Matth. 26. Adsit huic linteo humilis animus, Matth. 8. Domine, non sum dignus vt intres sub tectū meū. Itaq; percepturi corpus domini, mundemus nos ab omni inquinamēto carnis & spiritus, perficientes sanctificationē in timore dei, 2. Cor. 7. Per confessionē lauari poterimus vt non indigne cōmunicemus cœnæ, & nobis manducemus & bibamus.

Corporis Chri in sacramento veritas.

Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua: & cum recubuisset iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me, magister
5 & domine: & bene dicitis, sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Amē amen dico vobis, nō est seruus maior domino suo, neq; apostolus maior est eo qui misit illum. Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea.

Origenes: Hoc dixit vel interrogatiue, ostendens facti magnitudinē: vel imperatiue, vt discipulorū erigat attentionē. Bene dicitis. Matth. 23. Vnus est magister Christus. Inaniter ergo ipsum magistrū & dominū vocant, qui eius doctrinæ non obediunt. Roma. 10 Non em̄ omnes obediunt euangelio. Luc. 6. Quid vocatis me, domine domine, & non facitis quæ dico? Vos igitur qui inter vos fratres estis & conserui, multo magis non grauabimini mutuis officijs inuicem inseruire. Turpe fuerit igitur vobis in gregem vobis credendū, aut etiam inter vos turgere fastu, sæuire violentia, quum me tam mitem, tam modestum dominum ac magistrum habeatis. Non est seruus maior dño suo quādiu seruus est, neq; legatus quādiu legatus est: quando autem maior fit, neque seruus est neque legatus. Beati ergo eritis non modo quia creditis, sed si imitantes exemplum meum, feceritis ea, meis obtemperando iussis. Non enim magnum, virtutem agnoscere: sed studiose agere, maximum. Lucæ. 12. Seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens, plagis vapulabit multis. Matth. 11. Discite à me, q̄a mitis sum & humilis corde. & Apostolus

1. Cor. 4

1.Cor.4.Imitatores mei estote,sicut & ego Christi.Iaco.1.Estote factores verbi,& nõ auditores tantũ,fallentes vosmetipsos.Chrysostomus:Non priusquã discumberent,sed post omniũ accubitum surgit à cœna, ponit vestimenta,lauit linteo præcinctus:nec his contentus,ipse peluim impleuit,ipse nemine iusso omnia fecit,exemplo docens,non remisse & frigide bona opera,sed q̃ diligentissime facienda per nosipsos,& non alijs vti ministris.Vt ergo munda sint opera nostra,necesse est vt habeant rectitudinem intentionis.Matth.6.Si oculus tuus simplex fuerit,totũ corpus tuum lucidum erit.Strenuitatem exequutionis.Psal.30.Viriliter agite, & confortetur cor vestrum omnes qui speratis in domino.Puritatem operationis,ne sint permixta malis.Iaco.4.Emundate manus peccatores,& purificate corda duplices animo.Esa.1.Lauamini,mundi estote,auferte malũ cogitationum vestrarum.

¶De sacramenti institutione,Matth.26.Marc.14.Luc.22

## ARTICVLVS XXVII.

COenantibus autem eis,accepit Iesus panem & benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis & ait:Accipite & comedite, hoc est corpus meum.Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis,dicens:Bibite ex hoc omnes.Hic est enim sanguis meus noui testamenti,qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Mat.26 F

Gregorius:Finitis veteris agni cærimonijs, transit ad institutionẽ noui & veri agni, quem in memoriã suæ passionis & nostræ redemptionis frequentari instituit. Chrysostomus:Vide ô homo quali fis à Christo honore honoratus,quali & mensa potiris,quod angeli videntes horrescunt,nec fine reuerentia respicere audent,propter eam quæ intus fertur coruscationem.Lucæ.22.Hoc est corpus meum quod pro vobis datur.Hoc facite in meam commemorationẽ.Hoc est,inquit,non figurat vt manna Exo.16.1.Cor.10.Omnes eandem escam spiritualem manducauerunt.Vnde subdit,quod pro vobis datur,hoc est,passioni & morti iam exponitur,proditore tradente,& me sponte ad passionẽ accedente.Hæc omnia quę lex habuit carnalia,spiritualiter exhibebuntur.sufficit em̃ vnica victima pro peccatis omnium seculorũ.Sed vos vobis huius meæ erga vos charitatis,memoriam renouabitis,quod nunc à me videtis fieri.Sicut em̃ legale pascha fuit figuratiuũ futuri,sic euangelicum istud est rememoratiuum præteriti.Luc.22.Similiter & calicem postquam cœnauit,dicens:Hic est calix nouum testamentum in meo sanguine,qui pro vobis fundetur.Quemadmodum vetus testamentum sanguinis asperfione confirmatũ fuit,Exo.24.ita & nouum,vt pulchre ostendit Apostolus Heb.9.Testamentum in mortuis confirmatum est,alioqui nondum valet dum viuit qui testatus est,vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatũ est.Effusus est pro electis,quantũ ad sufficientiam & efficaciam:sed pro omnibus,quo ad sufficientiam:quia passio ipsius est sufficiens omnes saluare.Sed nemo huius abolitionis peccatorũ particeps euadit,nisi qui crediderit,& sacris ecclesiæ mysterijs submiserit sese.Hoc est em̃ participem fieri redemptionis semper stantis,credere videlicet, & sacramentis ecclesiæ quemlibet rite initiari.Leo:Sanguinẽ quẽ Iudas vendidit,Christus ei obtulit,vt haberet remissionem peccatorũ si vellet.Nec em̃ Iudam proditorẽ ab hoc sacrosancto symbolo semouit clementissimus dominus,vt hac tanta lenitate corrigeretur.Sed quoniam ille fœderis signũ accepit,quũ proditorẽ ageret in animo,impurior discessit q̃ venerat.Marc.14.Et accepto calice, gratias agens dedit eis.Et biberunt ex illo omnes.Claret ergo q̃ & Iudas,quia duodecim cũ ipso discubuerunt apostoli,Luc.22.Tria hic obseruanda.Primũ, huius sacramenti perfectio.Hebræ.7.Nihil ad perfectũ adduxit lex.Roma.10.Finis em̃ legis Christus,ad iustitiam omni credenti.Hinc sacrificia veteris legis non fuerunt deo accepta,nisi in fide offerentium, quia figurabant plenũ & perfectum Christi sacrificiũ in cruce. Et sic solũ fuit figuratiuũ, 1.Cor.10.Omnia in figura contingebant illis.Heb.10.Vmbram habens lex futurorum bonorũ,non ipsam imaginẽ rerum.Christi sacrificium perfectũ.Heb.10.Impossibile est sanguine taurorum aut hircorũ auferri peccata,ideo ingrediens mundũ dicit:(Christus) Hostiam & oblationẽ noluisti,corpus autem aptasti mihi.holocaustomata,& pro peccato tibi nõ placuerũt,tũc dixi,ecce venio.In capite libri scriptũ est de me,vt faciam deus voluntatẽ tuã,sequitur,In qua voluntate sanctificati sumus,per oblationẽ corporis Christi semel,Ioh.1.Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mũdi.Ecclesiæ sacrificiũ,dicitur

Sanguis Chri quõ pro oĩbus fusus.

Quæ tria hic notãda

repræsentatiuum illius quod in cruce factũ est, in quo verus agnus non iam in cruce mortalis, sed sub speciebus panis & vini impassibilis offertur. Hebr. 7. Translato sacerdotio, necesse est, vt & legis translatio fiat. sequitur, Et amplius adhuc manifestum est, si secundum similitudinẽ Melchisedech exurgat alius sacerdos, qui non secundũ legem mandati carnalis factus est, sed secundũ virtutem vitæ insolubilis. Contestatur enim, quoniam tu es sacerdos in æternum secundũ ordinem Melchisedech, Psal. 109. Quibus constat, legis translationem concomitari & sacerdotij translationem, non eius sacerdotij, quo ordine Aaronitico immolabant crudas carnes brutorũ, quum hunc immolandi ritum Christus semel in se transtulerit, seipsum offerens semel ad multorum exhauriẽda peccata, Heb. 9. Consequitur ergo necessario, hanc translationẽ sacerdotij esse secundũ ordinẽ Melchisedech, qui panem & vinum obtulit. Gene. 14. erat enim sacerdos dei altissimi. Hinc dñs panem & vinum in corpus & sanguinẽ consecrando discipulis tradidit, ac idem in sui memoriam faciendũ mandauit. 1. Corꝝ. 11. Ego accepi à domino, quod & tradidi vobis, quũ dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem: & gratias agens, fregit & dixit: Accipite & manducate, hoc est corpus meũ quod pro vobis tradetur: hoc facite in meã commemorationẽ. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens: Hic calix nouũ testamentum est in meo sanguine. Hoc facite, quotiescunq; bibitis, in meam commemorationem. Claret ergo ꝙ Christus non panem & vinum, sed corpus & sanguinem discipulis tradidit. vnde quum idem discipulis faciendum præceperit, manifestũ est post verba consecrationis prolata à sacerdote, non panem, sed corpus esse Christi, atq; iam verã transsubstantiationem, post vltimum verborũ instans, vbi completur sensus. Non enim virtute ministri, sed dei fit transsubstantiatio. 1. Pet. 4. Qui ministrat, tanquam ex virtute quam administrat deus. Ipse enim adest sacris verbis, modo adsit legitimus minister, forma præscripta, fides ecclesiæ. Si enim verba Christi quibus ipsa consecratio fit, aliquid efficiunt, tum id quod præ se ferunt, nempe præsentissimum esse corpus Christi & sanguinem, atq; ita præiacentem materiam quoad substantiam desinẽsse, solas q; species remansisse. Sin nihil efficiunt, mentitus est Christus qui ait: Hoc est corpus meũ, quod pro vobis tradetur. Efficiunt igitur verba à ministro prolata, legitimo ritu, non in signo, nec in sola memoria id quod illa verba indicant, quod pro vobis tradetur, item qui pro vobis effundetur, quæ non de signo aliquo, sed de carne & sanguine Christi intelliguntur. Illa enim sunt, quę pro totius humani generis salute tradita sunt & oblata. Quanq; species illæ quæ & sacramenti nomine censentur, visibile signũ dici possint, sub ijs tamen continentur verũ corpus & verus sanguis, vera anima & deitas Christi, atq; proinde eodem quo ad dexteram patris sedens cultu adorandus. Quod autẽ panis aliquoties nominatur, vt claret in Actis, more fit scripturæ, quæ aliquando solet nominare quippiam, non id quod est, sed quod fuit, vt cum virga Aaron dicitur deuorasse virgas magorũ Exod. 7. quæ tunc non erant virgæ, sed serpentes. Vel quia vocabant id quod specie præ se ferebant, quum satis haberent rudem adhuc populum in fide, lacte pascere, nec primũ aliud exigere, quàm vt quocunque modo crederent in sacramento esse corpus Christi, postea solidiori cibo pasturi paulatim, postquã adoleuissent in dño. 1. Corinth. 3. Ego fratres non potui vobis loqui, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquã paruulis in Christo lac vobis potũ dedi, non escam. Nondũ enim poteratis, sed nec nunc quidẽ potestis. Hebræ. 5. Facti estis quibus lacte opus est, non solido cibo. Ex quibus claret, Paulũ non omnia satis aperte dixisse, non quod dicenda non erant, sed ꝙ plebs adhuc in fide rudis mysteria capere non valuerit, & quia panis speciẽ prę se ferebat, panẽ appellabant. Oportet ergo nos indubitatã retinere fidẽ, nec quærere, quomodo, vt Iudæi Iohan. 6. Quomodo potest hic nobis dare carnẽ suam ad manducandũ? Alioqui nunquã intelligemus. Esa. 7. Nisi credideritis, non intelligetis: sed in captiuitatem redigendo intellectũ, in obsequium Christi. 2. Corin. 10. Animalis enim homo, qui humanas sequitur cogitationes & animales, non percipit ea quę sunt spiritus dei. 1. Corinth. 2. non enim est capax eorꝝ quæ sunt supra naturã. Stultitia enim illi videtur, & non potest intelligere, quia spũaliter examinatur. Vides infantulum aquis immergi, paucis recensitis verbis: sed quando aut sensus, aut ratio docet animã illius intrinsecus expiari? huic profecto credulitati & sensus & ratio reluctãtur, donec certa persuasione de verbis Christi concepta per donũ ipsius, hoc ipsum nobis clare testatum sit. Quamobrẽ sicut Paulus de Abraã dicit Rom. 4. quod ad promissionẽ dei nihil dubitauit ob impossibilitatẽ, sed robustus factus est, tribuens gloriã deo, certissime sciens, quia is qui promiserat, potens esset & præstare: sic & cuiuis alteri faciendũ, qui vestigijs fidei Abraæ meditatur incedere, fidẽ firmã Christi verbis adhibeat, nec hæsitet quicquã illũ abunde præstare posse quod affirmarat, nimirũ in hoc sacramento verũ corpus Christi eẽ, atq; ita

Transsubstãtiatio asseritur

Christo

Christo gloriam dabit: alioqui mendacij ipsum arguit, qđ esset blasphemia, quũ sit veritas ipsa. Iohan. 14. Ego sum via, veritas, & vita. Secũdum, operatio. Nam huius virtute sacramenti purgamur à vitijs, gratia impinguamur & confortamur, & ad gloriam pducimur. Est em̃ mutuæ dilectionis in nobis confœderatiuũ, non significatiuũ solũ. Teste Augustino, significant species panis & vini, communionem charitatis inter Christianos esse debere, vt sicut ex multitudine granorꝫ panis, & vuarꝫ multitudine vini liquor vnus profluit, sic Christianorꝫ vniuersa multitudo, sibi inuicem mutua dilectione solidissime cõnectatur, ac vere fiat corpus vnũ. 1. Cor. 10. Quoniam vnus panis & vnũ corpus multi sumus, omnes qui de vno pane & de vno calice participamus. Cæterꝫ, quoniam hanc vnionem potissimũ præstat & efficit vnitas capitis, idcirco Christus huius corporis caput, pſens est in hoc sacramẽto, vt non modo significetur ista communio, verumetiam efficaciter præstetur his qui se idoneos reddũt. Sicut enim à capite nerui suã originẽ sortiuntur, quibus tum caput ipsum mẽbris, tum mẽbra singula sibi colligantur, sic ab hoc capite Christo nerui charitatis diffunduntur per huius sacramenti sumptionẽ ad singula mẽbra, spũsq; Christi transformat, viuificat & connectit ea, tam inter se, quàm ipsi capiti per esum ipsius corporis, & potũ sanguinis. Ephe. 4. Veritatem aũt facientes, in charitate crescamus in illo per omnia qui est caput Christus, ex qua totum corpus compactum & connexum per omnẽ iuncturam submin̄istrationis secundum operationẽ, in mẽsuram vniuscuiusq; membri augmentum corporis facit, in ædificationẽ sui in charitate. Non vertitur iste cibus ad modum cibi communis in substantiam nostram, sed nos magis vertit & incorporat Christo. Iohan. 6. Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me. Vnde est & vnio futuræ vnionis in patria præuia. Quid ista charitate, liberalitate, dignatione sublimius, quũ nos tam preciosissimo alimento fouere, & tam intime vniri nobis dignatur? Tertium frequentatio. Quoniam mors Christi non erat iteranda, ne quando tantũ beneficium elabi posset à mentibus hominum, neve sacrosancti fœderis initi semel, cum salutis suę autore possent obliuisci, instituit vt crebra cõmunione sacri panis & calicis memoria renouaretur inter euangelicæ legis professores, donec veniat, non iam seruator, sed iudex. Interim non expectanda alia hostia pro peccatis, quandoquidem hæc vna sufficit pro abolendis peccatis totius mundi. Vt ergo sit nobis quod offeramus acceptabile sacrificium, quo nobis resipiscentibus conciliatum & placatum certo sciamus patrem, id nobis facere in sui memoriam præceperit. Luc. 22. 1. Corꝫ. 11. Quotiescunq; enim manducaueritis panem hũc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec veniat. Chrysostomus super illud 2. Timo. 3. Volo quidem adm̄cere plane mirabile, & nolite mirari neq; turbemini. Quid vero est istud? Sacra oblatio ipsa, siue Petrus, siue Paulus, siue cuiuslibet meriti sacerdos offerat, eadem est quã Christus dedit discipulis, quamq; sacerdotes modo conficiunt, nihil habet ista quàm illa minus. Cur id est? quia non hanc sanctificant homines, sed Christus, qui ante sacrificauerat. Quemadmodũ em̃ verba quæ loquutus est Christus, eadem sunt quæ sacerdos nunc quoq; pronunciat, ita & oblatio eadem est. Sequitur, Et hoc igitur Christi corpus, & illud. Qui autẽ hoc illo minus habere aliquid putat, ignorat Christũ esse, qui nunc etiam adest & operatur. De hoc sacrificio dominus Malach. 1. postquam crassæ legis reprobauit holocausta & hostias, mox istud statuit, toto orbe terrarum offerendum. Ab ortu solis, inquit, vsq; ad occasum, magnũ est nomen meũ in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meũ in gentibus. Et paulo post de Christi aduentu, deq; ecclesia loquens ait Malac. 3. Et placebit dño sacrificiũ Iuda & Hierusalem sicut dies seculi, & sicut anni antiqui. Patet ergo q̃ antiquata lege, aliud sacrificiũ multo sacratius à vero Messia institutũ sit, quod non iam in Hierusalem, sed in omni loco eius nomini dicato à veris Israelitis offerendũ est. Institutũ est autem his verbis Luc. 22. Hoc facite in meam cõmemorationẽ. Vbi plane mandauit, vt eadẽ faceremus quæ ipse in cœna, panem & vinum in corpus & sanguinẽ consecrando, quæ plane cũ non sint prophana, sed sacra, & nos eius iussu sacra facimus, omninoq; sacrificium agimus. Confirmat id Paulus Heb. 5. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad deũ, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis: propterea debet quemadmodũ pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. Obserua q̃ offerendũ hoc sacrificium pro peccatis, sic & alibi legimus offerendum pro gratiarum actione, pro regibus &c. 1. Timoth. 2. Obsecro primũ omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarꝫ actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam & tranquillam vitã agamus, in omni pietate & castitate. Hic ritus celebrandi paucis indicatur,

Panis & vini spẽs qđ mystice signent.

Chrysost. sup. 2. Timo. 1. homel. 2. fol. 238.

Phase, Missa. dicatur. Sicut paschalis agni cærimonia seu religio, quæ sane non paucas res exigebat, phase vocabat, id est transitus, sic & eucharistiæ conficiendæ cærimonia, missa dicta est.

¶De prænunciatione proditionis Iudæ, & negationis Petri, Matth. 16. Marc. 14. Luc. 22. Ioh. 13

## ARTICVLVS XXVIII.

HAec cũ dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: (Luc. xxij. Veruntamen manus tradẽtis me, mecũ est in mensa.) Nõ de omnibus vobis dico. ego scio quos elegerim. sed vt adimpleatur scriptura, qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum. Amodo dico vobis, priusquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis quia ego sum.

Ne improuisus & nescius existimaretur traditus & passus, traditionẽ prædixit ficut & passionem, occulte tamen, non prodendo proditorem, quo diuinitatem, futura prædicendo, suam ostendit. Deberet, inquit, amor esse reciprocus, sed tamen est hic nobiscum in mensa, qui me proditurus est his qui me quærunt ad mortem. O quot in mensa domini immundas habent manus. Sic pro familiaritatis officio plus q̃ hostilia redditurus, quũ panis & salis communio soleat etiam ignotos amicitiæ fœdere iungere. Volebat dominus Iudam ad pœnitentiam reducere, & ideo relictis omnibus beneficijs alijs, quæ in illum contulerat, posuit hoc quod maxime faciebat ad confundendum eum. Elegit dominus & Iudam. Ioha. 6. Nonne duodecim vos elegi? sed cum bonus esset, vt Saul 1. Reg. 15 sed ipse liberi existens arbitrij, mutatus est. permittit eñ dominus vnicuiq; sicut vult operari, non eñ aufert liberum arbitrium. Calcaneum, inquit, leuauit, hoc est, dolum & deceptionem contra me composuit. Credatis quia ego sum. Iohan. 8. Si non credideritis qa ego sum, moriemini in peccatis vestris. Antequam Abraam fieret, ego sum. Exo. 3. Ego sum qui sum.

Amen amẽ dico vobis, qui accipit si quẽ misero, me accipit: qui aũt me accipit, accipit eũ qui me misit. Cũ hæc dixisset Iesus, turbatus est spũ, & protestatus est & dixit: Amen amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me.

Quemadmodum ego patris apostolus non aliud ago q̃ ex voluntate patris, ita & vos qui mei estis apostoli, si bona fide vobis mandatum exequemini, sic à pijs recipiemini, veluti me per vos loquente, quemadmodum pater per me loquitur, nihil aliud docentem q̃ quod ille præscripsit. 2. Cor. 13. An experimentũ quæritis eius qui in me loquitur Christus? Qui ergo me in membro meo suscipit, & patrem suscipit & honorat. Turbatus fuit in anima, veluti exhorrens exitium illius, qui suapte malitia sibi mortem æternam tendebat accersere. Augustinus: Deflet casum Iudæ, & mentis obstinatæ peruersitatem, & pœnæ æternæ debitæ immensitatem, quare ei misericorditer compatitur. Sic Paulus lugebat eos qui peccauerant, & non egerunt pœnitentiam super immunditia & fornicatione & impudicitia, 2. Corinth. 12. Fuit hæc turbatio non inordinata, nec rationem præueniens aut subruens, sed potestatiue assumpta. Quum autem passiones naturales sint in appetitu sensitiuo & communes animæ & corpori, faciliter in vultu apparentes, pœnosum fuit discipulis sic turbatum videre magistrum summe dilectum. Replicatio amen, certitudinis erat signum & excitatio mentis ad audiendum. Marc. 14. Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me, qui manducat mecum. At illi cœperunt cõtristari. Matth. 26. Et contristati valde, cœperunt singuli dicere: Nunquid ego sum domine? Hoc audito sermone, mœror ingens cepit animos omnium. Hieronymus: Quũ enim nullus præter Iudam huius rei conscius sibi esset, & magistri sui verba indubitata haberent, quilibet sibi ob humanam timuit fragilitatem. Cupientes ergo hac mœstitudine liberari, rogare cœperunt singuli. Marc. 14. Qui ait illis: Vnus ex duodecim qui intingit mecum manum in catino, Matth. 26. hic me tradet, Luc. 22. Et filius quidem hominis secundum quod definitum est, vadit, Matth. 26. sicut scriptum de illo. Væ autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. Non hæc fient fortuito. sic diffinitum est consilio diuino. Hinc Petrus Act. 2. Hunc definito consilio & præscientia dei traditum per manus iniquorum affigentes cruci interemistis. Non prodidit Iudam, sed frequenter illius pupugit conscientiam vt resipisceret. Et sciebat futurum vt ille non

non resipisceret, nos interim docens, vt erga peccatores summa lenitate vtamur, quibus certum esse non potest, an aliquando redituri sint ad se. Abusa quidem fuit illius impietate diuina sapientia ad salutē humanam, sed ideo non minus nocens ille qui sua malitia ad hoc facinus perductus est, nec oīnibus beneficijs reuocari potuit. Itaq; manet illum pro facto tam impio pœna crudelissima, nisi resipiscat, vt præstiterit illi, oīnino natum non fuisse. Hieronymus: Sed & hodie & in æternum væ illi, qui ad mensam dñi malignus accedit etem̄ ille velut Iudas filium hominis tradit, non quidē peccatoribus Iudæis, sed membris. Matth. 26. Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego sum Rabbi? Ait illi: Tu dixisti. Non fuit pudore neq; beneficij exhibitione, aut pœnæ cōminatione à tanto flagitio deterritus, neq; correctus, vt impudentiam adderet sceleri, quasi nullius mali sibi conscius interrogans dominū. Nec hic tamen suæ lenitatis oblitus dominus, respondit, tu dixisti, indicans eum magis esse q̄ explicans, atq; suspicionem simulat, dissimulans scientiam. Quod saxum quem adamantem non emolliret tanta mansuetudo hominis, qui nutu poterat lædere? Sed nec tanta dñi mansuetudine, nec terrore denunciati supplicij correctus est animus Iudæ. Tanta est pestis amor pecuniæ. Bernardus: Si nec in regno maiestatis, nec in paradiso voluptatis, nec in collegio vnitatis, Christi videlicet, defuit casus, quis poterit esse securus in loco horroris & vastæ solitudinis? Melius esset non esse simpliciter, q̄ semper esse in malo culpæ & pœnæ. Luc. 22. Et ipsi cœperunt quærere inter se, quis esset ex his qui hoc facturus esset. Quanuis singuli bene sibi conscij essent, de nullo malo arguente eos conscientia, sermonem tamen domini veriorem suis cogitationibus existimabant, vnde hæsitabant & tristabantur inuicem, & à domino quærentes. Basilius: Sicut in corporalibus passionibus multæ sunt quas non sentiunt patientes, sed magis adhibent fidem coniecturæ medicorum, sic & in animæ passionibus, si quis peccatum in se non sentiat, credere debet his qui plus peccatorum habent cognitionem.

Aspiciebant autem ad inuicem discipuli, hæsitantes, de quo diceret: Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis est de quo dicit? Itaq; quum recubuisset ille supra pectus Iesu, dicit ei: Domine, quis est? Respondit Iesus: Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariothis. Et post buccellam introiuit in eum satanas, & dicit ei Iesus: Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbētium, ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus, eme nobis ea quæ opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis vt aliqd daret. Cum ergo accepisset buccellam, exiuit continuo: erat autem nox.

Amicabiliter brachio in sinū Iesu demisso, supet pectus domini capite inclinatus erat. Hac familiaritatis indulgentia, mœrētem atq; exanimatum ob instantem mortem ipsius, dominus consolatus est ac refouit. Si vis ad Iesum recumbere, & in pectus eius cadere, & mystica ab eo discere, da operam, vt propter simplicem & bonam mentem ab eo diligaris. Etenim cui theologiæ beneficium concreditur, & proditor verbi, qui non rectam tenet fidem, manifestus est. Domine, inquit, quis est qui tantum audebit facinus? Is est, ait, cui offulam intinctam porrexero. Iohannes tamen non prodidit Petro, ne in mensa pacis, grandis oriretur turbatio. Nam Petrus se non continuisset ab inuasione ipsius. Vbi autem dominus dedit buccellam Iudæ, si forte recogitaret amicitiam mensæ & panis, & à proditione desisteret. Iudas autem cum nec sic emendatus fuisset, plene factus est satanæ, vt inemendabilis. Ingressusq; in interiora cordis eius, occupauit aīam eius. Prius em̄ per auaritiam foris turbabat, tunc autem perfecte eum comprehendit. Cyrillus: Tritum est diabolo illuc magis impellere, quo inclinari perspicit hominem. Ita infirmitatē nostram ad arma nequitiæ suæ conuertit, & ingenij nostri morbo aduersus abutitur, Romanor. 6. Et si potestatis nostræ non sit, facere ne tales cogitationes in mentem nostram ascendant possumus tamen quod ascenderit ejicere, nec committere vt magis propter negligentiam nostram radices agat. Verum qui consentiunt malo, hos fere cogere videtur. Iesus videns destinatam Iudæ malitiam, nec pudore, nec metu flecti, iam enim pene proditus erat, nec abfuisset à periculo si illum prodidisset, ablegat eum à conuiuio, & patrandi facinoris, quod iam certa voluntate concepta patrarat, potestatem facit. Non desiderabat festinatam Iudæ malitiam, sed celerem humani generis redemptionem, & quia

Notatu dignū simul & necessarium.

hora erat passioni proxima. Id dictum solus Iudas sibi conscius intellexit. Nam vt est minime suspiciosa probitas, non poterat hæc suspicio descendere in pectus cuiusquam, illũ cui Iesus tot argumenta amoris præbuisset, tam immane facinus ausurum. Nam & hoc frequenter solitus erat illi mandare Iesus, nos interim ad benignitatẽ in pauperes instituens, & extimulans. Ad hæc em̃ duos loculos habuit dñs, vt sibi suisq; prouideret de necessarijs & egenis de eleemosynis. Exiuit mentaliter, & sensibiliter à saluator, de societate angelorum ad societatem dæmonum, de luce ad tenebras. Erat nox, tempus arguens mẽtem illius auaritiæ tenebris excæcatam, qui se subduceret à luce, & ad opus principis tenebrarũ festinaret, quia nec tempus illum prohibuit, sed nocte dolum struit.

Cum ergo exisset, dixit Iesus: Nunc clarificatus est filius hominis, & deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus est in eo, & deus clarificabit eum in semetipso, & continuo clarificabit eum.

Per recessum filij perditionis, boni remanserunt, & per miracula in cruce glorificatus est, non per angelos, sed per deum. Continuo ait, quia in ipsa cruce, & interim post tres dies quum resuscitauit, & post dies quadraginta, suppeditata gratia spiritus sancti discipulis Actu. 5. Deus patrum nostrorũ glorificauit filium suum Iesum, quem vos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti. Glorificabit olim totum filium suum in aduentu supremo, coram vniuersis terrarum ac cælorum incolis, Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.

5 Filioli, adhuc modicum vobiscum sum: Quæretis me, & sicut dixi Iudæis, quo ego vado, vos non potestis venire. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.

Quoniam paulo post passurus erat grauia, ea nunc prædicit eis, vt habeant in memoria, & pręparent se ad ea. Expedit vobis, vt hoc corpus mortale vestris oculis subducatur. Multa sunt Mosaicæ legis præcepta. ego discessurus, vnicum & nouum vobis præceptũ mando. Nouum dicitur, quia animam à vetustate peccati purgat, & spiritualiter innouat. Sicut ego gratis dilexi vos, nullis bonis meritis vestris præcedentibus, sed & cum inimica humana esset natura, eam suscepi sanctificauiq;, ita & vos gratis diligite inter vos, etiam si offenderit te frater, ne recorderis. Rarum est hoc inter mortales, sed hic est fructus bonæ arboris, quo discernitur. 1. Timo. 1. Finis præcepti est charitas de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. Romañ. 13. Qui diligit proximũ, legem impleuit. Ponit discipulatus sui insignia. Non ait, si miracula feceritis, si linguas gentium noueritis, vel alia dona, æque bonis ac malis obuenientia habueritis, sed dilectionem, non carnalem, vel naturalẽ, sed spũalem & diuinam. 1. Pet. 4. Ante oñia mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorũ. 1. Corꝝ. 13. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria oñia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

Dicit ei Simon Petrus: Domine, quo vadis? Respondit Iesus: Quo ego vado, non potes me modo sequi: sequeris autem postea. Dicit ei Petrus: Quare non possum te sequi modo? Animam meam pro te ponam. Respondit ei Iesus: Animam tuam pro me pones? Amen amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges.

Cruciabat animum amantis, quod cum ille diuelleretur ab amicis. negaretur sequendi facultas. Est enim ingens solacium, si quem vere diligas, in omnem fortunam quoquo terrarum se verterit, persequi. Non directe dominus respondit Petro, sed cogitationi eius occurrit, præsumptionemq; reprimit. Sequeris postea, nõ modo. Nam domino comprehenso fugit, sed postea propter ipsum cruci affixus fuit. Petrus necdũ satis sibi notus, fortiora viribus suis quanquam syncero expressit affectu. Quid ais Petre? ait dominus, quàm magnifica nobis de te polliceris? Dixi, quod non possis, contradicis. Tu mihi vitam impẽdes? Per negationem disces manifeste quod dico. Nec procul abest experimentum, antequàm gal

quàm gallus cantet, ter me negabis: tantum abest vt tua vitã meam redimas. Per galli cantum, totum in cantando negocium accipiendum, vsque ad consummationem, hinc varie loquuntur euangelistæ. Vide quomodo ceciderit non semel, sed ter, sic derelictio dei, nostram arguit infirmitatem, qui hoc attendit, inuenit beneficiũ. Nullus ergo inaniter glorietur de se præsumendo: sed qui stat, videat ne cadat, 1. Cor. 10.

Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Luc. 22 H
Dixit autem eis: Reges gentium dominantur earum: & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur.

Ostendit quibus mediis ad veram & æternam pertingatur gloriam. Quoniam dominus in cœna meminerat de regno dei, incidit rursus inter discipulos adhuc infirmos & carnem ex parte sapientes contentio, quis à morte domini primatum haberet in regno dei. Viderant præ cæteris Petro, Iohanni, & Iacobo familiarem se præbuisse dominum, vt in puellæ suscitatione Marc. 5. Non admisit quenquam sequi, nisi Petrum & Iacobum & Iohannem fratrẽ eius. Sic in transfiguratione, Matth. 17. Inter hos vero Petro nonnihil excellentiæ contulit, claues regni cælorũ dando, tributum soluendo, Matth. 17. & 16. Quum antea fuerint à domino de huiusmodi prælationis ambitu increpati, Marc. 10. Luc. 9. & ad humilitatem amplectendam inducti, videtur quòd humilitate magis quàm ambitione contenderint. Philippẽs. 2. Nihil per cõtentionem vel inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes, non quæ sua sunt singuli considerantes, sed quæ aliorum. 1. Pet. 5. Omnes inuicem humilitatem insinuate, quia deus superbis resistit, humilibus dat gratiam. Aut certe quasi suspicantes eum in domini moliri mortem, qui ad primatum aspiraret. Vnde Lucas præmisit Lucæ. 22. Et ipsi cœperunt quærere inter se, quis esset ex his qui hoc facturus esset. Verum qualibet ex causa contenderint, nos potius non quod carnales adhuc discipuli gesserint, sed spiritualis magister quid iusserit, videamus. Somniabant temporale regnum, quam opinionem dominus excludens, ad humilitatem inducit. Nolite, inquit, quippiam imaginari in regno cælorum, quale videtis in regnis mundanis, longe aliud regni genus est, qđ beneficijs constat nõ vi: spiritualibus præsidijs obtinetur ac defenditur, non violentia: persuasione dilatatur, non necessitate. Fuerunt qui hinc occasionem arriperent erroris, dicentes Christianos æque liberos per Christum, nulli hominum subijci debere, quemadmodum & quidam Iudæorum tributum non pendendum Cæsari censuere, Matth. 22. Sed hunc dominus errorem corrigit, dicens Matth. 22. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt dei, deo. Nulla enim communitas sine rectore stare potest. Prouerbior. 11. Vbi non est gubernator, populus corruet. Vnde Iudic. 17. In illis diebus non erat rex in Israel, sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat. Duo autem hic facit. Reijcit dominationem tyrannicam. Reges, inquit, gentium, Osee. 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui. Dominantur. Gene. 10. Nemroth ipse cœpit esse potens in terra, & erat robustus venator coram domino. Sophoniæ. 3. Principes eius in medio eius, quasi leones rugientes. Siquidem principes huius mundi dominatum exercent in eos, in quos habent magistratum. Non enim persuadent, vt ament honesta, sed metu suppliciorum deterrent à maleficijs, Romanorum. 13. Principes non sunt timori boni operis, sed mali, & honorem exigunt à suis, etiam si non promereantur, imo quo propius accedunt ad tyrannidem, hoc plus honoris exigunt à suis, & interim magnificis titulis honorantur à populo. Vocantur principes, patres patriæ, seruatores, cõsules, quòd potestate sua premant inferiores. Tale est regnum gentium. Prouerbiorum. 28. Leo rugiens, & rursus esuriens, princeps impius super populum pauperem. Veruntamen non impune. Ecclesiastici. 8. Interdum dominatur homo homini in malum suum. Esaiæ. 10. Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei, & vt essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Quid facietis in die visitationis & calamitatis de longe venientis? ad cuius confugietis auxilium? & vbi derelinquetis gloriam vestram? Hinc dominus regi Iuda ait: Hieremię. 22. Pater tuus nunquid non comedit & bibit, & fecit iudicium & iustitiam, tunc cum bene erat ei? Iudicauit causam pauperis & egeni, in bonũ suum. Nunquid non ideo, quia cognouit me, dicit dominus? Tui vero oculi & cor ad auaritiam, & ad sanguinẽ innocentem fundendum, & ad calumniam, & ad cursum mali operis. Propterea hæc dicit dominus ad Ioachim filium Iosiæ regem Iuda: non plangent eum, væ frater, &, væ soror, non concrepabunt ei, væ domine, & væ inclyte. sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus extra portam. Secundo modum præscribit prælationis Christianæ.

Duo quæ dã ex Christi responso notanda

Vos autẽ

Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recūbit, an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat.

Pius magister non initæ contentionis arguit, sed formam quam sequantur humilitatis, modesta ratione describit, ne scilicet gentium more dominari subiectis velint, seq; ab eis gaudeant superuacuis laudibus attolli, sed ad exemplum regis æterni, quasi iuniores eis quibus regendis præsunt, efficiantur ac ministri. Chrysostomus: Principes mundi ideo fiunt, vt dominent in minoribus suis, principes ecclesiæ, vt seruiant minoribus suis: vt propria vtilitates negligant, & illoꝝ procurent, nec mori timeant pro salute ipsoꝝ. Heu domine, contrarium practicatur. Basilius: Non ergo extollat præsidentem dignitas, ne ab humilitatis beatitudine corruat: illud autem nouerit, quòd humilitas vera ministeriū plurium est. Sicut eñ qui pluribus ministrat vulneratis, abstergēs cuiuslibet vulneris saniē nō sumit ex ministerio illo causam elationis, sic multo minus cui commissæ sunt curæ fraternorum laguorum, vt omnium minister redditurus pro omnibus rationem, humilis esse debet atq; solicitus. Eccl. 32. Rectorē te posuerūt? noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis. Curam illorum habe, & sic considera, & omni cura tua explicita recumbe, vt læteris propter illos, & ornamentum gratię accipias coronam, & dignationem consequaris coronationis. Quemadmodum ergo periculum ipsis imminet, si non bene præsint: sic subditis, si non humiliter subsint. Hebrǫ 13. Obedite præpositis vestris, & subiacete illis. Ipsi eñ peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes, hoc enim non expedit vobis. Romano. 13. Ideoq; necessitate subditi este, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Non enim est potestas, nisi à deo. Prouerbiorum octauo: Per me reges regnant & legum conditores iusta decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. Romanorum decimotertio: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. 1. Petri. 2. Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter deum, siue regi quasi prȩcellenti, siue ducibus tanquàm ab eo missis, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Deum timete, regem honorificate. Serui, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Nam Iob. 34. Qui regnare facit hominē hypocritam propter pctā populi. 1. Pet. 2. Hæc est enim gratia, si propter dei cōsciam sustinet qs tristitias patiens iniuste. Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui dei. Ecce quod seruitus dei humanam non sustulit seruitutem, sed promouit, vt volentes, & non vt coacti timore pœnæ, præstemus quæ præstanda sunt. Sic & prælati non ambitioni vel luxui, sed subditoꝝ vtilitati inseruiant propter deum. Quo ergo quisq; maior est, hoc minus sibi vindicare debet violentiæ, potestatis, & gloriæ. Nec enim huc spectabit, vt suis dotibus quas accepit à deo, premat inferiores, sed profit ac subleuet: nec sibi vindicabit honorem, sed deo totum transscribet: non q̄ non sit in hoc regno futurus ordo, sed quod is qui delectus est ad primatum, vt alijs dux sit ad pietatem, adeo seruiet omnium commodis, vt videatur minister potius esse, quam princeps. Fauorem non ambiet, sed promerebitur animus ad benefaciendum omnibus promptissimus: autoritatem tuebitur vitæ integritas, non supercilium aut fastus. Nunc ad verba exhortationis, suimet exemplum adiungit humilitatis. Nam in cœna pedes lauit, corpus & sanguinem in cibū & potum ministrauit, nec non optima fercula gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro administrat. Glossa: Necesse est ergo, vt rectorem subditis disciplina patrem, & pietas matrem, & humilitas seruum exhibeat, ne aut districtio rigida, aut pietas sit remissa, sed vtrobique seruetur discretio.

Principum ecclesiæ officium

Vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel.

Ostendit viam ad gloriam. Vos, inquit, de præmio securi, tantum de officio cogitate: meum erit de dignitate prospicere. si fueritis imitatores humilitatis meæ, eritis & gloriæ consortes: si fueritis afflictionum socij, eritis & consolationum ac immortalitatis. Quod si perstiteritis isto animo, nec vos piguerit interim imitari meā humilitatem, quo magis profitis oñibus, ego vicissim efficiam vt olim fitis participes gloriæ regni mei. Lucæ. 24.

Oportuit

Oportuit pati Christum,& ita intrare in gloriam suam.2.Cor.1.Sicut socij passionũ estis ita & consolationis eritis.Permanssistis,ait, non enim initia, sed perseuerantia exquiritur. Nam Iudæ bonum initium,sed malus exitus fuit.Contra Paulus male cœpit,bene finiuit, sic & quidam discipuli retro abierunt,dicentes:Durus est hic sermo,& quis potest eum audire? Iohan.6.& iam non cum domino ambulabant.Petrus vero ait:Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.Luc.9.Nemo mittens manum ad aratrum,& aspiciens retro,aptus est regno dei.Hinc Matth.10.Qui autem perseuerauerit vsq; in finem,hic saluus erit. Si dura hæc videntur,attende præmium. Ego dispono, passionis meæ merito, Iohan.14.Vado parare vobis locum,& si abiero,& præparauero vobis locum,iterum venio & accipio vos ad meipsum,vt vbi sum ego,& vos sitis.Luc.14. Beatus qui manducabit panem in regno dei.Psal.35.Inebriabuntur ab hubertate domus tuæ,& torrente voluptatis tuæ potabis eos.Quis hanc gloriam exprimere,quæ mens excogitare possit? Vere id quod in præsenti est momẽtaneum,& leue tribulationis nostræ,supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis,non contemplantibus nobis quæ videntur,sed quæ non videntur. Quæ enim videntur,temporalia sunt:quæ autem non videntur,eterna.2.Cor.4.Hæc ergo mutatio dexteræ excelsi,vt qui nunc humiles gaudent ministrare conseruis, tunc super domini mensam sublimes vitæ perpetuæ dapibus alantur: & qui hic in tentationibus iniuste iudicati, cum domino permanent,illic cum domino super tentatores suos iusti iudices veniant:& quanto huic mundo magna humilitate despecti sunt,tanto tunc acceptis sedibus, maiori culmine potestatis excrescunt.1.Cor.6. An nescitis, quia angelos iudicabimus?

Ait autem dominus Simoni: Simon,ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum,ego autem rogaui pro te,vt non deficiat fides tua. & tu aliquando conuersus,confirma fratres tuos. Qui dixit ei: Domine,tecum paratus sum & in carcerem,& in mortem ire.At ille dixit:Dico tibi Petre,non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. H

Itaq; vertit sermonem ad Petrum,vt per hunc institueret,& castigaret omes. Sciebat enim hunc esse cæteris promptioris animi,sibiq; plurimũ fidere, pio quidem affectu, sed humano.Ecce satanas,qui nihil intentatum relinquit quo perdat,studiose quæsiuit potestatem à deo,quo tentationis suæ impulsu agitaret,concuteret, & velut triticum excuteret,dissipaturus si posset.Et facturus erat,si propriæ imbecillitati fuissetis relicti.Nihil autẽ potest,nisi permissus.Hinc Iob.1.Dixit dominus ad satan:Ecce vniuersa quæ habet,in manu tua sunt,tantum in eum,ne extendas manum tuam. Sic & post in corpus potestatem accepit,Iob.2.Ecce in manu tua est,veruntamen animam illius serua.Sic potestatem expetiit inuadendi porcos,Matth.8.Vnde sicut in cribro paleæ remanent, & farina transit: sic Iudas vt furfur remansit diabolo. Cæteri vero apostoli transierunt ad gloriam. Patet quòd ecclesia per Petrum fundata, nunquam deficiet:nam Petrus post casum fortior surrexit,nec morte ipsa postea diuellendus.Confirma,inquit,fratres: misericordiam tibi impensam,& alios fac sentire.Iohannis.21.Pasce oues meas.Galat.6.Fratres,si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,vos qui spirituales estis,huiusmodi instruite in spiritu lenitatis,considerans teipsum,ne & tu tenteris. Petrus necdum sibi plene notus, ait: Quẽadmodum hactenus non deserui te,ita nec posthac vnquam sum deserturus,ita vt paratus sim tecum extremum adire capitis periculum, siue eundum sit in carcerem, siue etiam in mortem.Hunc sermonem à pio quidem & simplici profectum animo,sed nondum sibi satis noto dñs ilico repressit.Non cantabit,noctis vigilias cõsummando. Theoph. Hautimus doctrinam, non sufficere humanum propositum sine auxilio diuino. Iohannis.15. Sine me nihil potestis facere.

Ecclesiam Petri nunquam desecturam.

Et dixit eis: Quando misi vos sine sacculo & pera,& calceamẽtis,nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt:Nihil. Dicit ergo eis:Sed nunc qui habet sacculum,tollat,similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam,& emat gladium. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum est,oportet impleri in me.Et cum iniquis deputatus est,etenim ea,quæ sunt de me,finem habent. At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Satis est.

Postquã

Postquam exemerat illis sui fidutiam, rursus inculcat quod sæpe docuerat, ne se commeatu præmunirent aduersus necessitatem, aut humanis præsidijs armarent aduersus malorum violentiam, quo in solo deo esset spes eorum. Natura enim modicis est contenta, sed humanæ voluptatis abusio multa quærit superflua, cito conqueritur, quanquam vltra naturalem habeat necessitatem & vtilitatem. Accipiebãt enim necessaria ab ijs quibus euãgelizabant. 1. Corinth. 9. Dominus ordinauit his, qui euangelium annunciant, de euangelio viuere. Ambrosius: Cur gladium emere iubes, qui ferire prohibes? cur haberi præcipis, quem extrahi vetas? nisi forte vt parata sit defensio, non necessaria vltio: & videaris vindicare potuisse, sed noluisse. Nunc quum Petrus reprehensus sit, & aduersus impios & sceleratos pro innocentissimo Iesu strinxerit ferrum, quæ poterit posthac esse causa, vt homo Christianus iniuriam iniuria repellat? Res ad extrema peruenit: non enim solum mihi manus inijcient violentas, verumetiam oportet perfici quod de me prædixit Esai. 53. Et cum sceleratis deputatus est. Si graue est occidi, quanto magis grauius inter facinorosos infami supplicio affici? Eadem nocte tanquam latro captus, & die sequenti inter latrones crucifixus est, Luc. 23. Hunc sermonem, quum non intelligerent apostoli, suspicarenturq; dominum admonuisse, vt gladium haberent paratum ad depellendam vim imminentem, quum Christus sentiret de spirituali pugna aduersus mundum & satanam, in qua victoria contingit ex animo ab omnibus cupiditatibus terrenis expedito, soloq; gladio doctrinæ cælestis armato. Eaq; constat veteris ac noui testamenti scriptura irrefragabili, vt duos possis intelligere gladios, sed ab eodem spiritu porrectos. Ephesiorum. 6. Et gladium spiritus, quod est verbum dei.

¶Sermo post cœnam, Iohannis. 14.

## ARTICVLVS XXIX.

Iohan. 14 K

ET ait discipulis suis: Non turbetur cor vestrum, creditis in deum? & in me credite. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minus dixissem vobis: quia vado parare vobis locum. Et si abiero, & præparauero vobis locum, iterum venio & accipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. Et quo ego vado, scitis, & viam scitis. Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quo vadis, & quomodo possumus viam scire? Dicit ei Iesus: Ego sum via, veritas, & vita. Nemo venit ad patrem nisi per me.

Ostendit electos, quum æterno donandi sint præmio, ob nihil aliud nisi peccatum, quod separat à deo deiecto esse debere animo. Quoniam nouerat discipulorum animos vehementer desolatos; quoniam se moriturum prædixit, & ab vno discipulorum tradendum, Petrumq; se negaturum, consolatur ipsos, sedans passionem eorum. Erunt, inquit, quidem hæc omnia quæ prædixi: verum non est quod ob ea despondeatis animum, aut perturbemini. Atrocia sunt quæ fient in me, quæq; post edentur in vos, neq; me fugit quanta sit imbecillitas humanæ naturæ: sed si omnem vestram fiduciam collocaueritis in deo, & in me non est quod vllos hominum impiorum insultus formidetis. Dixerat supra, 12, Nunc anima mea turbata est, hic iubet non turbari. Sed est turbatio ex spiritu & ratione proueniens cõtra peccatum. 2. Corinth. 7. Quæ secundum deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Altera ex passione, abducens à rectitudine rationis, hæc per veram & stabilem patientiam ableganda, & internæ paci studendum. Psal. 12. Non contristabit iustũ quicqd ei acciderit. Nõ ergo de morte mea tristari debetis, me mala formidare imminẽtia. Omnes enim vestri labores soluentur, & turbatio sedabitur per fidem in deũ & in me. Nullus enim potest in deum patrem credere, nisi credat & in filium. Iohan. 5. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. 1. Iohan. 5. Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus est ex eo. Augustinus: Consequens est enim, si in deum creditis, vt & in me credere debeatis: quod non esset consequens, si Christus non esset deus. Iam in domo patris mei multæ mansiones paratæ sunt victoribus. Nunc quoniam certo scio suam cuiq; mansionem paratam in regno patris, de præmio non est cur sitis soliciti, tantum illud agendum, vt fortiter certetis. Augustinus: Licet alius sit alio fortior, alius alio sapientior, alius alio sanctior, alius alio iustior, nullus eorum alienabitur à domo illa, vbi mansionem pro suo quisque accepturus est merito. Denarius quidem ille æqualis est omnibus, quem paterfamilias eis qui operati sunt in vinea, iubet dari omnibus, non in eo discernens qui minus & qui amplius laborauerunt. Beatitudo considerata per com-

Turbatio duplex.

per comparationē ad obiectū quod est deus, sic vna & indistincta est omnibus. Matt. 20 Acceperunt singulos denarios. Sed quo ad subiectū quod est mens creata deo vnita, distincta est. Augus. Hoc vtiq; denario vita significatur æterna, vbi nemo amplius viuit alio, quia viuendi non est alia in æternitate mensura: sed multæ mansiones, diuersas meritorum in vna vita æterna significant dignitates. Alia em̄ gloria solis, alia lunæ, alia stellarum. Stella em̄ differt à stella in claritate, 1. Cor. 15. Tanquā stellæ, sancti diuersas mansiones diuersæ claritatis, tanquā in cælo, sortiuntur in regno: sed propter vnū denarium nullus separatur à regno, atq; ita deus erit oīa in oībus, vt quoniā deus charitas est, p charitatē fiat vt quod habent singuli, cōmune sit omnibus. Sic em̄ quisq; etiam ipse habet quū amat in altero quod ipse non habet. Sed quomodo sunt mansiones si adhuc parādæ, nisi sicut discipulos elegit, quos tamen elegit ante mundi constitutionē? Ephe. 1. tamen secundū euangelium tunc elegit quando vocauit. Elegit ergo ante mundi constitutionē prædestinando, elegit ante mundi consummationē vocando. Quia quos prædestinauit, hos & vocauit, Roma. 8. Sic & mansiones præparauit. Matth. 25. Possidete paratū vobis regnū à constitutione mundi. Præparauit etiam impedimenta per passionē tollendo, spiritum sanctū mittendo. Præparat quotidie mansionibus parando mansores, fide purificans corda ipsorum, Act. 15. Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi deū videbunt. Si ergo terret tribulatio, mulceat retributio. Luc. 22. Vos estis qui permansistis mecū in tentationibus meis: & ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus, regnū, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Rursus ad vos venturus sum, vt vos totos ad me recipiam, nunquā post hac à me distrahendos, vt iam vbicunq; sum ego, sitis & vos. Offenderunt hic nonnulli in lapidem offensionis, & in petram scandali, dicentes animas sanctorum in diem vsq; iudicij obdormientes reseruari, ac tum cum corpore glorioso in cælo beatificandas, accipientes pro confirmatione illud Act. 1. Hic Iesus qui assumptus est in cælum, sic veniet quemadmodū vidistis eum euntem in cælum. Sed reclamat Apostolus Philip. 1. Desiderium habens dissolui & esse cū Christo, multo magis melius. & 2. Cor. 5. Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, q̄ ædificationem ex deo habemus, domū non manufactam, sed æternā in cælis, scientes quoniā dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino. Per fidem em̄ ambulamus, & non per speciem. Audemus aūt & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad dominū. Venit ergo primū ad redimendū. Luc. 19. Venit filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. Venit haud dubie quotidie ad electos suos. Iohan. 14. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus, qui scilicet fidem habet per dilectionē operantem Gala. 5. quos secum assumit, vt sint vbi ipse est. Veniet demum ad perfectā beatitudinis consummationem in anima & corpore. Philip. 3. Nostra autē conuersatio in cælis est, vnde & saluatorem expectamus dominum nostrū Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Non habet igitur rationem quod turbamini, siquidem mecū eritis. Hoc ænigmate dominus subindicauit se proficisci ad patrem, sed per mortem crucis. Optabile erat quod adibatur, sed iter videbatur inamabile. Hoc discipuli nescire non poterant toties auditum à domino, sed mœror & obliuio faciebant, vt quod sciebant, nescirent. Itaq; Thomas auidus certo cognoscendi quonam esset abiturus dominus, rogat. Augustinus: Vtrunq; illos dominus dixerat scire, vtrunq; iste dixit nescire: & locum quò itur, & viam qua itur. Sed nescit ille mentiri, ergo isti sciebant, & se scire nesciebant. Licet enim scirent patrem, & filij diuinitatem & humanitatem, tamen nesciebant quòd hoc vocaret viam & terminum viæ. Cognitio em̄ viæ dependet ex termini cognitione, sed lucem inhabitat inaccessibilem, 1. Timot. 6. Idcirco inuestigabiles viæ eius, Roma. 11. Dominus ostendens quod facile & non molestū sit se sequi, declarat & quo vadat, & quę sit via. Qui fit Thoma, ait, vt neges te nosse viam, nisi forte me totum adhuc ignoras? Siquidem ego sum via, veritas & vita. Cyrillus: Tribus rebus superiores consequimur mansiones: per actionem virtutis variam, per fidem rectā, per spem vitæ, quorū omniū Christus largitor est, & solus ipse. Iam, inquit, dixi me redire ad patrem, at hunc aditum solus aperio. Heb. 10. Habentes fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, qui initiauit nobis viam nouā & viuentem, per velamen, id est, carnem suam. Et quoniam ad hunc factis deo dignis peruenitur, in me habetis exemplum. 1. Iohan. 2. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Sed quoniam sine fide impossibile est placere deo, Heb. 11. ex me didicistis veritatem. Iohan. 18. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundū, vt testimoniū perhibeam veritati. Ideo merito confiditis q̄ non decipiamini. Quod si interim perturbat animos vestros formido mortis, scitote

Beatitudinis distinctio.

Mansiones multæ q̄d.

Hæresis de dormitiōe aīarū vsq; iudiciū extremum.

certam immortalitatē esse vobis, quum ego sim vita. Col. 3. Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum ipso apparebitis in gloria. Duplicem per ipsum vitam consequuti sumus. Quia eñ filius, per ipsum creati. Ioh. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Heb. 1. Per quem fecit & secula. Acto. 17. In ipso viuimus, mouemur & sumus. Quia mediator, recreati. Roma. 5. Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationē, sic & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationē vitæ. Et sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnat per iustitiam in vitam æternam, per Iesum Christū dñm nostrū. Ipse est ergo via ducens, veritas dirigens, vita perficiens. Qui ergo extra viam istā incedit, errat. Proue. Prouer. 12. In semita iustitiæ vita, iter aũt deuium ducit ad mortem. Si extra veritatem, fallitur. Sap. 5. Errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen nō luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Extra vitā, tendit ad mortē. Prouer. 14 Est via quæ videtur homini recta, & nouissima eius ducunt ad mortem. Si ergo moriamini corporaliter, non prohibet mors quo minus ad patrē veniatis. Bene ergo fiditer per me eñ veniunt omnes ad patrem. Pater aũt trahit ad filium. Ioh. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Igitur æqualis est patris & filij potestas. nam & vna operatio. Roma. 10. Finis legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Vnus eñ mediator dei & hominū homo Christus Iesus, 1. Timo. 2.

Duplex nobis p Christū adepta vita.

Si cognouissetis me, & patrem meum vtiq; cognouissetis, & amodo cognoscetis eum, & vidistis eum. Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Dicit ei Iesus: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem. Quomodo tu dicis, ostende nobis patrem? Non creditis quia ego in patre, & pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis, a meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Non creditis quia ego in patre, & pater in me est? Alioqui propter opera ipsa credite.

Innuit quod neutrum perfecte cognoscebant, qui enim cognoscit filiationem, cognoscit & paternitatem. Dat tamen spem cognoscendi, quia post resurrectionē aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, Luc. 24. & spiritus veritatis omnē ipsos docuit veritatem, Iohan. 16. Sed in patria plenius cognoscetur, 1. Iohan. 3. Videbimus eum sicuti est. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Hoc ænigmate dominus Iesus submonuit suos, patrem quidem inuisibilem esse, nec inuisibilē tantum oculis corporeis, verum etiam nec animo iuxta suam naturam percipi posse, sed tamen quodam modo visum fuisse in filio, dum illum in filio conspiciunt ventis imperantem & mari, imperantem dæmonijs, verbo propellentem morbos quamlibet immedicabiles, verbo mortuos ad vitam reuocantem. Iohã. 1. Vidimus gloriam eius, gloriã quasi vnigeniti à patre. Philippus audiens se patrem vidisse, credidit patrem oculis corporalibus cerni posse sicut filius, quãuis nec filius sic vere cognosceretur: auidus videndi, audiuimus, inquit, multa de eo, tantum supereſt aspectus. Nam eius visio finis omnium est desideriorum. Psal. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Psal. 15. Adimplebis me lætitia cũ vultu tuo. Christus docens Philippum q̃ non fit possibile deum videri corporalibus oculis, ait: Tanta &c. Videt, hoc est, cognoscit. Non ergo dixit, & non vidistis me, sed cognouistis, de substantia loquens diuina. Quum ergo vna substantia, scientia quoq; vna est, propterea increpat discipulum, q̃ tanto tempore sequatur se, videritq; signa ac deitatis opera, nondum agnouerit eum vt deum, quo per ipsum & patrem cognosceret. Iohan. 8. Si me sciretis, & patrem meum sciretis. Augustinus: Ideo magister discipulum arguebat, quoniam cor postulantis videbat, tanquam eñ melior esset pater q̃ filius, sic patrem nosse cupiebat: & ideo nec filium sciebat, quo esse melius aliquid credebat. An non credis, inquit, q̃ inseparabili, naturæ, voluntatis & virtutis consortio, pater in me est, & ego in patre? In tribus eñ personis vna est essentia: ideo singulæ earum in singulis sunt. Semper itaq; sum in illo, propter indiuiduam naturæ voluntatisq; societatem, & ille semper in me, per me loquens, per me miraculis suam declarans virtutem. Nec eñ ex me loquor quicquam, quod idem non loquatur per me: nec ex me facio quicquam, quod ille per me non simul operetur. Augustinus: Verum sic æqualis alter alteri, vt tamen alter ab altero sit, & ideo non loquitur à seipso, quia non est à seipso. Ideo pater in illo manens facit opera, quia per quem & cum quo facit, non est nisi ab ipso. Si dictis meis parum haberetis fidei, certe facta quæ vidistis deo digna, & homine maiora, vobis fidem facere debuerant,

buerant. Augustinus: Neq; enim si separati essemus, inseparabiliter operari possemus vlla ratione. Eadem ergo nobis mens, eadem volũtas, eadem vis & natura. Hoc credite, hoc tenete, hoc animis vestris infixum habete: quod si feceritis, nihil detrimenti afferet huius corporis subductus conspectus: oculis fidei melius cernetis absentem.

Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet: & maiora horum faciet, quia ego ad patrem vado. Et quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur pater in filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. 3

Ostendit suam deitatem & æqualitatem cũ patre, per opera quæ ipse facit: idem nũc declarat, per opera quæ aliis facere contulit. Quod nunc, inquit, videtis patrem per me agentem, cui modis omnibus inhæreo, idem agam per vos, si mihi per fidẽ & dilectionẽ inhæseritis. Imo clarius etiam exeram vim meæ diuinitatis, posteaquã hanc infirmitatis speciem vobis subduxero. Augustinus: Ergo illa maiora opera seipsum factur⁊ promisit, fecerunt eñ maiora non ipsi, sed ille per ipsos. Nam ipse tactu fimbriæ sanguifluam sanauit, Matth. 9. Ex Petri vmbra infirmi curabantur, Act. 5. Vides ergo quanta sit virtus vnigeniti, vt etiam aliis dare possit, ꝙ faciant maiora q̃ ipse fecerit. Rationem insinuat, Quia ego ad patrem vado, inde missurus spiritũ ad roborandũ vos & docendũ. 1. Cor. 12 Diuisiones gratiar⁊ sunt, idem autem spiritus. Iohan. 7. Nondũ erat spiritus datus, quia nondũ Iesus erat glorificatus. Insinuat inæstimabilem fidei potestatem, si fuerit perfecta. Marc. 9. Omnia possibilia sunt credenti. Ostendit compendiũ operationis miraculorum, per petitionem & nominis eius inuocationem. Hinc ait Petrus Act. 3. claudo: Argentum & aurum non est mihi. quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Nazareni surge & ambula. His discipulos consolatus est, ostendens ꝙ non pereat nec obscuretur moriendo, sed tum maxime eis affuturus sit ad omnia, quæ faciunt ad veram salutem. Augustinus: Magnã spem dominus promisit suis orantibus. Sic ergo perrexit ad patrẽ, vt non relinqueret indigentes, sed exaudiret petentes. Sed quũ videamus fideles, imo & ipsos apostolos petisse, & tamen non consequutos intentum, quomodo dicit quodcũq; ⁊ Euigila ò homo fidelis, & vigilanter attẽde ꝙ illic positum est, in nomine meo. Quis est qui tam magnũ promisit beneficium? Iesus, hoc est, saluator. Ideo quodcunq; petimus aduersus salutis vtilitatẽ, nõ petimus in nomine saluatoris. Et tamen ipse saluator est, non solum quando facit quod petimus, verumetiam quando non facit: quoniam quod videt peti contra salutem, non faciendo se potius exhibet saluatorem.

Si diligitis me, mandata mea seruate: & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternũ, spiritum veritatis, quẽ mundus non potest accipere, quia non videt eum, necq; scit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit. Ioh. 14 L.

Ostendit electos suos, quanquã ab omnibus videantur despecti & derelicti, nunquam diuino destituendos solatio. Vnde consolatur suos de suo recessu, promittens eis si diligant, paracletum missur⁊, qui eos dirigat, nec auferatur vt ipse per mortem. Si me, inquit, diligitis vere, quemadmodũ ego diligo patrem, ipsa re declarate charitatem erga me: declarabitis autem, si seruaueritis præcepta mea. 1. Iohan. 2. Qui dicit se nosse deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in hoc veritas non est: qui aũt seruat verbũ eius, vere in hoc charitas dei perfecta est. Vult dilectionẽ operibus cõprobari. Primo, ne ipsam per negligentiam & torporem perdamus, sed per exercitationẽ nutriamus & conseruemus. Matth. 25. Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Inutilem autẽ seruum eiicite in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium. Secundo, vt proficiamus: quia habenti dabitur, & abundabit, Matth. 13. August. Charitas meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici. Tertio, ne quis semetipsum fallat, credens diligere se deum, quũ naturaliter & non gratuite neq; meritorie, quia talis non pleno affectu Christo vnitur. Nam ad tempus credit, & in tempore tribulationis recedit, Luc. 8. Ephe. 4. Veritatẽ facientes in charitate crescamus. Phil. 1. Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet, in omni scientia & in omni sensu, vt probetis potiora, vt sitis synceres & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in gloriam & laudẽ dei. Sed quoniã ipse spiritus adiuuat infirmitatẽ nostrã, Roma. 8. diligentibus hunc promittit. De quo multa hic ad consolationem ponit. Primo, à quo detur. Ego, inquit, rogabo patrem. Idem est qui rogat vt

Quot de causis dilectio operibus cõprobanda.

Spũs. vnde detur.

detur,& qui dat.Rogat,in quantũ homo:dat,in quantũ deus.Iohan.15. Cũ venerit paracletus quem ego mittã vobis à patre. Secundo,quid operetur,nempe consolationẽ. Solatur em̃ affectos luctu. Matth.5.Beati qui lugent,qm̃ ipsi consolabuntur. Aliũ,inquit,paracletum,ostendens & se consolatorem.2.Cor.1.Sicut abundant passiones Christi in nobis,ita & per Christũ abundat consolatia nostra.Est & aduocatus noster apud patrẽ, 1.Ioh.2.Chrysost.Ad excludendã carnalẽ quandã discipulor̃ suspicionẽ,qua suspicari possent,q̃ sicut prædixerat suũ ipsius mortem,sic & paracletus ille ad consolationẽ datus abiret,vel mortẽ pateretur sicut ipse,dicit manſur̃ cum eis. Hoc maxime probatur successio in ecclesia per vitalem spiritũ Christi. Manet vero in illis donis semper, sine quibus deo placere non possumus,fide,spe & charitate:secus in donis gratuitis. Hinc portæ inferor̃ prævalere non possunt aduersus ecclesiam,Matth.16.Secundo operatur illuminationẽ,quia spiritus veritatis.Ambrosius : Omne verũ à quocunq; dicitur,à spiritu sancto est.Nemo em̃ potest dicere,dominus Iesus,nisi in spiritu sancto,1.Cor.12.Ducit etiam ad veritatẽ,charitatẽ infundendo.Roma.5.Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctũ,qui datus est nobis. Tertio,liberat à spiritu erroris,de quo 3.Regum.21.Egrediar & ero spiritus mendax in ore omnium prophetar̃ eius,scilicet Achab. Vnde 1.Timo.4.Spiritus aũt manifeste dicit,quia in nouissimis tẽporibus discedent quidam à fide,attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmonior̃, in hypocrisi loquentium mendaciũ.& 1.Ioh.4.Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sint.Hinc dicitur spiritus veritatis,fugans nebulas omnis ignorantiæ,hæreses,gentilium falsam deor̃ culturam. Tertio,quibus datur:nam mundanis denegatur, quare non mirum q̃ in errorũ tenebris permanent.1.Iohã.5.Totus mundus in maligno positus est. Causam,quare mũdus eum non potest accipere,indicat:Ego, inquit,interim malis ac bonis memet exhibui communiter,ne quis excusare se posset non inuitatum ad salutem,Cæterũ spiritum illum,quoniam cælestis est & verax,mundus hic qui terenis ac falsis bonis inhiat,nõ potest accipere.Quam ob rem non potest? Quia cum habeat oculos crassos,qui non amant nisi crassa terrena q̃q;,non videt illum,neq; nouit illum,eo q̃ incomprehensibilis sit eius substantia.1.Cor.2.Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei.1.Iohan.2.Nolite diligere mundum,neq; ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum,non est charitas patris in eo.Nam amicitia huius seculi inimica est deo,Ia co.4.Vos autem cognoscetis eum,quare? Quia non estis de hoc mundo,proptetea capaces estis eius,& apud vos manebit.Iohan.15.Quia vero de mundo non estis,sed ego elegi vos de mundo,propterea odit vos mundus.Ecce quibus contingit spiritus hic veritatis,nempe non mundo deditis,sed ipsi exosis.Habent em̃ mundani spiritum suum,sed non sanctum.1.Cor.2.Nos autem non spiritũ huius mundi accepimus,sed spiritum qui ex deo est,vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis.

Quid operetur.

Quibus in donis manear nobiscum spũs.

Quibus detur.

2 Non relinquã vos orphanos. Vado & venio ad vos. Adhuc modicũ,& mũdus me iã nõ videt. Vos aũt videbitis me: qa ego viuo,& vos viuetis. In illo die vos cognoscetis qa ego sum in p̃re meo,& vos in me,& ego in vobis.

Vbiq; consolatur suos.Nec tamen,inquit,interea relinquã vos orphanos, meiq; solatio destitutos.Roma.8.Non em̃ accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei,in quo clamamus, abba pater. Gala.4.Quoniam autem estis filij dei, misit deus spiritum filij sui in corda vestra, clamantem abba pater. Veniã ad vos per resurrectionẽ,sensibiliter apparendo,Iohan.20.Luc.24.sic & per gratiam inhabitando.Iohan.14.Ad eum veniemus,& mansionẽ apud eum faciemus. Mors mea & sepulchrũ subtrahet me conspectibus mundanor̃,nec post videbunt:vos aũt videtis nũc,& post resurrectionẽ videbitis.Act.10.Dedit eũ manifestũ fieri nõ omni populo,sed testibus præordinatis à deo.Quia ego viuo per diuinitatẽ,sum em̃ vita, quare suscitare corpus mortuũ possum,& sic me vobis iter̃ ostendere.Quemadmodũ ergo mors mea facta est ad vitã,ita etiam si vos moriamini,viuetis tamen æternã vitã per me.Nolite ergo timere eos qui occidũt corpus,animã aũt nõ possunt occidere, Matth.10. Tunc spiritu illustrati,cognoscetis identitatẽ naturæ meæ cũ patre,quia ego & pater vnum sumus,Iohan.10.Et vos in me,vt membra in capite:& ego in vobis,vt caput in membris. Ephe.1.Et ipsum dedit caput super omnẽ ecclesiam,quæ est corpus ipsius.Est autem filius in patre,vt illi consubstãtialis:in apostolis,vt adiutor & cooperator:apostoli in eo, vt qui adiuuantur,& cooperatorẽ habentes,& ab ipso fouentur.Phil.4.Omnia possum in eo qui me confortat.Iohan.15. Sicut palmes nõ potest ferre fructum à semetipso,nisi manserit in vite,sic nec vos nisi in me mãseritis.Quid hac promissione felicius, q̃ deus in nobis,

nobis,& nos in deo? Si ergo deus pro nobis,quis contra nos? Roma.8.Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat.quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est,imo qui & resurrexit, qui est ad dexteram dei,qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persequutio? an gladius? Sicut scriptū est, Psal.43. Quoniam propter te mortificamur tota die,æstimati sumus sicut oues occisionis.Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos.Certus sum enim quia neq; mors,neq; vita,neq; angeli,neq; principatus,neq; instantia, neq; futura,neq; fortitudo,neq; altitudo, neq; profundū,neq; creatura alia poterit nos separare à charitate dei quæ est in Christo Iesu.1.Iohā.4. Deus charitas est:& qui manet in charitate, in deo manet,& deus in eo.

Qui habet mādata mea,& seruat ea,ille est qui diligit me. Qui aūt diligit me,diligetur a patre meo: & ego diligā eum,& manifestabo ei meipsum. 3

Immensa ponit dilectionis præconia.Non satis, inquit, est accepisse præcepta mea. Accepit enim Adam,& transgressus est, mortem inducens super omne genus humanum, Gene.3.Rom.5.nisi quis meminerit:nec sufficit meminisse,nisi seruentur.Psal.102. Et memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea.Psalm.118.In corde meo obscondi eloquia tua,vt non peccem tibi.1.Iohan.5. Hæc est charitas dei,vt mandata eius custodiamus.& mandata eius grauia non sunt.Hæc itaq; qui præstat,is vere diligit.Etenim quisquis me diligit, diligetur à patre meo:& ego diligam eum,nec vnquam illum destituam, sed reuisam eum, meq; palam illi intuendum exhibebo, quo certius sit me non perisse supplicio crucis.Quid felicius quàm diligi à patre? Dilectio dei considerata, prout est in dei voluntate,sic est æterna:sed secundum quod manifestatur in exequutione effectus tēporalis,est & ipsa temporalis, & sic exprimitur per omnē differentiam temporis.Non enim ideo nos diligit deus quia eum diligimus. Hiere.31.In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans.Osee.11.In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Ideo 1.Iohan.4.In hoc est charitas,non quasi nos dilexerimus deum,sed quoniam ipse prior dilexit nos,& misit filium suum propiciationem pro peccatis nostris.Nos ergo diligamus deum,quoniam ipse prior dilexit nos.Et ego,inquit, diligam eum, dilectionis effectum ostendens, dando gratiam in præsenti,& gloriam in futuro. Iohan.17.Hæc est vita æterna,vt cognoscant te solum deum verum, & quem misisti Iesum Christum.O quàm felix cui Iesus in morte manifestum se dederit,vt accipiat eum ad semetipsum,vt vbi ipse est,& ille cum ipso sit.

Dilectio dei quatenus vt æterna vel temporalis.

Dicit ei Iudas,non ille Scariothis:Domine,quid factum est, quoniā manifestaturus es teipsum nobis,& non mundo?

Humilibus semper admirabilis exaltatio,si quando alijs præferantur.Vnde Iudas cognomento Lebbæus,domine,inquit,quid accidit,quod quum nunc omnibus sis conspicuus,tunc non sis appariturus mundo,sed nobis dūtaxat? Ideo,inquit,me non exhibebo mundo,quia non diligit me,nec seruat præcepta mea.

Ioh.14 M

Respondit Iesus & dixit ei:Si quis diligit me, sermonē meum seruabit:& pater meus diliget eum,& ad eum veniemus,& mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me,sermones meos non seruat.Et sermonem quem audistis,non est meus,sed eius qui misit me patris.

Ostendit q̄ eximia bona operetur in nobis vera dilectio,quæ operibus comprobatur. Hinc suos hortatur ad seruandum mandata sua,scientes q̄ seruantibus illa manifestādus sit & pater.Si quis diligit me,vere,dilectione non naturali tantū,qua & reprobi diligunt, sed effectiue charitate increata,quæ est spiritus sanctus,& formaliter creata quæ est effectus spiritus sancti.Roma.5.Chritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctū, qui datus est nobis.Sunt enim qui ore solum appropinquant deo,cor autem ipsorum longe est ab eo, Esa.29.Psal.77.Dilexerunt eū in ore suo,& lingua sua mētiti sunt ei.Cor autem eorum non erat rectum cum eo.Amator enim voluntatem suam,voluntati dilecti cōformat.1.Iohan.5.Hæc est enim charitas dei,vt mandata eius custodiamus:& mandata eius grauia non sunt.Augustinus:Seruatur sermo Christi viuendo sancta vita, faciendo præcepta,perseuerando in bonis. Qui enim perseuerauerit vsq; in finem,hic saluus erit, Matth.24.Sed quia pauci sunt qui sic vere diligunt,ideo dicit,Si quis. Nam omnes quę sua sunt quærunt,non quæ Iesu Christi,Phil.2.Matth.24. Quoniam abundabit iniquitas,refrigescet charitas multorum.De quibus 2.Timoth.3.Hoc autem scito,quia in nouissimis

Quibus seu quō Christi sermo seruetur.

uiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa,& erunt homines ſeipſos amantes, cupidi,elati,ſuperbi &c.voluptatũ amatores magis quàm dei,habentes ſpeciem quidem pietatis,virtutem autem eius abnegantes. Tales tamen in veritate non ſe diligunt.Pſal.10. Qui diligit iniquitatem,odit animã ſuam.Hoc etiam oſtendit nemini præcludi viam ſalutis,niſi volenti.Act.10.In veritate comperi, quia non eſt acceptor perſonarum deus, ſed in omni gente qui timet deum,& facit iuſtitiam, acceptus eſt illi.Oſtendit fructum, nempe patris dilectionem.Quid autem ſublimius q̃ diligi à patre? Dicit ſapiens Eccẽs.9 Sunt iuſti atq; ſapientes,& opera eorum in manu dei:& tamen neſcit homo vtrũ amore an odio dignus ſit,ſed omnia in futurum ſeruantur incerta.Sed veritas dicit,quæ nec falli nec fallere poteſt.Vnde Prouer.8.Ego diligentes me diligo.Si timentibus deum nihil deeſt,Pſal.33.diligentibus poterit quicquam deeſſe? Roma.8.Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum.Nec inanis patris dilectio.Pater, inquit, ego & per communem ſpiritum ad eum veniemus:nec veniemus tantum mox abituri,ſed neq; ab eo diuellemur vnquã.Auguſtinus:Dilectio dei ſanctos diſcernit à mundo,quoniã facit vnanimes habitare in domo,in qua pater & filius faciunt manſionẽ.Qui donat & ipſam dilectionẽ,quibus in fine donabit ſuam manifeſtationẽ.Veniunt aũt non mutando locum,ſed nouum infundendo effectũ.Auguſtinus:Veniunt ad nos,dũ nos venimus ad ipſos:veniunt ſubueniendo,venimus obediendo:veniunt illuminãdo, venimus intuendo:veniunt implendo,venimus vt non ſit in nobis externa viſio,ſed interna,& eorum in nobis non ſit tranſitoria manſio,ſed æterna.Gregorius:In quorundam corda venit,ſed manſionẽ non facit:quia per compunctionẽ quidẽ,dei reſpectũ percipiunt, ſed tentationis tempore hoc ipſum quod cõpuncti fuerant obliuiſcuntur,ſic; ad peccata perpetranda redeunt,ac ſi hæc minime planxiſſent.Qui ergo deum vere diligit, qui mandata eius cuſtodit,in corde eius & dominus venit & manſionẽ facit,quia ſic eum amor diuinitatis penetrat,vt ab hoc amore tentationis tempore non recedat.Tanto em̃ quiſq; à ſuperno amore ſeiungitur,quãto hic inferius delectatur.1.Ioh.3.Qui ſeruat mandata eius,manet in illo,& ipſe in eo.Qui aũt non diligit,neq; ſeruat.Quomodo em̃ ſeruaret, quũ vnus & quidẽ præcipuus ſermonũ ſit,Diliges dñm deũ tuum,Deute.10? 1.Ioh.3.Qui dicit quia diligo deũ,& mandata eius non cuſtodit,mendax eſt. Gregorius:Vere diligimus,ſi mandata eius ſeruamus:vere diligimus,ſi ad mandata eius à noſtris nos voluptatibus coartamus.Nam qui adhuc per illicita deſideria defluit,profecto deũ non amat, quia ei in voluptate contradicit.Sed quia quidã verba ipſius ex perſona penſantes,tanq̃ contẽptibilia aſpernabantur,vt patet Matth.15.& Marc.6.ideo omnia tam verba q̃ facta patri aſcribens,ait:Quiſquis aũt negligit præcepta mea,negligit & dei præcepta.Siquidẽ id quod docui vos,nõ eſt ſic mea doctrina,vt non ſit eadẽ patris,ſed tam patris eſt,q̃ mea,vnde proficiſcitur quicquid poſſum aut doceo,nihil agens niſi ex illius autoritate,à quo miſſus ſum in mundũ,vt hæc docerẽ quæ doceo. Ioh̃.7.Mea doctrina nõ eſt mea,ſed eius qui miſit me.Hinc Luc.10.Qui me ſpernit,ſpernit eũ qui me miſit. Nam Matth.17 .Hic eſt filius meus dilectus,in quo mihi complacui,ipſum audite.

2 Hæc loquutus ſum vobis,apud vos manens. paracletus aũt ſpiritus ſanctus quem mittet pater in nomine meo,ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis.

Manens corporaliter & viſibiliter.nam alia eſt quam promiſit futurã,mãſio, Matth. 28.Quoniam ex hoc extreme ipſos nouit deſolatos,& penẽ exanimatos, confortat,diuinæ conſolationis aſſiſtentiam promittens.Paracletus,inquit,conſolator, & quis ſit indicat,d.ſpiritus ſanctus,non deſtituet vos in omni neceſſitate.Vnde Act.1.Et conueſcens, præcepit eis ab Hieroſolymis ne diſcederent,ſed expectarent promiſſionẽ patris,quam audiſtis,inquit,per os meum.Luc.24.Vos autem ſedete in ciuitate,quoadu ſq; induamini virtute ex alto.Vnde hac per ſpiritũ induti,ibant gaudentes à conſpectu concilij,quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati,Act.5.Nec mirũ,quia Luc.21. Ego dabo vobis os & ſapientiam,cui non poterũt reſiſtere & contradicere omnes aduerſarij veſtri.Matth.10.Non em̃ vos eſtis qui loquimini,ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis.Hinc dicit,omnia illos docturũ.Docuit em̃ quæcunq; non dixerat Chriſtus,vtpote portare non valentes:ſuggeſſit vero quæcunq; dixerat quidem dominus,ſed obſcurius,vel quæ propter imbecillitatem rationis memoria comprehendere non valebant. Quanto nobis hic ſpiritus exoptandus & inquirendus eſt affectu,ſine quo nihil poſſumus,imo nihili ſumus? Roma.8.Qui ſpiritum Chriſti non habet.hic non eſt eius. Sed cuius tum? 1.Reg.16.Spiritus autem dñi receſſit à Saul,& exagitabat eũ ſpiritus dñi malus.

Quæ vel docuerit vel ſuggeſſerit ſpũſſ.

malus. Ideo Psal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectam. Tria ergo insinuat, quæ operatur in nobis ad salutem necessaria. Primũ est, rationalis illuminatio per boni cognitionem, vnde spiritus dicitur veritatis. Gregorius: Nisi spiritus cordi adsit audientis, ociosus est sermo doctoris. Vnde & Cain culpis suis exigentibus, voce domini admonitus est foris, non vnctione interius audire verba dei potuit, sed seruare contempsit. 1. Iohan. 2. Et vnctio eius docet vos de oĩbus. Sic dominus aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, Luc. 24. De malis dicit Esa. 19. Dominus miscuit in medio eius spiritũ vertiginis, & errare fecerunt Aegyptum in oĩ opere suo, sicut errat ebrius & vomens. Hinc pullulant errores ex his qui proprio sensu metiuntur scripturas. 2. Pet. 1. Hoc primũ intelligentes, quod oĩs prophetia scripturę propria interpretatiõe non fit. nõ enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, loquuti sunt sancti dei homines. Ideo Apostolus Ephe. 1. Non cesso grãs agẽs pro vobis, memoriã vestri faciens in orationibus meis, vt deus domini nostri Iesu pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ, & reuelationis in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quæ sit spes vocatiõis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hęreditatis eius in sanctis. Ecce quãtũ & ad quæ illuminat mentis oculos. Secundum, concupiscibilis rectificatio. Multi enim bonum cognoscunt, sed non vero bono afficiuntur. Genesis. 8. Sensus & cogitatio cordis humani in malum prona sunt ab adolescentia sua. Hic autem spiritus dulcescere facit cælestia. 1. Pe. 1. Si tamen gustastis, quoniam suauis est dominus. Sap. 12. O quàm bonus & suauis est domũ ne spiritus tuus in oĩbus. Eccl. 24. Spiritus meus super mel dulcis, & hæreditas mea sup mel & fauũ. Quo contra malignus spiritus carnales promittit, quas tamen non vere præstat delicias. Matth. 4. Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me. Ideo Psalm. 76. Renuit consolari anima mea: memor fui dei, & delectatus sum. Tertium, irascibilis confortatio. Roman. 7. Velle mihi adiecit, perficere autem non inuenio. Matth. 26. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Hinc Roma. 8. Similiter & spiritus adiuuat infirmitatẽ nostram. Merito ergo paracletus, hoc est, consolator dicitur. Quæ enim maior consolatio, quàm quod ex filijs iræ facti sumus filij dei? Romanorum. 8. Ipse enim spiritus reddit testimonium spiritui nostro, quod filij dei sumus. Consolatur etiam, si quando ceciderimus peccando, per peccatorũ remissionem. Iohan. 20. Accipite spiritum sanctum quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis. Sed nẽ temporalis tantum credatur consolatio æternam præstat gloriam, quia pignus est hæreditatis nostræ. Ephe. 1. Roman. 8. Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Iesum Christũ à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem spiritum eius in vobis. Sed quibus hic spiritus contingit? Quem pater, inquit, mittet. Luc. 11. Pater vester cælestis dabit spiritum bonum petentibus se. Obserua duo. Nempe quia pater. Galatas. 4. Quoniam estis filij dei, misit deus spirtum filij sui in corda vestra, clamantem, abba pater. Alterum, ꝙ petentibus dat. Sic apostoli erant perseuerantes in oratione, vnanimiter cum mulieribus, & Maria mater Iesu, & fratribus eius. Sapiæ. 7. Inuocaui & venit in me spiritus sapientiæ. Est autẽ duplex missio. Visibilis & aperta, sicut in die pentecostes, quando apparuit in linguis igneis, vt ignaros doctos, & frigidos inflãmatos redderet, Act. 2. Inuisibilis, sic ꝗtidie mittit in mẽtes fideliũ ꝑ infusionẽ donorũ, & effectus ꝗs causat in creatura rõnali. Et ꝙ sanctus, nõ solũ spũs ac mẽtes sanctificat, sed & immundũ refugit locũ. Sap. 1. Spũs eñ sanctus disciplinæ effugiet fictũ, & auferet se à cogitatiõnibus quæ sunt sine intellectu, & corripiet à supueniente iniquitate. Mat. 9. Nõ eñ mittũt vinũ nouum in vtres veteres, alioqn rũpunt vteres veteres, & vinũ effundit, & vtres pereunt. Sed vinum nouũ in vtres nouos mittunt, & ambo cõseruant. 1. Corꝝ. 6. An nescitis, qm̃ mẽbra vestra templũ sunt spũs sancti, quẽ habetis ex deo, & non ex vobis? Hinc admonet Ephe. 4. Nolite contristare spiritum sanctũ dei, in quo signati estis in die redẽptionis. Tit. 3. Secundũ misericordiã suã saluos nos fecit, per lauacrũ regenerationis & renouationis spiritus sancti, quẽ effudit in nos abunde, per Iesum Christũ saluatorẽ. Sic & in confirmatione. Act. 8. Orauerunt pro ipsis, vt acciperent spiritũ sanctũ. Nondũ eñ in quenquã illorũ superuenerat, sed baptizati tantũ erant in nomine domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritũ sanctũ. Haud dubiũ in maiori plenitudine, q̃ in baptismo, qui sine spiritu sancto inefficax est, dicente domino Iohannis. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei.

Quę tria spiritus sanctꝰ ĩ nobis opꝝ retur.

Duplex spiritus sancti missio

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis, vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique,

quia vado ad patrem. quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis, priusquam
3 fiat, vt cum factū fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscum. Venit ēm
princeps mundi huius, & in me non habet quicquā: sed vt cognoscat mundus
quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio.

Audientes discipuli dominum discessurū, non parum turbabantur, cogitantes Iudæorum odia & machinationes in dominum, & subinde sibiipsis imminentes, ideo eos consolatur. Solent homines suis relinquere temporalia, & nonnunquam in perniciem animarū, & magnam occasionem discordiarum: sed dominus suis dat, & relinquit pacem, qua nihil hic melius, & sine qua hic omnia nihil. Qui meam, inquit, pacem habet, hunc nulla potest mundi tempestas subuertere. Habet mundus suam quandam pacē, & his quos amat, dat pacem suam: sed hæc infida pax est. Mea pax quam vobis do, vos conciliat deo. Quis autem noceat ei, qui deum habet protectorem? Pax quam relinquo vobis, mutua concordia conglutinans vos inter vos, reddet sodalitium vestrum inuictum, aduersus oīa quæ potest mundus, aut satanas huius mundi princeps. Ostendit quantum distet pax sua, à pace quam mundus dat, quæ sæpe in malo fit, & plane stulta est. Augustinus: Mundani homines mundi amatores, propterea dant pacem sibi, vt sine molestia mundo perfruantur quæ non est pax vera, sed quieta quædam fruitio temporalium diuitiarum, carnalium deliciarum, cæterorumq; bonorū huius mundi, qualem habet anima vitiosa cum carne sua, quæ requiescit in mundano & carnali successu, sed in interiori homine irrequieta manet. Esa. 57. Impiī quasi mare feruens quod quiescere non potest. Non est pax impiis, dicit dominus: Pax Christi, bonorum est. Augustinus: Pacem gratiæ nobis reliquit in hoc seculo, in qua manentes hostem vincimus, pacem glorię dabit nobis in futuro seculo, qua sine hoste regnabimus, vbi nunquam dissentire poterimus, neq; à deo, neq; à proximo. Pax enim quæ est fructus spiritus. Gala. 5. ex charitate procedit, quæ ordinat hominē ad deum, & ad proximū, & sic facit concordiam. Dum ergo anima ab inquietudine passionum est libera, & diuinæ legi rite subiecta, pacem habet in se & ad deum, imo quo ad proximum quantum in se est. Non enim contra aliquem passionibus agitatur, non inuidia stimulatur, nō ira turbatur. 1. Corinth. 13. Charitas patiens est, benigna est, charitas nō æmulatur, non inflatur, non agit perperam, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Sūt tamen quidam adeo peruersæ mentis, vt cum homine pacifico pacem non habeant. Psal. mo. 119. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. Psal. 118 Pax multa diligentibus legem tuam. Multa dicit, quia perfectam hic habere non possumus. Nam & si condelectemur legi dei secundum interiorem hominem, aliam tamen inuenimus legem in membris nostris Romanorum. 7. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, Galatas. 5. Ecce intestinum bellum, non nisi morte finiendum. Sic & cum proximo, quia vt dicit Augustinus: Vnus non videt cogitationes alterius: & si quis quandoq; credat se diligi ab alio, nonnunquam tamen dubitat, quum multi verbis & gestis prætendant, quod animo non intendunt. Hieremiæ. 9. In ore suo pacē cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias. Pax autem æterna omnem penitus repugnantiam excludit. Esaiæ. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Ad hanc æternitatis pacem, peruenitur per istam quam Christus dat Matth. 5. Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Pace data monet ipsos bono animo esse, nec turbari de suo recessu, nec formidare aduersarios, q.d. Quid vobis nocent mundi turbationes, quum mecū pacem habeatis? Vado quidem per mortem, sed venio per resurrectionem. Augustinus: Ibat per id quod homo erat, & manebat per id quod deus erat. In nullo ergo turbari debuerant & formidare, qui paracleti & Christi præsentiam habituri erant. Hinc alteram addit rationem. Atqui, inquit, si me vere diligeretis, nimiū gauderetis vestro simul & meo nomine: quia non abeo quouis, sed ad patrem redeo, apud illum maiora vobis impetraturus, quando pater maior me est, vnde proficiscitur quicquid vobis impartio. Is omnia dura potest auferre. Venit ad patrem non secundum quod deus, quia sic semper cum patre. Iohannis. 3. qui est in sinu patris, sed secundum quod homo: secundum quod pater maior eo est, secundū quam minoratus est ab angelis, Psal. 8. Hebræo. 1. Exinaniuit enim semetipsum, formam serui accipiens. Phil. 2. Ideo autem, ait, repeto, & inculco, vt vbi quod dixi, rerum exitus comprobabit de mea passione, & vestris afflictionibus futuris, credatis & omnia reliqua fore vera, quæ post ventura prædixi, de meo paracleti q; aduentu. Augustinus: Ex rebus quæ videntur, agitur in nobis, vt credantur, quæ non videntur. Hoc ergo

Pax Christi a mundi pace q̄ differat.

ostendit

ostendit se verum deum, cuius est solius contingentia prædicere. Esa. 41. Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia dij estis vos. Posthac mortalis cum mortalibus non multa loquar. Adest per suos satellites huius mundi princeps satanas, summis viribus aggressurus me, vt me prorsus deijciat & extinguat. Sed nihil periculi est. Nam in me nihil habet iuris, & dum se maxime victorem esse confidet, se victum prostratumq; comperiet. Princeps mundi, non creaturæ in mundo, sed mundi confusi & mundana sapientis. Ideo princeps dicitur tenebrarum. Ephesi. 6. Iam enim Iudam intrauerat, Iohannis. 13. & principes instigauerat ad perficiendum innocentis mortem. Venit & per se, Lucæ. 4. Consummataq; omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus. Nihil ergo iuris in ipso habuit, quum peccatum non fecerit, nec inuentus fuerit dolus in ore eius. 1. Petri. 2. Vnde Pilatus ait Lucæ. 23. Nullam causam mortis inuenio in eo. Mortis autem causa, peccatum est. Romanorum. 5. Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Nec enim morior, inquit, coactus, nec ob vllum facinus, sed vt mea morte redimam mea membra à peccati mortisq; tyrannide. Hoc mihi mandatum est à patre meo: & quod mandatum est, ex illius facio sententia. 2. Corinthiorum. 5. Eum qui nõ nouerat peccatum, pro nobis peccatũ fecit, vt nos efficeremur iustitia dei in illo. Esa. 53. Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. O immensa charitas, qua nullum diaboli complicumq; eius vitare voluit ludibrium, vt voluntatem eius impleret quem diligebat, suis in exemplum. Philippenses secũdo: Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus: & habitu inuentus vt homo, humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.

Surgite, eamus hinc.

Quoniam audierant iam adesse principem huius mundi, sibi metuebant à comuni periculo in locum velut ipsis tutiorem abducit, vt cætera fidentioribus animis audiant.

Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est. omnem palsem in me non ferẽtem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Iam vos mũdi estis propter sermonem quem loquutus sum vobis. Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis. Iohan. 15 N

Ostendit quemadmodum naturalem vitam & spirationem sine deo habere non possumus, neq; conseruare, sic neq; vitam gratiæ in præsenti, neq; gloriæ in futuro. Vnde comparat se viti, quæ succum influit palmitibus propter tria. Primum, ob palmitum multiplicationem, sic multa membra Christi. Psalmo. 39. Annunciaui & loquutus sum, multipli cati sunt super numerum. Augustinus: Iste locus euangelicus, in quo se dicit dominus vitem, discipulos suos palmites, secundum hoc dicit quod est caput ecclesiæ, nosq; membra eius, mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Vnius quippe naturæ sunt vitis & palmites: propter quod cum esset deus, cuius naturæ non sumus, factus est homo, vt in illo esset vitis humana natura, cuius & nos homines palmites esse possemus. Ephesiorum. 1. Et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus eius. Romanorum. 12. Multi vnum corpus sumus, singuli autem alter alterius membra, habentes donationes secũdum gratiam quæ data est nobis, differentes. Secundo, ob fructuum hubertatem. Nam multos ipse filios in gloriam adduxit, Hebræorum. 4. Psalmo. 71. Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ. Tertio, ob ligni vilitatem. Est enim quasi inutile & despectum, quum tamen fructum proferat preciosum: sic Christus humanitate despectissimus habebatur, quum tamen fructus protulerit huberrimos. Esaiæ. 53. Non est species ei neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum & nouissimum virorum, virum dolorum & scientem infirmitatem, & quasi absconditus & despectus vultus eius, vnde nec reputauimus eum. Dicitur vitis vera, ad discretionem vitis alienæ. Hiere. 2. Quomodo conuersa es mihi in amaritudinem vinea aliena? Esa. 5. Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas. Ego, ait, radix vel stirps vitis sum: vos membra mea ceu palmites è stirpe prognati. Ad patrem velut ad fontem redit totius beneficij gratia, qui quicquid vobis largitur, per me ac per spiritũ suũ vobis largitur. Succus aũt stirpis q palmitibus quoq; dat vitam ac fructificãdi vim, spũs est, patri mihiq; cõis. Is vt me patri cõnectit, ita vos quoq; mihi

Quot de causis succũ vitis influat palmitibus

Vitis vera, cur dictus Christus

mihi copulat, Influit autem Christus in corpus ecclesiæ, ceu caput in membra. Pater agit in vinea ecclesiæ, vt plantetur & fructificet: non em̃ circa radices occupatus est, sed circa palmites. Duo facit. Omnẽ em̃ palmitem Christo adhærentem, & ipsius spiritu viuentem, necnon fructum stirpe dignum afferentem, pater purgat, superuacuas amputans cupiditates, quo fructum adferat copiosiorem ac generosiorem. Gala. 5. Fructus spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Purgat aduersitate. Sapiæ. 3. Tanquã aurũ in fornace probauit electos. Charitate quæ operit multitudinem peccatorũ. 1. Pet. 4. Colossen. 1. In oñi opere bono fructificantes & crescentes in scientia dei. Psal. 83. Ibunt de virtute in virtutẽ, videbitur deus deorũ in Sion. Sed qui solũ per fidei professionẽ adhæret, charitatis aũt euangelicæ nullũ fructũ adfert, hunc pater amputabit à vite, velut onerosum & inutile membrum. Frustra em̃ est in vite, q fructũ non habet, sed folia tantũ verborũ, quare tollitur & emoritur, quia Christus vita nostra, Coloss. 3. cuius ipse influxum nõ percipit. Oportet ergo qui per fidẽ vnitus & incorporatus est dño, fructum afferre, hoc est, vitã habere virtutibus præditam, alioqui mortuus palmes est. 1ac. 2. Fides sine operibus mortua est, & tollendus. Iam vos mundati estis à labe peccati & erroris per verbũ meũ. Augustinus: Quare nõ ait, propter baptismũ quo abluti estis, nisi quia & in aqua verbum mundat? Detrahe verbũ, & quid est aqua nisi aqua? Accedit verbũ ad elementũ, & fit sacramentũ. Vnde ista tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat? nisi faciẽte verbo, non quia dicitur, sed quia creditur? Nam aliud est sonus transiens, aliud virtus manens. Indicat quibus maxime vnitas obseruari queat concordiæ & pacis, nempe si manserimus in vite Christo. Vnitas ipsa est qua pax cõstat. Ideo in Christo manendũ quo irrigemur. Nam vitale alimentum ministrat vitis palmitibus, sic Christus nobis. Augustinus: Non eo modo illi in ipso, sicut ille in ipsis. Nam in Christo manere, est Christũ manentẽ in se habere: & hoc discipulis, non Christo prodest. Nam palmite præciso, potest alius de viua radice pullulare: quia autem præcisus est, non potest sine radice viuere. Vere autem manemus per fidem operosam per charitatem. 1. Iohan. 4. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet & deus in eo. Vnde Ephe. 3. In charitate radicati & fundati. Sicut ergo palmes manens in vite, fructum facit, eo quòd ab illa viuendi operationem accipit: ita & qui manent in Chro per obseruationem mandatorum, maiorem fructum afferunt. Contra, qui non manent, fructum ferre non possunt, cum non adhæreant illi vnde proficiscitur quicquid ad veram æternamq; facit salutem. Augustinus: Magna gratiæ commendatio, corda instruit humilium, ora obstruit superborũ, qui ignorantes dei iustitiam, suam voluerunt constituere, Romañ. 10. dicentes, à deo habemus quod hoïes sumus, à nobis quod iusti sumus. Quid vos decipitis miseri, nõ assertores, sed præcipitatores liberi arbitrij? Qui enim fructum à semetipso ferre se posse existimat, in vite nõ est: ac sic nec in eo Christus est, nec ipse Christianus est. Osee. 13. Perditio tua o Israel, tantummodo in me auxilium tuum. Hinc. 1. Corinth. 10. Qui stat, videat ne cadat.

Aqua baptismi sine verbo qd.

In Christo manere qd

2 Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructũ multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet: & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.

Ego sum vitis, cuius vos palmites estis, gratis insiti, gratis purgati, sed vnde vestra culpa possitis excidere. Quare perpetuo vobis hoc curandũ, vt semper mihi iungamini. Et em̃ quisquis manet mihi coniunctus, me sibi vicissim coniunctum habens, meoq; viuens spiritu, hic aspirante patre, copiosum fructum profert sibi salutem æternam lucrifaciens, & deo cuius gratia fiunt omnia, gloriam apud homines concilians. Quemadmodum em̃ caput influit membris vitam & motum, & vitis palmitibus humorem & pinguedinem, sic Christus vitam gratiæ, & motum sanctarum actionum, humorem accepta dona alentem charismatumq; diuinorum pinguedinem. Psalmo. 62. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Iohannis primo: De plenitudine eius omnes nos accepimus. Augustinus: Ne quis putaret saltem aliquem fructum paruum posse ferre à semetipso palmitem, non ait, quia sine me parum potestis facere, sed nihil. Siue ergo parum, siue multum, sine illo fieri non potest. sine quo nihil fieri potest: quia si parum attulerit palmes, eum purgat agricola vt plus afferat. Philippen. 4. Omnia possum in eo, qui me confortat. Nemo ergo se seducat. Non enim est volentis, neque currentis, sed miserentis dei, Romanorum. 9. Præcedit enim velle, subsequitur perficere, sed hæc vnde? Non enim sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis tanquam ex nobis, sed oñis nostra sufficientia ex deo est. 2. Corin. 3. Philippen. 2. Deus qui operatur in nobis velle & perficere. Obserua quod ait: Sine me.

Non er-

Non ergo excludit nostram cooperationem, sed potius includit. 1. Corinth. 3. Dei enim sumus adiutores. 1. Corinth. 15. Gratia dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laborauit: non ego autem, sed gratia dei mecum. Qui autem non manet, aridus fit: hoc est, abijcit quod à fide habuit, & auxilio, & vita priuatur, destitutus succo & spiritu Christi, sicq; emoritur iuxta mentem, etiam si viuat iuxta corpus, & numero fidelibus iungatur. Apocalyp. 3. Nomen habes quòd viuas, & mortuus es. Psal. 142. Anima mea sicut terra sine aqua tibi, & post hanc vitam separatus irrecuperabiliter à vite, conijcitur in ignem æternum, semper arsurus ad suum supplicium, qui noluerit in vite permanere, fructum editurus felicitatis æternæ. Matth. 13. Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminũ ignis. Si sola sterilitas condemnatur, iniquitatis operatio vbi manebit? Matth. 25. Inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentium. Augustinus: Ligna vitis tanto sunt contemptibiliora, si in vite non manserint, quanto gloriosiora, si manserint. Ezechielis. 15. Fili hominis, quid fiet de ligno vitis, ex omnibus lignis nemorũ quę sunt inter ligna syluarũ? Nunquid tolletur de ea lignum vt fiat opus? aut fabricabitur de eo paxillus, vt dependeat in eo quodcunq; vas? Ecce igni datũ est in escam, vtranq; partem eius consumpsit ignis, & medietas eius redacta est in fauillam. Ambrosius: Vinea recisa fructificat, semiputata frondescit: habens multa folia, paucos fructus, neglecta luxuriat. Sic anima purgata à vitijs, fructificat: negligenter & semiplene putata frondescit, habens multa folia verborum, non fructuum: quare & à domino maledicitur, sicut ficulnea Matth. 21. Sed non purgata syluestris redditur, non iam proferens vuas suaues, sed agrestes. Deut. 32. Vua eorũ vua fellis, & botrus amarissimus. Chrysostomus: Sicut de vinea nascuntur gẽmæ, de gẽmis flores, de floribus vuæ, de vuis vinũ elicitur, sic de anima viri iusti, bonæ nascuntur cogitationes, quæ principũ bonorũ sunt operũ. De cogitatiõibus bonæ proueniunt voluntates, quæ apud deũ odoriferi sunt flores. Ex bona voluntate procedunt bonæ opationes, Eccl. 24. Et flores mei fructus honoris & honestatis. De bonis operibus gaudium in deo. Psal. 18. In custodiendis illis retributio. Glo. Non tantũ pro eis in futuro reddetur præmiũ, sed & hic in eorũ custodia magnum est gaudium. Iudic. 9. Nunquid possum deserere vinum meum, quod lætificat deũ & homines? Vnũ ergo palmiti congruit, aut in vite esse, aut in igne.

**Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis.**

Augustinus: Tunc dicenda sunt verba eius in nobis manere, quado facimus quod præcipit, quando diligimus quod promittit. Quod autem verba eius manent in memoria, nec inueniuntur in vita, non computatur palmes in vite, quia vitam non extrahit ex radice. Psal. 102. Et memores sunt mandatorũ ipsius ad faciendum ea. Manendo autẽ in Christo, quid velle possunt nisi quod conuenit Christo? quid velle possunt manendo in saluatore, nisi quod nõ alienum est à salute? Et si petimus & non fit, non hoc petimus quod habet manso in eo, nec quod habent verba eius, quę manent in nobis, sed quod habet cupiditas nostra, & infirmitas carnis, quæ non est in eo, & in qua non manent verba eius. Iaco bi. 4. Petitis & non accipietis, eo q; male petatis. Insinuat itaq; duas petitionis conditiones. Primat: Firma ad deũ affectio. Psal. 72. Mihi adhærere deo bonum est, ponere in domino deo spem meam. Psal. 36. Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Sic Iosaphat ait. 2. Paral. 20. Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Secunda, debita mandatorum obseruatio. Prouerbiorũ. 28. Qui declinat aurem suam, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Matt. 7. Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem patris qui in cælis est, ipse intrabit regnum cælorũ. Sed quæ voluntas. 1. Thessa. 4 Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisq; vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij sicut & gentes quæ ignorant deum. Sed quid ait dominus Hiere. 2? Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ cõtinere aquas non possunt. Quid ergo? Nunquid desperandum? Nequaquam. Ait enim dominus Ezechielis. 18. Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit dominus, & non vt conuertatur à vijs suis, & viuat? Sic Manasses qui Hierusalem vsque ad os sanguine prophetarum impleuit. 4. Regum. 22. postquam coangustatus est, orauit dominum deum suum, & egit pœnitentiam valde coram domino deo patrum suorum. Deprecatusq; est eũ, & obsecrauit intente, & exaudiuit orationem eius, reduxitq; eum Hierusalem in regnum suum, & cognouit Manasses quòd dominus ipse esset deus. 2. Paralippo. 33.

Petitionis cõditiones

In hoc

In hoc clarificatus est pater meus, vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si p̃cepta mea seruaueritis, manebitis in dilectiõe mea: sicut & ego præcepta patris mei seruaui, & maneo in eius dilectione. Hæc loquutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur.

Vides quomodo ille est vere fructũ afferẽs, q vere est discipulus, & pater in illo glorificatur, hoc est, gloriam suam existimat. Augustinus: Si enim in hoc glorificatus est pater, non hoc glorię nostræ tribuamus, tanquam ex nobisipsis habeamus, eius enim est hęc gratia, & ideo non nostra, sed eius est gloria. Mat. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. Nehem. 8. Gaudium enim domini est fortitudo vestra. Mei, ait, discipuli. Iohan. 13. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Sicut autem nõ minuitur dilectio patris, propterea q̃ ego patiar, ita neq̃ vos minus diligemini ab eo, etiã si in varias incideritis afflictiones. Iudith. 8. Omnes qui placuerunt deo, per multas tribulationes tranſierunt fideles. Ostendit quemadmodũ in ipsius maneamus dilectione: nempe si sermones eius in nobis manserint, si quæ credimus, teneamus, & factis exequamur. Hinc Iohan. 8. Quę placita sunt ei, facio semper. Non petatis solacium à mundo, sed meo gaudio gaudeatis, si quãdo meis vestigijs ingredientes affligemini, idq̃ gaudium maneat in vobis, semper augescens in maius meliusq̃, donec impleatur in perpetuam immortalis vitæ felicitatem. Non enim mœrore digna sunt præsentia, sed gaudio, licet crux, licet cõfusio, licet ignominia accedat. Iaco. 1. Omne gaudium existimate fratres, cum in varias tẽtationes incideritis, scientes quòd probatio fidei vestræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet. Est enim istud gaudium internum, quod ipse in nobis operatur, vt in tribulationibus quemadmodum apostoli gaudeamus. Actu. 5. plenum autem & perfectum in cælo consequemur. Psal. 15. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vsq̃ in finem, Psal. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua.

Quomodo maneamus in Chri dilectione

Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, q̃ vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis.

Ostendit mutuæ dilectionis necessitatem, qualitatem & vtilitatem. Ipsa enim in medijs malis magno est solatio, inuictos reddens contra omnia mundi mala. Multa sunt, inquit, Mosi præcepta, vnum est hoc præceptum proprie meum, quod oĩa complectitur quæ doceo, quod oĩa condulcabit quæ inciderint tristia, vt ea charitate vos mutuo complectamini, qua ego sum vos amplexus. Legisperito respondens, ait: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua, hoc est maximũ & primũ mandatum. Secundum autẽ simile est huic: Diliges proximũ tuum sicut teipsum, Mat. 22. Hic vero, hoc est mandatum meum. Et Iohan. 13. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Sed obserua quod ait Apostolus Romañ. 13. Qui proximũ diligit, legem impleuit. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc instauratur verbo: Diliges proximũ tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Hinc. 1. Iohan. 4. Hoc mandatum habemus à deo, vt qui diligit deum, diligat & fratrem suum. Si quis dixerit, quoniam diligo deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, deum quem nõ videt, quomodo potest diligere? Dicitur autem nouum, quia reddit hominẽ nouum, & ne in vetustate remaneamus. Ephe. 4. Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris: renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisq̃ cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. Non autem fortuito neq̃ simpliciter vult nos diligere inuicem, sed sicut ipse dilexit nos. Dilexit aũt nos gratuite. 1. Iohan. 4. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propiciationem pro peccatis nostris. Sic Matth. 5. Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Ordinate, quia ad vitam æternam. Iohãnis. 3. Sic deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Iohan. 10. Ego veni vt vitã habeant, & abundantius

Quot seu quibus modis dilexerit nos christus

dantius habeant. Sic & nos, 1. Cor. 10. Non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. & 2. Cor. 12. Non quæro vestra, sed vos. Sed heu, Omnes quæ sua sunt quærunt, Phil. 2. contra illud 1. Cor. 13. Charitas non quærit quæ sua sunt. Perfecte, quia animam pro nobis posuit. Pecuniam aut operã qui impendant, fortassis reperientur permulti: qui vitam impendat amico, perrarus est. Ipse vero plus præstitit: nam pro inimicis impendit, modo fiant amici. Roma. 5. Vt quid enim Christus cum infirmi essemus secundum tempus, pro inimicis mortuus est? Vix enim pro iusto quis moritur. 1. Iohã. 3. In hoc cognouimus charitatem dei, quoniam ille animã suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate. Sursum deorsumq; versat charitatis præceptũ, ostenditq; nobis multis verbis, q̃ illud maioris momenti sit & plus curandũ. Qui enim proximum diligit, amicus dei est.

Iam nõ dicã vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dñs eius. Vos aũt dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui a patre meo, nota feci vobis. 2

Magnũ est, amicum esse principũ: sed maximum, esse amicum Christi. Amicitia obtingit fidei veritate. Sic Abraam credidit deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus dei appellatus est. Iaco. 2. Conscientiæ puritate. Prouer. 22. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorũ habebit amicũ regem. Sap. 7. In animas sanctas se transfert, & amicos dei constituit. Patientiæ firmitate. Iudith. 8. Memores esse debent quomodo pater noster Abraam tentatus est, & per multas tribulationes probatus, dei amicus effectus est. Obedientiæ integritate, sicut hic dicitur. & Iohan. 14. Qui habet mandata mea, & seruat ea, is est qui diligit me. Obserua seruitutẽ esse quandã vitiosam. Iohan. 8. Qui facit peccatũ, seruus est peccati. Ab hac dominus liberare venit. Iohan. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Altera virtuosa. Roma. 6. Liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ. Nunc vero liberati à peccato, serui aũt facti deo, habetis fructũ vestrum in sanctificationẽ, finẽ vero vitam æternã. Mali ergo & si quando deo videntur seruire, nõ ob dei gloriam, sed propriũ faciunt commodũ, hic mercedẽ recipientes quã quæsierunt, Matthæ. 6. Boni vero, qui & amici dei sunt, Eccl. 33. Seruus fidelis sit tibi quasi anima tua. in futuro gloria, & hic gratia cumulantur. Matth. 25. Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudiũ dñi tui. Seruus non intelligit quid velit sibi dñs. non enim conscius est secretorũ ipsius. tantũ quod iussus est facere, facit, nihil magni præmij sperans si fecerit, magno malo plectendus si neglexerit. Omnia nota fecit eis quæ poterant audire, & quorum erant capaces. Chrysostomus: Nihil aliud his verbis ostendit, q̃ nihil alienum à patre loquutũ, cum maximũ amoris indiciũ sit, q̃ arcana patris cũ eis cõmunicauerit & dixerit. Iohan. 17 Verba quæ dedisti mihi, dedi eis. Matth. 13. Vobis datũ est nosse mysteriũ regni cælorũ. Matth. 11. Confiteor tibi pater dñe cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Psal. 110. Intellectum dat paruulis.

Quibus medijs amicitia obtinẽgat.

Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: & posui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat: vt quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, det vobis. 3

Non vos me vestris officijs prouocastis ad amicitiam, vt debiti sit redamare: aut vltro venistis ad amicitiã, vt humanitatis sit amantes redamare: sed ego cũ essetis serui legis, & alieni ab amicitia dei, volens & vltro elegi vos ex omnibus, nihil promeritos. Duplicem attende fidelium electionẽ. Aeternã, quæ idem est cũ p̃destinatione diuina, quæ ex mera liberalitate & gratia diuina est. Ephe. 1. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionẽ, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Alterã temporalem, quæ est vocatio ad fidem & gratiã atq; apostolatũ & huiusmodi, quæ est effectus prioris. Roma. 8. Quos p̃destinauit, hos & vocauit. Neutra vero ex meritis nostris. Ephe. 2. Gratia estis per fidem saluati, & hoc non ex vobis. dei enim donum est, non ex operibus, vt ne quis glorietur. Cauendũ aũt ne vocati ad gratiã, excidamus per culpã, quemadmodũ Iudas. Ioh. 6. Nonne duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Hinc 2. Petri. 1. Quapropter fratres magis satagite, vt per bona opera certã vestrã vocationẽ & electionem faciatis. Ad quid elegerit, subiungit Marc. 3. Fecit vt essent duodecim cũ illo, & vt mitteret eos prædicare. Quos & apostolos nominauit Lucæ. 6. hoc est, legatos siue missos. 2. Cor. 5. Pro Chro legatione fungimur, tanq̃ deo exhortante per nos. Manet vero

Electio fidelium duplex.

fructus eorꝝ, quia non deficiet fides. Luc. 22. Ego pro te rogaui Petre, vt nõ deficiat fides tua. Matth. 16. Et portæ inferi nõ præuelebũt aduersus eam. Est alius fructus quẽ ab omnibus requirit, alioqui infructuosa arbor maledicitur, Mat. 21. & excidetur, Luc. 13. Si infœcunda maledicitur, quid proferenti spinas? Sap. 4. Fructus illorꝝ inutiles & acerbi ad manducandũ, & ad nihilũ apti. Sap. 3. Bonorꝝ laborum gloriosus est fructus. Hic permanet in æternũ. Apo. 14. Opera eñ illorꝝ sequuntur illos. Vide aũt quãta dilectionis sit sublimitas, quæ amicos dei reddit, intellectũ instruit, actus dirigit & perficit, orationũ exauditionẽ perficit. Quid aũt est facilius q̃ petere? Quid aũt q̃d pater nõ possit largiri? Quid est porro quod ille causa filij nõ velit? Cũ ergo fructũ ferimus, quæcunq; petierimus, dabit nobis. 1. Ioh. 3. Charissimi, si cor nostrũ non reprehenderit nos, fiduciã habemus ad deum: & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mãdata eius custodimus, & quæ placita sunt corã eo, facimus. Et hoc est mandatũ eius, vt credamus in nomine filij eius Iesu Christi, & diligamus alterutrũ, sicut dedit mandatũ nobis.

Ioh. 15 P

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.

Ostendit nihil efficacius cõtra mundi odia, q̃ synceram & mutuã dilectionem. Vnde Apostolus Coloss. 3. Super omnia aũt charitatem habete, quod est vinculũ perfectionis. & pax Christi exultet in cordibus vestris, in quo & vocati estis in vno corpore. August. Bonus magister dilectionẽ sæpe cõmendat, tanquã sola p̃cipienda sit, sine qua nõ possunt prodesse cætera bona. 1. Corꝝ. 13. & quæ nõ possit haberi sine cæteris bonis quibus homo efficitur bonus. Vnde Apostolus contra vitia carnis, fructũ spiritus commendans, à capite charitatem posuit, & deinde cętera, tanquã ex isto capite exorta vel religata, contexit. Fructus aũt spiritus, charitas, gaudium. Quis aũt bene gaudet, qui bonũ non diligit vnde gaudet? Pax. Quis veram pacem, nisi ad quẽ diligit habet? Longanimitas. Quis in bono longanimis perseuerat, nisi qui seruat diligendo? Benignitas. Quis benignus, nisi diligat cui opitulatur? Bonitas. Quis bonus nisi efficaciter diligendo? Fides: Quis salubriter fidelis, nisi ea fide quæ per dilectionẽ operatur? Mansuetudo. Quis mansuetus, cui dilectio non moderetur? Quis continet ab eo vnde turpatur, nisi diligat vnde honestetur? Non ergo sunt dura præcepta. Quid eñ dulcius q̃ amare mutuum? Qui sunt tam imbecilles, quos non fortes reddat amor mutuus? Quid tam triste, quod non dulce reddat mutua charitas? Quia res ardua & valde molesta est persequutionẽ pati, & odio haberi, consolatur eos dicens: Neq; vos illud moueat, q̃ dum mecũ habetis amicitiam, dum inter vos mutua charitate cohæretis, cum mundo dissidium ac simultatem habetis. Imo istuc ipm vestros animos consolari debebit, quando quidem hoc argumento cognoscetis vos esse vere meos discipulos & amicos, nimirum alienos à mundo, qui totus in maligno positus est. 1. Iohan. 5. Ne videatur indignum, vos in mundo perpeti quod ego prior vobis sum perpessus. Odit me mundus, non q̃ merear, sed q̃ arguam ac prodam malefacta illius, docens ea quæ non congruunt mundanis affectibus. Iohan. 7. Me aũt odit (mundus) quia ego testimonium perhibeo quia opera eius mala sunt. Obserua mundũ accipi pro vniuerso creato. Heb. 1. Per quem fecit & secula. Iohan. 1. Mundus per ipsum factus est. Pro hominibus in mundo 2. Corꝝ. 5. Deus erat in Christo, mũdum reconcilians sibi. Iohan. 3. Sic deus dilexit mundũ, vt filium suũ vnigenitum daret, vt omnes qui credunt in illũ, nõ pereant, sed habeant vitam æternã. Pro solis malis vel malitia malorꝝ. Hic deum non cognouit. Iohan. 1. Lux enim venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, q̃ lucem. erãt enim eorꝝ mala opera, Ioh. 3. De hoc loquitur hic, de quo elegit suos. Gala. 1. Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti seculo nequam, secundum voluntatem dei & patris nostri. Vnde Roma. 12. Nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas dei bona, & beneplacens, & perfecta. Hinc hic subdit: Si de mundo essetis per imitationem vitæ illi cõformes in culpa, diligeret vtiq; vos quasi ad idem corpus pertinentes. Nouit suæ factionis homines, eosq; complectitur, euehit, vt similis amat similem. Eccl. 13. Omne animal diligit sibi simile, & omnis homo ad similem sibi coniungetur, & mala scabies amat commode scalpentem. 1. Iohan. 4. Ipsi de mundo sunt, & de mundo loquuntur, & mundus eos audit. 2. Timo. 4. Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus: & à veritate quidem auditum auertent

Gala. 5

Mundus quotifarie capiatur.

auertent, ad fabulas aũt conuertentur. Infelices ergo quibus hic mũdus blandus est: nam hoc arguit eos non esse amicos dei. Iaco. 4. Quicunq; voluerit amicus esse huius mundi, inimicus dei constituitur. Quoniam non ea sectamini quæ sunt carnis, sed quæ sunt spiritus, non inhiatis bonis terrenis, sed cælestibus: ideo vos odit mundus, non q̃ odio digni sitis, sed quod impio dissimiles. Ideo cœpit vos mundus odisse, non ob aliud nisi q̃ mei estis: atqui non alio nomine felices estis, nisi q̃ mei estis. Atq; ita quũ commune hoc mecum habeatis, vt odio habeamini, sit vobis magnæ consolationis loco. Ex eo enim quòd non haberemini odio, offenderetur quod & ipsi illorum malitiæ & iniquitati communicaretis: nunc autem quia odio vos habent mali, gaudete. Matth. 5. Beati estis cũ maledixerint vobis homines, & persequuti vos fuerint, dixerint omne malum aduersum vos, mentientes, propter me: gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.

Mementote sermonis mei quem ego dixi vobis, non est seruus maior domino suo. Si me persequuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meũ seruauerunt, & vestrum seruabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me. 2

Nolite mirari q̃ vestra innocentia non tuebitur vos ab odio mundi, nec mea me innocentia tueri potuit, quæ maior est vestra, nec meam doctrinã veriti sunt aspernari, nec meis beneficijs mitescere potuerunt, & à cœptis crudelibus reuocari. Nõ ergo putet se regnaturum cum Christo, qui modo non vult odia sustinere & tribulationes pro ipso. 2. Timo. 3. Omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persequutionẽ patientur. Gal. 4. Sed quomodo tunc is qui secundũ carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundũ spiritum, ita & nunc. 1. Pet. 4. Charissimi, nolite peregrinari in feruore qui ad tentationem vobis fit, quasi noui aliquid vobis contingat: sed communicantes Christi passionibus, gaudete, vt in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Quid ẽm malorum non perpessus est dominus? Insanum, dæmonium habentem, blasphemum dixerunt, Iohan. 10. Præcipitare conati sunt, Luc. 4. lapidare voluerunt, Iohan. 8. & 10. tandẽ crucifixerunt. Hinc admonet Apostolus Heb. 12. Recogitate eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionẽ, vt ne fatigemini animis vestris deficientes. Sed quemadmodũ meam doctrinã non tulerunt, ita nec vestram ferent, quoniam eadẽ docebitis quæ & ego. Ezech. 3. Domus Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me. Luc. 10. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui me misit. Sit ergo vobis consolatio q̃ ipsi & vestri, & mei, & dei sunt inimici, quicquid ẽm horum facturi sunt in vos, odio nominis mei facient. Et in me facerent ista si præsentem haberent. Nesciunt igitur deum quẽ se scire gloriantur, & tamen hæc ignorantia non excusabit eos in die vindictæ. Nesciunt quidem, sed ideo nesciunt, quia noluerunt discere. Ideo noluerunt discere, quia magis dilexerunt suam gloriam q̃ dei, pluris fecerunt suum quæstum, q̃ lucrum salutis euangelicæ. Non ergo excusat hæc ignorantia crassa vel magis affectata. 1. Cor. 14. Si quis ignorat, ignorabitur. Infideles cur nesciãt & an sint excusandi.

Si non venissem, & loquutus non fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit, & patrẽ meum odit. Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt & oderunt & me & patrem meum. Sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis.

Num ergo iuste vos persequentur? Non. Quod itaq; pater fecit in eorũ salutem, hoc sibi sua pertinacia verterunt in cumulũ æternæ damnationis. Et enim in hoc veni, in hoc missus sum, vt omnibus si fieri posset, impartirem salutem æternã. Si non iuxta prophetarum vaticinia venissem, docuissem, haberent quod prætexerent. Augusti. Nunquid sine peccato aliquẽ inuenit dñs? Sed de magno quodã loquitur peccato, quo tenentur omnia, quod vnusquisq; si non habet, dimittuntur ei cuncta peccata. Peccatũ ẽm infidelitatis magnũ est, & quia Christus in lege fuit promissus, idcirco de perfidia redargui nõ potuerunt nisi misso Christo. Baruch. 3. Post hæc in terris visus est, & cũ hominibus conuersatus est. Heb. 1. Multifariam multisq; modis olim deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio. Vnde Ioh. 8. Dixi ergo q̃ moriemini in

peccato vestro. Si non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro. Et quia prætexebant, q̄ dei amore ipsum persequerentur, subdit: Quisquis odit me, non potest non odisse patrem meum, è cuius autoritate loquor quæ loquor, cuius virtute facio quic quid facio. Ecce radix peccati. Nam vna essentia & vna operatio. Qui ergo Christū propter opera & doctrinā odit, & patrē odit. Iohan. 7. Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Ioh. 14. Pater aūt in me manens, ipse facit opera. & Ioh. 8. Si deus pater vester esset, diligeretis vtiq; me. Ego em̄ ex deo processi & veni, neq; em̄ à meipso veni, sed ille me misit. Quare loquelā meā non cognoscitis? Si nō edidissem inter illos miracula, quæ nemo prophetarū ante me exhibuit, siue magnitudinē spectet aliquis, siue multitudinem, ea q̄ omnia non in terrorē illorū, sed in subsidiū afflictorū, non tenerentur hoc peccato longe grauissimo. Ioh. 7. Christus cū venerit, nunquid plura signa faciet q̄ quæ hic facit? Matth. 9. Nunquā apparuit sic in Israel. Vnde Nicodemus ait Ioh. 3. Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cū eo. Notanter ait, in eis: quia non solū coram ipsis, sed & in eis, ipsos sanādo. Nam pertransijt benefaciendo, & sanādo omnes oppressos à diabolo, quoniā deus erat cū illo. Act. 10. Nunc aūt audierunt & viderunt me p̄sentem, quē expectabant futurū iuxta Mosi (Deut. 18) & prophetarū oracula, tanto q̄ magis oderunt, non tantū me qui loquutus sum & feci, sed & patrē meū, qui per me loquutus est, per me virtutē suam exercuit. Esa. 30. Erunt oculi tui videntes præceptorē tuum, & aures tuæ audient verbū post tergum monentis. Hæc est via, ambulate in ea, & nō declinabitis neq; ad dexterā, neq; ad sinistram. Esa. 35. Ecce deus noster, ipse veniet & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt: tunc saliet ficut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Tolerabile est si quis prouocatus oderit aliquem: vtcunq; potest ignosci, si quis ignorum oderit: cæterum quis ignoscat illi, qui & notum & bene merentem odio prosequatur? Nam propter solam malitiam & nullam aliam causam natum est hoc odium, & hinc impletum oraculum Psal. 34. Quia odio habuerunt me sine causa. Imo retribuebant mala pro bonis. Hiere. 18. Nunquid redditur pro bono malum?

Ioh. 15 Q

Cum aūt venerit paracletus, quem ego mittam vobis a patre, spiritum veritatis, qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

Ostendit spiritus sancti dono mundi odia conculcanda, & vitia redarguenda, suam q̄ gloriam per suos colluſtrandam. Bono, inquit, animo sitis. prædicatio non caritura est testibus, sed & spiritus cum signis & prodigijs meis testabitur, fidelisq; testis erit. est em̄ spiritus veritatis. Dionysius: Spiritus sanctus consolator dicitur ab operatione, quia eos q̄s se dignos repperit, non solū ab omni perturbatione reddit alienos, verum etiam incredibile quoddam eis gaudium tribuit, sempiterna quippe lætitia in eorū cordibus versatur, quorum spiritus sanctus inhabitator est. 2. Corū. 1. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Consolatur pœnitentes, spem veniæ ingerendo. Psal. 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Lugentes, dulcedinem gratiæ largiendo. Tob. 3. Post lachrymationem & fletū, exultationem infundis. Matth. 5. Beati qui lugent, quoniā ipsi consolabunt. Patientes, fortitudinem sustinētiæ addendo. Heb. 12. Nondū em̄ vsq; ad sanguinē restitistis repugnantes peccato, & obliti estis consolationis quæ vobis tanquā filijs loquitur, dicens: Fili, noli negligere disciplinam domini, neq; fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit, Iob. 6. Hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore, non parcat. Non aūt consolatur, qui vanam quærunt consolationem. Luc. 6. Væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram. Vnde dives epulo audiuit Luc. 16. Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Esa. 51. Ego ipse, ego ipse consolabor vos. Dionysius: Iste consolator spiritus mittitur à filio, non vt minister, vt angeli & prophetæ, sed vt mitti decet à sapientia dei & virtute, habentē eandem sapientiam, virtutē & naturā, à patre scilicet procedentē, vt ostendatur vnus patris & filij spiritus. Vnde dicitur etiam spiritus filij. Gala. 4. Quoniam estis filij dei, misit deus spiritū filij sui in corda vestra, clamantē abba pater. Si quis aūt spiritū Christi non habet, hic non est eius, Roma. 8. Beda: Spiritus sanctus mittitur, quando dilectores nos facit dei & proximi, quæ dilectio fit in nobis à tota trinitate. Ideo em̄ deū diligimus, quia ipse prior dilexit nos, 1. Ioh. 4. Spiritus sanctus venit à seipso, qui liberaliter vbi vult spirat, Iohā. 3.

Qui seu q̄les a spiritu sancto consolent.

non

non tamen venit sine patre & filio eum mittentibus, quia tota trinitas per spiritū sanctū inhabitat corda nostra. Augusti. Iudæi odio habuerunt me gratis, sed spiritus sanctus tale testimoniū perhibebit de mea innocentia, vt in me faciat credere nō videntes, quē occiderunt inuidentes. Non em̄ malor̄ incredulitas, reddet irritum fructū eor̄ qui creditu ri sunt. Cum em̄ perfunctus fuero omnibus quæ mihi mandauit pater, iam̄q; venerit consolator ille, quem, sicut ante pollicitus sum, mittam vobis à patre proficiscentem, qui est spiritus suggestor & doctor omnis veritatis, ille declarabit omnia quæ dixerim, quæ gesserim, ex quibus liquebit & mea bonitas, & illor̄ obstinata cæcitas. Ille docebit nihil in me factum, quod non ante prædictum sit in libris ipsorum quos legunt, nec intelligunt. Act. 10. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccator̄ accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Beda: Aduenies spiritus sanctus, testimonium perhibuit de domino: quia discipulor̄ corda aspirans, omnia quæ de illo scienda mortalibus erant, clara luce reuelauit: & omnibus qui secundum eor̄ verbum credunt in dominū, quicquid recte sapiunt, eiusdem spiritus est munere concessum. Vos quoq;, inquit, qui nunc estis imbecilles, tunc confirmatiores mei spiritus afflatu, testificabimini apud omnes de me, propterea q̄ ordine vidistis quæ gesserim, audistis quę dixerim, quare nō paruū hoc erit testimoniū. Beda: Cum data spiritus sancti gratia hoc fiduciam apostolor̄ iuuit, q̄ ab initio fuerunt cum domino, ideoq; quæ apud illum viderunt & audierunt, absq; omni ambiguitate prædicare volebant. Vnde Petrus alium prō Iuda ordinare volens apostolū, non hunc neophytū, sed probatū ex tempore curabat eligere. Act. 1. Oportet ex his viris qui nobiscū sunt congregati in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos dominus Iesus, incipiens à baptismo Iohannis, vsq; ad diem qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscū fieri vnū ex istis. Hinc gentibus Christū euangelizans, confidenter ait Act. 10. Hunc deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestū fieri non omni populo, sed testibus præordinatis à deo, nobis qui manducauimus & bibimus cum illo postquā surrexit à mortuis. Act. 4. Non em̄ possumus quæ audiuimus & vidimus, nō loqui. Beda: Ex multis sancti euangelij locis inuenimus, quia discipuli ante spiritus sancti aduentum minus capaces erant ad intelligenda arcana diuinæ sublimitatis, minus fortes ad toleranda humanæ prauitatis aduersa: sed eis adueniente spiritu, cū augmento diuinæ cognitionis, data est etiam constantia vincendæ humanæ persequutionis: qa q̄ spū docente intus cognouerunt, hæc abiecto timore pristino fortiter loquendo & alijs ministrabant. Ipse nanq; spiritus corda eorum & scientia veritatis illustrauit, & ad docenda quæ nossent, culmine veritatis erexit. Vnde & Esa. 11. spiritus fortitudinis & scientiæ dicitur. Est em̄ spiritus scientiæ, quia per ipsum quæ recte agere vel etiam cogitare debeamus, agnoscimus. Est & fortitudinis, quia etiam per ipsum, vt quæ bene nouimus, viriliter operemur, accipimus: ne aduersitate aliqua à bonis quæ cœpimus, repellamur. Acto. 4. Virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi domini nostri. Spūs scientiæ fortitudinis.

Hæc loquutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absque synagogis facient vos.

Nec vllis periculis oportebit deterreri à professione veritatis euangelicæ, q̄ mundus quidē omnibus machinis oppugnabit, cæter̄ opprimere nunquā poterit, quæ deo autore nititur. Non ergo fallam vos, nec in malis quæ necesse est euangelij gratia perpeti, nec in præmijs quæ manent gnauiter suo perfunctos munere, vt ne postea offendamini quū videritis multos nō credere, & vos multa aspera pati, sed cogitate quod etiam antequā fierent, prædixi. Gregorius: Iacula quæ præuidentur, minus feriunt. Qui enim sagaciter pensat, quantus sit tribulationum fructus & vtilitas, cum alacritate ipsas amplectitur, eo q̄ purgant à culpa, disponunt ad gratiam, à pœnis æternis liberant, & gloriæ coronam præstant. Tob. 3. Hoc autem pro certo habet omnis qui colit te, quia vita eius si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in correptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit Roma. 5. Gloriamur in spe gloriæ filiorum dei: non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes, q̄ tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes aūt non confundit. Roma. 8. Non em̄ sunt condignæ passiones huius temporis ad futurā gloriam quæ reuelabitur in nobis. 2. Cor̄. 4. Id em̄ quod in præsenti est momentaneū & leue tribulationis nostræ, supra modū in sublimitate æternam gloriæ pondus operabitur in nobis, non contemplantibus nobis quæ vidētur, sed quæ nō videntur. Quæ em̄ vidētur, tēporalia sunt: quæ aūt non vidētur, æterna sunt. Qui religionis arcem tenere videntur, q̄ legis Tribulatiōnū vtilitas

cognitionem profitentur, vos velut impios & execrabiles submouebunt è synagogis suis, quod apud istos est probrosissimũ. Vnde & plurimi ne extra synagogã fierẽ, Christum confiteri non audebant. Iohan. 12. Dilexerunt enim gloriam hominũ magis q̃ gloriã dei. Iohan. 9. Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis confiteretur eum Christum, extra synagogam fieret. Sed salubre est, propter veritatẽ extra synagogã fieri malignantium. Psal. 25. Non sedi cũ consilio vanitatis, & cũ iniqua gerentibus non introibo. Odiui ecclesiam malignantium, & cũ impijs non sedebo. Lauabo inter innocentes manus meas. Cũ aũt extrema ecclesiæ sit pœna, non indiscriminatim in omnes hoc fulmen iaciendũ. Cũ enim fit separatio à corpore ecclesiæ, ideo priuat influxu gratiæ à capite. Iohan. 15. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet. Sacramentis ecclesiæ, quũ sit habendus vt ethnicus & publicanus, Matth. 18. Meritis ecclesiæ. Psal. 118. Particeps ego sum omniũ timentiũ te, & custodientiũ mãdata tua. Cõmunione fideliũ. 1. Cor. 5. Tollatur è medio vestrũ qui hoc opus fecit. Nescitis quia modicũ fermentũ totã massam corrumpit? Ingressu cælestiũ. Matth. 18. Amen dico vobis, quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cælis. Non ergo contemnendũ ecclesiæ iudiciũ. 1. Timo. 1. Hoc p̃ceptum cõmendo tibi fili Timothee, secundũ præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonã malitiam, habens fidem & bonã conscientiã. Quam quidã repellẽtes, circa fidẽ naufragauerũt, ex quibus est Hymenæus & Alexander, quos tradidi satanæ, vt discant non blasphemare. & 1. Cor. 5. Ego quidẽ absens corpore, præsens aũt spiritu, iam iudicaui vt præsens, eum qui sic operatus est, in nomine dñi nostri Iesu Christi congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute dñi Iesu, tradere huiusmodi hominẽ satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die dñi nostri Iesu Christi. Obserua hic tria. Primũ, quia cũ magna maturitate excõmunicatio infligenda. Altrũ, q̃ ob salutem animæ promouendã, non odio, auaritia &c. Tertium, q̃ in crimino sos, vt sunt pertinaciter inobedientes. Matth. 18. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. 2. Thess. 3. Quod si quis nõ obedierit verbo nostro, per epistolã hunc notate, & non cõmisceamini cũ illo, vt confundatur. Et nolite qua si inimicũ existimare, sed corripite vt fratrem. Peruerse docentẽ. Gal. 1. Sed licet nos aut angelus de cælo euangelizet vobis, præterquã quod euangelizauimus vobis, anathema sit. 2. Iohan. 1. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinã non affert, nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi Aue, cõmunicat operibus eius malignis. Periculose viuentẽ. 1. Cor. 5. Scripsi vobis in epistola, ne cõmisceamini fornicarijs, non vtiq; fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus: alioqui debueratis de hoc mundo exisse. Nunc aũt scripsi vobis non commisceri. Si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cũ huiusmodi nec cibum sumere.

Excõicatio quibus hominem priuat.

Tria quæ dã circa excõmunicationem notanda.

5 Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare deo. Et hæc facient vobis, quia non nouerunt patrem neq; me. Sed hæc loquutus sum vobis, vt quum venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.

Non solum è synagoga eijcient, sed & morte punient, vtpote pernicioso s, & vt inimicos dei occident vos. Prætexent enim impietati suæ, pietatis imaginẽ, ac veræ pietatis doctores, impietatis reos peragent. Ita fiet vt non solũ dura perpetiamini, verũ etiam vt impij maleficiq; perpetiamini. Sed quia non habuerunt scĩam rectã, nec causam iustã, ideo zelus cor non bonus. Roma. 10. Aemulationẽ quidẽ dei habent, sed non secundũ scientiam. Vnde Act. 26. Ego quidem æstimaueram me aduersus nomen Iesu Nazareni debere multa contraria agere, quod & feci Hierosolymis. Excusabat quidẽ ignorantia tanto, sed nõ à toto, quum ex miraculis, doctrina, & vitæ innocentia potuissent veritatem, si voluissent, vt cæteri cognoscere. Pessimi aũt illi, qui ex certa malitia ipsos persequebantur. Consolatur q̃ propter ipsum passuri erant. Nostra, inquit, hæc iniuria est, nostrum erit & vobis certãtibus opem suppeditare, & victoribus præmia largiri, & illis obsistere, deq; pertinacibus pœnã sumere, ne vos quicquã de vindicta cogitetis. Roma. 12. Nõ vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locũ iræ, scriptum est enim: Mihi vindictam & ego retribuam. Deute. 32. Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore. Non enim ista committent in vos q̃ fures fitis, aut maledici, aut alioqui talibus digni malis, sed quia nõdum ad plenũ nouerunt neq; me, neq; patrẽ meũ. Beda: Quia enim filius est in patre, & pater in filio, & qui videt filium, videt & patrem, Ioh. 14. patet q̃ quicunq; filij credelitati obstina-

Ignorãtia quos seu quatenus excuset.

obstinata mente resistũt, nec patrẽ nosse probant. Ioh. 8. Si me sciretis, vtiq; ad patrẽ meũ sciretis. 1. Iohan. 2. Omnis qui negat filiũ, nec patrem habet: qui confitetur filiũ, & patrẽ habet. 1. Iohan. 5. Omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eũ qui natus est ex eo. Nec ergo vos moueat hominũ de vobis iudiciũ contentos recti conscientia, quin potius beatos vos iudicare iuxta doctrinã meam, cum vos oderint homines, & cũ seperauerint vos & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrũ tanq̃ malum propter filiũ hominis: gaudete in illa die & exultate, ecce eim merces vestra multa est in cælo, Lucæ. 6. Eijcient vos è synagogis, sed hoc ipsum arguet nomina vestra scripta in cælo. Hæc prædixi, quo contra imminentia munirẽ pericula: & quũ videritis molesta illa eueniſſe, credatis & de reliqs quæ promisi. Beda: Ego qui pro vestra vita ac salute moriturus sum, qui vos meo sangui ne redempturus, qui vos in tribulationibus semper adiuturus, qui æterna vobis p̃mia post tribulationẽ daturus sum, dixi vobis. Magnũ quippe certantibus leuamen, magnam consolationis gratiã p̃stat, quando ille certamina eadẽ futura p̃dixisse reminiscitur, qui & milites suos ne vinci possint adiuuare, & ne incassum vincant, immortalitatẽ post prælia rependere promittit. Hoc & se deũ ostendit, cui futura contingentia nota sunt. Esaię. 41. Annunciate quæ ventura sunt in futur̃, & sciemus, quia dij estis vos, quo fidẽ eor̃ robora ret, & hæc cũ gaudio susciperent, non tanq̃ de manu persequutor̃, sed tanq̃ de manu dei, sine cuius nutu ac voluntate, nulla siue prospera, siue aduersa contingere possunt.

Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram.

Hæc tam dura sciebam vobis euentura, sed tamẽ initio, cũ vos mihi iungerem his de rebus silui, nõ vt fallerẽ vos, sed quia nondũ erat tẽpus, nec eĩ cuiuis tempori conueniunt, & quia sufficiens suffugium ad me habebatis & omne certamen in me reñciebatur.

Et nunc vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis. Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrũ. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, vt ego vadam. Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Iohan. 16 R

Quàm necessaria, vtilis & efficax mundo fuerit spiritus sancti gratia ad mali correctionem & boni promotionen, ostendit. Nunc, inquit, abeundum est, & cum vestra potissimũ causam abeam, vt subducto huius corporis conspectu, proficiatis ad fortiora, tamen hic sermo sic examinauit vos, vt nemo roget, aut cogitet quò vadã, quum non oporteat vos discruciari quòd abeam, sed gaudere potius quod abeam ad patrem vnde profectus sum, iam non abfuturus à vobis, sed aliter vobiscum futurus. Ad eum qui misit me. Gal. 4 At vbi venit plenitudo tẽporis, misit deus filium suum factũ ex muliere, factum sub lege. vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionẽ filior̃ reciperemus. Secundũ eĩ diuinitatem semper est cum patre. Iohan. 8. Qui misit me, mecũ est. Iohan. 1. Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Erit autem tam manifesta ascensionis claritas, vt nemini vestrum sit opus interrogare, videntibus cunctis, quia ad eę los pergam. Actu. 1. Videntibus illis eleuatus est, & nubes susceþit illum ab oculis eorum. Verba hæc spem nobis ingerunt simul & timorem. Spem, quia Christus ad patrem vadit, inde missurus spiritum sanctum. Iohan. 14. Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscũ in ęternũ. Imo interpellaturus pro nobis. Heb. 9. Introiuit in ipsum cælum, vt appareat vultui dei pro nobis. Romañ. 8. Christus Iesus qui mortuus est, imo qui & resurrexit, qui est ad dexteram dei, qui & interpellat pro nobis. Sed qui nunc noster est aduocatus. 1. Iohannis. 2. in iudicio iustus erit iudex. Nam pater oñe iudicium dedit filio, Iohan. 5. Timorem, quia hac nobis via, velimus nolimus, eundum, per mortẽ, scilicet. sed an ad patrem, quis nouit? Ecclesiastes. 9. Sunt iusti atq; sapientes, & opera eorum in manu dei: & tamen nescit homo, vtrum amore, an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta. O quàm felix, qui in hora mortis quum oculi quos modo voluptas claudit, aperientur, dicere posset confidenter: Vado ad eum misit me. Obid enim creati sumus. Ecclesiastes. 12. Reuertatur puluis in terram suam vnde erat, & spiritus redeat ad deum qui dedit illum. Sed heu in multis offendimus omnes, Iaco. 3. Prouerb. 20. Quis potest dicere, mundũ est cor meũ, purus sum à peccato? Nihil vero coinquinatum intrabit in eã. Apoc. 21. ciuitatẽ scilicet Hierusalẽ. Ideo dicamus illud Iob. 10. Dimitte me vt plangam paululũ dolorẽ meũ, anteq̃ vadã & nõ reuertar, ad terrã tenebrosam & opertam mortis caligine, terram miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Sic filius prodigus in se eeuersus, ait: Surgam, & ibo ad patrem, & dicam ei: Pater, peccaui in cęlũ, & coram te, iam nõ sum dignus vocari filius tuus,

Luc.15.occurret haud dubie pater pœnitenti & reuertenti. Sciebat autem dominus, quid verba hæc in cordibus discipulorum agerent, quia videlicet tristitiam magis de abscessu quo eos desereret, quàm de ascensu quo patrem peteret, lætitiam generarent. Nec mirum, quum dixerit persequutores eorum se existimare obsequium præstare deo. & maxime ꝙ in tantis ipsorum periculis ipse deesset. Quantum nobis de ipsius absentia dolendum, sine quo nihil possumus? Iohan.15. Sine me nihil potestis facere. Hieremiæ secũdo. Scito & vide, quia malum & amarum est dereliquisse te dominum, & non esse timorem eius apud te, dicit dominus exercituum. Osee.9. Sed væ eis cum recessero ab eis. Chrysostomus: Sustine modicum, & non contristemini, quia vado: ire enim meum vobis confert, & manere vobiscum, non erit vtile. Nam vos quidem semper velletis esse mecum: sed nisi ego morior pro mundo, & eo ad patrem dato sacrificio & propiciatione pro peccatis, paracletus non veniet. Chrysostomus: Tria sunt quę impediunt, ne quis spiritualiũ fit capax. Amor carnalis, Augustinus: Si carni adhæseritis, capaces spiritus non eritis. Ipsi autem sensualirer dominum adhuc diligebant, quum affectuose, humiliter, & suauiter se ad ipsos haberet, quasi sponsus ad filios. Marc.2. Non possunt filij sponsi lugere, quàm diu cum illis est sponsus. Quanto autem quis plus affectum sequitur carnis, tanto magis impeditur à spiritualium receptione charismatum. 1. Corinth.2. Animalis homo nõ percipit ea, quę sunt spiritus dei. Iohan.7. Spiritus nondum erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Beda: Non ꝙ in terra positus spiritum sanctum dare non possit, (quia dicit Iohan.20. Accipite spiritum sanctum) sed quia ipso in terra posito, illi mentes ad superna erigere non valebant. Tantum enim afficiebantur ipsi, alloquio eius allecti, consilio, conuersatiõe, sensibili dilectione, vt non iungerent animum ad diuinitatem ipsius. Ascendente autem illo cælũ, & ipsi pariter oñe desideriũ suũ illo transferebant. Mat.6. Vbi thesaurus tuus est, ibi & cor tuum erit. Secundum: Duritia cordis. Actu.7. Dura ceruice & incircumcisi cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto restitistis. Tertium, perturbatio mentis. Augustinus: Contristabatur humanus affectus, quia deserebat carnalis aspectus. Nisi ergo submoto carnis cõspectu cœperitis, inquit, esse spiritales, spiritus ille consolator, qui vos fortes reddet & inuictos, non veniet ad vos. Quod si abiero, vosq; neglecta corporali præsentia præparaueritis animos vestros sublimioribus dotibus, quas spiritus ille vobis deferet, tum veniet cõsolator ille à me missus ex patre, nunq; vos relicturus, nec vnq; vos destituturus, nec in vita, nec in morte. Erat siquidẽ diuinũ secretũ arcanũq; cõsiliũ, vt filio dei p̃sente, spũs se non manifestaret, & filio dei absente, se spiritus mundo insinuaret.

Quæ tria obstent spiritualibus capiendis.

3 Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me. De iustitia vero, quia ad patrem vado, & iã non videbitis me. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.

Cum venerit non mutando locum, sed influendo nouum donum, efficiendo nouum effectum, & eliciendo nouum actum. Menti etenim quam replet, non solum vim diuinæ charitatis infundit interius, verumetiã timore carnali depulso, ad increpandũ prauitatẽ malorũ foris fiduciã præstat. Non ergo erit ociosus aut inefficax, sed mundus triplici nomine per eũ conuincetur inexcusabiliter. De peccato omniũ maximo, quodq; cætera peccata oĩa cõplectitur, coarguet: qa quũ viderint cõsentire tot ꝓphetarũ oracula cũ euẽtis, quũ cõspexerint millia hoĩm profiteri nomen meũ, qd tũ habet mũdus q̃d p̃texat obstinatæ malitiæ suæ & incredulitatis? Cũq; cõspexerint prophanas gẽtes p̃ simplicis aquæ tinctură, ac mei noĩs professionẽ ablui à pristinę vitę sordibus, & innocẽtia donari, p alã erit illos volentes ac scientes in suis manere peccatis, & peccata peccatis addere. Cyrillus: Quod Iudæis saluator dicebat, nisi crediderit quia ego sum, moriemini in peccato vestro, Iohan.8. hoc spiritus sanctus re ipsa ostẽdet. Nam ipse dedit eis potestatem filios dei fieri, nempe ijs qui credunt in nomine eius, Iohan.1. Beda: Peccatum incredulitatis quasi speciale ponit, quia sicut fides origo virtutũ, ita solidamentũ vitiorũ in incredulitate persistere, domino terribiliter attestante cognouimus. Iohan.3. Qui non credit, iam iudicatus est. At cõtra: Iustus ex fide viuit, Abac.2. De iustitia, quam cõtempserunt, quia quũ verbũ vitæ audierint, noluerunt credere ad iustitiã. Augustinus: Iustitia credentiũ est, credere in Christum. Romañ.3. Arbitramur enim hominẽ iustificari per fidem, sine operibus legis. Cyrillus: Credentes enim in Christum, vt iure iustificatos, saluabit, quem vt deum verũ susceperunt, neq; suam stabiliri conati sunt iustitiã, sed dei: ij vero qui se sua iustitia putarunt assecutos gratiam, merito spiritu sancto damnant. Roma.10. Ignorantes dei iustitiã, & suam

De peccato argui.

De iustitia

& suam volentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Chrysostomus: Quia dei filiũ ad patrem ire, argumentũ fuit irreprehensibilis vitæ, & inculpatæ iustitiæ, secundũ illud Matth. 3. Sic eñ decet nos implere omnem iustitiam. Roma. 10. Si credideris in corde tuo ꝙ deus illum suscitauit à mortuis, & confitearis in ore tuo dñm Iesum, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Iam autẽ non diu vobiscũ hoc visibili corpore versaturus sum: & tamen sentietis me viuum ac potentem, nihilꝙ nõ præstantẽ eorum quæ pollicitus sum. Videbitis aũt postea in maiestate & gloria. Actu. 1. Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. De iudicio discretionis quod abiecerunt, & diuinæ discussionis quod non timuerunt. Cyrillus: Magno erroris crimine mundum arguit, qui verum & natura deum omisit, & diabolum in creaturis adorauit, qui iam condemnatus cecidit, quod passus non esset, si vere deus fuisset. Iohan. 12. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiꝯcietur foras. Nonne palam fiet, principem huius mundi, qui hactenus per peccatũ exercuit tyrannidem, iam suis ipsius armis victum, eiectum, condemnatumꝙ esse, vt qui mortem meam procurauerit, per quem peccata mundi tolluntur, per quem confertur innocentia, per quem donatur libertas euangelica, per quem datur immortalitas? Tum apparebit fuisse triumphum, quod videbatur ignominia: fuisse victoriam, quod putabatur exitium. Merito ergo damnãtur, qui damnatum illum ac victum sequi maluerunt in mortem æternam, quàm me quem deus velut in regni sui consortium subuexerit, omnibus innocentiæ vitæꝙ autorem. Sic enim deuictus & eiectus est diuisis spolijs, vt nullum vincere possit, nisi volentem & permittentẽ. Iacob. 4. Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Gregorius: Frustra de diabolo conqueritur, qui non vult in Christum credere, quem iudicatum & foras emissum, & propter nostram tantum exercitationem forinsecus impugnare permissum, non solum viri, sed & mulieres & pueri & puellæ martyres vicerunt. Merito ergo arguuntur, qui terribili dei iudicio in primo angelo non terrent, sed vel p infidelitatem sub eius remanent imperio, vel denuo ipsi per peccatum se subijciunt. Iob. 21. Ipse est rex super omnes filios superbiæ. De iudicio

Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Non eñ loquetur a semetipso, sed quæcunꝙ audiet, loquetur, & quæ ventura sunt, annunciabit vobis. Ille me clarificabit, qa de meo accipiet, & annũciabit vobis:

Sunt & alia, quæ & vobis & alijs necessaria sunt, quæ vobis poteram dicere, sed non est huius temporis ea promere, nec vos adhuc capaces estis ob imbecillitatem, nec adhuc peractam huius meæ legationis functionem. Ea spiritui venturo reseruo. Passiones enim vehementes impediunt vsum rationis. Anima enim sedendo & quiescendo fit prudens. Vnde. 1. Corinthiorum. 3. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo, lac vobis potũ dedi, non escam. Gregorius: Dicturus Apostolus, insta importune, præmisit opportune, 2. Timoth. 4. quia apud auditorum mentes ipse se sua vilitate destruit, si habere opportunitatem importunitas nescit. Si enim semper plueret, nunquam terra germinaret. Is ergo vos docebit omnem veritatem, cuius nunc capaces ad plenum non estis. Docet veritatem, contra vanitatem & falsitatem, nec vnam atque alteram, sed omnem. Psalmo. 118. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. Non autem simpliciter omnem, quum futuræ reseruatum sit vitæ. 1. Corinthiorum. 13. Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus: quum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Hinc sanctorum doctorum veritas. 1. Iohannis. 2. Vnctio eius docebit vos de oñibus. Ideo ecclesia quæ spiritu hoc regitur, columna dicitur & firmamentum veritatis, 1. Timot. 3. Sed obseruandum, quod spiritum hunc mũdus non potest accipere, Iohannis. 14. sed in animas sanctas se transfert, amicos dei & prophetas constituit, Sapientiæ. 7. Matth. 11. Confiteor tibi pater domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Non loquetur autem incerta, sed quemadmodum ego nihil loquutus sum quod non audierim apud patrem, ita ille nihil suggeret, nisi quod acceperit à patre, & à me. Est eñ nõ solum oñipotens, sed & omniscians. Sicut filius non est à seipso, sed à patre, & spiritus sanctus ab vtroꝙ, per modum amoris procedens: ideo quicquid eis attribuitur respectu creaturæ, hoc dicuntur ab ipso accipere à quo habent esse. Iohannis. 5. Quod vidit & audiuit, hoc testatur. Iohan. 14. Verba quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor. 1. ohan. 8. Quod vidi apud patrem meũ, hoc loquor. Non autem vt discentem & puerum se introducit, sed quod ni-

quod nihil vel ſciat, vel doceat, quàm quæ pater, ſic & de ſpiritu ſancto. Cum autem proceſſio ſit æterna, per verba omnia tempora explicatur, quoniam æternitas omne tempus comprehendit. Et quia nihil aliud ita deſiderabile eſt humanæ naturæ, vt futurorum cognitio, conſolatur ſuos & ex hoc, quo & imminentia pericula p̃cauere poſſent. Iohel. 2. Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ. Annunciat & nobis futura, cum gaudia nobis patriæ cæleſtis ad memoriam reducit: cum nos à delectatione præſentium abſtrahens, promiſſi in cælis regni deſiderijs inflammat. Ille per vos illuſtrabit gloriam nominis mei, quemadmodum ego per mortem & reſurrectionem meam illuſtrabo gloriam patris. In nomine enim meo omnia & faciet & loquetur, & nihil diuerſum dicet. A patre proficiſcuntur omnia, ſed nihil eſt illius, quod idem non ſit meum: nec quicquam eſt patris aut meum, quod ſpiritui ſancto non ſit commune. Non ergo aliquid temporale vel accidentale accipit, ſed eſſentiale & æternum eſſe, non vt indigens vel diſcens, ſed vt vna eademq; exiſtente cognitione. Ipſum tamẽ quod ab æterno accepit, in tempore nunciauit apoſtolis & alijs. Quis autem ſpiritus habitat in eis, per quos nomen dei blaſphemat? Romanorum. 2.

Omnia quæcunque habet pater, mea ſunt: propterea dixi, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.

Exponit ſemetipſum, q̃ nihil diuerſum à patre accepturus vel annunciaturus ſit. De meo theſauro, qui & patris eſt, ſcĩæ & ſapĩæ. Ioh. 17. Mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt.

Iohan. 16 Modicum, & iam non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me, S quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex diſcipulis eius ad inuicem: Quid eſt hoc quod dicit nobis, modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, & quia vado ad patrem? Dicebant ergo: Quid eſt hoc quod dicit modicum? Neſcimus quid loquitur.

Oſtendit breuem huius vitæ triſtitiam, æterna compenſandam lætitia. Volens em̃ diſcipulos animare, ne nimia ob mortem ſuam deijcerentur triſtitia, ſæpe illam prædixit & reſurrectionis gloriam breui ſequuturam aſcenſionisq; ad patrem ſublimitatem, glorificationis ac redemptionis humanæ conſummationem, quare plus ipſis gaudendum erat, quàm triſtandum. Huius duplicem aſſignat rationem. Prima, abſentiæ breuitas. Breue, inquit, tempus eſt, q̃ orbabimini conſpectu meo, ſed id longum non erit, per triduum ſcilicet mortis, prædicto tempore paſſionis & ſepulturæ completo, rurſus modico tempore, ero vobiſcum corporali præſentia. Actu. 1. Quibus præbuit ſeipſum viuum poſt reſurrectionem ſuam, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno dei. Beda: Ideo me modico tempote à mortuis reſuſcitatum videbitis, quia non ſemper in terra corporaliter manſurus, ſed expleta diſpenſatione aſſumptæ mortalitatis, cum reſurrectionis gloria, ſam per humanitatem quam aſſumpſi aſcenſurus ad patrem. Iohan. 13. Sciens Ieſus, quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem, & quia à deo exiuit, & ad deum vadit. Secunda, aſſiſtentiæ poteſtas, quia ad patrem qui iuuare poteſt, nec pereo, moriendo, ſed tranſeo ad maiorem, vobis maiora largiturus, vbi vobis conſpicuus eſſe deſiero. Iohannis. 14. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia ad patrem vado. Sed carnales diſcipuli affectu carnali inhærentes ipſi, nolebant ipſo carere. Nam ob mortis mentionẽ triſtitia impleti, quæ intelligentiã obnubilat, verba hæc ad plenũ capere nõ valebãt, anteq̃ implerent quæ nobis qa impleta ſunt, manifeſta ſunt, vt dicit Auguſtinus: Videbãtur etiã implicare contradictionẽ. Quõ, inquiunt, videbimus q ſe ſubducit ad patrẽ? Aut quid ſibi vult hoc breue tẽpus, quo ſui videndi copiam nobis adimet, rurſum aliud breue quo ſui videndi copiam nobis faciet? Confitentur imperitiã, & ideo merentur intelligentiam. Audierant Iohan. 13. Filioli, adhuc modicũ vobiſcũ ſum. Et Iohan. 14. Adhuc modicum & iam mundus me non videt, vos autẽ videtis me, ſed nihil dubitabant ſicut modo, quia interim verba multa de eorum perſequutione habuerat, quæ contriſtabant.

2 Cognouit autem Ieſus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quia dixi, modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me? Amen amen dico vobis quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.

Præuenit

Præuenit illoꝝ cogitationem, vt quemadmodum solet, ostenderet sibi notas esse quãuis arcanas hominum cogitationes, quo se deũ declarat. Solius em̃ dei est, cognoscere qd cogitet intellectus, & quid velit affectus. Hiere. Ego dominus scrutans cor, & probans renes. 1. Re. 16. Homo videt ea quę patent, deus autẽ intuetur cor. Beda: Plorabant amatores Christi, videntes illum ligari, crucifigi & sepeliri: mũdus autẽ, id est, mundani (quos ob infimas cogitationes mundũ vocat) cũ morte turpissima condẽnasset illũ, quia grauis erat ei ad videndũ, Sap. 2. gauisus est. Vt aũt mors discipulos cruciabat, & afficiebat gaudio, ita resurrectio discipulos affecit gaudio, contra Iudæos turbabat. Beda: Contristabantur discipuli posito in morte domino, sed agnita eius resurrectione, tristitia versa est in gaudium, visa eius ascensionis potentia, iam maiori gaudio subleuati laudabant dominum, Lucę. 24. Hic sermo cunctis fidelibus conuenit, qui per lachrymas pressuras q̃ ad gaudia æterna peruenire contendunt, qui merito in præsenti plorant, & tristes sunt, quia necdũ valent videre quem diligunt: quia quàmdiu sunt in corpore, à domino & sua patria & regno se peregrinari cognoscunt. 2. Corinth. 5. Psal. 119. Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est, quia per labores & certamina ad coronam sibi perueniendum esse non dubitant. 2. Timoth. 2. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Quoꝝ tristitia vertetur in gaudium, cum finito agone huius vitæ, perennis vitæ brabiũ accipiunt. Flentibus autẽ & contristatis fidelibus mundus gaudet, quia iure in præsentibus qualecunq; gaudiũ habẽt qui alterius vitæ vel nulla gaudia sperant, vel se ad hæc pertingere posse desperant. Lu. 6. Væ vobis qui ridetis nunc, quia flebitis. Esa. 65. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis: ecce serui mei bibẽt, & vos sitietis: ecce serui mei lætabunt, & vos cõfundemini: ecce serui mei laudabũt p̃ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ dolore spiritus vlulabitis. Obserua hic esse tristitiam quandam seculi, quæ est mentis deiectio de re turbabili, in deum non relata. Hæc mortem accelerat. 2. Corinth. 7. Seculi tristitia mortem operatur. Prouerb. 17. Animus gaudens ætatem floridam facit, spiritus tristis exiccat ossa. Prouerbi. 25. Sicut tinea vestimento, & vermis ligno, ita tristitia viri nocent cordi. Eccl. 30. Tristitiam longe expelle à te, multos enim occidit tristitia, & non est vtilitas in illa. Est alia peccati, amaritudo conscientiæ in quolibet opere vitioso. Augustinus: Oĩs inordinatus animus sibi ipsi pœna est. Esa. 48. Non est pax impijs, dicit dominus. Esa. 66. Vermis eorum non morietur. Isidorus: Vis nunquam esse tristis? semper bene viue, reus nanque animus nunquam est securus. Sapientiæ. 17. Frequenter enim præoccupant pessima redarguente conscientia. Cum enim sit timida nequitia, data est in omnium condemnationem. Semper enim præsumit sæua perturbata conscientia. Prouerb. 15. Secura autem mens quasi iuge conuiuium. Est tertia de peccato, dolor pœnitentialis. 2. Corinthio. 7. Quæ secundum deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Matth. 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

Tristitia triplex

Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis.

Comparat dolorem apostolorum dolori parturientis, propter breuitatem & acerbitatem, & propter lætitiam continuam subsequentem. Vnde non dicit, quod non erit dolor, & tribulatio ei, sed nec meminit eius: tantum erit gaudium quod succedet. Sic sancti post præsentis miseriæ terminum, tanto abundabunt gaudio, vt nullius miseriæ memoria occurrat. Apoca. 21. Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra quæ prima abierunt, & dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio oĩa. Nec mirum quòd per tantam tristitiam ingressuri sumus in gaudium, quia & mater per mœrorem in partu, ad hoc venit vt sit mater. Cor vestrum, dicit, quia non carnale & lasciuum, sed spiritale & internum, quale est gaudium angelorum, & ideo stabile & perpetuum. Iohan. 20. Gauisi sunt discipuli viso domino. Est autem gaudium istud purum sine permixtione tristitię. Eccl. 30. Non est cẽsus sup cẽsum salutis corporis, & non est oblectamentum super cordis gaudium. Esa. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. De qua Ioh. 7. Qui sitit, veniat ad me, & bibat. Est verum. Proue. 14. Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus. Roma. 12. Domino seruiẽtes, spe gaudẽtes. Phil. 4. Gaudete in dño semper. 2. Corinth. 6. Quasi tristes, semper autem gaudentes. Est tertio plenum sine defectione.

Gaudij apti proprietates quę & quot.

Matt. 25.

Matth.25. Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. Eſaiæ.51. Lætitia ſempiterna ſuper capita eorum, gaudium & exultationem obtinebunt, fugiet dolor & gemitus. Ego ego ipſe coſolabor vos. Iſtud gaudium adeo perfectum, vt nec conuiciis, nec plagis tolli poſſit, Actu.5. Ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Oſtendit etiam dominus per hoc quod vltra non moriatur, ſed perpetuo viuens, illis incorruptibilis gaudij ſit autor futurus. Beda: Sed & vniuerſa eccleſia per huius vitæ labores & anguſtias, ad æterna cæleſtium tendit præmia gaudiorum. Actu.14. Quoniam per multas tribulationes oportet nos introire in regnum cælorum. 1. Pet.1. In quo exultabitis, modicum nunc, ſi oportet, contriſtari in variis tentationibus, vt probatio veſtræ fidei multo preciofior ſit auro, quod per ignem probatur, inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem, in reuelatione Ieſu Chriſti, quem cum non videritis, diligitis. In quem nunc quoq; non videntes, creditis, credentes aũt exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata in cælis, reportantes finem fidei veſtræ, ſalutem animarum veſtrarum.

Et in illo die non interrogabitis me quicquam.

Nunc multa ſunt de quibus animus veſter geſtit interrogare, tum adeo ſatisfactum erit animis veſtris & oculis, vt nihil amplius exiſtimetis interrogãdum tale quale prius.

Iohan.16 T

Amen amen dico vobis, ſi quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Vſque modo non petiſtis quicquam in nomine meo. Petite, & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum.

Oſtendit nihil defuturum iis, qui totis votis diuino hęrent præſidio. Quid opus eſt, inquit, vobis aliis præſidiis? Pater vnus poteſt omnia, & ille meis amicis, ac meo nomine petentibus, nihil negaturus eſt. Chryſoſtomus: Oſtendit nominis ſui virtutem, quia non viſus, non rogatus, ſed nominatus apud patrem, facit vt ſtatim exaudiantur ab eo. Quo ergo deploratis conſcientiis ſpem petendi precandiq; fiduciam præſtaret, iuramento conteſtatur nos accepturos, ſi quid petierimus patrem in nomine ipſius. Hebræo.6. Impoſſibile eſt mentiri deum. Nume.23. Non eſt deus quaſi homo vt mentiatur, neq; vt filius hominis vt mutetur. Iohan.14. Ego ſum via, veritas, & vita.

Tria in petendo obſeruanda, qnæ

Tria potiſſimum inſinuat obſeruanda in oratione, ſi exaudiri volumus. Primum, quid petendum, vt ſit permanens & decens. Pſal.4. Filij hominum, vſquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Prouer.1. Vſquequo paruuli diligitis infantiam, & ſtulti ea quę ſibi ſunt noxia cupient? Ideo Luc.11. Quanto magis pater veſter cæleſtis dabit ſpiritum bonũ petentibus ſe? Ecce quid petendum? Nam Romañ.8. Si quis ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Secundum, à quo petendum. Iaco.1. Omne datum optimũ, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum. Gal.4. Qm eſtis filij dei, miſit deus ſpm̃ filij ſui in corda veſtra, clamantem abba pater. Sed quid ait dñs Malac.1? Filius honorat patrem ſuum, & ſeruus dñm ſuũ. Si ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus? & ſi dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? dicit dominus exercituum. Chryſoſtomus: Qui orat deum, & peccat, non deum orat, ſed illudit. Iſidorus: Sicut nullum proficit in vulnere medicamentum, ſi ferrum in vulnere remanet, ita nihil proficit oratio illius, cuius adhuc peccatum in mente, vel odium manet in corde. Eccleſiaſt.34. Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio ipſius? Sic homo qui ieiunat in peccatis ſuis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando ſe? Orationem illius quis audiet? Malachiæ.2. Nunquid non pater vnus omniũ noſtrum? Nunquid non deus vnus creauit nos? Quare ergo vnuſquiſq; veſtrum deſpicit fratrem ſuum, violans pactum patrum noſtrorum? Eccleſiaſt.34. Vnus ædificans, & vnus deſtruens, quid prodeſt illis niſi labor? Vnus orans, & vnus maledicens, cuius vocem exaudiet deus? Ideo admonet dominus Matt.5. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens, offers munus tuum. Tertium, quomodo? In nomine meo ait. 1. Timoth.2. Vnus mediator dei & hominum homo Chriſtus Ieſus. Actu.4. Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Auguſtinus: Non petitur in nomine ſaluatoris, quicquid contra rationem petitur ſalutis. Beda: Quotieſcunq; petentes nõ exaudimur, ideo fit, vel quia cõtra auxilium noſtræ petimus ſalutis, & propterea à miſericordiæ patre beneficij gratia, quod inepte petimus, negatur. Sic Paulo ter roganti, reſponſum eſt. 2. Corinth.12. Sufficit tibi gratia mea. Vel vtilia quidem quę ad ſalutem veram reſpiciunt, petimus, ſed ipſi male viuendo, auditum à nobis iuſti iudicis auertimus,

inciden

incidentes in illud Prouerb.28.Qui declinat aurem suam,ne audiat legem,oratio eius erit execrabilis.Vel dum pro peccantibus vt resipiscant oramus,&si salubriter petimus,atque ex nostra parte audiri mereamur,ipsoꝝ tamen peruersitas ne impetremus, obstitit.1.Regum.16.Vsquequo tu luges Saul,cum ego proiecerim eum,ne regnet super Israel? ait dominus Samueli.Hiere.11. Tu noli orare pro populo hoc,& ne assumas pro eis laudē,quia non exaudiam in tempore clamoris eoꝝ ad me,in tempore afflictionis eoꝝ. Veruntamē fructu orationis non priuabimur:quia si illi digni non sunt saluari,nos tamen amoris,quē illis impendimus,mercede donabimur.Fit etiā aliquando, vt salutaria prorsus precibus solicitis ac deuotis quæramus actionibus,nec tamen statim obtineamus quæ petimus, sed in futurum petitionis nostræ differatur effectus.Sic quotidie rogamus,aduenias regnum tuum,Matth.6.idem tamen regnum non mox finita oratione,sed congruo tempore sumus accepturi.Quod pia conditoris nostri dispensatione constat actitari,vt desideria nostræ deuotionis dilatione crescant, & incremento quotidiano magis magisq; prouecta, tandem perfectius capiant gaudia quæ requirunt.Optimus impetrandi modus indicatur Ionæ.3.Et crediderunt viri Niniuitæ domino,& prædicauerunt ieiunium,& vestiti sunt saccis à maiore vsq; ad minorem. Et peruenit verbum ad regem Niniue.Et surrexit de solio suo,& abiecit vestimentum suum à se,& indutus est sacco,& sedit in cinere,& clamauit,& dixit in Niniue ex ore regis & principū eius,dicens: Homines & iumenta & boues & pecora non gustent quicquam,nec pascantur, & aquam non bibant, & operiantur saccis homines,& iumenta clament ad dominum in fortitudine,& conuertatur vir à via sua mala,& ab iniquitate quæ est in manibus eoꝝ.Quis scit,si conuertatur,& ignoscat deus,& reuertatur à furore iræ suæ,& non peribimus? Et vidit deus opera eoꝝ, quia conuersi sunt de via sua mala,& misertus est super malitiam,quam locutus fuerat eis, & non fecit. Vbi quatuor ponit:Primū,fidei firmitas,quia crediderunt domino. Heb.11. Accedentem ad deum opottet credere,quia est,& inquirentium se remunerator sit.Marc.11. Quæcunq; orantes petitis,credite quia accipietis,& fiet vobis.Secundū,conscientiæ humilitas.Eccl.35.Oratio humiliantis se nubes penetrabit.Hanc duobus declarabant. Corporis castigatione. Psal.34.Humiliabam in ieiunio aiam meā, & oratio mea in sinu meo conuertetur.Ornatus depositione.Sic dominus filijs Israel, quum vitulum adorassent,ait Exod.33.Iam nunc depone ornatum tuum,vt sciam quid faciam tibi. Sic Iudith oratura dominum,induit se cilicio,Iudith.9.Et Achab domini audiens sententiam contra se &domū suam,operuit cilicio carnem suam, ieiunauitq; & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite,& factus est sermo ad Heliā Thesbiten,dicēs:Nōne vidisti Achab humiliatū coram me? Quia igitur humiliatus ē mei causa,non inducam malum in diebus eius,sed in diebus filij sui inferam malum domui eius.3.Reg.21.Tertium,pœnitentiæ veritas,quia cōuersi à via sua mala.Esa.1.Lauamini,mundi estote,auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis,quiescite agere peruerse,discite benefacere,quærite iudicium,subuenite oppresso,iudicate pupillo,defendite viduam,& venite,& arguite me,dicit dominus .Si fuerint peccata vestra vt coccinum,quasi nix dealbabuntur.Iob.11.Si dbstuleris iniquitatem quæ est in manu tua à te,& non manserit in tabernaculo tuo iniustitia,tunc leuare poteris faciem tuam absq; macula,& eris stabilis,& non timebis.Quartum,clementiæ diuinæ immensitas.Vidit opera,non attendit solum verba quæ Israel solebat promittere. Exo.14. Omnia quæ loquutus est dominus,faciemus & erimus obedientes. Videns mutata opera, mutauit sententiam:vel potius dicamus q̄ perseuerauit in proposito suo,à principio volens misereri. Non enim punire volebat, nec puniturus erat,qui comminabatur. Euersa ēm fuit Niniue,quæ mala erat,stātibus mœnibus & domibus,euersa est ciuitas in perditis moribus.Et quanuis non sit factum,quod illi homines timebant Iona prædicante futurum factum est tamen quod fuerat deo præcipiente prædictum. Prou.12.Verte impios,& nō erunt.Psal.144.Voluntatem timentium se faciet,& deprecationem eoꝝ exaudiet, & saluos faciet illos.Necessitatem autem petendi insinuat,quia in hanc vsq; horam nihil à summo patre petierant,sed in omnibus necessitatibus ad ipsum recurrebant, semper inuenientes auxilium & leuamen.Luc.22.Quando misi vos sine sacculo & pera,nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt:Nihil.Sic Lucæ.17.Domine,adauge nobis fidem. Augustinus: Quia nomen meum sicut est cognoscendum,nondum agnouistis,sed cognita veritate mei nominis petetis.Psal.9.Sperent in te omnes,qui nouerunt nomen tuum. In quo omne genu flectitur,cælestium,terrestrium,& infernorum.Philip.2. Chrysostomus:Petentis negligentia reprehenditur,vbi de dantis misericordia non dubitatur.Vnde quo fiduciam impetrandi præstaret,hortatur vt petamus. Matth.7. Omnis qui petit, accipit: &qui quærit,inuenit:& pulsanti aperietur.Hactenus,inquit,obstitit vobis præsentia cor-

Quatuor inefficaci oratiōe seu cōuersione

poris, quo minus petieritis aliquid ab illo dignum nomine meo. Post hac petite sublatis in cælum oculis & animis, vbi scitote me præsentem fore patronum: & quicquid postulaueritis, impetrabitis, vt gaudium vestrum, quod post hunc in quo nunc estis mœrorẽ, exredito vobis mei conspectu continget, fiat plenũ ac perpetuum. Non enim quod separor à vobis, existimate vos à me derelictos, sed nomen meum maiorẽ vobis fiduciam dabit, & gaudium vestrum erit plenissimũ, quum accipietis oñes petitiones vestras. Iohannis. 15. Hæc loquutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit, & gaudiũ vestrum impleatur.

Gaudium triplex

Distinguit autem inter gaudium suum & ipsorum. Est enim gaudium temporale & vanum. Ecclesiastes. 2. Risum reputaui errorem, & gaudio dixi, quid frustra deciperis? Hoc in tribus quæritur. 1. Iohannis. 2. Omne quod est in mundo, concupiscentia est oculorum, concupiscentia carnis, & superbia vitæ. Primo in diuitijs, in quibus auari. Iob. 3. Quasi effodientes thesaurum, gaudentq; vehementer cum inuenerint sepulchrum. Antiqui secum thesauros accipiebant ad sepulchra. Sed auarus nunquam implebitur pecunia. Lucæ. 1. Diuites dimisit inanes. Secundo in delicijs, in quibus carnales. Sap. 2. Venite, fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. vino & vngento nos impleamus & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis antequam marcescant, nullum pratũ sit qd nõ pertranseat luxuria nostra. Vbiq; relinquamus signa lætitiæ, quoniam hęc est pars nostra, & hæc est sors nostra. Iob. 21. Infantes eorum exultant lusibus, tenent tympanum & cytharam, gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Qui dixerunt deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Quis est oñipotens, vt seruiamus ei? & quid nobis prodest, si orauerimus eum? Tertio in honoribus, in quibus superbi. Iaco. 4. Nunc autẽ exultatis in superbijs vestris, oñis exultatio talis maligna est. Iob. 20. Gaudium hypocritæ ad instar puncti. Hinc admonet Apostolus. 1. Corinth. 7. Qui gaudent, tanquam non gaudentes sint: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Præterit enim figura mundi huius. 1. Iohan. 2. Et mundus transit, & concupiscentia eius. Et dominus discipulis dixit Lucę. 10. Veruntamen in hoc nolite gaudere, q spiritus vobis subijciuntur. Gaudete autem q nomina vestra scripta sunt in cælis. Est gaudium spirituale & verum.

Gaudium mũdi in q bus seu q quæratur.

Gaudium spirituale

Esaiæ. 61. Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea in deo meo. Beda: Habẽt sancti in præsenti gaudium de spe cælestium bonorum. Romañ. 12. Spe gaudentes. Galat. 5. Fructus spiritus, gaudium, pax, cũ pro domino terrenis exercentur aduersis. Iaco. 1. Oñe gaudium existimate fratres, cum in varias tentationes incideritis. Ro. 8. Non eñ sunt cõdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Cum suadente amore fraterno, discunt gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Roñ. 12. 1. Corinth. 12. Si gaudet vnum membrum, congaudent & oñia membra. Sed non est plenum, quod dolore & fletu variante miscetur. Prouerb. 14. Risus dolore miscetur, & extrema gaudij luctus occupat. Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam, Sapiæ. 9. Gala. 5. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: hæc enim sibi inuicem aduersantur. Est tertio gaudium cæleste & æternum, quod plenũ erit, vbi nemine flente, cum solis datur gaudere gaudentibus. Psal. 16. Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vsq; in finem. O quàm felix qui audire merebitur illud Matth. 25. Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui.

Gaudium cæleste

3 Hæc in prouerbijs locutus sum vobis. Venit hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis, sed palam de patre meo aununciabo vobis. In illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis: ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia a deo exiui.

Hæc interim obscurius & velut per ænigma loquutus sum vobis, nondum quid dicam plene intelligentibus. Sed quum vobis datum fit nosse mysterium regni cælestis, Matt. 13. Venit hora qua palam loquar vobis de patre. Hoc accipi potest vel pro pręsenti, quia clarius de patre statim dixit, vel secundum Chrysostomũ de tempore resurrectionis, quando per dies quadraginta apparens eis, loquutus est de regno dei. Actu. 1. quando aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas, Luc. 24. & spiritum sanctum misit omnem veritatem docentem. Prius autem putabant sic eius esse patrem deum, sicut & noster est gratia. Sed tum hoc quoq; suggeret spiritus cælestis, quid petendum sit, aut quomodo in nomine meo. Romañ. 8. Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabibus. Quo autem maiori fiducia petant patrem, ostendit ipsos

dit ipsos tanquam amicos securum accessum habere ad patrem, sed per ipsum. Ephes.2. Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem. Non ergo excludit suum adiutoriũ, quum aduocatus noster sit.1.Iohannis.2. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christũ iustum. Sed aufert timorem, præbens accessum secuꝝ quia amici. Hinc accepta spiritus sancti gratia, preces ad patrem formabant, Actuũ.4. Amat, inquit, vos pater, non operum vestroꝝ gratia, sed ob id quia me multum diligitis, quia creditis, quod ab ipso profectus sum. Non est probatio per causam, sed per signum. q.d. Ipse pater amat vos, cuius signũ est, quia vos me amastis. Augustinus: Amat nos pater quia amamus filium, cum à patre & filio accipiamus, vt & patrem amemus & filium. Romano.5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Romanoꝝ.11. Quis prior dedit ei, & retribuetur illi? Certissimum ergo est argumentum, paternæ dilectionis, intellectus illuminatio per fidem, & affectus inflammatio per charitatem. Matth.11. Confiteor tibi pater domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

Exiui a patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi, vt quis te interroget. In hoc credimus, quia a deo existi.

Antequam venirem in mundũ assumpto, quod videtis, mortali corpore, iam erã apud patrem, sed vestra causa veni in mundũ, vt vos in cælum eueherem. Beda: Exiuit, quia non in forma qua æqualis est patri, sed in assumpta humanitate apparuit. Baruch.3. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Conspicuum se & amicis & inimicis præbens. Nunc rursus obitis his quæ mandauerat pater, vestra gratia iuxta corporis præsentiam relinquo mundũ, & ad patrem vado. Beda: Ab aspectu mundi amatorum, quod viderant, abstulit, & se amatoribus suis æqualem patri esse credendum docuit, quia humanitatem quam induit per ascensionem ad inuisibilia perduxit. Ephesioꝝ.4. Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cælos. Dicitur autem deus in cælo esse empyreo, quia ibi excellentius operatur, & seipsum clarius manifestat, quamuis secundũ se nullam habeat habitudinem & determinationem ad locum, sed in seipso inuariabiliter æternaliterq; subsistat, tanquam ens vere incircũscriptum, simpliciterq; & perfectiue infinitum. Esaiæ.66. Cælum mihi sedes est, terra scabellum pedum meoꝝ. Hieremiæ.23. Nunquid cælum & tertam ego impleo? Exhilarati discipuli dixerunt: Nunc absq; parabolaꝝ inuolucro palam eloqueris quid sis facturus, nec opus est, vt te quicquam præterea rogemus. Nam tria dixerat, quibus plurimũ consolati fuerunt. Quòd pater eos amaret, & q; à deo erat, & quia ad patrem ibat. Hoc autem maxime inter alia respirare fecit, q; erant amici patris, & quia per hoc respondit ad id quod erat in mente eoꝝ, ideo dicunt, quod palam loquitur. Facile enim intelligit homo, quod diligit audire. In hoc vere, inquiunt, credimus, q; à deo profectus sis, q; cordium arcana penitus habes perspecta. Beda: Aperte ostendunt, quia loquens dominus ad eos, de his maxime disputabat, quæ illos delectabat audire, & quę interrogare volebant. Vnde merito illum scire omnia quasi deum, & quasi dei filiũ à deo venisse confitentur. Apertũ nanq; diuinitatis indiciũ, cogitationũ nosse secreta.3.Reg.8. Tu solus nosti corda omniũ filioꝝ hominum. Hieremiæ.11. Tu autem domine sabaoth, qui iudicas iuste, & probas corda & renes. Non autem transeunter hæc commemoranda sunt, sed solerter inuigilandum est, vt non verba tantum & opera, sed & ipsa cordium secreta diuinis digna reddamus aspectibus. Petamus supernam clementiam, quod est vere in nomine saluatoris petere, vt & cordis munditiã, & boni operis præstet efficaciam, & ante omnia illam sedulo recolamus horam, & citius venire optemus, in qua facie ad faciem clare videre mereamur.1.Iohannis.3. Charissime, nunc filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.

Tria quædam consolatoria Christi verba.

Respõdit eis Iesus: Modo creditis? Ecce venit hora, & iam venit, vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solum solum relinquatis. Et non sum solus, quia pater mecum est. Hæc loquutus sum vobis, vt in me pacem habeatis In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum.

Modo creditis? Imo iam instat tempus, quo declarabitis quàm ex vobisipsis fitis imbecilles. Non solũ enim non fortiter perferetis tẽpestatẽ imminentẽ, sed me deserto solo in

manibus satellitum, qui me rapient ad crucis supplicium, alius alio fugietis, adeo metu perturbatis animis, vt non modo mihi non fitis adhæsuri, sed ne consortio quidē mutuo vobis inuicē auxilio solatioq; futuri, dum sibi quisq; timebit, ne alterius indicio prodatur, aut in periculum veniat. Zachariæ.13. Percute pastorem, & dispergentur oues. Psalm.87. Elongasti à me amicū & proximū, & notos meos à miseria. Verū ego ob id peius non habebo, quia non sum solus, sed habeo patrem mecū: & ita neque per impotentiam mori or, sed voluntarie. In me veram animæ tranquillitatē, & pacem internam ac spiritualem habebitis. Colosseñ.3. Et pax Christi exultet in cordibus vestris, Philippeñ.4. Nihil soliciti sitis, sed in oñi oratione & obsecratione cum gratiarū actione, petitiones vestræ innotescant apud deum. Et pax dei quæ exuperat omnē sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Iesu. Mundus magnis tumultibus coorietur in vos, quēadmodū in me nunc cooritur, sed magno sitis animo, memores quòd ego vici mundū. Ex me sumetis exemplū, à me sperabitis auxiliū. 2. Tim.3. Omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persequutionē patientur. Non ergo oportet timere, sed magis contēnere victū. Sicut enim Adā victo, oñis creatura condēnata est, ita vbi Christus vicit, in omnē naturā victoria transijt, & virtus nostra in Christo Iesu gratiā assequuta est, calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem potestatem inimici, Lucæ.10.

Iohan.17 V

Hæc loquutus est Iesus, & subleuatis oculis in cælum, dixit: Pater, venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum deum verum, & quem misisti Iesum Christum.

Oculos in cælum leuare.

Gestuum in oratione diuersitas.

Ostendit in omnibus tentationibus, relictis omnibus, ad deum confugiendum. Hinc attollens in cælum oculos, ipso corporis habitu docuit, quo foret animus intendendus. Psalm.122. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Confert enim nonnihil ad eleuationem mentis in deum, industria actuum exteriorū, situum, applicationum, quoniam corporalia ad spiritualia ordinantur. Threnoꝝ.3. Leuemus corda nostra cū manibus ad dominū in cælis. Sic oraturus dominū Salomon, genua in terram fixit. 3. Regū.8. Sic pectus publicanus percussit, Lucæ.18. Pater naturalis & consubstantialis, à quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur, Ephesioꝝ.3. Sic & orationē auspicari docuit Matthæi.6. Pater noster qui es in cælis. Augustinus: Omnia quæ fiunt in tempore, causas habent in diuina dispositione, quæ tamen causæ non sunt sub tēpore, quare venit hora, non vt necessaria coactione pateretur, sed diuina dispositione dignaretur. Sic enim expediebat ad humani generis salutem, vt mundus per patrem cognosceret filiū, ac vicissim, per filium cognosceret patrem. Clarificauit pater filium in passione, per solis obscurationē, terræ motū, veli templi & petrarū scissionem, mortuorum suscitationem. Matth.27. Per resurrectionem, Romanoꝝ.1. Qui prædestinatus est filius in virtute, secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorū Iesu Christi. Spiritus sancti missionem. Iohannis.16. Ille me clarificabit. Ipse enim per ora Apostolorū homines ad Christum conuertit, vt eius maiestatem agnoscerent & adorarent. Inde ostendit quæ sit gloria eius & patris. Credere, inqt, oēm carnē & beneficia experiri, gloria dei est. Et sane Chr̄us quantum ad se attinebat, omnes ad fidem adducere curabat: quod autē quidam non attenderunt, non docentis, sed non suscipientiū crimen est. Placuit eñ patri, quicquid largitur hominibus, per filium largiri, per cuius mortem donat omnibus, si velint, vitam æternam. Hoc potestatem indicat vnigeniti & deitatis, dare vitam æternam hominibus. Esaiæ.40. Et videbit omnis caro salutare dei, quod os domini loquutum est. Psalm.63. Ad te omnis caro veniet. Dati enim sunt ipsi electi per prædestinationem & temporalem vocationem. Romanoꝝ.8. Quos prædestinauit, hos & vocauit: quos vocauit, hos & iustificauit. Iohannis.6. Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Per meritum vero Christi introitum habemus ad vitam, quam in Adam amiseramus. Hebræoꝝ.10. Habentes itaq; fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, quam initiauit nobis viam nouam per velamen, id est, per carnem suam. Est autem cognitio per fidem, vita æterna in spe. Iohannis.3. Qui credit in filium, habet vitam æternam. Romanoꝝ.6. Gratia dei vita æterna. Sed fruitio postea in re, quando videbimus facie ad faciem, 1. Corinthioꝝ.13. Perfecta & consummata est felicitas. Dicit autem te solum deum verum, non falsum, sicut dij gentium. Psalm.95. Quoniam omnes dij gentium dæmonia. 1. Iohannis.5.

Et sci-

Et ſcimus quoniam filius dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus deum verum & ſimus in vero filio eius. Hic eſt verus deus & vita æterna. Eſt ergo verus deus, præter quem non eſt alius deus, ita quod dictio illa excluſiua, ſolus, determinat deum, excludens omnem aliam deitatem, quoniam non eſt alia deitas præter eam quæ eſt in patre, & eadem numero eſt in tribus perſonis, quæ ſunt vnus verus deus ſolus, eſtq; hoc modo vnaquæque earum ſolus verus deus. 1. Corinthiorum. 8. Nam & ſi ſunt qui dicantur dij, ſiue in cælo, ſiue in terra, ſiquidem ſunt dij multi, & domini multi, nobis tamen vnus deus pater, ex quo omnia, & nos in illo: & vnus dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum.

Ego te clarificaui ſuper terram, opus conſummaui, quod dediſti mihi, vt faciam. Et nunc clarifica tu me pater apud temetipſum claritate quam habui, priuſquam mundus fieret, apud te. Manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dediſti, & ſermonem tuum ſeruauerunt. Nunc cognouerunt, quia omia quæ dediſti mihi, abs te ſunt: quia verba quæ dediſti mihi, dedi eis, & ipſi acceperunt, & cognouerunt vere, quia a te exiui, & crediderunt, quia tu me miſiſti. 2

Non quæſiui gloriam meam, ſed tuam: verum deieci meipſum ad ſummam ignominiam & humilitatẽ, vt tui nominis gloriam illuſtrarẽ apud homines, omni notitia dei diſſeminata, & perfecto opere quod dediſti mihi. Hoc eſt enim opus incarnationis vnigeniti, ſanctificare noſtram naturã, & proſternere rectorẽ mundi, qui ſe prius deum faciebat, & inſerere creaturæ notitiam dei. Vnde Iohannis. 19. in cruce ait: Conſummatũ eſt. Et nunc tu mi pater, tu viciſſim effice, vt mundus intelligat me totũ in eam gloriam quã habebam apud te, priuſquã hic orbis conderetur*. Collocauit humanã naturã in throno regio, & adoratur nunc ab omni creatura. Effeci vt nomen tuum innotuerit ijs, quos afflatu tuo exẽptos à mundo, mihi tradidiſti. Tui erant quos condidiſti, tui erant quos huic negocio deſtinaras, & eos mihi docendos & formandos tradidiſti. Eſaiæ. 8. Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi dominus, in ſignum & in portentum Iſrael à domino exercituũ qui habitat in Sion. Sermonem meũ quem phariſæi ſpreuerunt, hi velut abs te profectum receperunt, cui credentes, cognouerunt vere quod abs te profectus ſim, abs te miſſus venerim in hunc mundũ. Nunc me docente, cognouerunt naturaliter hæc omnia ad me pertinere tanquam ad filium, qui in rebus paternis potens eſt, & non aliunde acquiſita. Iohannis. 14. Verba qnæ ego loquor vobis, à meipſo non loquor. Iohannis. 7. Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me.

Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, ſed pro his, quos dediſti mihi, quia tui ſunt. Et mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt, & clarificatus ſum in eis. Et iam non ſum in mundo, & hi in mundo ſunt, & ego ad te venio. 3

Nunc quoniam eos relinquo iuxta corporis conuictum, viciſſim illos tuæ bonitati cõmendo ſeruandos, ne deficiant, ſed ſemper in melius proficiant. Sciunt cui debeant acceptam ferre ſuam ſalutem. Ex te pendent. Ego igitur pro his rogo, quos è mundo ſubductos, tuos eſſe voluiſti, vt tua bonitas quod cœpit in illis, perpetuũ ac propriũ eſſe velit. Pro mundo autẽ non rogo, qui malis cupiditatibus excæcatus, pertinaciter reclamat doctrinę meæ, ſibijpſi ſalutem gratis oblatã inuidens. Iaco. 4. Quicunq; voluerit amicus eſſe ſeculi huius, inimicus dei conſtituitur. 1. Iohannis. 2. Si quis diligit mundũ, non eſt charitas patris in eo. 2. Timoth. 2. Nouit dominus qui ſunt eius. Sine meritis prædeſtinati præ- Prędeſtinatio quæ includat.
uijs, ſic tamen quod prędeſtinatiõis effectũ ſine meritis Chriſti, & precibus obtinere non debuerunt. Prædeſtinatio nanq; vniuerſa includit quę ad ſalutẽ prædeſtinati concurrunt, quare comprehendit & preces quæ pro prædeſtinatis funduntur. Ideo mei ſunt, quia tui ſunt, quod inter nos ſit rerum omnium cõmunio. Non enim nunc accepi poteſtatem, ſed quando tui fuerunt, & mei fuerunt. Glorificatur filius in his quæ ſunt patris, tantam omnium habens poteſtatem, ſicut & pater, quam claritatem & diſcipuli cognouerunt. Actu. 4. Non eſt in aliquo alio ſalus. Actuũ. 10. Hic eſt qui conſtitutus eſt à deo iudex viuorum & mortuorum. Iamq; non ſum in mundo, quem mox relinquo. Cæterum hi mei loco manent in mundo, adhuc ſparſuri per vniuerſas orbis nationes quod à me didicerunt. Quicquid docuerint, quicquid fecerint, quoniam intelligetur à nobis eſſe profectum, ad noſtri nominis gloriam referetur.

Iohan.17 X

Pater ſancte,ſerua eos in nomine tuo,quos dediſti mihi,vt ſint vnum ſicut & nos. Cum eſſem cum eis,ego ſeruabam eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi,ego cuſtodiui, & nemo ex eis periit,niſi filius perditionis, vt ſcriptura impleatur. Nunc autem ad te venio,& hæc loquor in mundo,vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis.

Quia verisimile erat triſtari eos, vtpote qui relinquebantur adiutore deſtituti, oſtendit quod patri eos cõmendet, & illũ cuſtodẽ eis præficiat. Pater, omnis ſanctitatis origo cauſalis,indeficiens & fontanea, ſerua eos in fide & charitate nominis tui, vt perſeuerent in te,& cũ ceciderint non collidantur. Pſal.36. Cũ ceciderit,non collidetur:quia dominus ſupponit manũ ſuã. Sint vnũ per ſanctæ dilectionis coagulum: nam ſi charitatẽ inter ſe habuerint,inuicti erunt,& nihil eis præualebit. Non autẽ ſimpliciter ſint vnũ, ſed ſicut ego & tu,vnũ ſapientes,& vnũ volentes,illa eos concordia cuſtodiet. 1. Corin. 1. Obſecro vos fratres per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis oẽs,& non ſint in vobis ſchiſmata. Sicut eñ inuidia cõiũctos diſſoluit,ita charitas diſiunctos vnit. Col. 3. Sup oĩa aũt charitatẽ habete,quod eſt vinculũ perfectionis. Quantũ ad me attinet,nullũ perdidi, nullũ amiſi:quod quidã à ſeipſis reſilierint,nihil hoc ad me. Nam nihil à me ptermiſſum eſt,quod illos ad meliorẽ mentẽ reuocare debuerit. Dicitur filius perditionis,quia digna fecit perditione æterna. Sic Antichriſtus filius perditionis dicitur. 2. Theſſa. 2. Licet enim Iudas cũ Chriſto eſſet, non tamen ipſius erat, ſed perditioni natus erat, quã ipſe ſibi ſuopte vitio volens accerſiuit. Venio ad te,per corporalẽ aſcenſionẽ,& hæc loquor quo plenum in ſemetipſis habeant gaudiũ,nunc ſpe de cæleſtibus gaudentes, & poſtea re in cæleſti gloria. Iohan. 15. Hęc loquutus ſum vobis, vt gaudiũ meũ in vobis ſit,& gaudiũ veſtrum impleatur. Homines inhiant rebus terrenis & caducis,ego cęleſtia doceo. Doctrinam abs te traditã,tradidi illis:quam aſpernante mundo,hi pauci amplexi ſunt,& ob hoc mundus hos velut ſui deſertores,& ad nos transfugas,odio proſequitur,non ob aliud,niſi quod nobis adhærent,mundo renunciantes. Non habent mentẽ mundo agglutinatã,& omne ſtudium in illũ inſumentẽ. Simplex illoꝝ erga nos fiducia meretur cæleſtẽ fauorẽ,& odium in eos mundi noſtra cauſa exortum,prouocat noſtram erga illos beneuolentiam.

2 Ego dedi eis ſermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non ſunt de mundo,ſicut & ego non ſum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos a malo. De mundo non ſunt, ſicut & ego non ſum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas eſt. Sicut tu me miſiſti in mundum,ita & ego miſi eos in mundũ: & pro eis ego ſanctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, ſed & pro eis qui per verbum eorum crediturí ſunt in me, vt omnes vnum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipſi in vobis vnum ſint, vt credat mundus, quia tu me miſiſti.

Nihil commune habent cum terra,cælorum facti ciues: & ita quia mundus omnis ita vt alienis vſurus eſt eis, tu pater cæleſtis poſthac vt cæli ciues adiuua. Epheſioꝝ. 2. Non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctoꝝ, & domeſtici dei. Hoc tantum rogo,ne viuentes in mundo,mundi vitijs contaminentur: & à nobis deſciſcentes,reuoluantur in mundi factionem. Id eñ ſine tuo prędidio vitare nõ poterunt,tot inſultibus impetiti. Serua eos à malo culpæ,nam mala pœnæ proficua ſunt. Mat. 5. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam,quoniam ipſoꝝ eſt regnum cæloꝝ. Mihi adhærent,mei palmites ſunt,mea membra ſunt:ita fit, vt quemadmodũ ego alienus ſum à mundo, quoniam adhæreo tibi,ita & hi ſint à mundo alieni,quoniã adhærent mihi. Sanctifica eos per ſpiritum ſanctificantem, & cuſtodi eos in rectitudine ſermonis & dogmatum,& erudi eos, & doce veritatem doctrinæ,vitæ & iuſtitiæ, ne iuſti apparere tantum velint vt hypocritæ. Sermo tuus quem ego docui,pura veritas eſt, non habet fucos, non habet vmbrarum fumos. Pſalmo. 118. Principium verborum tuorum veritas. Quemadmodum ex charitate me miſiſti, vt hominibus æternam annunciarem ſalutem, ita & ego miſi eos ad annunciandum regnum dei. Matthæi. 10. Euntes,prædicate, dicentes: Quia appropinquabit regnum cælorum, Huius rei gratia memetipſum victimam immolo tibi, vt & hi

purgati à

purgati à peccatis, puri perseuerent in prædicatione veritatis euangelicæ. Non enim potest pure prædicare doctrinam meam mundo, qui mundanis fuerit affectibus obnoxius. Erigit discipulorum animos, quod habituri sint multos discipulos per fidei dilatationem. Rogauit pro Petro, ne deficeret fides eius, Lucæ. 22. Rogat nunc vt fideles fide & charitate conglutinati, pacem & concordiam inter se, & erga deum indiuisam habeant fidem. Ego per spiritum meum agam in illis, quemadmodum tu in me veritatem tuam exercui stirita fiet, vt ipsi quoque velut vnius corporis membra vni adhærentia capiti, & eodem vegetata spiritu, mutua concordia inter sese cohæreant, vt vndique sit absoluta pfectaq; concordia in cælis & in terris. Obserua hic, esse vnitatem naturæ, quæ coalescit, eo quod vna substantia tribus communicatur, estq; in tribus vna essentia, vna diuinitas, vna & par æqualitas. Iohannis. 10. Ego & pater vnum sumus. Deiformitatis, qua participatione diuinitatis creaturis communicata, in deum transeunt ac transferuntur (seruata naturæ veritate) homines, perinde atque ignitum ferrum efficacia ignis fit igniforme, estq; hæc admirabilis & summa quædam vnitas, qua tunc erimus participes quando videmus deum sicuti est, 1. Iohannis. tertio. 1. Corinthiorum. 6. Qui adhæret deo, vnus spiritus est cum eo. Consensionis & voluntatis, vbi est idē velle & idem nolle. Solet hæc in malis quoque inueniri. Psalm. 2. Principes conuenerunt in vnum aduersus dominum & aduersus Christum eius. Cuius exordium caro, & ea quæ ex hac oritur concupiscentia, malorum omnium radix. 1. Timoth. 6. Alia in bonum vergit quæ ex virtutibus coalescit, cuius copula est amor. Psalm. 132. Ecce quàm bonum & quàm iocundum, habitare fratres in vnum. Actum. 4. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Hac oportet nos esse concordes, si modo vnam patris hæreditatem volumus possidere. Philippen. 2. Si qua consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis, implete gaudium meum, vt idem sapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes, id ipsum sentientes. Tanta autem debet esse Christiani hominis perfectio, vt videntes cognoscant fidem in Iesum sanctam & veram. 1. Petr. 2. Conuersationem vestrā inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detrectant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent deum in die visitationis. Sic in primitiua ecclesia gratiam habebant ad omnem plebem, Actu. 2.

Et ego claritatē quam tu dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum, & cognoscat 3
mundus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante mundi constitutionem. Pater iuste, mundus te non cognouit, ego autē te cognoui: & hi cognouerunt quia tu me misisti, & notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

Ego claritatem gloriæ immortalis dedi eis. Philippen. 3. Saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Sic & gloriam miraculorum, Lucæ. 10. Similiter scientiæ claritatem. Iohannis. 15. Omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Vt sint vnum per charitatem, sicut nos vnum per naturam. Vt ad perfectionem mutuæ vnionis, quæ in patria habetur, perducantur, vbi est deus omnia in omnibus. Iohannis. 13. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Vbique orat mundū per fidem ipsum à patre missum cognoscere, qua cognitione maxime inflāmatur dilectio fideliū ad deum, qui sic dilexit nos, vt filiū suum vnigenitū daret, (Iohannis. 3) vt omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitā æternā. Dilexit pater ipsum, vt filiū naturalem & vnicū: apostolos, vt filios adoptiuos. Iam iamq; discessurus, gloriæ ostendit magnitudinē, si perseuerent. Pater, inquit, cupio vt quēamodū hi quos ex mundo sublatos tradidisti mihi, vt futuri sunt imitatores afflictionū & crucis meæ, ita sint & glorię consortes, vt quēadmodū spectatores fuerunt humilitatis meæ, ac testes erunt supplicij mei, ita sint & gloriæ spectatores, quā mihi his malis defuncto daturus es, vt & ipsi discant per afflictiones tendere ad æterna gaudia, per ignominiam, ad æternam proficisci gloriā. Homini requies maxima, videre gloriā filij dei. Nā quia pater genuit eū, necessario gloriæ autor fuit & suppeditator, qui substantiæ autor dicitur. Vbi sum, inquit, Ioh. 3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. Quanuis modo sit

cum infidelibus per gratiam & in sacramento, Matthæi.28. Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationẽ seculi, & ipsi cũ illo per fidem, nihilo minus tamen distamus aliquo modo.2.Corinth.5. Dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à dño. Tunc autẽ videbunt facie ad faciẽ.1.Corinth.13. Pater iuste, fons & origo vniuersæ iustitiæ. Psalm.10. Iustus dñs & iustitias dilexit. A me nihil est præteritũ, quo minus innotescerem hominibus, sed mundus magna ex parte suis vitijs obcæcatus, noluit te agnoscere, qui mihi te docenti noluit credere, ideo priuabuntur præmijs & gloria. Accipit hic mundũ pro reprobis & mundo deditis, qui totus in maligno positus est, 1. Iohannis.5. Ego vero purus à mundo te noui & cognitũ prædicaui. Matthæ.11. Nemo nouit filiũ nisi pater, neq; patrẽ quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Nec oñino frustra fuit prædicatio mea, quia per me cognouerunt te hi quos in hoc delegeras, vt cognoscerẽt, quòd abs te profectus sim. Notũ itaq; feci, & notũ faciam misso spiritu sancto, qui inducet eos in omnẽ veritatẽ. Et si didicerint quis tu, tua dilectio qua dilexisti me, in ipsis erit, & ego in eis, vt vniti capiti suo, vitam gloriæ sortiantur. Iohannis.15. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructũ multum. 1. Iohannis.4. Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo.

## ¶ De Passione domini.

## ARTICVLVS XXX.

CHristus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationẽ & hostiam deo in odorem suauitatis, Ephesioꝝ.5. Affectuosis & si breuibus, verbis amarissimæ passionis dominicæ insinuat, & causam & modum. Eramus enim omnes natura filij iræ, Ephesioꝝ.2. Nam in Adam omnes peccauerunt, & egent gloria dei, Roma.3. Hinc Lucæ.19. Venit filius hominis quærere & saluũ facere quod perierat. Tria ergo hisce in verbis indicat Apostolus circa passionem attendenda. Primũ: Copiosus dilectionis affectus. Hiereñ.31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Vnde dominus Iohannis.3. Sic deus dilexit mundũ, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illũ, non pereat, sed habeat vitam æternam. Vere magnum charitatis indicium. Iohannis.15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animã suam quis ponat pro amicis suis. Sed ipse pro inimicis mortuus est. Romanoꝝ.5. Vt quid enim quũ adhuc infirmi essemus. Christus secundũ tempus mortuus est. Hinc hortatur Iohannes, 1. Iohan.4. Diligamus deũ, quoniam ipse prior dilexit nos. Secundũ, doloroſus passionis effectus. Nam seipsum tradidit oblationem & hostiam. Esaiæ.53. Tradidit in mortẽ animam suam. 1. Iohannis.3. In hoc cognouimus charitatem dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit. Matth.20. Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis. Bonauentura: Mors est priuatio vitæ, & habet comparationem ad inferentem, & ad eum qui sustinet. Et secundum hoc dupliciter potest quis alium tradere in mortem: Aut quia facit, vt alij inferant ei mortem, aut quia facit vt sustineat. Quoniam autem sustinentia mortis fuit à deo patre, & à Christo, quia deus pater voluit vt ipse sustineret mortem, & ipse voluntarie sustinuit. Esaiæ.53. Oblatus est, quia ipse voluit. Lucæ.22. Et filius quidem hominis secundum quod diffinitum est, vadit. Hinc est quòd traditus dicitur à patre, traditus & à seipso. Rursus, quia Iudas & Iudæi procuraueruut, vt alij inferrent ei mortem, hinc traditus dicitur à Iuda & Iudæis. Et quoniam laudabilis fuit sufferentia mortis, illatio autem vituperabilis, hinc est quod traditio patris & Christi, laudatur: Iudæ autem ac Iudæorum, vituperatur. Traditus ergo à patre, ex charitatis eminentia. 1. Iohannis.4. In hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium suum misit in mundum, vt viuamus per ipsum. Romanoꝝ.8. Qui etiam proprio filio suo non pepercit deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo etiam non omnia cum illo nobis donauit? O nunquam obliuiscenda dilectio. A seipso, ex humilitatis obedientia. Philippen.2. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. 1. Petri.2. Tradebat autem iudicanti se iniuste, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. A Iudæis, ex probitatis & veritatis inuidentia: quia enim vitia ipsorum carpebat, exarserunt inuidia contra eum. Sapientiæ.2. Circunueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ: promittit se scientiam dei habere, & filium dei se nominat: Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarꝝ, grauis est nobis etiam ad videndũ: quoniam dissimilis est alijs vita illius, & immutatę sunt viæ eius. Tanquã nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à vijs nostris tanq̃ ab im-

Mors quid

Dupliciter quẽ a quo tradi i mortem

Christus q̃ varie i mortem tradi tus

ab immunditijs, & profert nouissima iustorum, & gloriatur patrem se habere deum. Videamus ergo si sermones illius veri sint, & tentemus quæ ventura sunt illi, & sciemus, quæ erunt nouissima illius. Si enim est verus filius dei, suscipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum. Contumelia & tormento interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius. Morte turpissima condemnemus eum. Erit enim respectus ex sermonibus illius. Adamussim vsque, inuidiam Iudæorũ & Christi innocentiam depinxit. Hinc Matthæi. 27. de Pilato dicitur: Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Vnde quo magis cernebant gloriam Christi emicare, eo amplius inuidia stimulati, in mortem domini conspirabant. Vnde Lazaro resuscitato, inito consilio, diffinierunt quàm primũ Christum morti tradendum, Iohannis. 11. Sic videntes Iesum plausu populari laudari, dixerunt Iohan. 12. Videtis, quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abijt. Iudas ipsum tradidit ex cupiditatis dementia. Sic enim pecuniæ cupiditate dementatus fuit, vt non consideraret, quid, quanti venderet, sed solum vt venderet. Matthæi. 26. Quid vultis mihi dare, & ego vobis illum tradam? Qui audientes (Marci. 14.) gauisi sunt, & constituerunt ei triginta denarios, Matthæi. 26. O quot sunt qui multo minoris vendunt, pro quibus sanguinem ipse fudit, hoc est, animas suas, proximos suos. Tertium: Gratiosus redemptionis fructus. 2. Corinthio. 5. Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum. Innotescit ergo quàm graue & enorme sit peccatum, pro cuius expiatione mortuus est vnicus filius dei, vt dei appareat iustitia, qua maluit filium occidi, quàm peccatum manere inultum: & misericordia refulgeat, qua sic compassus est generi humano, vt pro ipsius salute vnigenitum daret. Romanorũ. 5. Commendat autem charitatem suam deus in nobis, quoniam si cum adhuc peccatores essemus secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est, multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Hebræorũ. 13. Iesus vt sanctificaret populum per suum sanguinem, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes. Bernardus: Super omnia te mihi reddit amabilem bone Iesu, calix quem bibisti, opus redemptionis nostræ, hoc amorem meum facile sibi vendicat. Quotidiana Christiani hominis lectio, esse debet recordatio passionis Christi: quia nihil ita cor humanum accendit, vt sedulo & profunde recogitata passio, & humanitas saluatoris. Potest anima deuota domini passionem contemplari quadrupliciter, in ordine ad quatuor effectus, in animo meditantis consequendos. Nam in seipsa considerata, maxima occurrit amaritudo: ideo est compunctiua ad compassionem. In causa monstratur inaudita dilectio, sic est inflammatiua ad amorem. In modo relucet perfecta virtutum exemplatio, vnde est illuminatiua ad imitationẽ. In fructu monstrat plena ꝓditorũ restauratio, & sic est consolatiua ad desolatorũ erectionẽ. Ergo si durus es, & quasi insensibilis ad deuotionẽ, in primo diligenter exercitare, & deuotaberis: si frigidus & segnis, in secundo inflammaberis: si hebes & stolidus, in tertio illuminaberis: si tristis & desolatus, in quarto consolaberis. Hinc Paschasius papa: Semel Christus mortuus est iustus pro iniustis: & scimus, & certum habemus, & spe immobili retinemus, quia Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur, Romanorum. 6. Tamen ne vnquam obliuiscamur quod semel factum est, in memoria nostri fit omni anno quando pascha celebratur. Nunquid enim toties Christus occiditur? sed tamen anniuersaria recordatio, repræsentat nobis quod olim factum est, & sic nos moueri facit, tanquam videamus dominum præsentem in cruce. Bonauentura: Qui in cruce domini, iuxta dictum apostolicum, Galatas sexto, vult gloriari, sedula debet cordis meditatione in ipsa perfistere, cuius mysteria & quę circa ipsam facta sunt, si toto forent mentis intuitu perspecta, in nouum adducerent statum meditantem. Nam profundo corde, & totis viscerum medullis eam perscrutanti, multi adsunt passus inspirati, ex quibus nouam compassionem, nouum amorem, nouas consolationes, & per consequens nouum quendam statum perciperet, in præsagium futuræ gloriæ. Ad hunc statum consequendum, tota mentis acies vigilantibus oculis illuc dirigenda, extraneis omissis curis, & quasi præsentialiter adsit, singula quæ contigerunt, affectuose, diligenter, morose, & perseueranter contemplanda. Nec nos tædere debet audire, & contemplari, quæ ipse dignatus est pro nobis pati.

Tertium

Passio domini quoꝫ tupliciter considereꝫ

¶ De oratione domini & captione.

ARTICVLVS XXXI.

Hæc cum

B HAec cum dixisset Iesus, hymno dicto, egressus cum discipulis suis, ibat trans torrentem Cedron secundum consuetudinem in montem oliuarum. Sequuti sunt autem eum & discipuli. Tunc dicit discipulis suis: Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Respondens autem Petrus, ait: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor: Et ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia tu hodie in hac nocte, priusquam gallus bis vocem dederit, ter me es abnegaturus. At ille amplius loquebatur: Etiam si oportuerit me simul cõmori tibi, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt.

Postquam dominus dulci sermone confortasset erexisset̃q; suorũ animos, & gregem suum patri commendasset, (Iohannis.17.) hymno ex more dicto in laudem dei, (Semper enim agendæ gratiæ, siue prospera, siue aduersa contingant, semper laudes deo canendæ sunt) vltro proficiscitur obuiam ijs, à quibus capiendus erat, quo se volentem pati declararet, trans torrentem per vallem Iosaphat inter Hierusalem & montem oliueti currentem, vbi plurimæ cedri, vnde apud Hebræos ex re nomen habuit Cedron. Chrysostomus: Solitus erat dominus solitaria loca, & à tumultibus quieta quærere, quando volebat aliquid secrete, & sublime docere discipulos, quod ab alijs non erat fas audiri. Theoph. Post cœnam nequaquam inertia, aut iocus aut somnus occupant dominum, sed oratio & doctrina. Ascendit autem in montem oliuarũ, per quem pietas Iesu designatur, qui totius gratiæ fons est: ad hunc ipsum sequi debemus, vt hinc oleo misericordiç dignemur, & influat in nos dei gratia, quæ optimus est liquor medendis peccatorum vulneribus. Canti.1. Oleum effusum nomen tuum. Secuti sunt eum mœsto corde & tremulo corpore discipuli, vndecim videlicet. nam Iudas exierat ad verbũ. Quod facis, fac citius (Iohannis.13.) ad consummationem sceleris, ad acquisitionem viliſſimæ mercedis, ferocem armatorum cohortem congregaturus. Parat autem animos eorum ad tolerantiam imminentis periculi, non ignarus imbecillitatis illorũ. Verum ne desponderent animũ, consolatur eos prophetia, Zachariæ.13. Et mox futura resurrectione, simul tempus locum̃q; designans vicinum, vbi rursus ipsum essent conspecturi. Percutiam, inquit. Esaiæ.53. Propter scelus populi mei percussi eum. Psalm̃.68. Quoniam quem tu percussisti, persequuti sunt: & super dolorem vulnerum meorũ addiderunt. Sed quemadmodum mors mea vos reddet dissipatos & turbatos, ita resurrectio mea vos refocillatos colliget in vnum. Petrus itaque non satis sibi notus, fortitudine quadam humana ac temporaria, negat futurum quod ex prophetia futurum prædixit. Iesus autem penitus cupiens ex animis nostris euellere nostri fiduciam, prædixit illi casum. Petrus autem quod maioris erat temeritatis, vnum se cæteris omnibus anteponit: quare dominus ipsum, quanquam feruentissimi esset amoris in dominum, cadere permisit, quo præsumptio humiliaretur, & plus Christi verbis, quàm sibi fideret: necnon in suo casu disceret, quomodo alijs misereri deberet. At Petri temeritatem imitati sunt, & reliqui Apostoli, Christum & ipsi abnegaturi, si similis casus accidisset. Sic vsuenire solet ijs, qui viribus proprijs putant se posse victores vitiorum euadere, cum interim ex gratia pendeant. 1. Corinthiorum. 15. Gratia dei sum id quod sum.

Tunc venit cum illis in villam quæ dicitur Gethsemani, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius. Et ait illis: Sedete hic, donec vadam illuc & orem. Vos autem vigilate & orate, ne intretis in tẽtationem. Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cœpit pauere, tædere, & contristari, & mœstus esse, & ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortem Sustinete hic, & vigilate mecum. Orate, ne intretis in tentationem.

Nemo potest ascendere in crucem Iesu, nisi prius descendat in vallem hanc, nisi sese deiecerit, abdicatis omnibus humanæ superbiæ præsidijs. Gethsemani, vallis pinguedinum dicitur: morte autem domini pinguescunt animæ nostræ atque saginantur. Psal.62. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. In horto captus est & orauit, satisfaciens pro pecca

pro peccato primorum parentum in horto contracto, quo nos in hortum reduceret deliciarum cælestium, & quia notus erat locus traditori. Vtinam cor nostrum hortus sit delicioſus, in quem Iesus intrare dignetur, virtutum gratiarumq; graminibus plenus, redolens quasi odor bonus. 2. Corinth. 5. Christi bonus odor sumus in omni loco. Cant. 5. Veniat dilectus meus in hortum suum. Iussit autem octo in initio horti sedere, qui tamen ægre diuellebantur à magistro quē amabant, vehementer quidem, sed tamen affectu adhuc humano. Hilarius: Iussit eos subsidere & expectare redeuntem, donec solus pro cunctis oret, quia eius oratio omnium nostrum est redemptio. Quo autem subsistere possent aduersus tempestatē imminentē, monuit vt vigilarent & orarent, ne si eos tentator ocioſos & oscitantes opprimeret, incautos illaquearet & superaret. Hinc ostendit quibus armis Christiano militi in afflictionibus vtendum sit. Relictis ergo octo, tres assumpsit, aliquantulum diuertens à latere montis, quibus singularem affectus sui dilectionem ostenderat, & qui præ cæteris magnalia promiserant. Siquidem Petrus in mortem & in carcerem se cum domino iturum promisit, Luc. 22. Iohannes & Iacobus calicem domini se bibituros spoponderunt, Matt. 20. Erant autem in Iesu duo inter se diuersissima, diuina maiestas qua nihil sublimius, & humana imbecillitas qua nihil abiectius. Quoniam autem his tribus gustum aliquem præbuerat suæ sublimitatis (Matth. 17.) in transfiguratione, voluit eosdem extremæ abiectionis & humilitatis esse testes, vt in eodem discerent, & quid esset imitandum, & quid sperandum. Verum vt homo prorsus omni destitutus auxilio, cœpit pauere, nec dissimulauit anxietatem animi apud amicos. Tristis, inquit, est anima mea. Psal. 87. Repleta est malis aīa mea, Gloſſa, id est, doloribus & pœnis. Vsq; ad mortē, hoc est, tā vehemēter, vt mortē induceret, nisi diuina dispensatione ad alia reseruaret, vel extensiue ad mortem vsque duratura nec subleuanda. Considerare possumus Christum in passione bifariam: semel, vt deum omnis affectionis humanæ expertem. Neque em̄ eius natura, qui semper idem est, Psal. 101. & apud quem nulla est transmutatio, Iaco. 1. varijs agitari & duci potest affectibus, neq; tristitia, neq; dolore, vt homines affici. Malachiæ. 3. Ego deus & non mutor. Altero, vt eum qui formam serui suapte sponte suscepit, & eiusmodi formam, qua nostra incommoda sentiret, quave compateretur. Philip. 2. Hieronymus: Dominus noster, vt veritatem in se probaret assumpti hominis, vere quidem contristatus est: sed ne passio illius in animo dominaretur, cœpit contristari. Aliud enim est contristari, aliud incipere contristari. Vnde est tristitia quædam inordinata, rationē prę-ueniens atq; impediens, quæ non cadit in constantem virum. Prouerb. 12. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Talis non fuit in Christo. Esaiæ. 42. Non erit tristis neq; turbulentus. Alia ordinata & bona, rationem sequens, & vanitatem excludens. Ecclesiastes. 7. Cor sapientum vbi tristitia. 2. Corinth. 7. Quæ secundum deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Tristabatur ergo & timebat, prout timor & tristitia sunt naturales affectiones & passiones, vel potius propassiones appetitus sensitini, secundum Hieronymum. Verum non dominabatur illi vspiam vlla tristitia, neq; à culmine virtutis deiecit, vt nos sæpe nostro malo experimur, sed rationis imperium sequebatur. Duo autem præcipuo Christum affecere angore & tristitia: alterum in animam grassabatur, peccatum & dei offensa, quæ prope infinita erat. Esaiæ. 53. Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum. Ambrosius: Doles domine, & vere doles, non tua vulnera, sed nostra crimina. Alterum modo ex animo, modo ex corporis qualitate nascebatur, imo ex vtriusque vicinitate. Non enim non potuit affici tristibus obiectis, qui sensum habuit probe clareq; omnia dijudicantem. Iam enim ob oculos posita cuncta pericula, cuncta peccata, vniuersa tormenta, omnium hominum scandalum & ingratitudinem, pro quibus patiebatur, præsentissime cernebat. Bernardus: O gaudium, o lætitia, tu lætificas ciuitatem dei, tu totum obiectum beatitudinis, quid contristaris? Nonne tu es deus totius consolationis, qui consolaris nos in omni tribulatione nostra? (2. Corinthior. 1.) & quomodo tristes consolaris, si tristis est anima tua? Iussit vigilare secum, non quasi indigeat, sed quia sic ipsis expediebat. Tempus enim hoc non somnum postulabat, sed vigiliam & intē tam deprecationem. Quo facto paululum progressus, ac veluti prorsus ab oīi solatio hominum destitutus, planeq; deploratus quod ad humanas attinebat opes, confugit ad patris auxilium, nec apud hunc statim inuenturus mali leuamen. Horrebat natura corporis cruciatum ac mortem imminentem, quæ nihil vult nisi quod conuenit sibi. Procidit in faciem, vt humilitatem mentis, habitu corporis commendet, vt dicit Hieronymus.

In horto cū capi voluerit Iesus.

Christū in passione bifariam considerari.

Quæ duo Christū potissime anxeriot

Et progressus pusillum, & ipse auulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis, & positis genibus, procidit in faciem suam super terram, & orauit, vt si fieri posset

ri posset, transiret ab eo hora, & dixit: Abba pater, omnia tibi possibilia sunt. Si possibile est transfer calicem hunc a me. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu, fiat voluntas tua. Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes, & ait Petro: Simon, dormis? Sic non potuisti vna hora vigilare mecum? Vt quid dormitis? surgite, vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.

Bonauentura: Hic parumper subsiste & mirabilia domini dei tui mente pertracta, orat enim nunc dominus, sed & sæpius orasse legitur: sed pro nobis tunc aduocatus noster, nunc autem pro se orabat. Compatere, & admirare profundissimam humilitatem. Cum enim sit deus patri coæternus & coæqualis, oblitus videtur se esse deum, orat vt homo, stat tanquam quilibet homunculus de populo, deum orans. Considera etiam perfectissimam obedientiam. Quid enim orat? certe vt hora mortis transferatur. habet hoc expedire, vt non moreretur si ei placeret, sed non exauditur secundum aliquam voluntatẽ, quę erat in eo, quia vult pater, vt penitus moriatur, & ei quanuis coæterno & vnico filio proprio non pepercit, sed pro nobis tradidit. Roma. 8. Dominus autem Iesus hanc obedientiam suam suscipit, & exequitur reuerenter. Vide tertio indicibilem ad nos charitatem tam patris quàm filij, compassione, admiratione, veneratione q; dignissimã: nam propter nos hæc mors indicitur. Chrysostomus: Dicendo, quòd transeat calix iste, ostendit quod humanum est: addendo, non sicut ego, ostendit quod perfectum est. Duplex insinuatur voluntas: rationis, quæ erat subiecta diuinæ voluntati: sensualitatis, quam ratio subijciebat diuinæ, licet ipsa sensualitas contrarium appeteret, & per hoc quanquam non erat similis, erat tamen subiecta, ac per hoc non erat contraria. Duo enim est reperire in carne nostra: ipsam naturam, secundum quam nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur, quod mortale est, à vita, 2. Corinth. 5. Secundo, infirmitatem aggrauantem animam. Sapiæ. 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam: non quia corpus, sed quia corruptibile: & sic cupimus dissolui, & esse cum Christo, Philip. 1. Si possibile est, inquit: nam si vis, possibile est: si non vis, non est possibile: ergo tua voluntas fiat ad salutem humani generis, non quod ego iuxta corporis imbecillitatem. Intermittit autem orationẽ non tædio affectus orandi, sed remedio alijs prouidendi. Nouerat enim quantum suis immineret periculum. Hinc Petrum qui præ cęteris de constantia gloriatus fuit aggredit, dicens: Vbi est promissio tua, si vna non potuisti hora vigilare mecum? Beda: Somnus corporis, indicium erat, quòd in proximo grauandi erant somno infidelitatis. Vt quid dormitis? Neq; stertendum, vbi hostes nusquam non obseruant excubias. Vnde Lucæ. 22. Simon, ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret, sicut triticum. 1. Petr. 5. Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Hinc Lucæ. 18. Oportet semper orare, & nunquam deficere. Isidorus: Hoc est remedium eius, qui vitiorum tentamentis æstuat, vt quoties quolibet vitio tangitur, toties orationes fundat, quia frequens oratio vitiorum impugnationem extinguit. Hieronymus: Etsi spiritus vester promptus sit ad volendum, tamen caro fragilis est ad sustinendum. Hoc aduersus temerarios dictum est, quicquid crediderint, putant se præstare posse. Nam quantum de ardore mentis confidimus, tantum de fragilitate carnis timeamus. Galat. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, vt non quæcunq; vultis, illa faciatis. Vnde quanquam spiritu feruerent, in vtranq; tamen (vt aiunt) aurem dormitabant, carne superati. Verum vt illius mors non profuit ociosis, ita nec precatio valere debet, nisi his qui pro se quoque studeant orare.

Duæ in Iesu voluntates

Duo quædam in carne nostra inueniri

Iterum secundo abijt, & orauit, dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et venit iterum ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes. erant enim oculi eorum grauati, & ignorabãt quid responderent ei. Et relictis illis, iterum abijt, & orauit tertio eundem sermonem, dicens: Pater, si vis, transfer calicem hunc a me. veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Apparuit autem illi angelus de cælo, confortans eum, & factus in agonia, prolixius orabat, & factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.

Hierony

Hieronymus: Pater mi, si non potest in me & per me saluari genus humanum, nisi moriar, fiat voluntas tua. Vide quãtis coartabat angoribus, vndiq; illi angustiæ, pater nõ respondet, discipuli dormiunt vehementer grauati, mœrore conduplicante somnolentiam quare ignorabant quid responderent. Alte quippe promittens, & in promissione succumbens, legitima non habet responsa, maxime si facilis est promissio, aut si leue est quod exigitur ab amico. Promiserant mortem, Christus exigebat vigiliam, & hoc propter ipsos. non enim nisi vigilantibus contingit victoria. Tertio orauit, quo nos doceret pertinaciter, & vehementer orandũ, quoties imminet procella tentationis. Orauit tribus vicibus, vt sua oratione nos liberaret à malis præteritis, præsentibus, & futuris: & sicut tribus vicibus orauit, sic & in tribus locis distinctis ab inuicem ad leuem iactum lapidis. Rabanus: Christus orauit tribus vicibus, vt in hoc instrueret tria petenda, de præteritis veniam, in præsentibus tutelam, de futuris cautelam. Vel de peccatis veniam, in præsenti gratiam, & in futuro gloriã. Ostendit & quemadmodũ orandũ sit. Primo: Elongauit se. Cyrillus: Semotim orat, vt discamus, quod animo attento & corde quieto colloquendũ est cum deo sublimi. Matth. 6. Tu autem cũ oraueris, intra in cubiculum tuũ: & clauso super te ostio, ora patrem tuũ in abscondito. Secundo, procidit in faciem. Eccl. 35. Oratio humiliantis se nubes penetrabit. Iudith. 9. Humiliũ & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Tertio, voluntatem suam paternæ voluntati subiecit. Ambrosius: In agonia mortis suæ, dei filius angustiatus, patrem deuote precatus est: & tamen in oratione paternæ voluntati se conformat, ad docendũ voluntatem nostram sibi subijcere. Augustinus: Filius vnicus dicit, non quæro voluntatem meã: & homines volunt facere voluntatem suam? Ille tantum se humiliat, qui est æqualis patri: & tantum se extollit, qui in imo iacet, & nisi manus ei porrigatur, non surgit? Quarto, replicauit, imo triplicauit. Hieronymus: Orationem geminat & triplicat, in quo constanter orare nos informat. Apparuit angelus consolans eum, quo humana in ipso demonstratur natura: sed alibi legimus, quod angeli ei ministrarunt, in quo diuinitatem agnoscebant, & vt disceremus, quod deuote orantibus, & pro iustitia tribulatis, angeli assistunt consolationem impendentes. Psalm. 93. Secundũ multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animã meã. Nouerat quid vellet pater, & cupiebat ipse bibere poculum mortis pro salute mundi: sed in se transtulit affectum sui corporis, ac suis precandi formam præscribere studuit. Cæterum vt nos doceret tum cælitus nobis adfore auxilium à domino, postquam nos totos diuinæ voluntati tradiderimus, apparuit illi angelus. Agonia quæ nonnunquã morte ipsa est grauior, vehemens erat anxiatio quam habuit de pœnis sibi de propinquo imminentibus, quas præsentialiter intuebatur. Bonauentura: Dominator domine Iesu, vnde animæ tuę tanta anxietas & anxia supplicatio? Nonne voluntarium oĩno te patri sacrificium obtulisti? Verum vt veram in te credentes nostræ mortalitatis naturam, formaremur ad fidem, & in tribulationum perpessione confimili erigeremur ad spem, & maiores erga te stimulos haberemus, naturaliter carnis nostræ infirmitatem huiuscemodi figuis euidentibus expressisti, quibus docemur, quia vere dolores nostros pertuleris, & non absque sensu doloris degustaueris amaritudines passionũ. Nam ruptis ab intra & apertis venulis, simul cum sudore effluxit sanguis. Augustinus: Angustias animæ tuæ & cordis tui, domine Iesu dulcissime, indicauit certissime sudor ille sanguineus, qui orationis tempore de sanctissima carne tua guttatim effluebat. Collige anima deuota, compassiuo affectu guttas illas, & cor tuum illis conspergе, tibi proderunt ad salutem. Hæc omnia cum intima compassione & pia meditatione pensanda, quo Christo grati, & eius exemplo in omni aduersitate patientiã seruare, deum suppliciter inuocare, & diuinæ pietati & dispensationi nosipsos fidutialiter & finaliter committere studeamus.

Tres orãdi vices Christi quid.

Quomodo sit orandũ

Matth. 4

Agonia Christi q̃

Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia, & ait illis: Dormite iam, & requiescite. Sufficit. Ecce, appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortem, & a pontificibus & pharisæis ministros, venit illuc. Dederat autem traditor eis signum, dicens: Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite caute. Et ait Iesus: Surgite, eamus, ecce qui me tradet, prope est. Adhuc eo loquente,

ecce Iudas Iſcarioth vnus ex duodecim venit,& cum eo turba multa cum gla dijs,& fuſtibus,& lignis,& laternis,& facibus,& armis,miſſi a principibus ſa cerdotum,& ſcribis,& ſenioribus populi.Ieſus autem ſciens omnia, quæ ven tura erant ſuper ipſum,proceſſit obuiam,& dixit eis: Quem quæritis? Reſpon derunt ei: Ieſum Nazarenum. Dixit ergo eis Ieſus: Ego ſum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum, cum ipſis. Vt ergo dixit eis Ieſus, ego ſum,abie runt retrorſum,& ceciderunt in terram: Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt. Ieſum Nazarenum: At ille ait: Dixi vobis,quia ego ſum. Si ergo me quæritis,ſinite hos abire: Vt ſermo Ieſu impleretur,quem dixit,(Iohan. xvij.) Quia quos dediſti mihi,non perdidi ex eis quenquam.

Bonus paſtor inuigilat ſuper gregem ſuum,quem in finem vſq; dilexerat. Erãt enim ve hementer contriſtati,auditis verbis & ſignis viſis triſtitiæ in Ieſu. Pſalm.118. Dormitauit anima mea præ tædio,confirma me in verbis tuis. Secundum Origenem,Chryſoſtomũ, & Hieronymũ cõpaſſus imbecillitati ipſorũ,iuſſit aliquanto dormire. Alij ironiam volunt Poſt intulit,ſatis dormitatum eſt. Ipſa res vos volẽtes nolẽtes excitabit. Orige. Sed & nũc Ieſus in manus peccatorũ traditur,quum hi,qui videntur in Ieſum credere, habent eũ in manibus ſuis cũ ſint peccatores. Sed & quandocunque iuſtus habens in ſe Ieſum, in pote ſtate factus fuerit peccatorũ. Ieſus traditus eſt in manus peccatorum. Conſueuerat pius paſtor ſuos ad ipſum locum abducere,ita à turbis ſegregati,facilius cæleſtia perciperent, quare aptum hunc locum proditor excogitauit. Gloſſa. In horto capi voluit dominus,vt pro peccato in horto deliciarũ cõmiſſo ſatisfaceret. Iudas aũt dudũ Ieſum ducẽ ſequens, nunc factus ſceleratæ turmę dux ſceleratior fuſtibus armatæ,aduerſus Ieſum inermem ve nit illuc. Nec deerat autoritas,quia à ſummis pontificibus & phariſæis miniſtros: nec eñ ſatis ſibi fidebat Iudas ad prodendum dominum, hinc adhibet armatam manum cum au toritate vtriuſque ordinis,prophani & ſacri. Atque hæc aguntur noctu, captataq; loci & temporis opportunitate. Denſiſſimæ tenebræ ſint, oportet,vbi vincitur & capitur Ieſus. Denique ne vel in perſona errarent, dedit ſignum oſculi, quod olim ſignum honoris,& officij gratia fieri conſueuit à ſalutantibus. Cauerant enim Iudæi & ſacerdotes, ne pecu nia numeraretur,ni Ieſus eſſet in manibus. Symbolo amicitiæ dominum tradidit,qui tot erat beneficijs affectus. O quot habet imitatores, qui loquuntur pacem cum proximo ſuo,mala autem in cordibus eorum,Pſalm.27. O quantum amaricauit cor Ieſu tanta vi gilantia filiorum tenebrarum ad perficiendum homicidium,ac tanta defidia in filijs lucis. Vt voluntarie ſe pati oſtenderet,ſuos erigit vt ſurgant,quum proditor in ianuis eſſet. Mu nierat ſe Iudas armis & lumine, quia nox erat. Iohannis.13. Nox in hoc captata eſt, ne quis tumultus oriretur in populo: & armata manus adhibita eſt,ne Ieſu comites vi obſiſte rent,quo minus caperetur. Deinde cœpit ex interuallo præcedere turbam, quaſi aliunde veniens, & aliud agens, ſic tamen, vt illis eſſet in conſpectu. Ieſus ergo cui omnia nuda ſunt & aperta,quo voluntariam oſtenderet paſſionem,ſimulq; diuinam virtutem, qua ſic cohibebantur, vt impiam voluntatem non niſi permiſſi perficerent. Anſelmus: Quàm promptus bone Ieſu ſpiritus tuus ad paſſionem fuerit,euidenter oſtendiſti, quando veni entibus vnà cum proditore viris ſanguinum, & quærentibus animam tuam cum la ternis,facibus,& armis, per noctem vltro occuriſti. O ſumma charitas,quæ foras mittis timorem,& mortis excludis horrorem. O bone Ieſu,quid facis amicis quærentibus te in veritate,qui inimicis ad mortem te quærentibus ſponte occurris? Chryſoſtomus: In me dio eorum conſiſtens,oculos eorum excæcauit,ne eum agnoſcerent. Auguſtinus: Nomi natur autem & Iudas,vt ſi mirum non eſſet eum ab alijs non agnoſci, mirum tamen appa reat, quod Iudas familiaris diſcipulus eum non agnouit. Et quare non comprehende runt ſecum loquentem,ſed ceciderunt retrorſum quaſi exanimes,non ferentes dominicę vocis vim,niſi quia adhuc noluit qui potuit? Vbi nunc militum cohors? vbi terror & mu nimen armorum? vna vox turbam odijs ferocem,armis terribilem, abſque vllo telo per cuſſit & proſtrauit. Deus enim latebat in carne. Væ qui terribilem illam expectant vocem, ite maledicti in ignem æternum, Matthæi.26. Hieronymus: Omnia hæc diuina diſpenſa tione facta ſunt, vt oſtenderetur virtus latentis diuinitatis in eo,& inexcuſabiles eſſent, qui tot viſis ſignis non credidiſſent,nec ad pœnitentiam moti. Merito retrorſum ceciderunt qui ſtabant contra Chriſtum. Septies autem cadit iuſtus in die, & reſurgit. Prouerb.24.

In horto cur voluerit capi Ieſus.

Nam in

Nam in faciem cadens, vidit quo cecidit. Vbi autem recepissent animos, ac rursum parare adorari Iesum, intrepida voce dominus respondit: Iam dixi, quia ego sum. In me vnum facio vobis potestatem. Augustinus: Audierant hoc prius, sed nõ apprehenderant: quia ipse voluit qui potuit, & potest quicquid vult. Porro, quemadmodũ sui capiendi fecit potestatem, ita non idem ius permisit in discipulos, interim boni pastoris imaginem præbens, qui sui gregis incolumitatem suæ vitę dispendio redemit. Augustinus: Iubet inimicos, & hoc faciunt quod iubet: sinunt abire, quos non vult perire. Solus perditionis filius periit, idq; suo malo, quia noluit agnoscere vocem ad pœnitentiam vocantis. Sciebat dominus non futurum vt ille resipiscceret, sed tamen nihil non facit, quo corrigeretur, nos erudiens, vt erga peccatores summa lenitate vtamur, propterea quod ignoremus, an aliquando sint ad meliorem mentem redituri. Si resipiscunt, lucrifecimus proximorum salutem: si non resipiscunt, non carebit nostra mansuetudo suo præmio. Solus pius dominus pro omnibus satisfacere, sicut potuit, ita & voluit. Esaiæ. 63. Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum.

Iudas vero antecedebat eos, & appropinquauit Iesu, vt oscularetur eum. Iesus autem dixit illi: Amice, ad quid venisti? Et confestim accessit ad Iesum, & ait: Aue rabbi. Et osculatus est eum. Dixit illi Iesus: Iuda, osculo filium hominis tradis? Videntes autem hi qui cum ipso erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio? Et ecce vnus ex his, qui erant cum Iesu, Simon Petrus, habens gladium, eduxit eum: extendensq; manum suam, & percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius dextram, erat autem seruo nomen Malchus. Respondens autem Iesus, ait: Sinite vsque huc. Dixit ergo Iesus Petro: Conuerte gladium tuum, & mitte in vaginam, in locum suum. Omnis enim qui acceperit gladium, gladio peribit. Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? An putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripturæ, quia oportet sic fieri? Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. In illa hora ait Iesus ad eos qui venerant ad se, principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores. Tanquam ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me, quum quotidie fuerim apud vos in templo sedens, & docens, & non me tenuistis, nec misistis manus in me, sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Hoc autem totum factum est, vt implerentur scripturæ prophetarum. Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Tunc discipuli eius omnes, relicto eo, fugerunt. Adolescens autẽ quidam sequebatur eum, amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum. At ille relicta sindone, nudus profugit ab eis.

Volens impius proditor perficere quod Iudæis promiserat, appropinquauit Iesu corpore, non mente. Longe enim à peccatoribus salus, Psalm. 118. Cyrillus: Iudas immemor sapientiæ Christi, putauit se latere posse quod fraude hæc ageret. Iesus autem quo perfectum vbiq; mansuetudinis exemplar præberet suis, nec impium discipulum ab osculo prohibuit, nec exprobrauit illi suam vesaniam, sed blando dicto tetigit illius conscientiam, d. Amice, ad quid venisti, cui tot amicitiæ indicia præstiti, cur amicum fingis cum inimicus sis? Dominus ergo pro sua benignitate, nec proditoris recusauit osculũ, ne eum fugere videretur, & plus afficeret eum, quum amoris signum non negaret, sed rursus illius pupugit conscientiam. Intelligebat Iudas se non latere, nouerat innocentiam domini, toties inaudita mansuetudine prouocabatur ad mutanda consilia, vel lapis emolliri potuerat, nisi totum illius pectus satanas auaritiæ morbo occupasset. Bernardus: O cor omni felle amarius, omni lapide durius, O Iuda mercator pessime, quomodo ausus fuisti labia illa melliflua tangere? Chrysostomus: Non dicit magistrum tuum, dominum tuum, sed filiũ hominis,

manſuetum & mitem: qui & ſi non eſſet magiſter & dominus, quia tamen tam ſuauiter er ga te geſſit, non eēt à te tradēdus: vnde & nomen propriū poſuit, q̄d magis dolentis erat & reuocantis, quàm prouocati ad iram. Diſcipuli, viſa turbæ deiectione, & quod quum à terra ſurrexiſſet, ſtaret tremula & perturbata, ſumpſerunt audaciā, q̄d Chriſti virtute refrenata, non poſſet reſiſtere. Conſpicientes ergo vim parari domino, amore ſuppeditante audaciam, voluerunt magiſtrum defendere. Porro, Petrus qui cæteris feruentius amabat, quiq̄ præ cæteris fortia pollicitus fuerat, non expectato domini reſponſo, ei qui primus tentabat manum mittere in Ieſum, videlicet domini ſui ſæuitiam referens, domino moderante ictum, abſcidit auriculam. Dominus volens oſtendere tempus nunc eſſe patiendi, non vlciſcendi, ait: Permittite vſq̄ huc progredi, intermittite defenſionem. Hinc vt omnem vlciſcendi affectum penitus ex animis omnium diſcipulorū euelleret, vim quidē militum diuina virtute cohibuit à Petro, ſed interim ipſum ad reliquum pugnæ flagrantem acriter obiurgat. Sic & alibi obiurgauit, dum poteſtatem peterent ſibi fieri, vt ignis deſcenderet de cælo, & conſumeret non recipientes ipſos. Lucæ. 9. Neſcitis cuius ſpiritus ſitis? filius hoīs non venit animas perdere, ſed ſaluare. Mauult enim nos ferre, non inferre iniuriam: bene mereri de omnibus, bene precari oīibus. Romañ. 12. Nulli malum pro malo reddentes, non voſmetipſos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ. Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. q. d. Ceſſet vindicta, vt exhibeatur patientia. nobis non eſt iſthac opus defenſione, qui tolerando melius vincimus quàm occidendo. Hilarius: Recondi gladium iubet dominus, quia melius eos non humano, ſed oris ſui gladio peremptur us: euāgelico ſermone qui vitia amputat, homines ſeruat. Auguſtinus: Gladium accipit, qui nulla ſuperiori ac legitima poteſtate iubente vel concedente, in ſanguinem armatur alicuius. Gene. 9. Quicunque ſanguinem effuderit humanum, fundetur ſanguis illius: ad imaginem quippe dei factus eſt homo. Sic accipit & qui non zelo iuſtitiæ, ſed crudelitate vindictæ. Requiritur ergo autoritas. Roma. 13. Non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui male agit. Secundo cauſa. Romañ. 13. Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. 1. Petri. 2. In vindictam malorum, laudem vero bonorum. Tertio, ordo iuris. Deuteroñ. 16. Iuſte quod iuſtum eſt, exequeris. Remigius: Qui gladio vtitur ad occidendum hominem, ipſe prius gladio malitiæ ſuæ percutitur, & poſt gladio bis acuto ex ore dei procedentis, Apocalypſis. 1. Alteram aſſignat rationem. Theoph. Quanuis paſſio de ſe fuerit amara, tamen propter amorem patiendi ad ſalutem humanam, facta eſt ſibi grata & calix ſalutaris: ſic amara medicina, ob ſpem ſanitatis grata eſt. Tertiam addit: Non opus, inquit, mihi eſt angelorum copijs, multo minus hominum, qui imbelles porro ſunt, ſi ad angelorum robur conferas. Vnde vnus angelus in vna nocte occidit. 185000. hominum. 4. Regum. 19. Habet autem legio militum. 6666. Sed ita viſum eſt patri. ita prædictum à prophetis: neque quicquam horum caſu vel fortuito geritur. Si ergo defendor, & non morior pro hominum ſalute, non verificabuntur vaticinia prophetarū, q̄d eſt impoſſibile. Nā ſicut paſſio ab æterno diſpoſita, ſic prophetata añ tps eſt. Quo ergo ſuā declararet potētiā, induceret ad pēniam, oñderet patiētiam, curauit hoſtis ſui læſionem. Beda: Nunq̄ obliuiſcitur pietatis ſuæ dñs, q etiā hoſtes ſuos nō patit vulnerari: illi iuſto mortē inferunt, iſte perſequentiū vulnera ſanat, myſtice docens, & ipſos ſi conuertantur, poſſe ſanari, qui in ſuæ mortis conſenſione vulnerati ſunt. Chryſoſtomus: Miraculum fecit, erudiens nos, vt eisqui malefaciunt nobis, bene faciamus. Matth. 5. Benefacite his qui oderunt vos. Adeo nulli non beneficus fuit, vt nos puderet quenquam vlciſci velle, ne dicam emerentem lædere. Dominus, vt ſeſe declararet volentem omnia pati, conuerſus ad principes ſacerdotum & magiſtratus templi, qui aderant, vt res diligentius atq̄ audacius fieret, veluti latronem violentum ac repugnantem expugnaturi. Latronum eſt nocere & latitare, ego nemini nocui, imo multa beneficia & ſanitatum & doctrinæ præbui, non clam, ſed clara luce, & in loco omnium celeberrimo, videlicet in templo docui. nunc nocte intempeſta ſilentem quæritis in ſeceſſu. Certe eadem erat vobis tum voluntas quæ nunc eſt, ſed obſtitit vobis eius voluntas, cui nemo poteſt reſiſtere. Chryſoſtomus. Ideo in templo non renuerunt, quia auſi non fuerunt propter turbam: quare dominus foras exiuit, vt ex loco & tempore haberēt aptitudinem. Hoc tempus veſtræ voluntati conceſſum eſt, vt faciatis mihi quæ vultis, ad quod eſt poteſtas tenebrarum, id eſt, dæmonum vos inſtigantium. Beda: Ideo contra me in tenebris armamini, quia poteſtas veſtra contra lucem mundi eſt, ignorantiæ tenebris obnubilata. Sed hæc omnia fiunt non veſtra violentia, ſed diſpenſatione conſiliī dei viui, de quo olim iam vaticinatæ ſunt ſcripturæ prophetarum. Hactenus impediti diuina virtute, nunc cognoſcendi & capiendi copiam acceperunt. Iohan. 10. Poteſtatē habeo ponendi animā meam, & poteſtatē iterū ſumendi eā.

Gladiū accipere quis dicatur.

Requiſita ad recte vtē dū gladio, quę & quot

mendi eam. Bernardus: O quis sine gemitu audiet, qualiter in illa hora mali homicidæ manus illas ligauerunt, quæ omnia creauerãt: illum cœperunt, qui nos à captiuitate liberare venerat: illum traxerunt, qui ad suam dilectionem omnẽ trahit creaturam. Leo: Quicquid sacerdotum instinctu furor ille popularis audebat, ex hoc colligi potest, quoniam Matthæo teste, manus iniecerunt. Dicturus, tenuerunt eum, quid necesse fuit præmittere, manus iniecerunt, (certum est enim quòd eum non nisi manibus tenere potuerunt) nisi quia illatarum iniuriarum violentiam significare voluisset? Nam iniicere, violentiam importat, & hoc cum incertitudine. q. d. Cum magno impetu vndiq; manus in eum iniecerunt, & in terram prostrauerunt. Intuere ô anima deuota dominum quàm patienter suscipit infelicis Iudæ oscula & amplexus, cuius pauloante pedes lauerat, & summo cibauerat cibo, & quomodo se patitur ligari, capi, percuti, & furibunde duci, ac si esset malefactor, & omnino impotens ad se defendendũ: quomodo etiam cõpatitur discipulis fugientibus & erratibus. Videntes enim discipuli nullam esse spem. Iesu sese offerente ad necem, timentes similiter tractari, immemores promissorũ, deserto domino, fugerunt. Iohan. 16. Ecce venit hora & iam venit, vt dispergamini vnusquisq; in propria, & me solũ relinquatis. O quàm inhumanissime dominũ tractarunt, quũ discipuli tam intime dominũ diligentes, ex huius horrore inuiti & gementes tanquam orphani fugerent. Iob. 19. Fratres meos longe fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me, dereliquerũt me propinqui mei. Multi vsq; hodie multa deo promittunt, & parua vel nulla præstant. Ecce nunc anima deo deuota, qũo deus tuus tanquã latro duris vinculis est ligatus, vt te à peccatorũ & gehennæ ignis vinculis absolueret, Liga nunc membra tua à peccatis in obsequium Christi.

¶ De examinatione & peruersa condemnatione per pontifices.

## ARTICVLVS XXXII.

C Ohors autem & ministri Iudæorum & tribunus, comprehendentes Iesum, ligauerunt eum, & adduxerunt ad Annam primũ. Erat Annas socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas, qui consilium dederat Iudæis, quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Iesum Simon Petrus a longe, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat foras ad ostium. Exiuit ergo ille alius discipulus, qui erat notus põtifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. Et ingressus intro, sedebat foris in medio atrij deorsum, cum ministris ad ignem, & calefaciebat se, vt videret finem. Circunsedentibus autem illis, erat Petrus in medio eorũ. Quem cum vidisset ancilla quædam ostiaria, vna ex ancillis summi sacerdotis, sedentem ad lumen, & calefacientem se, & eum suisset intuita, aspiciens illum, dixit: Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? At ille negauit eũ coram omnibus, dicens: Mulier, non sum, non noui eũ, neq; scio quid dicis. Et exijt foras ante atrium, & gallus cantauit. C

Cohors militum gentilium, quæ continebat. 500. viros, & dicebatur maior: vel. 300. quæ minor, & tribunus qui mille præerat, facinorosorũ in morem ligarunt, quo eũ morti dignũ ostenderent, & quia Iudas caute ducendũ monuit: & adduxerunt per torrentẽ Cedron trahentes & impellentes. Bonauentura: Conspice nunc qũo ducitur agnus sine macula ad victimam, ab illis iniquissimis versus Hierusalẽ festinanter & anxie, manibus post tergũ ligatis, exchlamydatus, tunica non curiose succinctus, capite discoopertus, curuus ex fatigatione & vehementi acceleratione incedens. Quis tunc discipulorũ corda doloris aculeus penetrauit, cũ viderent dilectũ magistrũ suũ à suo discipulo traditũ, quasi malefactorẽ duci ad mortẽ, quũ & ille impijssimus Iudas pœnitentia ductus, tanta post modũ fuerit amaritudine ex hoc repletus, vt maluerit mori q̃ viuere? Væ tamen illi, qui nec sic ad fontẽ misericordiæ per spem veniæ redijt, sed propter sceleris immanitatẽ perterritus, desperauit. Ad Annã duxerunt, quia primo in via domus occurrebat Annæ. Ideo ne longiori ductu tumultus oriretur, & quia senior Caipha, hinc eũ honorare voluit, quo & ipse

minoris criminis apud populum haberetur, si à maiori damnatum ætate, ipse condemnaret. Hic Caiphas, reliquis ambigentibus quid esset faciendum de Iesu, propter munus quod gerebat, prophetico spiritu afflatus, suaserat Iesum omnino tollendũ è medio. Hunc Caipham scribit Iosephus sibi pontificiũ precio comparasse à principe Romano, sed ita, vt modo hic, modo Annas in pontificiũ succederet, id quod palam legem subuertebat. Sed heu, vbi & nunc illud Matth. 10. Gratis accepistis, gratis date? Veno oñia exposita sunt, & sacerdotia, & sacra quoque, & nihil est quod non obediat pecuniæ. Ecclesiastes. 10. Hoc dictum repetit Iohannes, quo Christi occisionem maxime retorqueat in principes, qui vt dicit Augustinus, immunes ab ea videri voluerunt, quũ forent autores. Sic Actu 5. dixerunt discipulis: Præcipiendo præcepimus vobis, ne doceretis in nomine isto, & ecce replestis Hierusalẽ doctrina vestra, & vultis inducere super nos sanguinẽ hominis istius. Petrus autẽ parum feliciter tentata pugna, nondũ tamen deposita tota spe salutis, sequebatur. Iohannes, quia forte aliquoties pisces portauerat, notus erat, q & ita dulcis erat & mitis, vt etiam ab inimicis Iesu diligeretur. Atriũ est spatium inter primam & secundam portam sub dio. Intuita ancilla Petrũ curiosius, cœpit noscitare speciem discipuli: & quia timidus & tremulus incessit, suspectũ habuit. Chrysostomus: Quid ais ò Petre: nonne dixisti, etiã si oportuerit me simul cõmori tibi, non te negabo, Marc. 14? Quid ergo nunc dicis, non sum discipulus eius? nec fers vnius ancillæ interrogationẽ? Non erat armatus miles, sed vilis ancilla, nec dicit, seductoris huius, sed hominis illius, quod miserentis erat, non terrentis. Non est hoc actũ fortuito, sed ita placuit diuinæ dispensationi, quo magis retunderetur fiducia Petri tam magnifica pollicentis, vt nũc ad mulierculę vocem abnegarit dominum. O quàm multi vsq; hodie, in ecclesia & concionibus constituti, pectora tundunt, peccata detestantur, bona proponũt: sed post malis societatibus iuncti in oñe flagitiũ defluunt. Difficile enim est, in mala societate ad peccatũ non accendi, aut à firmitate charitatis non resolui, aut saltem per malam famam non denigrari. Ecclesiastici. 13. Qui tetigerit picẽ, inquinabitur ab ea: & qui cõmunicat superbo, induet superbiã. Ecce Petrus inter discipulos Christũ filiũ dei confessus est, inter milites & ministros negabat se discipulũ. Augustinus: Qui se negat Christianũ, negat Christũ. Sunt eñ qui confitentur se nosse Christũ, factis autẽ negant, Tit. 1. Ergo. 1. Corin. 10. Qui stat, videat ne cadat. Reliquit ergo societatem turbatus, non aduertens gallicantum.

Atriũ quid

Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. Respondit ei Iesus: Ego palam loquutus sum mundo ego semper docui in synagoga, & templo quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto loquutus sum nihil. Quid me interrogas? interroga eos, qui audierũt, qd locutus sum ipsis: ecce hi sciunt quæ dixerim ego. Hæc autem cum dixisset Iesus, vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes pontifici? Respondit ei Iesus: Si male loquutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, cur me cædis?

Annas igitur quo speciẽ aliquam legitimi iudicij præberet, sed reuera hoc agens, vt ex varijs responsis Iesu aliquid excerperet, quod illi criminis vice posset impingi, interrogauit eum de discipulis quos seduxisset, & doctrina quam sparsisset in populum. Iesus intelligens eum, non æqui iudicis animo percontari, quo verũ cognosceret, sed fraudulenter venari, quod criminaretur, à suo suoruḿq; testimonio relegat eum ad testimonium publicum & inimicorum, quo nullum potest esse certius innocenti. Mea doctrina, inquit, non fuit clancularia & seditiosa. loco & festis & templo celeberrimis docui. Nihil in occulto loquutus sum, quod idem non sim palam docere ausus. Illorum erit certius testimonium, qui mihi nulla familiaritate iuncti sunt, pleriq; etiam oderunt. O benigna mansuetudo saluatoris, velut ante iudicem stabat, & aduersus doctrinam suam æmulos testes allegabat. Vere magnum veræ doctrinæ indicium. nam æmuli quid calumnientur semper inquirunt, & suspecta semper doctrina quæ publicum fugit. Iohannis. 3. Omnis qui male agit, odit lucem: qui autẽ facit veritatem, venit ad lucem. Duo interrogatus dominus, de altero respondet, docens nos, si de absentibus nihil boni scimus, taceamus errata, non arrodamus eorum vitam qui se defendere nequeunt. Discipuli enim ipsius omnes profugi facti sunt, insuper & primus inter ipsos negauit se discipulum. Docuit insuper, nonnunquam pro veritate fortiter respondendum, sed absq; conuicio. Sed quidam non dissimilis domino

mino suo, dedit alapã Iesu, q. d. Reuerẽter respondẽdum pontifici. Indignitatis plenã fuit hæc alapa, & grauis, quã tam vigilanti studio describit Euangelista, qui multa tamen dura & opprobriosa pterijt, vt ex alijs claret, & ꝑ pheta ꝑdixit, Thre. 3. Dabit ꝓcutiẽti se maxillã, saturabitur opprobrijs. Attẽde & qs dederit, cui dederit, qualiter dederit. Dicit enim ꝙ manu armata, quemadmodum vestigiũ cicatricis inflictæ in Veronica Romæ indicat. Ferturq; idem Malchus cui auriculam redintegrarat, & corã quibus, quia inimicis & summis sacerdotibus. Poterat dominus Iesus & hunc impiũ pontificẽ perdere, & hunc impactorem alapæ cohibere, nisi voluisset suis exemplũ exhibere, quàm sint præpostera, quàm peruersa mundi iudicia. Et apud Ethnicum iudicẽ auditur vicissim, & interrogatur reus apud pontificem, pro responso dabatur alapa, & dabatur ei qui iudex futurus ẽ viuor̃ & mortuorum. Si falsè, inquit, loquutus sum, & indiscrete, ostende. loquor apud iudicem, ei respondeo rogatus. Ostendit pro veritate nonnunquam fortiter respondẽdum, sed absque conuicio, ne mali impune se credant peccare, aliena rapere, omnes iniuria afficere. Augustinus: Quid ista responsione verius? quid dulcius? quid iustius? O nos miseri, qui mala rependimus, & quæ non possumus, minamur.

Et misit eum Annas ligatũ ad Caipham pontificem, principem sacerdotũ, vbi omnes scribæ & pharisæi, sacerdotes & seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eũ à longe vsq; in atriũ summi sacerdotis. Stabant autẽ ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autẽ Simon Petrus cũ his stans, & calefaciens se. Et post pusillum, rursus cũ vidisset illũ alia ancilla, cœpit dicere his qui erant ibi circunstantibus: Et hic cũ Iesu Nazareno erat. Dixerunt ergo ei, qui circunstabant: Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit iterq; cũ iuramento. Et dixit, non sum, quia non noui hominem.

Quo res maiore cum autoritate geri videretur, conuenerunt eo omnes primores, vt eum Iesus coram tot examinatus, & iudicatus, nihil superesse posset sinistræ suspicionis. Ipsi enim causas secundum legem examinabant, & iudicabant, sed quasdam ad præfidem referebant puniendas. Petrus nondum abiecerat animum, sed eminus sequutus est dominum, iam discipulatus, discipulum nimirum mox abiuraturus. Rabanus: In hoc maximã nobis est admiratione venerandus, ꝙd dominum non reliquit, etiam cum timeret. Quod enim timet, est naturæ: quod sequitur, deuotionis: quod negat, surreptionis: quod pœnitet, fidei. Augustinus: Non hyems erat, sed tamen frigus erat, quale solet in vere accidere. Chrysostomus: Iam ignis diuini amoris in eo tepuerat, ideo alium ignem requisiuit stans cum inimicis Christi, factus spectator tolerantiæ potius quàm imitator, vt quando non poterat iuuare magistrum, saltem videret quis esset finis. Siquidem nonnulla spes adhuc alebat animum Petri. Ministri ergo qui astabant, ancillæ verbis instigati, quum & ipsi curiosius hominis vultum & cultum contemplarentur, cœperunt ex notis Petrum vtcunque noscitare. Rursus Petrus elapsus est periurio, nec interim venit in mentem, quid prædixisset illi dominus, & quid illi promisisset: tantus pauor habebat hominem. Hac negatione arbitrabatur se futurum à periculo liberum, quemadmodum se explicuerat ab ostiaria. Conueniebat magnificum pollicitatorem, quo magis agnosceret suam imbecillitatem, à muliercula terreri, vt post intrepide nomen Iesu profitens apud magistratus, & reges, sciret eam fortitudinem esse non virium humanæ naturæ, sed spiritus diuini.

Et interuallo facto, quasi horæ vnius, dicit vnus ex circunstantibus, cognatus eius cuius absciderat Petrus auriculã: Nõne ego te vidi in horto cum illo? Et rursus qui astabant, dixerunt Petro: Vere tu ex illis es, nam & Galilæus es, & loquela tua manifestũ te facit. Iterũ ergo negauit, & cœpit anathematizare, detestari, & iurare, quia nescio hominẽ istũ quẽ dicitis. Et continuo adhuc eo loquente, iterũ gallus cantauit. Et conuersus dominus, respexit Petrũ: & recordatus est Petrus verbi domini, quod dixerat ei Iesus: Priusquam gallus bis cantet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amare.

Quoniam pugna quanquam in tenebris, insignem fecerat eum, interuallo facto quasi horæ, ne crederetur surreptiõe toties Christum negasse, dicit ei vnus: Quid negas te esse de numero discipulorum istius, quum ego te viderim cum illo in horto? Et alij: Vere inquiunt, es: siquidem non facies solum, sed & sermo tuus te prodit. Vides quibus gradibus ad extremum malorum peruenit. Principio cuntubernio se iungit malorum, nempe ministris pontificis: deinde Christi verbum, quo eum negaturum prædixit, à tergo reliquit: postremo sibi ipsi precatur ominatur q; malum. Rabanus: Perseuerantia in peccato, dat incremẽta scelerum: & qui spernit minima, labitur in maiora. Nec Petrus rediit, nec rediturus erat, nisi dominus efficaci contuitu suo reddidisset illum sibi, tacito q; afflatu prouocasset ad pœnitentiæ lachrymas. Chrysostomus: Non potuit diu manere in tenebris quẽ lux diuinæ respexit miserationis. Augustinus: Conuersio hæc spiritualis fuit, non corporalis, ab æquitate qua Petrum cadere permisit, quo erga peccantes (vt dicit Chrysostomus) duriorem sententiam, proprij casus intuitu tẽperaret, ad effectũ suę clementiæ. Hic est enim respectus pietatis diuinæ. Psal. 118. Aspice in me, & miserere mei. Victori. Egredi tur foras, vt ab impio q; segregatus consortio, negationis sordes liberius fletibus abluat. Chrysostomus Fleuit non propter pœnam, sed quod negauerat dilectum, quod ei quolibet supplicio molestius erat. Leo: Felices lachrymæ tuæ sancte apostole, quæ ad diluendam culpam negationis, virtutem sacri habuere baptismatis. Dicit Clemens papa discipulus Petri, q; ex tunc duxit in consuetudinem, post primũ gallicantum surgere, & ad matutinum vsq; huius negationis memor lachrymari. Sed & quoties memoria ipsius incidit, lachrymis perfundebatur: quare semper sudarium in sinu gestabat. Nobis eodem quo Petro itinere incedendum, si quando Christũ malefactis negamus, si nostris votis promissis q; non respondemus, tum lachrymæ, tum singultus edendi. Psalm. 118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Hic imber erumpens, extinguit fulmen iræ dininæ. Non flet autem, nisi prius egressus è palatio Caiphæ. Nam illic quo quisq; peior est, hoc sibi magis placet. Quantum periculum, Christi discipulum notũ esse in aulis pontificum & principum? nisi enim totum discipulum exuat, periclitatur de capite. Quod fecerat Petrus, id est, facturi erant discipuli cæteri, si similis incidisset necessitas, sed in vno Petro Iesus docere voluit omnes, quia expauefactus metu, peccauerat imbecillitate humana, non destinata malitia, meruit misericordiam, ne quis quanuis graniter lapsus, desperaret de venia, modo resipiscat, modo animæ maculam lachrymis abluat, & nequis sibi fidat, ne quis malorum consortio se admisceat. Quotquot ergo prolapsi sunt in graue crimẽ, orent dominum Iesum, vt dignetur oculos suos flectere ad sese, & protinus agnoscent vnde quo reciderint. Subducant sese à scelerato consortio, & lachrymis mutatum animum testantibus culpam abluant.

Lachrymę Petri.

Principes autem sacerdotum, & omne concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent: nec inueniebant, cum multi falsi testes accessissent. Multi enim falsum testimonium dicebant aduersus eũ, & conuenientia testimonia non erant. Nouissime vero venerunt duo falsi testes, & falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes: Hic dixit, quoniam audiuimus eum dicentem, possum destruere templum dei, hoc manufactum, & post triduum aliud non manufactum reædificare, & non erat conueniens testimonium illorum.

Quanquam animos haberent parricidales, tamen ob metum populi & præsidis, ne viderẽtur homicidæ potius quàm læsæ pietatis vltores, studebant iustitiæ speciẽ aliquam prætexere. Nihil aliud sitiebant quàm mortẽ illius, qui omnibus gratis vitã offerebat æternam. Psal. 30. In eo dum conuenirẽt simul aduersum me, accipere animã meam consiliati sunt. Sed impiam hominum astutiam, diuina prudẽtia vertit in filij sui gloriam. Dum eñ à multis examinatur, ac multis modis accusatur, oñes innocẽtiæ suæ testes fecit ac professores, etiam inimicos. Nullum autem certius innocẽtiæ testimoniũ, quàm quod ab inimico veritas extorquet, atq; ibi crimen demum obijciẽdum queritur, quum prophanæ etiam legum æquitas nemini manum inijciat, nisi prius criminis inuidia vehemẽs grauet aliquẽ. Solus erat Iesus, in quẽ nullum testimonium inuenire posset humana malitia. Subornant falsos testes, sed tanta ipsius fuit innocẽtia, vt hoc quoq; difficile fuerit sic de illo mentiri, vt aliquam veri speciem haberet mẽdacium: quare testimonia conuenientia non erant ad finem intentum. Sed quoniam ad vnius testimonium nemo condemnabatur.

Deut. 17.

Deute.17. Venerunt duo falsi testes, ex verbis domini quibus dixit se ab illis occidendum, & sub triduum reuictuꝝ, mendacij occasionem sumentes ea verba non intellecta depraua bant, quo res esset odiosior. q.d. Vsurpauit sibi diuinam potestatem. Tales sunt, qui alio sermone repetunt, quæ simplici animo pronunciata sunt, & peruertunt. Vide q̃ nihili Iudæi suã legem faciant, vt innocentẽ è medio tollant. Exod. 20. Non loqueris contra proximũ tuum falsum testimoniũ. Exo. 23. Non suscipies vocem mendacij. Prouerbiorum. 19. Testis falsus non erit impunitus. Ifidorus: Falsus testis tribus est obnoxius. Deo, quem falso iurando contemnit: iudici, quem mendacio fallit: & innocenti, quem falso testimonio lædit. In tribus, vt dicit Hiero. claruit falsitas istorũ. In mutatiõe, non enim dixit dñs soluere possum, sed soluite, hoc ẽ, vos soluetis: nec dixit reædificabo, sed excitabo, quod nõ de materiali, sed corporis tẽplo dicitur. In additione, quia addiderunt dei, & manufactum. In intentione, quia non in sensu quo dñs dixerat, retulerunt: nam quod dominus de morte resurrectioneq̃ dixerat, ipsi ad materiale templum torquebant.

Periuri quibus obnoxij.

Falsitas testium istorũ in quot seu quibus claruerit

Et exurgens princeps sacerdotum in medium, interrogauit Iesum, dicens: Non respondes quicquam ad ea, quæ tibi obijciuntur, & isti aduersam te testificantur? Iesus autem tacebat, & nihil respondit. Rursus autem summus sacerdos dixit ei: Adiuro te per deum viuũ, vt dicas nobis, si tu es Christus filius dei benedicti. Iesus autem dixit illi: Tu dixisti. Veruntamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis dei, & venientem in nubibus cæli. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiam, quid vobis videtur? At illi omnes exclamauerunt, dicentes. Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius. Et viri qui tenebant eum, illudebant ei cædentes, & velauerunt, & percusserunt faciem eius. Et ministri eum alapis cædebant, alij palmas in faciem eius dederunt, & interrogabant eum, dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes, dicebant in eum.

Videns princeps sacerdotum rem minus prospere succedere, surrexit, æqui iudicis simulans imaginem, quasi Iesu facturus potestatem defendendi sui, sed re vera ex ipsius ore venans vnde posset conuinci. Beda: Caiphas ad responsionem, dei filium prouocat, vt ex responsione calumniandi inueniat occasionem. Dominus obticuit, sciens quicquid dicturus esset, rapiendum in calumniam, & vt mansuetudinis & patientiæ præberet exemplum, & quia accusationes inductæ, erant falsæ. Augustinus: Aperta mendacia non sunt responsione digna, Psalm. 24. Surgentes testes iniqui, quę ignorabam interrogabant me. Tunc princeps sacerdotum patientia & silentio Christi commotus, arbitrans se cõtemni, vt talium mos est, cuius vesaniæ longa omnis erat mora, vt aliquid extorquere posset, vnde condemnaretur Iesus, ipsum adiurauit. Est autem adiuratio, veritatis inquisitio sub respectu superioris potestatis. Erat hoc insidiosum problema pontificis impij. Si negasset se filium dei, exclamasset: cur igitur tibi sumis quod non es? Si affirmasset, calumniaturus erat blasphemiam: si obticuisset adiuratus, visus fuisset contemnere deum & autoritatem summi pontificis. Iesus ergo veluti deferens honori quem gerebat, & ob diuini nominis inuocati reuerentiam, sic veritatem confitebatur, se scilicet esse quod erat, vt tamen vitarit arrogantiæ notam, & adijciens quod impios ab instituto facinore debuerat reuocare. Quod requirunt, fatetur quod ipse sit, eosq̃ propria ipsorum conuincit sententia, quia legem nouerant, quæ Christum promittebat: quare respondet, vt ipsorum ignorantia inexcusabilis fieret. Subindicat autem se humilem, tunc & ab impijs condemnatum, olim venturum cum potestate diuina, iudicem totius mundi, quum velint nolint cognoscent. Hoc sermone magis irritatus princeps sacerdotum, quo ficto religionis studio Christi crimen faceret atrocius, discidit vestimenta sua. Furor illum pauloante submouerat à sede, & tamen interim nescius assurgit filio dei, nunc lacerat vestimenta, vaticinans futurum, vt regnante vero pontifice Iesu, carnale pontificium aboleretur. Scissa est synagoga, Christi tunica manet integra. Hierony. Mos erat Iudæorum, scindere vestimenta audita blasphemia, tali signo cordis dolorẽ iudicantium. Sic Paulus & Barnabas pp̃m diuinos ho-

Admiratio quid

Scissio vestis Caiphę quid signet

nos honores offerre volentem scissis tunicis compescuerunt, Actu. 14. Summo tamen sacerdoti hoc inhibitum erat, Leuit. 21. Sed ipsi contra legẽ agentes, apparenter Christum secundum legẽ iudicabant. Chrysostomus: Magna istius Caiphæ malitia. Primo sentẽtiã tulit blasphemię in Christũ, & postea quærit consilium. Pro nihilo, inquit, laboramus pro testibus habendis. Vide excæcatam malitiam. ipsi sunt iudices, accusatores, testes, & cum legis præcepta se consummare arbitrati sunt, contra legis præcepta agunt, dicente scriptura Exod. 23. Insontem & iustum non occides:, & eum qui venerat mortem tollere, reum mortis dicunt. Non primũ hoc audierunt modo, nam & ante filium dei se dixit non semel, idq; operibus testatus est Iohan. 10. Sed quũ aliam causam inuenire non poterant, istam exaggerabant. Tunc veluti in iure damnatum sæuire cœperunt ludibrijs, quoꝝ nihil non mansuetissime passus est Iesus, vt absolutum exemplum tolerantiæ suis exhiberet. Nemo ferendis ignominijs superauit Iesum, edendis miraculis quidam superarunt. Expuerunt in faciem, in quam desiderant angeli prospicere, 1. Petr. 1. Ipsius qui speciosus est præ filijs hominum, Psalmo. 44. quam tanto affectu expetierunt sancti, Lucæ. 10. Multi reges & prophetæ voluerunt videre quæ videtis, & non viderunt. Psalm. 79. Ostende faciem tuam, & salui erimus. Hanc ipsis ostendit, sed eam velauerunt, non vt crimina sua nõ videret, sed vt à seipsis (vt dicit Rabanus) ficut quondam in Mose, gratiam cognitionis absconderent, quo liberius malitiam suam in ipsum exercerent. Erat enim tam gratiosa, & virtus de ipsius oculis exibat (vt dicit Chrysostomus) vt intuentes ipsum, occulte ad pietatem & amorem attraherentur. Traditus fuit dominus voluntati eoꝝ: ideo vnusquisq; vbi & qũo volebat, illudebat. Hinc his contumelijs exprobrant ei, quod Messias haberi voluisset, quod prophetię titulo fuisset à populo insignitus. Bernardus: Alij manu versa percutiebant os eius mellifluum, alij sanctissimã euellebant barbam, alij per crines trahebant. Esa. 50. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Faciem meam nõ auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me. O dñe, ad quoꝝ manus deueniſti? quanta est patientia tua? Sic dñs amore peccatricis animæ, cui dicit per Hiere. 3. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit dominus, & ego suscipiam te, tam multipliciter & enormiter illusus est. Tota nox in ædibus Caiphæ consumpta est in perniciem & ludibrium Iesu, sacerdotibus & senioribus, & reliquis in requiem se recipientibus. Tu anima deuota accumbe, & quiesce ad pedes Iesu, si potes: sin autem, dolecum dolente, quoniã omnia propter te fiunt. Stude ergo horum exemplo omnem iniuriam, vilipensionem, & quæcũq; opprobria quasi nihil cum gaudio sustinere. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, qui peccatum, non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: qui cum malediceret, nõ maledicebat cum pateretur, non comminabatur. Caueat & quisq; ne proximum conuicijs scommatibusq; afficiat. Matth. 5. Qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit æterni ignis.

Christi facies q̃ gratiosa.

## ¶De præsentatione & falsa accusatione coram Pilato & Herode.

### ARTICVLVS XXXIII.

DET confestim mane facto, conuenerunt principes sacerdotum cum scribis, & pharisæis, & vniuerso concilio aduersus Iesum, vt eum morti traderent, & adduxerunt eum in concilium suum, dicentes. Si tu es Christus, dic nobis palam. Et ait illis: Si dixero vobis, non creditis mihi: si autem & interrogauero, non respondebitis, nec; dimittetis: Ex hoc autem erit filius hominis sedens a dextris virtutis dei. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es filius dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerũt: Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi nanq; audiuimus ab ore eius.

Vt vero diluxit, iam legitimi concilij formam exhibituri, cuncti conueniunt: & accitũ in conciliũ suum, Iesum percontantur, venantes aliquid ex illius dictis, q̃d in eo criminentur. In iudicio quęritur, ac destinata morte, post circunspiciunt quo titulo mortis causa possit intendi. Hieronymus: Attende anima deuota, quantũ sitiebãt sanguinem Christi, qui non poterant claram expectare lucem, sed summo mane accelerabant sententiã mortis contra dñm proferre. In priori concilio interrgarunt, si filius dei esset, vt si cõfiteretur, contra eũ ex lege quæ deoꝝ prohibet pluralitatẽ, & diuini honoris vsurpationẽ, sub mortis interminatiõe, dãnatiõis accusationẽ haberẽt. Veꝝ qa Pilatus gentilis erat, legis ædicta parui

cta paruipendens,& plures deos colens,quærunt nunc, si ipse sit Christus ille, quem iuxta prophetarum oracula expectarent. Nouerant Christum de semine Dauid promissum, Matth.22.Quare si simpliciter profiteretur se Messiã, accusandi habuissent ansam, quod regiã sibi vsurparet contra inhibitionẽ Imperatoris,dignitatẽ,& sic vt seditiosus puniendus.Iesus ergo sciens illos scisciatari,non vt discerent veritatẽ,sed vt venarentur calumniam,respondit:Si dixero vobis qui sim,non credetis mihi,sicut nec antea quando per opera hoc ostendi. Iohan 10. Quousq; animã nostrã tollis? si tu es Christus,dic nobis palã. Respondit eis Iesus:Loquor vobis,& non creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris mei,hæc testimoniũ perhibent de me. Si autẽ vos perconter ex scripturarum testimonijs,qualis sit promissus Messias,& an ea signa cõpetant in me, non respondebitis mihi ex animo,qui nec discere cupitis quod verũ est,nec docere. Nimirum voluisset dominus Caipham cum suis interrogare,& sic instruere,& seruare:sed videbat animos ipsorum ad falsitatem & calumnias prolapsuros.Sed quoniã humilem Christũ per quem seruari poterant occidere quàm amplecti maluerunt,scirent sese conspecturos iudicẽ & vltorẽ impietatis suæ quẽ seruatorẽ promissum & expectatũ tot seculis agnoscere noluerunt.Nam secundũ diuinitatẽ semper est ad dexterã patris,hoc est,in vera æqualitate,& eadem maiestate cũ ipso:quoad humanitatem vero,per passionẽ ad maiestatis gloriã peruenit Mar.16. Et dominus quidem Iesus assumptus est in cælum,& sedet à dextris dei,Sciebant ex modo loquendi per filiũ hominis,dominũ seipsum notare,& quia filiũ hominis sessurũ dixit à dextris virtutis dei,quod proprie conuenit Christo,Psal.109.Dixit dñs domino meo, sede à dextris meis,hinc concludunt quod Iesus se filium dei affirmaret.Ea vox visa est omnibus idonea ansa calumniandi,si modo profiteretur aperte se filiũ dei. Iesus ingenue fatetur hoc quod perpetuo inculcat,se dei filium esse, secq; olim sumpturum pœnã de malis,consessurumq; ad dexteram patris. Hic rursus piaculum admittit,veritatẽ dicens:Quid egemus testimonio cõtra istũ,vt mortis reus cõprobetur? Ipsi audiuimus ex ore eius manifestam blasphemiã. In hanc sentẽtiã facile pedibus discessum est ab omnibus, qui quocunq; titulo decreuerant occidere Iesum. Quid enim longius à blasphemia abest,quàm prædicare gloriam filij dei, quàm testificari futurum quod propheræ futurũ prædixerant? O obstupescenda nequitia impiorum,videre inter tot sanctimonia & dignitate præcellentes, ne vnũ quidem qui pro veritate vel verbum proferret:quin omnes vt lupi rapaces in agnum mitissimum sæuiunt.O Iesu pie,quantum cor tuum tanta cruciabat impietas.

Tunc surgens omnis multitudo eorum,vincientes Iesum,adducunt a Caipha, & ligatum eum, tradiderunt Pontio Pilato præsidi in prætorium. Erat autẽ mane,& ipsi non introierunt in prætorium,ne contaminarentur, sed vt manducarent pascha. Tunc videns Iudas qui tradidit eum, quod damnatus esset,pœnitentia ductus,retulit triginta argenteos principibus sacerdotũ, & senioribus populi,dicens:Peccaui,tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt:Quid ad nos? Tu videris. Et proiectis argenteis in templo,recessit: & abiens,loqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum,acceptis argenteis,dixerunt:Non licet eos mittere in corbonam,quia precium sanguinis est. Consilio autem inito,emerunt ex eis agrum figuli,in sepulturam peregrinorum. Propter hoc appellatus est ager ille Acheldemach, hoc est, ager sanguinis vsque in hodiernum diem. Tunc adimpletũ est, quod dictum est per Hierem. prophetam,dicentem: Et acceperunt triginta argenteos precium appreciati,quẽ appreciauerunt a filijs Israel,& dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus.

Tradiderunt vinctum præsidi,vt in damnatũ animaduerteret, quo innoxij sanguinis inuidiam in eũ deriuarent. Victo. Mos erat Iudæorum, vt quem morte dignũ iudicarent, vinctũ iudici traderent.Leo:Tradiderunt Pilato,tanquam Romanis deuoti legibus,omne iudicium potestati Cæsaris reseruassent,sed expetierunt executorem magis sæuitię quàm arbitrum causæ.Offerebant enim duris nexibus vinctũ,colaphis & alapis frequentibus cæsum,sputis oblitum,clamoribus prædamnatum,vt inter tot præiudicia, quem omnes vellent perire, non auderet Pilatus absoluere. Vincitur,vt nostra soluat vincula.Psalm.115.

Dirupisti

Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Psalm. 145. Dominus soluit cõpeditos. Ne immundi rederentur ingressu, non introierunt prætorium, ad esum azymorum panum: nam agnum præcedenti die comederant. Ecce hypocritæ isti, excolantes culicem & camelum glutientes, formidantes maculati ingressu domus alieni, cum ipsi tot artibus molirentur necem homini nihil cõmerito, imo tot modis bene merito. Augustinus: O inopia cęcitatis humanæ, habitaculo contaminabantur alieno, sed non scelere proprio Iudas tot indicijs intelligens Iesum damnatũ, quem innoxium nouerat, & hinc sibi dãnationis imminere periculum, prout à domino audiuit, quem prophetã nouerat, pœnitentia ductus, sed sera, quia sine spe veniæ, quanquã dolorem haberet in corde, confessionẽ in ore, restitutionem in opere, sacerdotibus reddidit pecuniã. Chrysostomus: Vide veritatem vndique fulgentẽ, proditor de seipso dat testimoniũ, & eoꝝ qui condemnauerunt, oppilat ora. Huius certe confessio debuerat cõmouere principũ animos, fatetur auaritiæ morbo factũ, & innocentem fatetur quem prodidit. At illi prorsus efferati, nec aliud quàm innoxium sanguinem sitientes, responderunt: Quid nostra interest, an nocentem prodideris an innocentem? tu opus tuũ conspice, & onus tuũ porta. Chrysostomus: Accusatio est Iudæoꝝ: in nouissimo die, quòd pœnitentiã non egerunt, Iuda flagitiũ confitente. Hilarius: Professio audax, emisse se iusti sanguinem audiunt, & tamen in vendente scelus constituunt, & extra reatũ se esse credunt, nec intelligere volunt, quòd si peccauit ille qui tradidit sanguinem iustũ, multo magis peccauerunt qui emerunt, & preciũ offerendo discipulum ad proditionẽ prouocabant. Agnouit magnitudinẽ sceleris sui, sed non agnouit magnitudinem misericordiæ dei. Fleuit Petrus amare, & misericordiã consequutus est: fleuit & Iudas, sed abiecto magis animo quàm conuersꝰ: & ideo digressus, laqueo se suspendit, vt eleuatus in aere se indignũ cælo & terra ostenderet, sed socium dæmonũ in aere habitantium, qui proditionis culpam non solum non vere emendare studuit, sed etiã proprij homicidij (vt dicit Rabanus) scelus addidit. Et vt in vocali arteria quæ vocem proditionis ædidit, puniretur, quare suspensus crepuit medius, Actu. 2. ne anima exiret per os quod dominũ ea nocte osculatũ fuerat. Maluit se quàm pecuniã perdere, vt dicit Beda: quia pecuniam templo reddidit, se diabolo sociũ fecit. Noluerunt pecuniam ponere in carbonã, siue in donaria templi, quibus multum religionis tribui volebant: atq; interim produnt conscientiam suam sceleratam, confitentes innoxium, cuius proditionem emerant. Neq; enim alio pacto poterant magis traducere suã impietatẽ. Leo: Cuius cordis est ista simulatio? sacerdotũ conscientia capit, quod templi arca non recipit: refutatur illius sanguinis taxatio. Quantislibet vos protegatis fallaciæ vmbraculis, manet initũ cum proditore cõmercium, quo sanguinem iustũ, sicut non licuit, cõparastis. Emerunt ex eis agrum figuli, secundũ Hieronymũ, in diffamationem passionis Christi & venditionis, sed ordinatione diuina hoc factũ est in memoriã innocentis mortis Christi, & iniustæ emptionis Iudæorum, & venditionis Iudæ. Obserua secundum Hieronymũ in Hieremia hoc testimoniũ per Matthæum inductum, non reperiri, sed sententialiter in Zacha. 11. Tamen legi, ait, nuper in quodam volumine Hebræo, quod Nazarææ sectæ mihi Hebræus obtulit, Hieremiæ apocryphum, in quo ad verbum hæc scripta repperi. Origenes: In secretis Hieremiæ hæc continentur.

Pœnitẽtia Iudæ quæ.

Testimonium Matthei ex Hieremia q̃le.

Iesus autẽ stetit ante præsidẽ. Exiuit ergo ad eos foras præses, & dixit eis: Quam accusationẽ affertis aduersus hominem hunc? Responderunt, & dixerunt: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eũ. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & secundũ legẽ vestram iudicate eũ. Dixerunt ergo Iudæi: Nobis non licet interficere quenquã, vt sermo Iesu impleretur, significans qua morte esset moriturus.

Quum Iesus staret ante præsidem veluti reus, quum esset à Romanis iudex constitutus, leges Romanorum seruare volens, ait: Mittitis hunc ad me capite plectendum: atqui non est moris Romani quenquam afficere supplicio, nisi conuictum de crimine capitali. Chrysostomus: Videns eum ligatum Pilatus, & à tot ductum, non æstimauit hoc argumentum esse inalterabile actionis, sed interrogauit. Principes autem sacerdotum cognoscentes suas accusationes friuolas & falsas, nullam accusationem specificarunt, credentes se autoritate & multitudine posse quod vellent. Sit tibi, inquiunt, satis pontificum & sacerdotum autoritas & pharisæorum. Ita honoratos & veridicos se haberi volebant, vt quicquid vel dicerent, vel facerent, iustum haberetur. O quot hodie imitatores, qui ob

ſtatus dignitatem ſe & iuſtos & bonos haberi volunt. O inauditã innocentis dñi blaſphemiam, quẽ ſicut non ſimplici morte, ſed turpiſſima condẽnare voluerunt, ſic non ſunt contẽti eũ vt malefactorẽ quẽlibet, ſed vt ſceleratiſſimũ infamare & publicũ, cuius mala nulla tergiuerſatione cęlari poſſint. Auguſtinus: Interrogentur & reſpondeant, à ſpiritibus immundis liberati, languidi ſanati, leproſi mundati, ſurdi audientes, cæci videntes, mortui reſurgentes: & quod ſuper his oñibus mirabilius eſt, ſtulti intelligentes, vtrũ Ieſus ſit malefactor. Ipſe em̃ eſt qui pertranſijt benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo, Actu. 10. Et nunc à filijs diaboli, vt malefactor accuſatur, & talis, vt excuſationẽ non admittat. Sed iſta dicebant de qbus p prophetã p̃dixerat Pſal. 54. Retribuebãt mihi mala pro bonis. Hiere. 18. Nunquid redditur pro bono malũ, quia fodernnt foueã animę meę? Accipite eũ vos. Ironia eſſe poteſt. q.d. Si tantæ autoritatis & iuſtitiæ eſtis, vt nudis verbis veſtris ſit credendũ, iudicate eũ, me non grauantes. Aut ſi quid eſt, quod ad meũ tribunal non pertinet, aut ſi quid huiuſmodi cõmiſſum eſt, quod veſtra lex punire iuſſit, cũ non ſit alioqui Romanis legibus vetitũ, accipite & iudicate. Sed quoniã ablatũ erat eis ſceptrũ regni iudiciariaq; poteſtas, Gene. 49. Non auferetur ſceptrũ de Iuda, nec dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus eſt. Vel ſecundũ Bedã, ſuppliciũ crucis, quod ſibi Romani reſeruarunt, alijs conceſſis ipſis. nam ipſum aliquoties lapidare voluerunt, vt claret Iohannis. 8. & 10. reſponderunt ſibi non licere interficere quenquã, crucis ſcilicet ſupplicio. Vnde & ſermo Ieſu impletus eſt, quo ſe prædixit tradendum gentibus ad illudendũ, & flagellandũ & crucifigendũ, Matth. 20. Luc. 18. Vt oñino intelligeremus, non ſolum mortem illi conſtitutam fuiſſe, ſed delectum etiam mortis genus. Deus autẽ nunquam ſuis deeſt promiſſis, etiam ſi nos deſimus tam deo, quàm nobiſipſis ſæpe.

An dignitas alicuius malitiã excuſet.

Cœperunt aũt illũ accuſare, dicentes: Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, & prohibentem tributa dari Cæſari, & dicentem ſe Chriſtũ regem eſſe. Introiuit ergo irerũ Pilatus in prætoriũ, & vocauit Ieſum, & dixit ei: Tu es rex Iudæorũ? Ieſus aũt reſpondit: A temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Reſpondit Pilatus: Nunquid Iudæus ego ſum? gens tua & põtifices tui tradiderunt te mihi. Quid feciſti? Reſpondit Ieſus: Regnũ meũ non eſt de hoc mundo. ſi ex hoc mundo eſſet regnũ meũ, miniſtri vticq; mei decertarent pro me, vt non traderer Iudæis. Nunc aũt regnum meũ non eſt hinc. Dixit ergo ei Pilatus: Ergo rex es tu? Reſpõdit Ieſus: Tu dicis, quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimoniũ perhibeam veritati. Omnis qui eſt ex veritate, audit vocẽ meam. Dicit ei Pilatus: Quid eſt veritas? Et cum hoc dixiſſet, exiuit iterum ad Iudæos.

Videntes ſe non poſſe conſequi intentũ, accuſarũt in tribus quæ ſibi videbant pulchrĩ cõmenti, quæ maxime cõmouerent præſidẽ, eo quod pertinerent ad læſam Cæſaris maieſtatẽ. Quid his mendacijs impudentius? Nam Cæſari reddenda quæ Cæſaris ſunt, dixit Matth. 22. Quæſitus in regẽ, fugit Ioh. 6. Meſſiam ſe eſſe factis ipſis declararat. Proinde etiam ſi ſe Meſſiam prædicaſſet, non oportebat obijcere criminis loco, niſi declaraſſent in eum non cõpetere, quæ de Meſſia prophetæ prædixerant. Pilatus quanquam idololatria, tamen multo æquior Iudæorũ ſacerdotibus, ſatis ſe æquiter & prudenter in initio geſſit. Quanquã em̃ à primoribus accuſaretur Chriſtus, non tamen ſubitam ẽ veſtigio tulit ſententiã, ſed clanculum accerſito Ieſu, examinat eum de intento crimine. Publicitus noluit ob furorẽ populi. Duo prima non curauit. Primũ, quia quũ eſſet gẽtilis, de cærimonijs legis non magnopere pendit, ſciens pluresipſos habere ſectas, vtpote Sadducæorũ & phariſæorũ. Alterũ, falſum relatione didicit, & quia nouũ non erat hoc diſputari inter Iudæos. Intelligẽs vero obijci de affectato regno Ieſu, nec in ſpecie quicquã appareret quod huic crimini faceret fidẽ, interrogauit, an de iure rex eſſet, d. Tu ne es ille rex Iudæorum, quẽ dicuntur expectare? Hoc vnũ diligenter exquirit, q; cętera non pertinerent ad rempublicã, cæterũ hoc crimen videretur & ad Cæſaris maieſtatẽ, & ad publicaã tranquillitatẽ pertinere. Cauebat em̃, ne Romani tam nobili prouincia priuarẽtur, & ipſe propriæ perſonæ iacturã incurreret. Ieſus autẽ, tametſi non ignoraret hoc eſſe falſo delatũ à Iudæis, tamẽ vt Iudæorũ malitiã detegeret, ait: Si à te cogitaſti me fore regẽ, cõmunis iudex tranſit in partẽ: quo facto, ſemper ſuſpecta eſt ventilatio rei. Si à teipſo hæc cauſa ſum

pſit initium, iniuſtū eſt, vt cogitatio præſidis p examinationē exquiratur, quare pande ſigna meæ rebellionis. Si alij dixerunt de me, inquiſitionē fac ordinariam. Accuſanti, non reo, incumbit probatio: ſi dictū eoꝝ non probatū credis, non iure procedis: ſi approbas, es iudex ſuſpectus. Pilatus aūt ſuam aperiēs innocentiā, & Iudæoꝝ malitiam, nequaquā, inquit, ex me hoc coiecto quum Iudæus non ſim, nec ex libris ipſoꝝ cognoſcere valeam, quis ipſoꝝ promiſſus ſit rex, nec ipſis fauere contra æquitatē. Tui & ipſoꝝ primores tetra diderunt, vt iudici. Si falſum eſt affectati regni crimen. Quid igit cōmiſiſtiſ apparet quod magni aliquid ſit in cauſa. Quod ſi piaculum hoc abſtergere potes, nos æquo animo audiemus. Hæc quoniā Pilatus ſimpliciter ſciſcitabat, vt liberaret innocentē. Ieſus illi pægma dignatus eſt reſpondere, docens aliud regni genus eſſe, de quo prophetæ fuiſſent locuti. Tho. Docet regni mundani imbecillitatē, quoniam à miniſtris habet fortitudinem, qui pro rege, qui vnus ſolus homo, contra inimicos pugnant: & regni ſuperni firmitatē, quod nullo indiget. Maius ergo illi regnū eſt. Auguſtinus: Non dicit, non eſt hic regnū meū, ſed non eſt hinc, quia peregrinatur à domino, inde non habens originē, ſed hic eſt vſq; ad conſummationē ſeculi, recipiens bonos & malos, zizania & triticum, Mat. 13. Hoc non plene intelligēs, audiens tñ Ieſum nō prorſus abnuere regis nomē, ſed regni genus diſtinguere, ait: Ergo ne verꝝ te regē eſſe alicui, quodcūq; ſit iſtud regni genus quod ad nos non ptineat? Veritatē, ait dominus, quam à me interrogas, tu ipſe profers: quia vere ſic eſt q̄ rex ſim ego, nec tamen talis, vt aucuper mundanū regnum & Romanum. In hoc tēporali regno tēporaliter natus ſum, & veni per incarnationis myſterium, non p diuinitatis mutationem, vel deſcenſum localem, non vt dominarer p tyrannidem, nec vt fallam mendacio, ſed vt teſtificer veritatem, vera affirmando, & in cordibus radicando, & falſa extirpando. 1. Iohan. 3. In hoc apparuit filius dei, vt diſſoluat opera diaboli. Cuius ſimplex eſt animus, nec huius mundi cupiditatibus obcæcatus, agnoſcit & audit vocem meam.

Duplex regnum

Duplex diſtinguit regnū. Alterꝝ mūdanū, in pōpa & gloria, delicijs & diuitijs, Mat. 20. Reges gētiū dñant eaꝝ. Lu. 7. Ecce q̄ in veſte p̄cioſa & delicijs ſunt, in domibus regū ſunt, & tale à ſe ablegat. Vnde paucos habuit diſcipulos, & eos imbelles ac tenues, ipſe inermis &

Duo requiri vt ſit qs de Chriſti regno

imbellis, videlicet alijs nitēs præſidijs, eo q̄d regnū ipſius nō eſſet terrenū. Alterꝝ ſpū, quo ſua gratia regnat in nobis, noſtras q̄ vires ſuo ſubijcit imperio. Luc. 17. Regnum dei intra vos eſt. Romanoꝝ. 14. Regnum dei non eſt eſca & potus, ſed iuſtitia & pax & gaudium in ſpiritu ſancto. Rabanus: Duo requiruntur vt quis ſit de regno Chriſti. Primo, vt doctrinæ ipſius veritas audiatur. Secundo, vt opere impleatur. Coloſſen. 1. Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum dilectionis filij ſui, in quo habemus redemptionem & remiſſionem peccatorum. Sic dominus vbique temperauit reſponſa ſua, vt innocentiam probaret ſuam, nec daret operam, vt elaberetur è iudicio, qui mori decreuerat. Non ergo diſpicuit Pilato verbum veritatis, quod etiam improbi amant: nam & ſi falſa lere volunt, non tamen falli. Ad hanc amore conuerſus, & dulcedine vocis eius allectus, quærit quæ ſit veritas illa, cuius participatione homo efficeretur de regno Chriſti, quod ſingulare & extra communem hominum vſum intellexit. Sed videns veritatis longam, & difficilem rationem, ac timens diſpendium temporis, non audita ſolutione, feſtinauit dominum liberare, innocentiam ipſius allegando, vt dicit Chryſoſtomus: Sed neq; idoneus fuit diſcipulus. Eſa. 7. Niſi crediderit is, nō intelligetis. Nouerat enim dominus eum in veritate non ſtare, ſed contra veritatem falſam daturum ſententiam.

Ait aūt Pilatus ad principes ſacerdotū & turbas: Ego non inuenio cauſam in hoc homine. At illi inualeſcebant, dicētes: Cōmouit populū, docēs per vniuerſam Iudæam, incipiēs a Galilæa vſq; huc. Audiēs aūt Pilatus Galilæā, interrogauit ſi homo Galilæus eſſet. Et vt cognouit, quod de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eū ad Herodē, q & ipſe Hieroſolymis erat his diebus. Herodes vero viſo Ieſu, gauiſus eſt valde, erat em̄ ex multo iam tpe cupiēs videre eū, eo q̄ audierat multa de eo, & ſperabat ſignū aliquod videre ab eo fieri. Interrogauit aūt eū multis ſermonibus, & ipſe nihil reſpondebat. Stabāt aūt principes ſacerdotū & ſcribæ conſtanter accuſantes eū. Spreuit aūt illū Herodes cū exercitu ſuo, & illuſit indutum veſte alba, & remiſit eū ad Pilatū. Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus in ipſa die. nam antea inimici erant adinuicem.

Quid mul

Quid multis, inquit, est opus? examinaui hominē de obiectis criminibus, nihil in eo criminis inuenio. At illi sibi conscij, ꝙ argumentis vincere non poterant, clamorē intēdunt, crimina criminibus, mendacia mendacijs connectētes. Imo seditiosus est, aiunt: commouit populum sua doctrina, & turbauit. Theoph. Peruertit populum, nec in vna parte tantum, sed in Galilæa incepit, & puenit vsq; huc. Ob id Galilæā nominant, vt exosum & suspectum Pilato reddant, ꝙ similis fuerit Iudæ Galilæo, qui rebellionem & tumultum excitauit, quare perijt cum suis, Actu. 5. Est autem hoc peculiare crimen euangelicę doctrinę: commouet populum, & seditionē mouet, impijs aduersus inuisam veritatē insurgētibus. Verū non hic tumultus imputandus est euangelij p̄conibus, sed hominum insanabili malitiæ, qui veritatē salutiferam obrui malunt, quàm morbum animi deponere. Virtus autem est ignorantē docere, quod ipsi criminis vice inducunt. Beda: Pilatus de præmissa accusatione non interrogandū dominū per seipsum ratus, sed magis nacta occasione cupit se ab eo iudicando liberū reddere, ne contra innocentē sententiam ferre cogeret, quem inuidia traditum nouerat. Herodi illū misit audiendū, credens probabiliter quod hominem suæ ditionis facile liberaret maxime innocentē. Egit & in hoc, vt dicit Rabanus secundū legē Romanorū, quæ iubet quemlibet à suæ ditionis principe iudicari. Quāquam hæc quoq; gesta sint diuina dispensatione consilij, vt ab omnibus tribunalibus referret dñs Iesus testimonium innocētiæ suæ, magiśq; traduceret pontificum, scribarū & primorū malitia. Fuerat autē dominus in Galilæa conceptus, Luc. 1. nutritus, Matth. 2. & ibi bonam partē ætatis suæ transegerat, vnde venit ad Iordanem ad baptismū, Marth. 3. Gauisus est Herodes præsentato sibi domino, non deuotione, sed curiositate, ex eo tpe cupiēs videre eum, quo post Iohannis decollationē rumorem miraculorū ipsius audiuit. Lucæ. 9. Quis est iste de quo ego talia audio? Dolositate signum quærebat, simulans se credere more Iudæorum, 1. Corin. 1. Iudæi signa petunt, cum intra se cogitaret extinguere omne semen Dauid, imitator paterni sceleris, quo ipse solus regnaret. Interrogabat Iesum, cupiens aliquid ab illo prolicere, non vt redderet melior, sed vt suæ curiositati morē gereret. Iesus autē qui non in hoc venerat, vt impij principis libidini seruiret, sed vt omnium salutē procuraret, nihil respondit, nos interim docens, aliquando non promendum sermonē euangelicum, vbi constat indignos esse qui audiant. Gregorius: Inquisitus redēptor noster tacuit: expectatus, miracula adhibere contēpsit, sese apud se in occultis retinēs, eos quos exteriora quærere reperit, ingratos foris reliquit, magis eligens à superbientibus despici, quàm à non credentibus vacua voce laudari. Non em̄ fastidiosis animis alta sunt pandēda mysteria, neq; prodigia facienda coram sectantibus vanitatē. Stabant autem principes sacerdotum ptinaciter accusando, & in accusatione pdurando, tanto vtiq; grauius & iniquius, quo timebant ne ipsum Herodes absolueret. Hæc enim erat ipsorū damnata constantia, vt Christus morti penitus traderet. Spreuit illum tanquam simplicem & fatuum, eo quòd nec sibi nec accusatoribus responderet. Iob. 21. Deridet iusti simplicitas. Qualis rex, talia & latera eius. Ecclesiastici. 10. Secundum iudicem populi, & ministri eius. Non est enim virorū, regum, & iudicum, in iudicio constitutum illudere, sed vel damnare conuictum, vel absoluere innocentem. Vnde ludibrij causa veste alba induit. Hanc indignam ignominiam tulit dñs Iesus à crasso rege, & illius armato satellitio quo cingebat, ne non haberent similes labra lactucas. Siquidem apud hoc hominum genus citius gloriam referet funambulus quispiam, aut præstigiator, quàm veritatis euangelicæ syncerus prædicator. Ambrosius: Non ociose veste alba induitur, immaculatæ tribuens indicia passionis, quod agnus sine macula cum gloria, mundi peccata susciperet. Nolens autem offendere primores Iudæorum, remisit Iesum ad Pilatum, gratum interim habens, quod Pilatus hoc honoris habuerit sibi, vt videndi Iesu fecerit copiā. Nam antea inimici erant ob nec ē Galilæorū, quos Pilatus præter consensum Herodis occiderat, miscens sanguinem ipsorū cum sacrificijs, Luc. 13. Theoph. Vide diabolum vbiq; coniungentem disiuncta, vt Christi perficiat necem. Erubescamus, si causa nostræ salutis nec amicos in proprio fœdere conseruamus. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum. Ephesiorū. 2. Caue autem ne vnquam auxiliares copias iungas cum improbis, alioqui audies de domino illud. 2. Para. 19. Impio p̄bes auxilium, & ideo iram domini merebaris. Prouer. 1. Fili, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas illis. Impia vero pax est, quam conglutinat iniuria veritatis euangelicæ. Consideremus nunc quàm opprobriosissime fuerit dominus oblatus, quàm falsissime accusatus, quàm mansuete & patienter & silenter se habuit. Sic dei filius dignatus est de iudice ad iudicem duci, ac taliter irrideri, vt nos rei ab æternæ mortis iudicio liberaremur, & æterna confusione, & dæmonum illusione, stolaq; immortalitatis vestiremur, ac filij dei efficeremur. Non gloriemur itaq; in vestium & mundi pompa, sed in domino.

¶De excusatione, & iniusta condemnatione per iudicem.

## ARTICVLVS XXXIIII.

E Pilatus autem conuentis principibus sacerdotum, & magistratibus, & plebe, dixit ad illos: Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populũ, & ecce ego eum coram vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto, ex his in quibus eũ accusatis. Sed neq; Herodes. nam remisi vos ad illũ, & ecce nihil dignũ morte actũ est ei. Emendatũ ergo illũ dimittã. Et accusauerũt eum summi sacerdotes in multis, & cũ accusaret a principibus sacerdotũ & senioribus, nihil respondit. Pilatus aũt rursus interrogauit eũ, dicens: Non audis quanta aduersum te dicũt testimonia? Non respondes quicquam? Vides in quantis te accusant? Iesus aũt amplius non respondit ei ad vllum verbum, ita vt miraret præses vehementer.

Pilatus vbi vidit remitti reum, nec successisse quod conatus fuerat, ex iudice cœpit esse patronus Iesu. Vide quomodo primores Iudæorũ populum concitarunt, vt sese sequerent de iudice ad iudicem ad psequẽdum Iesum. Attende quanta solertia verba librans, Chri enũciat innocentiã, q eũ quasi auertẽtẽ dicit ab obediẽtia Cæsaris ac legis Iudæorũ, qa nõ credebat verũ. q. d. Vos in probatiõe deficitis, iudicari aũt fine sua cõfessiõe nõ pt, q̃re corã vobis interrogo si in aliq̃ deliqt, ex alijs icognitis mihi iudicare eũ nõ licet. Idẽ accidit Herodi, qui me certius poterat his de rebus iudicare, peritus legũ vestrarũ: nam hac de causa reieci cognitionem ad illius tribunal. Beda: Audi cæce Iudæe, audi crudelis pagane. Pilatus ipse confitetur, neq; se, neq; Herodem dignum quid morte in Christo repperisse, sed tantum in illudendo innoxium alienæ crudelitatis obtemperasse clamoribus. Hieronymus. Lentus ergo Pilatus, nec satis erga veritatem sçuerus, quia timebat accusationem, Prouerbiorũ. 29. Qui timet hominem, cito corruet. Subiungit. Proinde præstat imitari nos Herodis æquitatem. pœna quapiam non capitali castigatum dimittam hominem. Beda: Flagris & ludibrijs illum quantum iubetis afficiam, dummodo innoxium sanguinem nõ sitiatis. Audientes Iesum viuũ dimittendũ, & accusationes suas subuersas, exarserunt sicut ignis in spinis. ex iudicibus fiunt accusatores. Nam summi sacerdotes, ne qua posset elabi Iesus, varios criminum articulos in illum congerunt, vt ex multis aliquod saltem esset, quod moueret iudicẽ non admodum iniquum. Dominus vt patientiæ & mansuetudinis daret exemplum, nihil respondit, neq; ad sui excusationem, neq; ad dictorũ refragationem, neq; ad accusantium improperationem, ne crimen diluens dimitteretur, & crucis vtilitas differret, vt dicit Hieroymus: Rursum ergo quum instarent accusatores, Pilatus cupiebat ex ipso elicere quo liberaret. Chrysostomus: Quia corruptum erat iudicium. agnus coram tondente se obmutuit, Esa. 53. Mirabat ergo præses hominem innoxium, in periculo capitis tanta mansuetudine obticescere, sciens q facile posset se excusare, præsertim quum haberet iudicem pro se. Augustinus: Non voluit propheta vt nunquam loqueret, quibusdam enim interrogationibus respondet, sed propter illa in quibus non respondit, dicta est similitudo de agno, vt non reus suo silentio, sed innocens haberet. Cum ergo iudicaret, vbicunq; non aperuit os suum, sicut agnus non aperuit, id est, non sicut mali sibi conscius de peccatis conuincebat proprijs, sed sicut mansuetus, qui pro peccatis immolabatur alienis. Ambrosius: Dominus tacet, & bene: qui defensione non indiget, ambiant defendi, qui timent vinci. Non ergo accusationem tacendo confirmat, sed despicit non refellendo.

Per diem aũt solennem cõsueuerat præses, & necesse habebat eis dimittere vnũ ex vinctis, quemcũq; voluissent & petissent. Habebat aũt tunc vinctum vnum insignem, qui vocabat Barrabas. Erat aũt Barrabas latro, qui cum seditiosis erat vinctus, & in seditione fecerat homicidiũ. Congregatis autem illis, respõdit Pilatus, & dixit: Est autẽ consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in pascha. Quem ergo vultis dimittam vobis, Barrabam, an Iesum qui dicit Chrus? Sciebat enim quod p inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem & summi sacerdotes, & seniores populi, persuaserũt

populis

populis,& concitauerunt turbam, vt magis Barrabām dimitteret eis, Iesum vero perderet. Et cum ascendisset turba, cœpit rogare, sicut semper faciebat eis. Respondens autem præses, ait illis: Quem vultis vobis de duobus dimitti? Exclamauit simul vniuersa turba, dicens: Non hunc, sed tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam.

Pilatus in sacerdotibus nihil esse prædiñ sentiens, confugit ad populum, sperans, vt illorum fauore liberaretur Iesus. Beda: Hæc consuetudo non erat legis præceptum, sed ex antiqua patrum traditione descenderat, ob memoriam liberationis ex Aegypto, qua vinctũ liberabāt, & hanc ab Imperatore sibi seruari impetrarant. Chrysostomus: Per hanc consuetudinem eripere tentauit, & vt Iudæis ne vmbra quidem excusationis emaneret, manifestus homicida in comparatione Christi adducitur. Nam ob facinora insignis erat, & populo inuisus. Nec hoc temere accidit, sed dispensatione diuina, ne quis esset vnde non haberet testimonium innocentiæ suæ, dominus Iesus. Illud enim magnopere referebat, vt constaret omnibus, mortem eam nobis redimendis fuisse gratis impensam. In hunc quoniam sciebat præses publicum esse ciuitatis odium, sperabat fore, vt citius paterentur dimitti Iesum de multis bene meritum, quàm hominem publicæ tranquillitatis hostem. Auget hoc crimen Pilati, quòd non ignorantia, sed scienter deliquit, sciens per inuidiam traditũ. Quũ populus instaret, vtrum mallent sibi donari, suasu senioꝝ & sacerdotũ factum est, vt sibi poscerent Barrabam, & huius loco Iesus occideretur. Chrysostomus: Putabant se astruere posse Iesum deteriorẽ latrone, ac adeo nequam, vt neque pro pietate, neque pro festi prærogatiua deberet liberari. Itaque præses non consentiens, vt liberam prout solebant, haberent ex omnibus optionem, pro nunc proposuit illis, vtrum ẽ duobus sibi vellẽt condonari diei festi gratia. Populus seductus vna clamabat: Non hũc quem tu vis, sed tolle hunc, qui grauis est nobis ad videndum. Ambrosius: Non immerito homicidæ absolutionem petunt, qui innocentis flagitant occisionem. Tales leges habet iniquitas, vt quod oderit innocẽtia, iniquitas diligat. Augu. Quid hoc est dicere, nisi q̃ occidatur ille qui viuificat mortuos, & dimittat latro vt iterum occidat viuos?

Iterꝝ locutus est ad eos Pilatus, volens dimittere Iesum: Quid igit̃ faciam de Iesu, qui dicit̃ Chr̃us? At illi succlamabant omnes, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Erat autem quasi tertia. Ille autem tertio dixit ad eos: Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum & dimittam. At illi magis clamabant, & instabant vocibus magnis, postulantes, vt crucifigeretur, & inualescebant voces eorum.

Pilatus furorem populi compescere volens, ac simul sperans, quòd mitiori pœna quapiam forent contenti, interrogat de Iesu innocẽte, quid agendum, dum latro publicus festo donatur. Beda: Quanta perditorum crudelitas, qui non solum occidere innocentem, sed pessimo genere mortis occidere desiderant? Pendentes enim in ligno crucifixi manibus & pedibus, producta morte necabantur, diu viuentes in cruce, non quia vita longior eligebatur, sed quod mors ipsa protendebatur, ne dolor citius finiretur, mala fuit Barnabæ electio, sed peior innocentis crucifixionis postulatio. Nam tanta ipsis exhibuit beneficia, ex compassione ipsorum defleuit incommoda. Lucę. 19. Ac ne fic quidem Pilatus cessit illorum clamoribus, sed tertio conatus est illos compescere. Chrysostomus: Intuere quàm sapienter non ait, quia peccauit & dignus est morte, donate eum festo: sed primum eum excusat, & eruens eum à causa omni, tamen ex superabundanti rogat, vt si nollent, vt innoxium dimittere, saltem vt noxium donarent festo. q. d. Iniustum est innocentem tam despecto mortis genere perire, vbi latro manifestus dimittitur liber. Non enim solum studebant Iesu vitam eripere, sed famam etiam honestam abolere, quod est homicidio crudelius. Nam lex execrabilem pronunciat quisquis pendet in ligno, Deuteronomij. 21. Beda: Quia totam suam accusationem, quam aduersus dominum intulerant, crebra ac solicita Pilati excusatione & examinatione videbant euacuatam, tandem impudenter ad solas se preces conuertunt, vt quod criminando & quasi ratiocinando nequiuerunt, postulando & vociferando perficerent. Quanto ergo magis Pilatus ostendit domini innocentiam, tanto magis furens populus damnationis clamabat vindictam.

Pilati quãtum initio erga Christi liberationem studium.

Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Milites ergo p̃sidis ſuſcipiẽtes Iesum, adduxerunt eũ intro in prætoriũ, & congregauerũt ad eum vniuerſam cohortẽ: & exuentes eũ, chlamydẽ coccineam circundederũt ei, & plectentes coronã de ſpinis, poſuerunt ſup caput eius, & arundinẽ in dextera eius. Et veniebãt ad eũ, & genuflexo ante eũ, illudebãt ei, dicẽtes: Aue rex Iudæorũ: & dabant ei alapas. Et expuentes in eum, accipiebant arundinẽ, & percutiebant caput eius, & ponentes genua, adorabant. Et poſtquam illuſerunt ei, exiuit iterũ Pilatus foras, & dixit eis: Ecce adduco eum vobis foras, vt cognoſcatis quia in eo nullam cauſam inuenio. Exiuit ergo Iesus, portans ſpineam coronã, & purpureum veſtimentum. Et dicit eis: Ecce homo.

Præſes, vbi tentatis oĩbus perſpiceret ſeſe nihil proficere apud furentem Iudæorum populum, iuxta morẽ Romanum iuſſit Iesum virgis cędi. Egrediamur ad horrendũ hoc ſpectaculum. Spoliat veſtibus coram omnibus ſpecioſus forma præ filiis hominum, Pſalmo. 44. Suſcipit flagella ſpurciſſimoꝝ: tam dura q̃ doloroſa: flagellat vndiq; . Nihil in pulcherrimo corpore non ſauciũ plagis, liuore obſitum, fluit vndiq; ſanguis regius de omnibus partibus corpois. Superadditur, ſpiſſatur, reiterat liuor ſuper liuorem, fractura ſup fracturam, quouſq; tam tortoribus quàm inſpectoribus fatigatis ſolui iubetur à columna. O homo perdite, omnis huius tu contritionis cauſa exiſtis: ecce agnus innocens quę non rapuit, exoluit, & tu neq; deuotionis gratitudinẽ, neq; compaſſionis rependis affectũ. Sed nec eo crudelitatis contenti phanati homines, addunt capiti ſpineã coronam, eamq; profundant, velut regnũ affectatũ exprobrantes homini humili & contẽpto. Et quoniã veteres reges purpura vtebant, cui coccineus color ſimilis eſt, exutum veſte purpurea circundederunt eum, vt dicit Iohannes, alĩ chlamydem dicunt coccineam. Fuit autem corona de iuncis marinis, qui ob ſui duriciem calceamenta deſuper gradientium penetrant: & quia fuit per modum infulæ ſe pilei, totum caput ambiendo confixit. Chryſoſtomus: Mille puncturis caput eius impleuerunt, ita vt ſanguis copioſiſſime per faciẽ & genas defflueret, oculos & aures replens. Addunt regĩ ſceptri loco arundinem in manu, quo declarare volunt inanitatẽ regni arrogati. Adorationis ſimulatione irrident, vnde alapas haud dubium quin grauiſſimas dabant. Excreant in glorioſam illam faciẽ, de qua dicit Sapię. 7. Candor eſt lucis æternæ. Pſal. 79. Oſtende faciẽ tuam, & ſalui erimus. In maiorem contẽptum & doloris augmentum, caput illud angelis reuerendum p̃cutiebant, & deriſorie adorabant. Bonauentura: Cerne nunc caput illud plenum ſpinis, ictibus arundinis vulnerari grauiſſime, totum ſanguine madens, qui commixtus ſputis, ipſum vt leproſum fecit apparere. Eſa. 53. Vere languores nr̃os ipſe tulit, & dolores nr̃os ipſe portauit, & nos reputauimus eum quaſi leproſum, & p̃cuſſum à deo & humiliatum. Anſelmus: Attende quis eſt hic qui ingredit, habens quaſi imaginem regis & nihilo minus ſerui deſpectiſſimi confuſione repletus. Coronatus incedit, ſed ipſa eius corona cruciarus eſt, mille puncturis ſpecioſum eius caput diuulnerante: regali purpura induitur, ſed in ea magis deſpicitur q̃ honoratur: ſceptrũ in manu geſtat, ſed eo ipſo venerandum eius caput feritur, adorant coram illo & regem conclamant, & continuo ad conſpuẽdum amabiles eius genas ſubfiliunt: maxillas palmis percutiunt, & honorabile collum eius exhonorant. Ad omne genus ludibrĩ ſeſe manſuetiſſime præbebat Iesus omnium rerum dominus, quo nos, q quũ nihil ſumus tamen animos excelſos ac præferoces gerimus, doceret lenitatem, & in malis toleranti-
am. Hæc autẽ paſſus eſt fieri in Iesum Pilatus, vt Iudæorum odium hac hominis afflictione placeret. Sed non excuſatur à toto: quia cum iudex eſſet populi, innocentem abſoluere debuit, & nocentium nequitiam coercere. Eccl. 7. Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitatem, ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua. Prou. 17. Qui iuſtificat impium, & qui condẽnat iuſtum, abominabilis eſt vterq; apud deum. Præſes itaq; rurſus egreſſus, tentat, an poſſet multitudinis fæuitiam mitigare. Audis ſemper inculcari innocentiam Chriſti. Non inuenio, inquit, & ſi intentatũ crimen verberibus elicere ac tortura contenderim. Auguſt. Exiuit Iesus non clarus impe rio, ſed plenus opprobrio, ſpineã geſtãs coronã & purpureũ veſtimẽtũ. O quantus dolor cor apprehendit maternum, tota doloribus, tota amaritudine ex filio ſpectato plena. Ecce homo. Auguſtinus: Si regi inuidetis, iam parcite, q̃a deuictũ videtis, feruet ignominia, frigeſcat inuidia. Eccl. 13. Oĩe animal diligit ſibi ſimile, & oĩs homo ad ſiſem ſibi cõiunget.

Corona Ieſu vnde ſeu qualis

O homo,

O homo, ecce homo propter te natus. Esaiæ. 9. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Cum hominibus conuersatus, Baruch. 3. Pro hominibus immolatus, Esa. 53. Oblatus est quia ipse voluit, Anselmus: O pie Iesu, illudẽdum te misit Pilatus Herodi, illusum recepit, in conspectu irrisorũ te stare iussit, nec pepercit amarissimis verberibus virgineam carnem tuam diuellere, plagas plagis, liuores liuoribus infligens. O domine, qd tanta amaritudine dignum commiseras? Prorsus nihil, ego homo perditus, totius contritionis tuæ causa fui, Amor tuus & iniquitas mea, fic te fecit imbecillem.

Cum ergo vidissent eũ pontifices, clamabant: Tolle, tolle, crucifige crucifige eum. Dicit ei Pilatus: Accipite eũ vos, & crucifigite. Ego eñ nõ inuenio in eo causam. Responderũt ei Iudæi: Nos legẽ habemus, & secundũ legẽ debet mori, quia filiũ dei se fecit. Cũ ergo audisset Pilatus hunc sermonẽ, magis timuit. Et ingressus est iterũ in prætoriũ, & dixit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? Nescis quia potestatẽ habeo crucifigere te, & potestatẽ habeo dimittere te? Respondit Iesus: Non haberes potestatẽ aduersum me vllam, nisi datũ esset tibi desuper: Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatũ habet, & exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi vero clamabant: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari.

Hoc spectaculo, quo quantauis barbaroꝝ feritas poterat mitescere, non solũ non sunt mitigati Iudæoꝝ animi, sed magis etiam accensi sunt, vt quod hactenus successisset perficerent. Tolle, inquiunt, quia grauis est nobis etiam ad vidẽdum. Sapiæ. 2. Bis ingeminant crucifige, quo mentis oftẽdunt pertinaciam, & desiderij vehemẽtiam. Psal. 21. Aperuerũt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. Rabanus: Salubrius ingeminarent, miserere mei deus, miserere mei. Pilatus intelligens ex captata misericordia nihil esse spei, metu tentat furorem illorum coercere. Ego, inquit, iuris administrator sum, nõ alieni odij vindex: & nocentes legũ autoritate punio non sum innocentiæ carnifex. Vos hoiem vestro periculo abducite, & si videtur, crucifigite. Ego non soleo crucifigere, nisi nocẽtes & facinorosos. In hoc nullũ crimẽ inuenio. Nec eñ satis ẽ reo crimẽ imponere, nisi certis argumẽtis probet qđ obiectum est, præsertim quoties de periculo capitis hoĩs agitur. Iudæi audientes Pilatum tanto studio patrocinantem Iesu, nec omnino committẽdum ducerent, vt aliquo pacto elaberetur Iesus, crimen commenti sunt, quod apud iudicẽ peritum legis graue videri posset, d. Quanuis nihil commisisset aduersus leges Cæsareas, tamẽ secundum legem nostram, sibi diuinitatem arrogans in deum blasphemus, debet mori, Leuitici. 24. Mira peruersitas & cæcitas, quasi mentitus sit, quia se dixit filium dei, quum id & per scripturas & opera oftẽderit. Iohannis. 5. Opera quæ dedit mihi pater vt faciam, hęc testimonium perhibent de me. Scrutamini scripturas, in quibus putatis vos vitam æternã habere, illæ sunt quæ testimonium perhibẽt de me. Non ergo arrogãtiæ, sed veritati adscribẽdum quæ omnibus anteponẽda est. Magis timuit, ne si dimitteret, contra legẽ ageret, à Iudæis accusandus: si non dimitteret, filium dei crucifigeret, & sic factum enorme fecisset, filium dei flagellando, & ne secundum Glossam apud Cæsarẽ accusaret crimine læsæ maiestatis, se maiorẽ iudicando, qui potius fuerat ad Imperatorem mittẽdus. Chrysostomus: Pilatus timore pcussus, inquisitionẽ extra tumultum facit. Non autem de patria, quam ante in accusatione audierat, sed generis origine quærit: qua cognita, refelleret, quod affectasset videri filius dei, quanquam apud Ethnicos tum fabulis poetarum erat proditum, & vulgo credebatur quosdam ex deo & homine natos, semideos haberi. Sed dominus responsum non dedit, quia secundum Chrysostomum quæstio supra captum erat humanum. Esaiæ quinquagesimotertio: Generationem eius quis enarrabit? Et ne secundum Augustinum passionem prolongaret vel impediret. Nouit enim Pilatum hæc omnia tentare, quo tandem vitam illi lucrifaceret, nec ignorans futurum, vt omnibus tentatis obstinato Iudæorum furori cæderet, ne videretur omnia conatus, vt elaberetur, nolens ad mortem actum fuisse. Pilatus admiratus hominis silentium in capitis periculo, cum iudicem haberet tam fauentem, vt eum ad respondendum prouocaret, mihi, inquit, non loqueris? Chrysostomus: Condemnauit seipsum Pilatus. Cur enim non dimisit, quem innocentem nouit, & toties proclamauit? Tunc dominus abiecto silentio, humiliter imperito dans doctrinam, vt eum à fastu & errore quo tenebatur, erueret.

Timoris Pilati causæ

Habes,inquit,tu quidem poteſtatem iuxta leges humanas, ſed in me nullam haberes,niſi permiſſum eſſet ab eo, cuius poteſtas ſuperat omnem humanam poteſtatem. Oſtendit eum aliena legatione fungi. Porro eos quoꝝ legatione fungeret,non à ſe,ſed aliunde eim perꝝ gubernacula tenere,nempe à deo. Romanoꝝ.13. Non eſt poteſtas niſi à deo. Qui vero à deo magiſtratum gerunt, niſi ſuo malo perire velint, quod iuſtum eſt, iuſte exequant, oportet. Deut 16. Propterea quia hæc dicis ſtudio dimittendi me,& quæ feciſti humano timore,non inuidia feciſti,minus quidem q̄ is qui me tibi auaritia vel inuidia tradidit,ſed tamē peccaſti. Hoc audito, Pilatus cum intelligeret hominis & modeſtiā & innocentiam,ac Iudæoꝝ malitiam,ſuamq; æquitatem non eſſe reo incognitam,cui hoc magis fauebat, quòd videret eum nec mortis periculo commoueri,tentabat omnes vias, vt aliquo pacto Ieſum abſolueret. Id ſentientes Iudęi,q; crimen illud prius ex lege intentatum præſes negligeret,nec ceſſaret hoc agere modis omnibus,vt Ieſus dimitteret,ad prius crimen redeunt,quod oſtēdunt nec ipſi iudici tutū negligere,quanq̄ pauloante ſatis ſuperq; exploſum fuit. Si nihil,inquiunt,ad te ptinet q; peccauit in deum noſtrum,certe ad te ptinet,q; peccauit in Cæſarē. Non es amicus Cæſaris,qui faueas Cæſaris hoſti. Rabanus: Licet regnum Chri in nullo eſſet contra honorē Imperatoris, Iudæi tamen calumnioſe ſic arguebant. Pilatus vero non audebat vel in minima apparentia quicquam agere contra Cæſaris honorem. Auguſtinus: Non potuit Pilatus contemnere Cæſarem autorem poteſtatis ſuæ,quemadmodum legem gentis alienæ.

Pilatus aūt cum audiſſet hos ſermones,adduxit foras Ieſum,& ſedit pro tribunali in loco q̄ dr̄ Lithoſtrotos,hebraice aūt Gabatha. Erat autē paraſceue, hora quaſi ſexta. Sedente aūt illo pro tribunali, miſit ad illū vxor ſua, dicens: Nihil tibi & iuſto illi,multa eī paſſa ſum per viſum hodie propter illū. Et ait Iudæis: Ecce rex veſter. Illi autē clamabant. Tolle tolle, crucifige eū. Dicit eis Pilatus: Regem veſtrū crucifigam? Reſponderūt pontifices: Non habemus regem niſi Cæſarem. Videns ergo Pilatus quia nihil proficeret,ſed magis tumultus fieret,accepta aqua lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego ſum a ſanguine iuſti huius,vos videritis. Et reſpondens vniuerſus populus,dixit: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Tunc Pilatus volens ſatisfacere populo,adiudicauit fieri petitionem eorū,& dimiſit illis Barrabam, qui propter homicidium & ſeditionem miſſus fuerat in carcerem, quem petebāt: Ieſum vero flagellis cæſum,tradidit voluntati eorum, vt crucifigeretur.

Qua hora prævaricatus Adam, eadem cō demnatus Chriſtus

Beda: Erat locus ille ſublimis,& altus añ domū Pilati vt corā oīmibus euidētius de facto inquireret,& obiectiones diluerent. Dicit aūt paraſceue p̄paratio latine, quia illa die Iudæi cibos parabant pro ſabbato ſequēti. Primus homo ſexta die,hora quaſi ſexta mandatum trangreſſus fuit,ſic ſecundus crucifixus. Sedēte illo in ſede iudiciaria,confugit diabolus ad antiqua vaſcula,vt quēadmodū terrenū Adamū ē paradiſo eiecit,ita ſecundi Adami,qua exulādus erat,mortē impediret. Productus eſt igit Ieſus tanq̄ reus,foras, quū in eo condēnando,nullius iudicij eſſet ſpēs legitima obſeruata. Ecce,inquit,quē & qualē de affectato accuſatis regno. Sed magis placebat Iudæis ignominioſa mors,ſperantibus fore vt crucis ignominia prorſus abominabilē Ieſu redderet memoriam,nec vllum poſt exoriturꝝ,qui nomē illius ſic extincti profiteret. Pilatus irridēs illoꝝ ptinacē inſaniā. Quid inquit,an regem veſtrum tanta afficiam ignominia,vt ſuffigam in crucem? Sed tanta erat vlciſcēdi libido,vt ſeſe vltro in æternam ſeruitutē addicerēt,quo Ieſum libertatis autorē extingueret. Chryſoſtomus: Quia voluntarie negauerunt Chrm & regnum cæleſte, iuſto dei iudicio facti ſunt ſerui poteſtatis terrenę. Dañ.9. Et non erit eius populus qui eum negaturus ē. Vidēs p̄ſes ſe nihil proficere laborādo pro Chri liberatiōe, ſaluo fauore populi & Cæſaris,ſed q; magis turbatio fieret populi in cōtrariū clamātis,ait: (Hieronymus) Ego quidē innocentem volui libertati reddere,ſed quoniam ſeditio oritur,& rebellionis crimen contra Cæſarem mihi imponitur, ſicut lauo manus,ſic & conſcientiam. Innocens ego ſum,vos videritis,quid vobis contingat pro culpa quam committitis. Ego quidem miniſter legis ſum,vox veſtra ſanguinem fundit,vnde pœnam ſentietis. Beda: Mos erat antiquoꝝ,lauare manus coram populo,quum quis innocētē ſe oſtēdebat à delicto. Ambroſius: Manus quidē lauat,ſed facta non diluit. Iudex eī nec inuidiæ cędere debuit

alienæ,nec timori,vt sanguinem funderet innocentẽ,& morti addiceret innoxium? Nec hac voce deterriti sunt infelices Iudæi vltionem sanguinis sibi imꝑcantes & posteris. Sed Chr̃us clementior in illo, q̃ essent in sese, neminẽ reppulit à venia, modo resipiscerent. Cõplures em̃ post adorauerunt crucẽ Chr̃i, qui tũc in turba clamauerunt,tolle tolle,c.e. Impetus & ꝓtinacia non ꝓmiserunt eos aspicere quantum malum sibi & filijs imꝑcarent, vt dicit Chrysostomus: Tunc Pilatus à veritate auditum auertẽs, & à iustitia declinans, pietate relicta,in impietatẽ versus,nolens Iudæos offendere, nullumq; suspicans malum, tam pauperẽ & si innocenẽ condẽnare,maxime cum non appareret contradictor, tandẽ tradidit illum crucifigẽdum,cui pauloante fauerat. Leo: Sic iudex iniquus vno timore pcussus,& fauore victus,qui plurimis ꝓsuasionibus vincere tentauit, lotis manibus,ore polluto,ijsdem labijs misit Iesum ad crucẽ,quibus eum pronunciauerat innocentẽ. Vide & alta mẽte repone apud te iniquam sentẽtiam, animaduertito qui sint iudices, qui accusantes,qui testes,quæ acta & merita causarum. Iudicat vt homicida,qui nos è mortis faucibus eripit,excipit truculentam sentẽtiam, demittit atq; in terram defigit inclytam faciẽ,interim tamen vt agnus tacitus sese ꝑbet ad omnẽ contumeliam,nostris malis debitam ignominiam in se transferens,vt nos eueheret ad suam gloriam. Esaiæ.53. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras,attritus est propter scelera nostra.

¶De crucifixione & voluntaria expiratione.

ARTICVLVS XXXV.

SVscipientes autem Iesum postquam illuserunt ei,exuerunt eum purpura,& induerunt eum vestimentis suis,&educunt vt crucifigerent. Et baiulans sibi crucem, exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum, hebraice autem Golgotha. Et cum exeuntes ducerent eum,apprehenderunt prætereuntem quempiam hominem Cyrenæum,nomine Simonem, patrem Alexandri & Rufi,venientem de villa. Hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius, & imposuerunt illi crucem portare post Iesum. Sequebat autem illum turba multa populi & mulierum quæ plangebant,& lamentabant eum. Conuersus autẽ Iesus ad illas,dixit: Filiæ Hierusalem,nolite flere sup me, sed sup vos ipsas flete,& sup filios vestros. Quoniam ecce veniunt dies in quibus dicent: Beatæ steriles & ventres qui non genuerunt,& hubera quæ non lactauerunt. Tunc incipient montibus dicere,cadite sup nos: & collibus,cooperite nos. Ducebãtur autem & alij duo nequam cum eo,vt interficerent. F

Exuit purpura,qua ludibrio habitus ẽ: & induit proprijs,vt ab oĩbus agnoscat,& quo oĩbus,q ei fauerãt,magis esset opprobrio. Nihil em̃ nõ excogitãt malorum scelerum ministri, quo Chr̃m prorsus extinguãt,porroq; doloribus afficiãt. Psal.38. Et dolor meus renouatus est. Non em̃ potuerũt sine magno dolore vestes impactæ vulneribus extrahi, quin & vulnera à nouo rumperent, vt totus sanguine ꝓfunderet. Ipse humiliter crucẽ sibi baiulat,nã & hoc procuratũ est à Iudæis,ne qd ignominiæ deesset. Chrysost. Quia lignũ crucis vt prophanũ vitabãt,Chr̃o imponũt condẽnato,nescij implẽtes scripturã. Esa.9. Et factus est principatus sup humerum eius. 1.Pet.2. Qui pcta nr̃a ipse ptulit in corpe suo sup lignũ. Bonauẽ. Cerne hic eũ q̃o vadit curuus sub cruce,vehemẽter anhelãs tota nocte opprobrijs & verberibus fatigatus. Credẽdũ ẽ pie,oẽm scapulam cutẽ vsq; ad crudæ carnis reuelationẽ defricatã fuisse,& priora vulnera aut innouata,aut in vnũ vulnus nimia cõfricatiõe redacta. Siqdẽ vt historiæ tradũt crucis lignũ lõgũ fuit. 15. pedũ & grossum,in q̃ perfecte staturę vir pulcherrimus exaltãdus erat,vt oñi ppĺo cõspicuus eẽt. 1 oh.3. Sicut exaltauit Moses serpẽtẽ in eremo in ligno,sic exaltari oportet filiũ hoĩs. Syris dr̃ golgotha, id ẽ, Caluariæ locus, ꝙ funestus eẽt ossibus & caluarijs interfectorum, vt locus q̃q; rñderet figuræ. Nã victima qua cõsecrabat testamentũ, extra septa ppĺi immolabat. Heb.13. Quorum enim animalium sanguis infert pro peccato in sancta p pontificẽ, horum corpora cremant extra castra: propter quod & Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes. Crux Iesu quanta.

Imposue

Impoſuerunt Simoni volenti nolenti domini crucem, vt Ieſu præcedente baiularet poſt illum. Chryſoſtomus: Hoc non miſericordia moti fecerunt, ſed quo citius ad mortē peruenirent, & ne aliquo caſu impedirentur per iudicem, quē inuitū ad ſententiā induxerant, cum ad liberationē innocentis eſſet propenſus. Bernar. Ieſus nimijs paſſionibus affectus, graue crucis pondus expedite portare non poterat, quoſdam neceſſitas adigit ad amplectendā crucē Ieſu, verę hæc eſt felix neceſſitas quæ propellit ad ſalutē. Apoſtoli neminem cogunt ad Chriſtum, ſed milites cogunt. Beda: Multa turba, ſed non eadem mente domini crucem ſequebantur. Quidam em̄ vt cuius mortē impetrauerant, morientem læti aſpicerent: mulieres vero, vt quem viuere deſiderabant moriturum, morientem, & mortuum plorarent. Non autem ſolus mulierę ideo inducitur planctus, quin numerus etiam innumerus credentium virorum de eius paſſione fuerit mœſtiſſimus: ſed quia ſexus fœmineus quaſi contemptibilor, liberius poterat præſentibus ſacerdotum principibus & magiſtratibus, quid contra eos ſenſerit, oſtentare. Quo fuit ante famoſior, eo iam plures ſequebantur ad videndum ſpectaculum. Sacerdotibus igitur ac ſcribis gaudentibus, mulieres plangebant, & lamentabantur de morte innocentis. Dominus vero qui nouit eos qui ſunt eius 2. Timoth. 2. Prætermiſſa furentis populi turba, ad amantes & plangentes ſe fœminas, & oculos, & ora conuertit. Theoph. Non prohibet eas ſimpliciter flere, ſed arguit cauſam & modum flendi, quia plorabant quaſi pro ſe Chriſtus pateretur, & non pro totius generis humani ſalute. Sic & nos paſſionem ruminantes, cauſam paſſionis, hoc eſt, peccata noſtra defleamus. Admonuit ergo, quo propriam calamitatem & filiorum ſuorum, imminentes q̄ pœnas ac culpā propriā deplangerent. Sunt qui alioꝝ errata & miſeriā plangūt, ſeipſos negligentes. Eccleſiſtici. 30. Miſerere animæ tuæ placens deo. Beatæ ſteriles, grauius enim cruciatur materna pietas in malis liberoꝝ, q̄ proprijs. Nunc exultant primores cum popularibus, quaſi re bene geſta: ſed tunc cum venerit ille dies vltionis diuinæ, tanta formido malorum ingruētium corripiet animos illorum, vt montibus dicturi ſint, cadite ſuper nos.

Quatenus mulieres flere xetuerit Ieſus

Quod ſi in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?

Si illorum malitia tale exemplum ædidit in hominē vndequaq; inculpatum, quale exemplum ædi conuenit in eos qui prauis cupiditatibus vndiq; corrupti, non potuerunt ad vllam bonam frugem adduci? Bernardus: Si tu dominator arbor ſancta lignum fructiferum & benedictum, tantum pateris, quid erit de nobis miſeris qui lignum ſumus aridum, & aptum igni? Prouerb. 11. Si iuſtus in terra recipit, impius & peccator quanto magis? Et ne quid ſupereſſet ignominiæ, procuratum eſt vt ſimul alij duo facinoroſi ducerentur cū eo, vt nocens ex flagitioſorum conſortio exiſtimaretur.

Et poſtquam venerunt in locum qui dicit̄ Golgotha, quod eſt interpretatum, Caluariæ locus, dederunt ei vinum myrrhatū bibere cum felle mixtū, & cum guſtaſſet, noluit bibere. Ibi crucifixerunt eū, & cū eo duos alios, vnum a dextris, & alterum a ſiniſtris, medium autem Ieſum. Et impleta eſt ſcriptura, dicens: Et cum iniquis deputatus eſt. Scripſit autem & titulū Pilatus cauſam ipſius, & poſuit ſuper caput eius. Erat autem ſcriptum: Ieſus Nazarenus rex Iudæoꝝ. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæoꝝ, quia prope ciuitatē erat locus vbi crucifixus eſt Ieſus. Et erat ſcriptum hebraice, græce, & latine. Dicebant ergo Pilato pontifices: Noli ſcribere, rex Iudæoꝝ, ſed quia ipſe dixit, rex ſum Iudæoꝝ. Reſpondit Pilatus: Quod ſcripſi, ſcripſi.

Locus Caluariæ dictus, q̄ hominum illic occiſorum craniijs & oſſibus albicaret. Hic, ne qua pars eſſet corporis ſine pœna & cruciatu, aut ne quid omitteretur ludibrij, dabant ei vinum acidum myrrha & felle corruptum. Multo aliter didicerunt à Salomone Prouerbioꝝ. 31. Date ſiceram mœrentibus, & vinū his qui amaro ſunt animo, vt bibant & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur amplius. Auguſtinus: Quicquid in ligno perdidit Adam, hoc Chriſtus in ligno inuenit. Nam ſicut Adam inobediens manus extendit ad lignum, vetitum guſtans cibum feria ſexta, hora ſexta: ſic & Chriſtus patri obediēs, īnocētes manus extēdit in ligno crucis feria ſexta, hora ſexta. Theoph. Quia em̄ p lignū mors intrauerat, neceſſe erat vt p lignū exterminaret. Breuiter hic euangeliſtę tranſeunt, nobis vero non tranſeunter ruminandum. Principio hic obſerua rurſus exui Chriſtū

Christũ corona, vestibusq; oñibus, hinc stillicidiũ toto corpore ebullit, hinc cruore oñia consperguntur. Bernardus: Heu heu domine, qui cælum vestit diuersis luminaribus, & terram floribus, ante crucem exuitur vestibus suis. Nudari voluit, vt nos indueret nunc indumentis virtutũ & gratiæ, deinde in futuro gloriæ & gaudioꝝ. Secundo, quomodo nudus coram oñibus sedet, defixis in terram luminibus, dum singula parantur, cernitur ab oñibus, ridetur omni humano solatio destitutus. Accelerat pia & mœstissima mater amaritudine plena, velo capitis cingens & tegens verẽda. Tertio, q̃ dire cruci affigitur. Bonauẽtura: Conspice, q̃ despicabiliter ipsum arripiunt, & sicut ribaldum vilissimũ dorsotenus super crucẽ prosternunt, furibunde brachia extendẽtes, & cruci affigentes. Similiter & de pedibus factũ intuere, quos traxerunt quantũ violentissime potuerunt. Erant claui quadri & obtusi in acuminibus, quare carnẽ, neruos & ossa secum intra foramina trahebant, maximũ dolorem inferentes. Psal. 21. Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt oñia ossa mea. Sic eñ extensus fuit, vt oñes iuncturæ ossiũ discerni & dinumerari potuissent, quæ maxima fuit pœna. Bernardus: O anima deuota, volue & reuolue corpus dominicũ, & vbiq; inuenies dolorẽ & cruorẽ. Vere tam miserabiliter pendebat rex gloriæ, tamq; pœnaliter iudex viuoꝝ & mortuoꝝ, vt solo aspectu in eius compassionẽ mollescere potuerint corda lapidea. Nam post crucifixionẽ pœnosam in sublime crucẽ leuantes, magno impetu miserunt in foramen petræ quod pararant, clamantes & insultantes. Sic eleuari decet qui se regẽ fecit. Ex huius vehementi lapsu, vulnera manuum & pedũ innouata sunt & aperta, & sanguis copiosissime effluxit. Esa. 53. Ipse aũt vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Quarto, q̃ latronibus veluti princeps latronum sociatur. Chrysostomus: Pariter crucifigunt latrones, non tanquam inimici latronum: participes eñ erant sceleris eoꝝ, nam Pilato dicente, quẽ vultis vobis dimitti, latrones latronẽ petierunt, dominum autẽ occiderunt. Ideo autẽ fecerunt, vt passionem domini macularent, & ipsum infamarẽt, q̃ non sine causa passus sit. Quicquid autem Iudæoꝝ malitia potuit excogitare in ignominiã domini Iesu, id ille vertit in gloriã suam, nostramq; salutẽ. Crux probrosa, per illum facta est triumphale signum, cui mundus inclinat caput, quod adorant angeli, quod tremunt dæmones. Inuenit illic condẽnatus, quẽ faceret ex latrone paradisi ciuem. Tantum aberat vt supplicij societas contaminaret ipsum. Sic visum est diuinæ sapientiæ, quo vel tam insigni exemplo nostram frangeret superbiam, qui pro malefactis etiam laudẽ expetimus ab hominibus. Chrysostomus: Mos erat olim Romanoꝝ, scribere titulum, hoc est, causam mortis, vt intuentes legerent, quod secundum leges iuste iudicati essent. Cautum est igitur à præside, ne quisquam vel indigena, vel peregrinus titulum ignoraret, quo ipsum à latronum facinore segregat, ac in Iudæorum malitiam & infamiam crimẽ reiecit, dum in regẽ proprium insurrexerunt. Mouit autem illoꝝ animos, quod honorificentior esset quàm vellent. Tantum erat studiũ impijs abrogandi nominis cui vni debebatur oñis totius mundi gloria. Augustinus: Quid loquimini insani? quid fieri cõtradicitis, quod mutare nullo pacto potestis? Nunquid eñ propterea non erit verum, quia Iesus dixit, rex sum Iudæorum? Si corrumpi non potest, quod Pilatus scripsit, corrumpi potest, quod veritas dixit? Nam & confirmando Pilatus quod scripserat, ait: Quod scripsi, scripsi, vt impleretur quod scriptura in titulo Psalm. Ne corrumpas tituli inscriptionem. Rex ergo est Christus Iudæoꝝ, imo & gentium, sed Iudæorum circuncisione cordis in spiritu, non litera, Romanoꝝ. 2.

Cõtempti da circa Iesu crucifixionẽ quæ

Claui qualis.

Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimẽta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuiq; militi partem, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret. Et tunicam, erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totũ. Dixerunt ergo adinuicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de ea, cuius sit, vt scriptura impleretur, dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam miserunt sortem: Et milites quidem hæc fecerunt. & sedentes, obseruabant eum.

Claret, nudum Christum crucifixum, honore sibi in die palmaꝝ exhibito in vestium prostratione, in contumeliam verso. Tunica quæ sic erat contexta, vt diffui non posset, sorte prouenit, quam beata virgo propriis manibus creditur feciſſe. Tali enim vestimento pauperes ibidẽ vti solebãt. Non eñ ob p̃ciositatẽ diuidebant, sed in contẽptum & derisum domini, qui se regẽ dixerit, & ad complacendũ Iudæis. Hæc autẽ tametsi prophanis animis à militibus gererent, tamen imprudentes subseruiunt vaticinio prophetaꝝ, vt hinc

Tunica inconsultilis, quale fuerit indumẽtum

vt hinc agnoſceretur is eſſe, de quo prędixerat ſpiritus ſanctus in pſalmo.21. Obſeruabant ne vel ſuapte natura & virtute è manibus eorũ elaberetur, vel alieno præſidio. id eſt, populi expectantis raperetur. Auguſtinus: Hæc cuſtodiẽtium diligẽtia nobis profuit, vt quo diligentius cuſtodiebatur, eo magis virtus reſurgentis appareret.

Et ſtabat populus expectans. Prætereuntes autem blaſphemabant eum, mouentes capita ſua, & dicentes: Vah qui deſtruis templũ dei, & in tribus diebus illud reædificas. Saluum fac temetipſum. Si filius dei es, deſcende nunc de cruce. Similiter & principes ſacerdotum illudentes ad alterutrũ cum ſcribis et ſenioribus, dicebant: Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Si Chriſtus rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce, vt videamus, et credamus ei. Confidite in deum, liberet eum nũc ſi vult. Dixit enim, quia filius dei ſum. Idipſum autem et latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei et conuiciabantur. Illudebant autem et milites accedentes, et acetum offerentes, et dicẽtes: Si tu es rex Iudæorum, ſaluum te fac.

Nec his tantis iniurijs ſaturari potuerunt, ſed exprobrabant velut iam victo, ludibrij cauſa motis capitibus, dicẽtes Nunc oſtẽde qd poſſis: exere vires iſtas quas iactitas. Pſal. 21. Omnes videtes me, deriſerunt me: locuti ſunt labijs, & mouerunt caput. Sperauit in dño, eripiat eum. Chryſoſto. Conſidera nunc vocẽ filiorũ diaboli, qũo imitantur patrẽ ſuum. Diabolus dixit: ſi filius dei es, mitte te deorſum: iſti dicunt, ſi filius dei es, deſcẽde nunc de cruce. Imo quia filius dei eſt, non deſcendat, niſi per eius mortẽ genus humanum à morte liberetur æterna. Maius fecit à morte reſurgẽdo, nec crediderunt, ſed infidelitatẽ pecunia redemerunt, Mat. 28. Sed neq; tantis opprobrijs mitigari potuit pontificum & ſacerdotum odium. Hinc Leo: Principes ſacerdotũ quibus indulgẽtiam ſaluator petebat, ſupplicium crucis irriſionum aculeis exaſperabant: & in quẽ manibus amplius ſæuire non poterant, linguarũ tela iaciebant. Si rex Iſrael ẽ, vt videri voluit, declaret nũc quid poſſit. Talia iactabant in eũ audiẽte populo, qui ſolebat admirari Chriſti miracula, quo animos illius penitus alienarẽt ab eo. Quin & in totum autoritatẽ illi abrogant, velut ex ipſa re conuincẽtes eũ, nec eſſe Meſſiam, nec filium dei, quẽ eſſe ſe profeſſus fuerat, ſi non deſcẽderet de cruce. At non in deſcenſu, ſed in pſeuerantia fita erat mundi ſalus: tea plus valuit apud Ieſum, q̃ principum conuicia. O denſiſſima cæcitas, quũ prophetæ occidẽdum prædixerint, & lex præfigurarit. Dani. 9. Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus meus, & non erit eius ppl'us qui eũ negaturus eſt. Eſa. 53. Tradididit in mortẽ animã ſuã. O quanta inhumanitas, homini in tam incõparabili ſupplicio conſtituto, non ſolũ non cõdolere, ſed tam contẽptibiliter inſultare. Pſal. 68. Quoniã quẽ tu pcuſſiſti, pſecuti ſunt, & ſuper dolorẽ vulnerũ meorũ addiderunt. Grego. Qui de cruce deſcẽdere noluit, de ſepulchro ſurrexit, & non crediderunt ei. Si eũ inſultantibus cędens de cruce deſcẽderet, virtutem patiẽtiæ non demonſtraret. Atq; vt omni ex parte conuicijs inceſſeretur pfiſſimus & innocentiſſimus Ieſus, latrones quoq; ſimilia quædam exprobrabant illi. Nec minora conuicia milites ad omne facinus procliui, Iudæorum fauore corrupti, in eum iaciebant, acetum offerentes quo citius moreretur. Scribit Plutarchus de Antonio, quòd acetum ei adminiſtrabant quo celerius ex vulnere moreretur.

Acetũ cur Ieſu propiꝫ natum

Ieſus autem dicebat: Pater, ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.

Dñs vt perageret ſalutiferũ illud pro oĩbus ſacrificiũ, continuit virtutẽ diuinã, & humanã naturã totã oĩbus cruciatibus expoſuit: & adeo non regeſſit, aut vltus eſt tam atrocẽ maledicẽtiam etiã moriẽti irrogatã, & ipſa cruce acerbiorẽ, vt patrẽ interim depcatus ſit pro eis, & alterũ à latronibus receperit in paradiſum ſuũ. Ignis ille diuini amoris, ipſius pectus adeo ſibi mancipauerat, vt nihil niſi clemẽtiam, nihil niſi fauorẽ erga nos & cõmiſerationẽ ſpiraret. Bonauẽtura: O verbũ totius dulcedinis & veniæ. Cõſidera anima mea q̃ ſuit dulcis amor dñi noſtri Ieſu Chriſti ſup impios hoſtes ſuos, qñ non ſolũ pleno corde fuit indultor, ſed etiã efficaciſſimus interceſſor, & pfiſſimus excuſator, vnde ad modũ ſapiẽtis aduocati, primo captat beneuolentiam, non iudicẽ alloquẽs qui ſic non flectitur, ſed paterno nomine ſuo blandiẽs genitori, ficq; cõcludit nihil tanto filio denegandũ, quia quæ placita ſunt ei, facit ſemper, Iohan. 8. Bernar. Oratio quæ paterno dulceſcit nomine, oĩm petitionũ mearũ impetrandarũ mihi fiduciam pſtat. Secundo petitionẽ format, d. Dimitte illis. Non ait, examina pater, vide pater, ſed dimitte. q. d. Etſi iuſtitia punitionẽ requirat

quirat ex actibus suis, misericordia tamen remittat gemitibus meis. Secure hæc petere poterat, quia meditator dei & hominũ, 1. Timo. 2. Suscipiẽs sup se patris seueritatẽ & hominis iniquitatẽ. Esa. 53. Propter scelus populi mei pcussi eũ. Tertio, addit facti excusationẽ. Erant em̃ inter hos qui hoc animo psequebant, quo Paulus psequebat ecclesiam dei. 1. Timo. 1. Qui prius fui psecutor, blasphemus, & contumeliosus, sed miseticordiã dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Per hanc em̃ ignorantiã peccatũ eor̃, præsertim gentiliũ atq; simpliciũ Iudæor̃ alleuiabat. Non em̃ sciuerunt se filiũ dei trucidare, sed hominẽ blasphemũ. Impleuit quod docuit Mat. 5. Orate pro psequentibus & calumnian tibus vos. Esa. 53. Et ipse peccata multor̃ tulit, & pro transgressoribus orauit. Hoc exemplo tam insigni discimus magnã nobis condonandi errata proximor̃ necessitatẽ impositam. Nonne vehemẽter impudens videbit, qui quũ se Christi discipulum fateat, peccator in peccatorẽ vindictam moliatur? Augustinus: Vox est carnificum, sicut peccauit, sic puniatur: vox est pietatis Christianor̃, sicut cecidit, sic releuetur: sicut dolet, sic curet. Væ ergo ijs qui venena odij retinẽt ad tam præclar̃ pietatis exemplum, nec ante remittũt offensam, q̃ mors miseram rapiat animam. Mat. 18. Sic pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris. Augustinus: Non est peccatum tam magnum quod deus pœnitenti non dimittat, qui crucifigentibus se dimittit.

Necessitas inuicem dimittendi quanta.

Vnus autem ex his qui pendebant latronibus, blasphemauit eum, dicens: Si tu es Christus, saluum fac temetipsum & nos. Respondens autem alter, increpabat eum, dicens: Neq; tu times deũ, qui in eadem damnatione es, & nos quidem iuste, nam digna factis recipimus, hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum: Domine, memento mei dum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.

Instigatus & hic perditionis filius, dñm verbis contumeliosis lacessit. Si tu es ille rex Iudæor̃, inqt, expedi potentiã tuã, ipsum te serua, quin & nos experiamur potentiã tuam, qua hactenus multis opẽ contulisti. Cæter̃ alter considerata tam admirabili Iesu mansuetudine, increpabat sceleris & supplicij consortẽ, d. Tu si moriturus non vereris homines, certe deũ metuere debes, qui morituro insultas, p̃sertim quũ sis illi supplicij socius, vel hoc solum debebat te à conuicijs cohibere, etiã si socius esset criminis. Prouer. 15. Per timorẽ dñi declinat om̃is à malo. Nunc alia est illius, alia nostra conditio. Ambrosius: Nos occidimus, hic viuificat: nos aliena furati sumus, hic largit propria, imo seip̃m gratis impendit. Quatuor indicijs fidẽ veram indicat. Consortẽ increpando, seipsum accusando. Ambrosius: Priorẽ blasphemiã sequẽti diluit confessione, visa Christi patiẽtia. Christum excusando. Nam & hoc testimoniũ reddidit in cruce, vt vndequaq; testata esset illius innocẽtia. Quarto memoriam petijt in bonũ. Mira fides, quũ videret pendentẽ ac morientem in cruce, moriturus & ipse, salutẽ velut à rege petit. Glossa. Ecce quanta virtus fidei in latrone, quia nec timore Iudæor̃ astantiũ, nec proprio dolore, nec socij sui blasphematione, nec Christi apparẽte infirmitate, nec apostolor̃ fuga & negatione, retrahit à veritatis confessione. Roma. 10. Cordite credit ad iustitiã, ore aũt confessio fit ad salutẽ. Subindicat aũt regnũ quoddam non iam humile, sed augustissimũ & ppetuum. Psal. 144. Regnum tuũ regnũ omniũ seculor̃, quo protestat se credere Messiam in lege promissum, cuius est regnũ cælor̃. Iesus aũt qui mutus erat ac surdus ad om̃ia conuicia, non est surdus ac mutus cũ fiducia postulanti, nimir̃ requiem ac refocillationẽ pollicens mox à peracto supplicio. Anselmus: Credo dñe, certe vbi tu vis, & vbi tu es, paradisus est: & esse tecũ, hoc est, esse in paradiso, qũo venerabilis ille confessor & gloriosus martyr tecũ fuit per totum illud hodie, & postea omni tẽpore. Ambro. Pulcherrimũ datur affectandæ conuersionis exemplũ, q̃ tam cito latroni venia datur. Cito dñs ignoscit, quia cito ille cõuertit. Semp dominus plus dat q̃ petatur: memoriam petijt, & regnum accepit. Nemo ergo desperandus cuius incertus est exitus, nemo quamlibet inueteratus despondeat animũ quin resipiscat imitetur latronem, agnoscat errata, adeat medicum & vitæ largitorem. Oret, vrgeat, instet. Domine, memento mei, quum iam sis in regno tuo.

Indicia fidei latroni dextri quot

Stabat iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus matrem & discipulũ stantem quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam.

O affectuosissimũ, doloroſum, omnícꝫ compaſſione digniſſimũ verbum. Aſtabat fide, & plena in deum fiducia, qua ſciebat futurum, vt hac crudeli morte ſeruandi eſſent oẽs qui crederent in filium. Id ob oculos poſuit virgo: alioqui defeciſſet in tot filij vnice adamati opprobrijs & ſupplicijs. Stabat ergo mr̃ iuxta crucẽ, & inter cruces latronũ nõ auertebat oculos à filio, anguſtiabatur & ipſe. Auguſtinus: Cruciat te domine Ieſu crux tua, ſed non minus mater tua: cruciat te dolor tuus, ſed non minus dolor eius. Non eſt mirum ſi doles & condoles, ſi pateris & compateris bone fili in deſolatione matris, in ſeparatione matris, in cõmendatione matris. Nunquam te deſeruit, non in infantia, non in adoleſcẽtia, non in iuuentute, non in tua paſſione. Nunquam tibi defuit eius ſolacium, ſed nec eius obſequium. Lactauit infantẽ, audit & ſequitur prædicantẽ, videt & cõpatit patientẽ contẽplatur opprobria, intuetur vulnera, audit tua verba. Tu vero bone Ieſu, quanquam eſſet dolor intolerabilis, plaga inſanabilis, in agonia mortis, in vltimo ſpiritu conſtitutus, non obliuiſceris matrẽ tuam, caput inclinans ad eam, & diſcipulo in matrẽ cõmendans.

Nulieris nomine curIeſus matrẽ appellarit.

Chryſoſtomus: O bone Ieſu, quid matrẽ tuam dulciſſimam quæ te tam diligẽter nutriuit, reuerẽter tractauit, dulciter lactauit, tam dure alloqueris, mulier, inquiẽs? Sed ideo hoc factum cerno, ne matris dolorẽ amplius excitares, non enim tunc tẽpus erat dulciter alloquẽdi, nec matris nomen exprimendi. ſi enim dulcius loquutus fuiſſes, credo quod virginis cor crepuiſſet. Cõmẽdatur virgo virgini, vt eſſet inter eos grata ſocietas, & floridus aſpectus. Data eſt omnibus in matrem & aduocatã, quam poſt deum ſumme amare & venerari debemus. Atq; ex eo tempore diſcipulus ille ſuſcepit erga eam affectum filij, per omnia curã illius agens. Magna laus Iohannis, ꝙ à Ieſu diligit, & ei mater cõuittit. Aug. Conſiderare libet bona mater, dei genitrix, nutrix, & filia deſolata, qs fuerit dolor tuus & anguſtia tua. Vides crucifixum vnigenitũ tuũ, mutas filiũ in patrẽ, magiſtrũ in diſcipulũ, regẽ in militem, dominũ in ſeruum, oĩpotentẽ in deficientẽ. Reuera viſcera tua penetrat gladius, configit aĩam tuam lancea, & clauus laniat mentẽ tuã, ſpinæ aculei lacerant cor tuum. Filij tui amarus aſpectus deeſt tibi præ amaritudine lachrymæ, deſunt verba, deeſt fortitudo, marceſcit pulchritudo. Vulnera filij tui, ſunt vulnera tua, crux filij tui, eſt crux tua, mors eius, eſt mors tua. Nutrix bona, qũo amittis alumnũ tuum, mater filium, ancilla dominum? vno die priuaris patre & filio. Lignũ crucis, cathedra fuit docentis. exemplo enim ſuo nos inſtruit, vt à filijs cura parentibus impendat. 1. Timo. 5. Qui ſuos & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior.

A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram, vſque ad horam nonam, & obſcuratus eſt ſol. Et circa horam nonam exclamauit Ieſus voce magna, dicens: Heloi Heloi, lama azabathani, Quod eſt interpretatum: Deus meus, deus meus, vt quid dereliquiſti me? Quidam autem illic ſtantes, & audientes, dicebant: Ecce Heliam vocat iſte.

Ab hac hora qua maxime ſol feruere ſolet, quaſi deteſtans tantam hominũ impietatẽ, obduxit faciẽ ſuam, eo morituro qui lux eſt totius mundi. Nihil eſt quod non compatiat morienti Chriſto. Solus homo nõ compatit, non agnoſcit, neq; ſui creatoris vicem indolet. Tum Ieſus oĩm mortaliũ ſolatio deſtitutus, clamauit ad patrẽ, referẽs prophetiã de ipſo p̃dictã. Pſal. 21. Præ nimia doloris anguſtia, in quo veritas humanæ naturæ oñdit, & virtus diuinitatis. Nam in oĩbus membris patiebat, & propter cõplexionis teneritudinẽ ſumme erat paſſibilis, & doloris pceptiuus. Vnde & ſingulæ animi vires ſibi ipſis pmittebant, & nihil ex ſuperioribus in inferiores redundabat, quo dolor vehemẽs & triſtitia mitigari poſſet, & ſic ſecundũ humanã naturã videbat quodammõ derelictus, non ꝙ diuinã poſuerit naturã, quia quod ſemel aſſumpſit, nunq; depoſuit, ſed quo diuina potẽtia humanas vires fineret oĩfariã affligi, vt interim incõmoda oĩa irrogata clare intelligerẽt, ſentirentq; diſtinctiſſime. Vnde patet, nullum vnq; viatorẽ ſic pœnis derelictũ, qũo à deitate humanitas Chriſti derelicta ẽ. Iuſtos quidẽ multipliciter conſolatus eſt, redundantiã ſpiritualis lætitiæ non ſolum non prohibendo, ſed & augmẽtando. Iniuſtos vero & ſi nõ eſt ſpecialiter conſolatus, tamen non prohibuit quin dolor intenſus partis ſenſitiuæ rationẽ obtunderet & abſorberet, & ſic minus à parte intellectiua ſentirentur, vt euidenter veritas illius pateſceret. Threnor. 1. O vos omnes qui tranſitis per viam, attendite & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus. Quidam non ſatis intelligentes hanc vocem, ſuſpicati ſunt ipſum implorare Heliæ auxilium, vel forte Iudæi ſolito more domini verbum deprauantes, imbecillitatis ipſum arguebant. Tales & hodie ſunt multi, ſemperq; futuri ſunt pſeudoprophetæ, nihilo melius interpretantes verba Ieſu quàm illi fecerunt.

Poſtea

Postea sciens Iesus, quia omnia consummata sunt, vt scriptura consummaretur, dixit: Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum, & continuo currens vnus ex eis, acceptam spongiam circunligatam hysopo, impleuit aceto, & imposuit arundini, & offerēs ori eius, dabat illi bibere. Cæteri vero dicebant: Sine, videamus, si veniat Helias ad deponendum eum.

His peractis, quū Iesus sciret nihil supesse ꝺd ad legitimā victimā ptineret, vt hoc quoq; accederet quod prophetia prædixerat Psal. 68. Et quo veram ostenderet mortē quam pro omnibus oppetebat, ait: Sitio. Solet enim sitis vulnera & sanguinis profusionem comitari, quæ nonnunquam est illi supplicium morte atrocius. Psalm. 21. Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea. Aruit tanquā testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis. Magis tamen nostram sitiebat salutē, pro qua ista patiebat, sed Iudæi p̄ter fel & acetum nihil obtulerunt. Bernardus: O bone Iesu, quid clamas, sitio? Ignoras quoniam inimici tui in siti tua non te recreabunt vino, vel sicera, aut aqua de torrēte munda, sed acido aceto? Quid ergo clamas, sitio? Nonne tu es fons vitæ, de quo potant omnes angeli? Nonne tu potasti sitientē populum in deserto? Nonne tu es qui operis cælum nubibus, & paras terræ pluuiam? Vt quid ergo sitis? Sitio, inquit, peccatorū conuersionem, lachrymas compunctionis, cōpassionis, & deuotionis. Chrysostomus: Si decē millia haberemus inimicorū, & si insanabilia passi sumus, videtes eos interfici, flectimur: hi vero in his quæ videbant, non facti sunt mansueti, sed sæuiebant magis, & insaniam intendebant: & spongiā offerētes, aceto potabant, ac deridebant, quasi Heliæ imploraſſet auxiliū. O quātum virgineum doluit cor, filio in tanta anxietate succurrere non valens. Quid Iesus sitierit

Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est.

Significans rite omnia pacta, nihilq; esse prætermissum quod ad eius sacrificij ritum p̄tineret. Luc. 18. Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabunt omnia quæ scripta sunt p̄ prophetas de filio hominis. Leo: Degustato aceto quod illa vinea dabat, quæ ab autoris sui plantatione degenerans, conuersa fuerat in amaritudinē vitis alienæ (Hiere. 2.) consummatum est, inquit, hoc est, impletę sunt scripturæ. Non est amplius quo insaniam furentis populi expectē, nihil minus pertuli quàm prædixi, pacta mysteria infirmitatis, propinata documenta virtutis. O quantum doluit, quòd tanti operis consummatio in tot infidelibus & ingratis Christianis p̄dita fuit. Vnde cum in cruce passionē suam offerret, abundantissimas fundit lachrymas, videns tantam præscitorū multitudinē, & electorū paucitatem: quas lachrymas & si euangelistæ taceant, quia multa sunt quæ fecit Iesus, quæ non scripserunt, Iohannis. 21. Apostolus tamen non tacuit Hebræorū. 5. Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesq; ad eum qui posset saluum illum à morte facere, cum clamore valido & lachrymis offerens exauditus est pro reuerentia sua. Et quidem cum esset filius dei, didicit ex his quæ passus est, obedientiam: & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ.

Et iterum clamans, voce magna, ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum: Et inclinato capite expirans tradidit spiritum.

Glossa: Patrē inuocans, dei filium se declarat: spiritum vero cōmendans, non defectū virtutis, sed confidentiam paternæ potestatis insinuat, ad quē reuertit, expleto salutis nostræ munere, in quod destinatus erat. Iohannis. 17. Opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciam. Bernardus: Quid est quod ille coæternus & consubstantialis dei patris filius, animā suā deuote & manifeste in manus patris cōmendat, cui non minus cōmendata eēt etiā si hoc non dixisset? Nunquid non timuit quod dæmon sibi obuiaret in exitu animæ, tanquā aliquid sui credēs inuenire? Absit, nam ante ait in cœna Iohannis. 14. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquàm. Fecit hoc nos erudiens, qui terra & cinis sumus, quo disceremus spiritum nostrum manibus patris commendare, ne à mundi huius principe egressus cōprehendatur, qui in nobis heu non pauca quæ ad eum ptinent, inueniet. Athanasius. Commendat patri p̄ se vniuersos viuificatos, omnes em̄ in Christo vnum sumus. Vt autē omnibus palàm esset, illum non defeciſſe, quēadmodum alij deficere solent paulatim exhausto corporis vigore, mox à valido clamore, ac verbis articulate prolatis, sponte deposuit animā. Iohannis. 10. Potestatē habeo ponendi animā meā, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Ambrosius: Ex modo moriendi ostendit, quod in obedientia patris mortuus est. Philippen. 2. Factus est obediens vsq; ad mortē, mortē autem crucis. O qualis erat anima virginis matris, cū audiuit clamantē, vidit lachrymantē, Cur Iesus animam suam patri cōmendarit.

& morientem, vere tunc impletum est Simeonis oraculum, Luc. 2. Et tuam ipsius animã pertranſibit gladius. Aſpice ô homo in autorem vitæ & ſalutis tuæ, ecce quæ non rapuit, ſoluit, Pſalm. 68. Mortuus eſt enim pro peccatis noſtris, 1. Pet. 3.

Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes a ſummo vſq; deorſum, & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta apta ſunt, & multa corpa ſanctorũ quæ dormierant, ſurrexerunt. Et exeuntes de monumentis, poſt reſurrectionem eius venerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis.

Protinus oñia teſtata ſunt mortem efficacem dñi Ieſu. Siquidem velum templi, quod ſeparabat ſancta à reliqua parte templi, vltro ſciſſum eſt, indicans Moſaicæ legis vmbras poſthac euanituras, ad coruſcantẽ euangelij lucem. Ceſſant vmbræ ſimul atq; prodit veritas, nec erat futurũ vt vllus ſacerdos introiret in ſancta, ſemel immolata victima, quæ ſola ſufficit pro expiandis totius mundi peccatis. 1. Iohãnis. 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: & non pro noſtris tantũ, ſed etiã pro totius mundi. Hierony. Omnis creatura cõpatit Chriſto morienti, ſol obtenebrat, petræ ſcindunt, velum templi diuidit, terra concutitur, ſepulchra aperiunt: & ſolus homo miſer redemptori non compatit, pro quo patit. Bernardus: Aſcendit Chriſtus in altũ, vt ab oñibus videret: alta voce clamauit, vt ab oĩbus audiret: voci lachrymas addidit, vt homo cõpateret, q ad hanc vocẽ nõ cõcutit, terra grauior eſt, petra durior, ſepulchro fœtidior. Multi de monumẽtis in die paſchæ exierunt, & apparuerunt multis, p̃cones & ſocij reſurrectionis. Nam primitiæ dormientium Chriſtus.

Centurio autẽ qui ex aduerſo ſtabat, & qui cum eo erant, cuſtodientes Ieſum, viſo terræmotu & his quæ fiebant, & quia ſic clamans expiraſſet, timuerunt valde, glorificantes deum & dicẽtes: Vere hic homo iuſtus filius dei erat. Et omnis turba eorum qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora ſua, reuertebantur: Stabant autem omnes noti eius a longe.

Centurio qui multos ſupplicio morientes conſpexerat, quum vidiſſet Ieſum præter alioꝝ morem, ſtatim à valido clamore efflaſſe ſpm̃, Iudæoꝝ malitiam condemnans, aits Vere &c. Agnoſce primitias gentiũ Chri virtutẽ profitentiũ. Qui hoĩem profitet, ac dei filium, hominem ac deum profitet, tametſi Centurio quidem adhuc dei filium ſentiebat hominem inſigniter deo charum. Beda: Quanta cæcitas Iudæoꝝ, qui tot per dominum virtutibus patratis, tantis in morte eius apparentibus ſignis, credere noluerunt, & inſenſibiliores gentibus, dominum glorificare, vel timere noluerunt. Bernardus: Centurio incircunciſus carne, non autem aure, qui ad vnam expirantis vocem ſub tot infirmitatũ indicijs, dominũ maieſtatis agnouit. Conſidera quomodo ſeruator, vbiq; ſeruator eſt: in cruce moriturus, ſeruat latronem: mortuus, ilico trahit Centurionem ad profeſſionem Chriſtianã. Sic & qui ad ſpectaculũ ſupplicij venerant, plures enim attraxerat Ieſu vel ſtudiũ, vel odiũ, partim dolore q̃ homo tã innocens, tã beneficus, tot indigna paſſus eſſet, partim metu vindictæ diuinæ, quã ſibi male conſcij ex oſtentis conſpectis ſuſpicabant imminere, pectora tundebant. Quem enim in vita viderant humilẽ & aſpernabilẽ, eũ in morte viderunt potentẽ, & ita vt oñia rerũ elementa ſeſe cõcuterent. Chryſoſtomus: Ecce quàm cito poſt mortem Chri paſſio ſortita eſt effectũ, & oratio quã fecit, pater ignoſce illis, q̃a neſciunt quid faciunt, Luc. 23. Qui enim prius eius mortẽ impetraſſe gaudebant, poſt mortem eius timentes, deũ amplius glorificabant. Steterant haud procul à cruce amici, dum affaret matrem, ſed deinde in locum ſe contulerunt non tam vicinum quo cætera ſpectarent. Poteſt tamen de alijs accipi. Pſal. 87. Elongaſti à me amicum & proximum.

Centurionis iſtius fides quæ

¶De ſepelitione, & ſtudioſa ſepulchri cuſtoditione.

## ARTICVLVS XXXVI.

IVdæi ergo quoniam paraſceue erat, vt non remanerent in cruce corpora ſabbato, erat enim magnus dies ille ſabbati, rogauerunt Pilatum vt frangerent eorũ crura, & deponerent. Venerunt ergo milites: & primi quidẽ fregerunt crura, & alterius qui crucifixus eſt cum Ieſu. Ad Ieſum aũt cum veniſſent, & viderent eum iam mortuum, non fregerunt crura eius, ſed vnus militum

militum lancea latus eius aperuit,& continuo exiuit sanguis & aqua,& qui vidit,testimoniũ perhibuit,& verũ est testimoniũ eius. Et ille scit quia vera dicit,vt & vos credatis. Facta enim sunt hæc,vt scriptura impleretur,dicens: Os non cõminuetis ex eo. Et iterũ alia scriptura dicit: Videbũt in quẽ trãsfixerũt.

Erat dies magnus ille,qui ab apparatu sacro Græcis paraſceue dicit. Iam enim homines religiosi peracto tam crudeli facinore,perinde quasi re bene gesta,ad Mosaicam victimam pure celebrandam intenderant animũ,ignorantes quod paschalis agnus ille verus iam esset immolatus. Sabbati reuerentiam prætexunt, quum interim aliud in mente gerant. Populi metuebant seditionem ob visa miracula futuram, seq; in fama, substantia,ac corporibus periclitaturos,si quidem omnes resipiscerent, vti aliquota iam pars resipuit,maturandum igit putant & sepelienda corpa. Quum viderent iam exanimem Iesum supuacaneum esse putarunt frangere eius crura,sed vnus militum Longinus nomine,quo certior esset eius mors,lancea latus aperuit. Chrysostomus: Aperuerunt eius costam lancea,& mortuo corpori de reliquo conuiciantes, in mortuum enim corpus militem conuiciari,plus fuit quàm crucifigere. Isidorus: Longinus latus saluatoris aperuit,& non tantum veniam,sed & episcopatus honorem,ac martyrij coronam inuenit. Nam tactu sanguinis Iesu illuminatus,quum esset cæcutiens, & intus fidei lumine credidit,& p apostolos baptizatus fuit. Exiuit sanguis & aqua,magno mysterio declarantes,quod eius mors nos ablueret à peccatis,& q eadem, vitam nobis largiret æternam. Nam baptismus aqua constat in sanguine vita est hominis. Huius enim sanguis credentes seruat à morte,huius mysticus esus nos ab Aegyptia seruitute,hoc est,à mundi cupiditatibus & peccati tyrannide liberos,transmittit in terram cælestẽ. Hoc vim tribuit oĩbus sacramentis. Ephe.5. Chrus dilexit ecclesiam,& seipsum tradidit pro ea,vt illam sanctificaret, mundans eã lauacro aquæ in verbo vitæ. Præter naturam autẽ est, vt è corpe vulnerato mortuo fluat, vel aqua vel sanguis. Sed qui vidit,testimonium phibet. Iohan.3. Quod vidimus, testamur: ait dominus. Hæc tametsi causu geri videbant, diuini tamẽ consilij dispensatione gesta sunt,vt hac etiam ex parte prophetarũ oraculis rerum euentus responderet. Quia eĩ duo dixerat,ideo duplex scripturę adducit testimonium. Quia crura non fracta, Exo.12. De agno paschali huius figura: Os nõ comminuetis ex eo. Et quod olim videbunt in quẽ transfixerunt, Zacha.12. Eodem enim corpore venturus est,quo pependit in cruce,tametsi glorioso,tamen vestigia vulneris ostendet omnibus,& fontem frustra apertum incredulis exprobrabit, cuius profluxu sanari poterant.

Longinus quis quasis ve fuerit

Sacramentis sua vis vnde

Post hæc cum sero factum esset, quia erat parascere, quod erat ante sabbatum, quod illucescebat,ecce venit quidam homo dives nomine Ioseph,qui erat nobilis decurio,vir bonus & iustus, (Hic non consenserat consilio & actibus eorũ) ab Arimathia ciuitate Iudææ,qui & ipse expectabat regnum dei,eo quod discipulus esset Iesu,occultus aũt propter metũ Iudæorũ. Hic audacter accessit ad Pilatũ, & petijt vt tolleret corpus Iesu. Pilatus aũt mirabat,si iam obiisset. Et accersito Centurione, interrogauit eum si iam mortuus esset,& vt cognouit a Centurione,donauit corpus Ioseph. Ioseph ergo mercatus sindonem,& deponens illud,inuoluit sindone munda. Venit autem & Nicodemus qui venerat ad Iesum primum nocte,ferens mixturam myrrhæ & aloes. Acceperunt ergo corpus Iesu, & depositum ligauerunt illud linteis cum aromatibus,sicut mos est Iudæis sepelire. Erat aũt in loco vbi crucifixus est dominus Iesus,hortus: & in horto monumentũ nouum,quod exciderat sibi Ioseph in petra,in quo nondum quisquam positus fuerat. Ibi ergo propter paraſceuen Iudæorum,quia iuxta erat monumentum, posuerunt eum. Et aduoluit Ioseph saxum magnum ad ostium monumenti,& abijt. Erat autem ibi Maria Magdalene,& altera Maria sedentes contra sepulchrum.

Itaq; morte iam multorũ experimento certa comprobataq;,supererat vt sepultura resurrectionis fidẽ multis modis cõfirmaret. Multa p̃clara euangelistæ de hoc viro p̃dicant

ꝙ bonus, ꝙ iustus, non obscuro genere natus, locuples, ꝙ Christi (quod omnium maximū est) discipulus tametsi occultus. Nam legē sanxerāt, vt qui se profiteret discipulū Iesu, submoueret è synagoga, Iohan. 9. Nondū enim datū erat robur p spm̄, vt contēptis omnibus, Iesu nomen profiteri possent. Deinde spem habens futuræ resurrectiōis & felicitatis æternæ, ab Arimathia, alio nomine Ramatha, vnde Samuel fuit, 1. Reg. 1. Chrysostomus: Cælitus prouisum est, vt iste Ioseph dives esset, vt haberet quod in sepulturā dñi exhiberet, vt nobilis decurio quo ad pfidem accedere posset, vt iustus, quo corpus dñi mereret. Iesus em̄ quādiu viuebat, impijs etiā sese pulsandū & conspuendū pmisit: mortuus, statim sibi dignitatē suā vindicat, nec tractari vult nisi ab honestis & pijs, nec conspici quidē, nisi à discipulis æternæ vitæ destinatis, nos imagine docens, ne quis dignitatē suā in hac vita vindicet. Is igit quoniā bene sentiebat de Iesu, fretus nobilitate sua, adijt Pilatum. Mirabatur Pilatus, si iam esset mortuus vir florente ætate, cuius crura non fuissent fracta, quum multi fractis cruribus soleant etiam biduum aut triduum viuere. Hieronymus: Nemo cū Pilato miret, quod Iesus tam cito mortuus fuerit, adhuc supuiuentibus latronibus. Multa enim crudelia p totam noctem ppessus est vsque in horam nonam, quando latrones in quiete fuerunt. Venit & Nicodemus, vnguentum quo corpora defunctorum à corruptione præseruant, ferens. Hi scientes quòd liuor solet à morte conquiescere, freti fauore præsidis, audent mortuo supremū honorem exhibere, quem viuum palam conuenire non audebant. Honos qui viuis exhibet, non caret suspicione vel periculo. Cæterꝝ honor qui vltro defert mortuo, certissimū est virtutis indiciū. Nihil adhuc altius sentiebant, nisi qđ vir innocēs & probus deoꝙ charus fuisset, cuius memoriæ deberet hoc honoris, quod perisset oppssus inuidia virtutis, quod fere summis viris solet accidere. Nihil interim sperabant de resurrectione Chri, de qua Iesus paucis modo discipulis suis significarat, sed ita vt tum meminissent magis q̄ crederent. Honorifice ergo sepelierunt, non vt condēnatū, sed magnificū & honoratū. Esa. 11. In die illa radix Iesse, qui stat in signū populorꝝ, ipsum gentes deprecabunt, & erit sepulchrum eius glorioſum. Magnam curā patres antiqui habuere de sepultura, vt claret Gene. 25. 49. 50. Et in libris Regum. In alieno sepultus fuit sepulchro, sicut & loco natus, quia non habuit vbi caput suum reclinaret, Matth. 8. Propter nos egenus factus, vt nos illius inopia diuites essemus, 2. Corꝝ. 8. Et quia pro alienis mortuus peccatis. In nouo, ne alius diceret ex eo resurrexisse, in quo solus positus fuerat, nec poterat videri suffossum sepulchrum, quod in solida rupe fuerat excisum. Nam secundū Bedam erat domus rotunda, de subiacēte petra excisa, tātæ altitudinis, vt homo manu sua vix culmen posset attingere, habens introitum ab oriente, & in parte aquilonari locū dominici corporis de eadem petra excisum, septem pedum longitudine. O quantas hic fudit lachrymas, quantos ædidit singultus inclyta mater vnigeniti innocentissimi, quando cominus latus, pedes & saucium caput, adeoꝙ totum corpus animaduertit? Deosculabat, ruit in cruenta vulnera, in lacerum pectus, plorans plorat, non est qui consolet eam, quia plena erat amaritudine. Traxit eam natura, tota deperibat in filium. vbi satis superꝙ contemplata est mœstissima mater, omnes mœrentes & lugētes sepelierunt eum. Maxima in ijs mulieribus declarat constantia, quanquàm nondum absoluta fides, quæ spectatrices ac testes aderant eorꝝ quæ gerebant, omni iam spe destitutæ, nihil aliud q̄ mœrebant. Quarꝝ sedulitas pia profuit nobis ad salutē & confirmandā resurrectionis fidem. Dum enim quærunt vngendū mortuum, comperiunt viuum. Vngamus & nos vitiorꝝ mortificatione, & bona conuersatione & fama. 2. Corꝝ. 2. Chri bonus odor sumus in oñi loco, findone mūda puræ conscientiæ inuoluamus, & in intimo cordis reformato virtutibus sepeliamus, cordeꝙ vigilanti custodiamus, vt perseueret nobiscum, quo per ipsum resurgamus.

Sepulturæ apud veteres quanta cura.

Sepulchrū Chri quale

Marię in sepeliendo Iesu dolor.

5 Altera autem die quæ est post parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum & pharisæi ad Pilatum, dicētes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in tertium diem, ne forte veniant discipuli eius, & furent eum, & dicant plebi. Surrexit a mortuis, & erit nouissimus error peior priore. Ait illis: Habetis custodiam. Ite, custodite, sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus.

Miseri ac phanatici homines veritate destituti, semp sibi metuunt, confugiunt ad alia pfidia. Conueniunt ad Pilatū confirmaturi resurrectiōis veritatē, dum eam conant impedire: & quo callidius gloriam & famam Christi conantur impedire, eo plus glorificarunt.

Vide aūt

Vide autē quàm manifeſte ſeipſam,&ſi neſcia,prodat falſitas. Recordati,inquiunt,ſumus &c. quū idipſum multo aliter & in paſſiōe & añ & in aliud torſerint. Non ſuffecit eis ſepulchri clauſura magno lapide,nec militū multitudine,niſi lapidē in oſtio monumenti ſigillis obſignaſſent. Dum ergo reſurrecturo conant exitū occludere,auxerūt miraculū & fidē reſurrectionis,ſignantes lapidē,ne quid fraudis eſſe poſſit vel in cuſtodibus. Ecce cōmemorata paſſio quā imitari debemus. Si eñ cōpatimur,& conregnabimus. Romañ.8. Si commortui ſumus,& conuiuemus:ſi ſuſtinebimus,& conregnabimus.

¶De reſurrectione domini &apparitione,Luc.24.Iohan.20.Matth.28.

ARTICVLVS XXXVII.

ET cum tranſiſſet ſabbatum,Maria Magdalene,& Maria Iacobi,& Salome, emerunt aromata,vt venientes vngerent Ieſum. Et valde mane vna ſabbatorum veniunt ad monumentum, orto iam ſole. Mar. 16. H

Nunquam verus pfectusq; amor, quin ad maiora ſemp contendat, deſtituit aut viribus aut conſolatione finali. Cantic.8. Fortis vt mors dilectio. Pauci diligunt vere & pure etiā in vita. Eccleſiaſtici.6. Eſt amicus ſecundum tempus ſuum,& non pmanebit in die tribulationis. Eſt amicus ſocius menſæ, & non pmanebit in die neceſſitatis. Sed pauciores in die mortis,temporalem ſubſtantiam,non animæ ſalutem quærentes. Pauciſſimi vero poſt mortē. Vnde dominus conquerit. Pſalm.30. Obliuioni datus ſum tanquam mortuus à corde. Iſtæ autem dominum p̄dicantem ſequebant, miniſtrantes ei de facultatibus ſuis,Luc.8. Aſſiſtebant morienti, Iohan.19. Vngere quærebant mortuum. Statim enim vt occidiſſet ſol,& rediſſet operandi tempus,parauerunt. Luc.23. Subſecutæ autē mulieres quæ cum eo venerant de Galilæa,viderunt monumentū,& quemadmodū poſitū erat corpus eius,& reuertentes,parauerunt aromata & vnguenta. Et ſabbato quidē ſiluerunt ſecundum mandatum. Eodem tempore dominus ſabbatum ſuum pagit conquieſcens in ſepulchro,pacto iam opere ſalutis in die paraſceues, vt intelligeremus p eundem eſſe reſtitutum genus humanum,p quē fuerat conditum. Iohan.1. Omnia p ipſum facta ſunt. Et qm̄ adueniente veritate ceſſare debent figuræ tanq̄ cōpletæ,ideo poſt quietem dominici corporis in ſepulchro,propter octauam reſurrectionis, in diem octauū eccleſia diei ſeptimi tranſtulit ſabbatiſmū. Prima omnium Maria nominat Magdalene, quia ductrix & inſtigatrix aliaꝝ. Vnxerat pedes,apud quos remiſſionē inuenit peccatoꝝ,Luc.7. Caput,& cōmendata q̄ opus bonū fecit p̄ueniens,quod modo volebat Matth.26. Totū ſcilicet vngere corpus, quo à corruptione & vermiū corroſione p̄ſeruaret. Sed hoc ſatis ſuperq; p Ioſeph & Nicodemū actitatum eſt, Ioh.19. Humano quodam affectu, non diuino, dominum diligebant, non reminiſcentes neq; credentes q̄ ſe tertia die reſurrectuꝝ prædixerat. Hinc ſcriptum eſt Pſalm.15. Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. De quo Luc.1. Et quod naſcet ex te ſanctum, vocabit filius dei. Et valde mane, Iohan.20. Cum adhuc tenebræ eſſent, Lucę.24. Valde diluculo, veniunt ad monumentum portantes quæ parauerunt aromata. Matth.28. Veſpere autem ſabbati, quæ luceſcit in prima ſabbati, venit Maria Magdalane & altera Maria videre ſepulchrum. Quum enim adeſſet veſpera ſabbati prioris, hoc eſt, extrema pars noctis, cuius finem excipiebat diluculū diei ſequentis, quum dies appropinquare incipit, qui primus erat dies hebdomadæ ſecuturæ, venerunt: hinc Iohannes dicit q̄ tenebræ erant, cum ſcilicet exierunt: ſed orto ſole venerunt ad monumentū, vt Marcus: quia cum dies illuceſcit, dicimus ſolem ortum, quanquā necdū nobis reddat viſibilis: ſic & in diluculo dicimus adhuc tenebras eſſe. Mirandus mulierum feruor, quum naturale ſit horridum videre mortuum, etiam matri filium, iſtæ tamen iam per diem & duas noctes ſepultum, vngere & contrectare quærunt.

Quanta vere diligētiū paucitas

Sabbatiſmi cur ex ſabbato in diē dominicū translatus

Et dicebant adinuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? Et reſpicientes, viderunt reuolutum lapidem. erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem ſedentem in dextris coopertum ſtola candida. & obſtupuerunt. 2

Monumentum tripliciter clauſum erat, grandis lapidis aduolutione, ſigilli appoſitiōe, & militum vallatione, Mat.27. Sed iſti ad angeli apparitionem tetriti, videntes ſepulchrū vacuum abierant. Erat autem lapis ingens, nec muliebrium erat virium eum amoliri, dum ergo anxiæ circumſpiciunt, quomodo poſſit amoueri, ſubito vident ſublatum,

Quotupliciter ſepulchrum Ieſu clauſum

Quomodo ſublatus ſit, indicat Matth.28. Et ecce terræmotus factus eſt magnus, angelus enim domini deſcendit de cælo, & accedens reuoluit lapidē, & ſedebat ſup eum. Erat autē aſpectus eius ſicut fulgur, veſtimentū eius ſicut nix. Præ timore autē eius exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui. Beda: Reſurrexit dominus mane de ſepulchro in quo poſitus fuerat veſpere, quo impletum eſt illud Pſalm.29. Ad veſperē demorabit fletus, & ad matutinum lætitia. Quòd autē terræmotus domino reſurgente factus eſt, ſicut ipſo moriente, ſignificat corda terrena prius per fidē paſſionis & reſurrectionis eius fore concutienda, & ſaluberrimo pœnitentiæ pauore ꝓmota, ad vitā ſublimanda ꝓpetuam. Si autem terra ſic tremuit quum dominus ad veniam ſuorē ſurgeret, quomodo contremiſcet, cum noxiorē omnium ſurget ad pœnam? Chryſoſtomus: Cuius gratia venit angelus, & leuauit lapidem poſt reſurrectionem? Certe propter mulieres, quæ eum viderant poni in ſepulchro, vt crederent, quoniam ſurrexit, vident ſepulchrum vacuum. Sedebat ſup eum, tanquàm imperterritus dominici ſepulchri cuſtos, & reſurrectionis doctor. Gregorius: In fulgure terror timoris eſt, in cādore blādimētū lenitatis. Raba. Timoris anxietate cuſtodes ſunt exterriti, qui amoris fiduciam non habuerunt: & facti ſunt velut mortui, qui reſurrectionis veritatem credere noluerunt. Beda: Ad deſignandum quia is cuius gloriam reſurrectionis nunciabat, & terribilis eſt ad damnandum reprobos, & benignus ac blandus ad conſolandum iuſtos. Quia enim Chriſtus deus & homo eſt, inter acta humanitatis eius, angelorum miniſteria deo debita non deſunt, ſicut inquiſita ſancti euangelij copioſiſſime probat hiſtoria. Reuoluit lapidem, vt non egreſſuro domino ianuam pandat, ſed vt egreſſus iam facti, præſtet hominibus indicium. Auſæ ſunt autem ingredi, pietas enim addebat audaciam ſexui. Moxq; ingreſſæ monumenti veſtibulum, videntes angelum, tametſi lætum & bonum, tamen quia ſubitum & inexpectatū ſpectaculum, obſtupuere. Hieronymus: Habuit hic angelus totaliter formam reſurrectionis, quam mortem timentibus oſtendit, in veſte claritatē, in ætate incorruptionē, in fulgure ſubtilitatē & agilitatem. Obſerua tamen tres ipſius conditiones, & Chriſti & noſtræ reſurrectionis gloriam deſignantes. Prima, quia ſecundum Hieronymum, non ſenex, non infans, ſed iuuenis ætate. Seue. Viderunt iuuenem, vt viderent noſtræ reſurrectionis ætatē, quia neſcit reſurrectio ætatē ſenectutis, vbi mori & naſci neſcit, ibi ætas nec adiūgit detrimentū, nec indiget incrementis. Ephe.4. Donec occurramus in vnitatem fidei, & agnitionis filij dei, in virum pfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chri. Secunda, quia ſedens in dextera. Nam proſpera & æterna venerat nunciare. Grego. Quia redēptor noſter iam corruptionem vitæ p̄ſentis tranſierat, recte in dextera angelus qui reſurrectionis ipſius gaudium nunciabat, ſedebat. Beda: Nec p̄tereundum quare teſtis reſurrectionis ſedens apparuerit, cum is qui natiuitatis eius gaudium euangelizauit, iuxta paſtores ſtetiſſe legat. Stare quippe pugnantis eſt, ſedere regnantis. Stetit, quia is quem p̄dicabat, ad debellandū mundi principem venit: ſedit, figurans eū qui ſuperato mortis autore, ſedem regni conſcendit ꝓpetui. Mat.28. Data eſt mihi poteſtas omnis in cælo & in terra. Tertia, quia coopertus ſtola candida. ad deſignandum angelicæ ſplendorem puritatis, & quia nuncius verę lucis. Matth.13. Tunc fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum.

Tres angeli apparentis conditiones, qd & quæ

5 Qui dixit illis: Nolite expaueſcere, Ieſum quæritis Nazarenū crucifixum, ſurrexit, nō eſt hic. Ecce locus vbi poſuerunt eum, ſed ite, dicite diſcipulis eius & Petro, quia præcedet vos in Galilæam. Ibi eum videbitis, ſicut dixit vobis.

Vt ergo gloriam intelligerent reſurgentis, pauorem à cordibus eorē amouit, conſolans eas. Iſti, inquit, merito exanimant ad gloriā reſurgentis, qui pſeuerant in infidelitate ſua. Cæterē nolite timere vos. Angelus bonus apparitione ſua primo terret ob fragilitatem conditionis humanæ, ſed ſtatim confortat ſua allocutione, ac in fide lætificat iucunda ſua viſione. Contra malus ſemp magis magisq; terrorem ſuum auget. Hinc intentionem mulierē bonam commendat, quod Ieſum qui crucifixus erat, quærerent. Gala.6. Miſi abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Surrexit propria virtute, iam præſtitit quod ſe facturum promiſit. Non eſt hic ſecundum humanam naturam, qui nuſquàm deeſt ſecundum diuinam. Hiere.23. Cælum & terram ego impleo. Quare ſupuacaneum eſt officium quod illi paraſtis. Mat.28. Non eſt hic, ſurrexit enim ſicut dixit. Venite & videte locum vbi poſitus erat dominus. Si ergo mihi non creditis, illius mementote verborē, hæc vobis fidē faciēt, ſi mihi parē creditis. Quin potius abite. Mat.28. Et cito euntes, dicite diſcipulis eius, vehementer morte eiꝰ exanimatis & Petro, q̄ ſibi culpā dimiſſam agnoſcat, qa p̄cedet eos in Galilæam, ibi videbunt viuū, quē luxerunt mortuum. Ne ergo eis ſolum hoc reſurrectionis gaudiū crederent eſſe, noua legatio illis iniungit. Hierony.

Cur mulieres iuſſerit nūciare Chriſti reſurrectionem

Mulie-

Mulieribus dicit vt annuncient apostolis, vt quia p mulierem mors annunciata est, ita & per mulierē vita resurgens. Vnde sicut in primorū tentatione parentū talis fuit processus, quod à malo angelo ad mulierē, à muliere ad virum processit: sic nunc vitæ annunciatio à bono angelo ad mulieres, à mulieribus ad viros puenit. Gregorius: Galilæa, transmigratio facta interpretat: iam quippe redemptor noster à passione ad resurrectionē, à morte ad vitam, à pœna ad gloriam, à corruptione ad incorruptionē transmigrarat. Sic in Galilæa conspiciendus promittit, quia illi speciē eius contēplari merebunt, qui modo transmigrant de vitijs ad virtutes, de amore mundi ad amorem dei, declinantes à malo & facientes bonum, Psalm.36. Sapientes & quærentes non terrena, sed cælestia, Coloss.3. Felices qui Iesum quærunt medicum animarum, sed obserua q̄ Nazarenus dicit, teste angelo, & crucifixus. Si ergo salutē inuenire volumus, odore bono virtutū floreamus. 2. Corin. 2. Christi bonus odor sumus in omni loco. Psalm. 91. Iustus vt palma florebit. Ecclesiast. 24 Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis. Et carnis concupiscentias mortificemus, 1. Corin. 5. Expurgate vetus fermentū, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi, etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Gal. 5 Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs suis. Hieronymus: Breuis sententia in syllabis, sed ingens in quantitate promissio. Ibi est gaudij nostri fons, & salutis æternæ origo præparata, ibi congregantur dispersiones, ibi videbitis, sed non sicut vidistis. Matth. 28. Ecce prædixi vobis.

Et ingressæ, non inuenerunt corpus domiui Iesu. Et factum est, dum mente consternatæ essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cum timerent autem, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis, viuentem cum mortuis? Non est hic, sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis, cum adhuc in Galilæa esset, dicens: Quia oportet filum hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertia resurgere, & recordatæ sunt verborum eius. Lucæ. 24 I

Pauidis & consternatis ob corporis domini ablationem, in quo & viuebant & moriebant, angeli astiterunt, sicut apostolis domino ascendente in cælum, Actu. 1. Hæc ipsa species angelorum, resurrectionis triumphum præ se ferebat, qui & blando alloquio placidoq̄ subleuant attonitarum mentes. Quid quęritis, inquiunt, eum qui viuit, in sepulchris mortuorum? Recordamini, Lucæ. 18. Matth. 20. Claret quod dominus non solum discipulis, sed & deuotis fœminis prædixit passionem suam & resurrectionem. Prædixerat se moriturum, prædixerat & genus & tempus mortis, se idem prædixit sed tertio die reuicturum. Agnoscite tempus, sub vesperam parasceues depositus est de cruce, & in monumento hoc conditus. Is primus à morte dies supputatur. Sabbatum totum conquieuit in sepulchro. Nunc tertij diei diluculum est, quem ille simul exoriens ab inferis toto mundo lætum ac faustum esse voluit.

Et egressæ a monumento, nunciauerunt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus. Erat autem Maria Magdalena, & Iohanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad apostolos hæc. Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, & non crediderunt illis.

Marc. 16. At illæ exeuntes, fugerunt de monumento. Inuaserat enim eas tremor & pauor, & nemini quicquàm dixerunt. Timebant enim. Nam pauor mentis, & tremor corporis inuaserat eas, partim ob magnitudinem miraculi, partim ob ingens gaudium, & desiderium ac spem videndi Iesum rediuiuum, Matthęi vicesimo octuo: Et exierūt cito de monumento cum timore & gaudio magno, currentes nunciare discipulis eius. Sed alijs nihil dixerunt hominibus, præterquàm discipulis, qui ob metum Iudæorum sparsim collecti latitabant, obliti & ipsi fere omnium quæ audissent à Iesu, ac propemodum desperantes, quæ vidissent, quæq̄ audissent ab angelis. Cæterum ob rem incredibilem quam nunciabant sexus infirmior non inuenit fidē apud aplos, quos ideo dominus passus est esse tardiores ad credendum, vt pluribus argumentis confirmaretur resurrectionis dominicæ fides. Theoph. Est naturaliter incredibile mortalibus miraculum resurrectionis, ideo deliramenta videbantur. Nominatur autem primo Maria Magdalene, quia principalior & magistra aliarum ac feruētior, vt probat eius vigilantia, diligentia, & perseuerantia. Hinc Iohannes de ipsa sola mentionem facit.

Vna autē

Iohan.20 K

Vna autem sabbati Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum, & vidit lapidem sublatum a monumento. Cucurrit ergo & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum quem amabat Iesus, & dicit illis: Tulerunt dominum meum, & nescimus vbi posuerunt eum.

Venit diluculo, vt dicit Lucas: nec sola, quia dicit, nescimus: nec ad solum Petrum, vt claret ex Luca.24. Petrus autem surgens, cucurrit ad monumentum. Et procumbens, vidit linteamina posita. Hoc clarius Iohannes subsequenter explicat.

Exijt ergo Petrus & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum. Currebant autẽ duo simul, & ille alius discipulus cucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum: et cum se inclinasset, vidit posita linteamina, nõ tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, et introiuit in monumentum, et vidit linteamina posita, et sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum. Tunc ergo introiuit & ille discipulus, qui venerat primus ad monumentum. Et vidit, & credidit. Nondum enim sciebant scripturam, quia oportuit eum a mortuis resurgere. Abierunt ergo iterũ discipuli ad semetipsos.

Quanquã non crederent esse verũ quod narrabant mulieres, tamen eo profecit illarũ assertio, vt cæteris discipulis partim metu, partim desperatione pculsis, Petrus & Iohannes periculum facturi currerent ad monumentũ, qui ficut animo, ita & corpe coniuncti erant, Chm cõprehensum secuti. Iohannis.18. Templũ ad orandũ ingressi, Actu.3. Ad Samaritanos missi, Actu.8. Iohannes ætate agilior, prior venit ad monumentũ, inclinando & prospiciendo p ostium domus vidit posita linteamina, vt liqueret facile corpus non esse sublatũ à furibus, qui totum corpus vt erat obuolutum potius abduxissent, cum aromatibus, linteis & sindone, si non ob pciũ rerum, certe ob id quod non tantum habuissent ocij, ad detrahenda corpori vnguenta quouis viscó tenacius inhærentia, & suo quæq; loco digerenda. Non tamẽ ob reuerentiã Petri, qui & officio senior erat & ætate, introiuit. Mox aduenit Petrus, qui cognita re ex Iohanne, vt tardior fuerat in cursu, ita audacior fuit pariter, & curiosior in vestigando. Non enim suffecit ei à longe prospexisse, sed veritatẽ voluit certius inuestigare, Vnde vidit linteamina angelico famulatu ad resurrectionis certitudinẽ, ordinate posita. Secutus est eũ Iohannes, credens sublatũ corpus. Nondũ credebant eum reuixisse, tantũ illud credebant esse verum quod dixerat Maria, corpus sublatum à monumento. Nondum enim plene intellexerant scripturã prophetică, quæ certo, prædixerat futurũ vt Iesus moreret, ac tertio die reuiuisceret. Ecce quantũ periculũ, non intelligere nec scire scripturas. Hinc dominus Sadducæis resurrectionẽ generalẽ negantibus, ait Matth.22. Erratis, ignorantes scripturas & virtutẽ dei. Vnde.2.Pet.1. Et habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Lucæ.24. Abijt (Petrus) secum mirans quod factum fuerat. Dubitans ne quis corpus sustulisset è monumento, variaq; cogitans, à quibus, quove consilio id factum fuisset, quod corpore sublato videret relicta linteamina, veluti p ociũ subtracta corpori, q̃ sine negocio nõ poterant auelli, eaq; non temere difiecta, sed cõmode in suũ repolita locum, semoto ab his sudario quo tectum fuerat caput Iesu. Gregorius: Hic diuinæ dispensationis magnitudo pensanda est, quia discipulorum corda & accenduntur vt quærant, & differuntur ne inueniant, quatenus infirmitas animi, ipso suo mœrore cruciata, purgatior ad inueniendum fiat: & tanto validius teneat, quanto tardius inuenit quod quærebat.

Iohan.20 I

Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se & prospexit in monumentum: Et vidit duos angelos in albis sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positum erat corpus Iesu. Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum.

Clare hic patet, q̃ dominus fidelis est, & seip̃m negare non põt, iuxta ap̃m.2.Timo.2. Quæ fiuit antea in domo Simõis, & inuenit, audireq; meruit. Dimittunt tibi peccata tua. Lucæ.7.

Luc.7. Iterꝝ nunc quærit ad monumẽtum, plorans, nec antea cẽdit loco donec inueniat Auguſtinus: Viris redeuntibus, infirmiorẽ ſexum in eodẽ loco fortior figebat affectus, & oculi q̃ dominũ quẽſierant, & non inueniebant, lachrymis iam vacabant, amplius iam dolentes, q̃ erat ablatus de monumẽto, quàm q̃ fuerat occiſus in ligno, quoniã magiſtri tanti, cuius ei vita ſubtracta fuerat, nec memoria remanebat. Grego. Amanti ſemel inſpexiſſe nõ ſufficit, quia vis amoris intẽtionẽ multiplicat inquiſitionis. Quæſiuit eñ prius, & mine inuenit: pſeuerauit vt quæreret, vñ contigit vt inueniret: actumq̃ eſt vt deſideria dilata creſcerẽt, & creſcẽdo caperẽt quod inueniſſent. Sancta eñ deſideria dilatione creſcunt ſi aũt dilatione deficiunt, deſideria non fuerunt. Tum angeli quoq; vt illius mœrorẽ conſolarẽtur, vltro compellant flentẽ. q. d. Potius gaudẽdum eſſet q̃ flendũ. Tulerũt, inquit, dominũ meum. Suum dominum appellat, & etiamnũ mortuum amat, nihil aliud ſperans de reſurrectione, tantum in hoc diſcruciatur, q̃ corporis ſit adempta præſentia.

Hæc cum dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum ſtãtem, & non ſciebat quia Ieſus eſt. Dicit ei Ieſus: Mulier, quid ploras? Quem quæris? Illa exiſtimans, quia hortulanus eſſet, dicit ei: Domine, ſi tu ſuſtuliſti illum, dicito mihi, vbi poſuiſti eum, & ego eum tollam. Dicit ei Ieſus: Maria. Conuerſa illa, dicit ei: Rabboni, quod dicitur magiſter.

Cum ergo fleret, adeſt omnium merentiũ conſolator Ieſus. Chryſoſtomus: Cur non expectauit angelorꝝ reſponſum, quum ad minus homines multæ reuerentiæ apparerent? Quia dño apparente angeli aſſurrexerunt, q̃ ipſa aduertẽs ad eum cõuerſa eſt, ſed non cognouit, quia fidẽ reſurrectionis non habuit. Grego. Quia amabat & dubitabat videbat & nõ cognoſcebat, eumq̃ illi amor oſtẽdebat, & dubietas abſcondebat. Interrogat cã doloris, vt augeat deſideriũ, quatenus cũ noïaret quẽ q̃reret, in amorẽ eius, ardẽtius æſtuaret. Suſpicans illa quod cultor & cuſtos eſſet eius loci in quo erat monumentũ, quia in humili apparebat ſpecie, ne ſubito ſua ſpecie cõſpectus mulierem expaueſceret, domine, ait &c. Grego. Conſuetudo feruenter amantiũ eſt, vt nullũ putẽt ignorare, quod ipſi indefinẽter reuoluunt in corde. Vnde more ebriorꝝ ex amore loquit, qui rationẽ & poſſibilitatẽ parꝝ attendunt, æſtimantes ſuam poteſtatẽ parificari dilectionis feruori. Suſpicabat eñ quod amicus quiſpiã ob Iudæorꝝ metũ curaſſet corpus clanculũ aſportandũ, ne veniret in manus Iudæorꝝ, & ſecus tractarẽt q̃ vellet. Greg. Forſitan hæc mulier errando non errabat: nam & vere hortulanus eſt, eradicãs germina mala, & inſerẽs ſemina virtutum, & fructus ſpiritus. Eſt aũt in poteſtate corporis glorioſi, exhibere ſeſe prout vult, viſibile & inuiſibile, talẽ ergo ſe exhibuit foris, qualis erat in eaꝝ cordibus, vt gradatim manifeſtam ſortirẽtur veritatis notitiam. Sic ſolet nonnunq̃ dñs conſolationis gr̃am abſcondere, vt quẽrẽtis mentẽ inflammet quo ardẽtius quærat: vt cum inuentus fuerit, cum maiori lætitia recipiatur, & receptus feruẽtiori cautela teneatur. Cant.3. Inueni quẽ diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam. Quæramus ergo cum Maria, ſi volumus inuenire. Cordialiter. Deuterono.4. Cum quæſieris dominum, inuenies eum, ſi tamen toto corde quæſieris, & tota tribulatione animæ tuæ. Pſalm. 118. In toto corde meo exquiſiui te. Diligẽter. Prouerbiorꝝ.8. Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obſeruat ad poſtes oſtiũ mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam. Canticorum.5. Surgam & circuibo ciuitatem, per vicos & plateas quæram quẽ diligit anima mea. Quæſiui illum, & non inueni. Inuenerunt me vigiles qui cuſtodiunt ciuitatem, num quẽ diligit anima mea, vidiſtis? Vigiles, angeli ſunt. Eſaiæ.62. Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes, tota die & nocte non tacebunt. Paululum cum ptranſiſſem illos, inueni quem diligit anima mea. Efficaciter: quia enim pſeuerauit, nullamq̃ aliam conſolationẽ admiſit meruit prima omnium inuenire. Pſalmo.76. Renuit conſolari anima mea: memor fui dei, & delectatus ſum. Canticorum.8. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam. Ieſus igitur delectatus tanto mulieris deſiderio, voce iam nota & familiari compellat eam. Illa ſubito gaudio rapta, ſolito titulo compellat præceptorem, ſentiens vim occultam, ſolitamq̃ dulcedinem. Origenes: O mutatio dexteræ excelſi. Conuerſus eſt dolor magnus in gaudium magnum, mutatæ ſunt lachrymæ doloris in lachrymas amoris. Non ei ſuffecit videre, ſed ex vehementi deſiderio, qui intime & immediate cupit vniri amato, procidens voluit oſculari pedes illius, memor adhuc veteris familiaritatis. Nouerat, quia ſenſerat, quoniam virtus de illo exibat, & ſanabat omnes, Lucæ ſexto: Ieſus autem ſciens illam nihil adhuc magni de ſe ſentire, quanquàm ſynceriter &

Quomodo Ieſus cũ Magdalena quærendus.

riter & flagranter amaret à contactu corporis prohibuit. Noli me tangere, corpus idem est quod pepẽdit in cruce, sed iam immortalitatis glora decoratũ, tuus autem affectus adhuc carnẽ sapit, quia nondũ ascẽdi ad patrẽ meũ. Quod cũ fecero, mittã vobis spm̃ consolatorẽ, qui vos pfectos reddet, meoq; spirituali consortio dignos. Necdũ enim credis, me patri æqualẽ, sed inferiorem & purum hominem. Satis sit interim tuo desiderio, q̃ me conspexeris, quodq; loquentem audieris.

Dicit ei Iesus: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, deum meum & deum vestrum. Venit Maria Magdalene annunciãs discipulis, quia vidi dominum, & hæc dixit mihi.

Abi potius ad frẽs meos, ob mortẽ meã desolatos, & hoc gaudiũ q̃d ex meo cõspectu es adepta, q̃ primũ illis imparti, hisq; meis verbis annũcia, q̃ in hoc reuixi: dies aliquot cũ eis cõmoratus, terras relinquã & ascendã ad patrẽ. Deponãt ergo terrenos affectus, & animũ ad spũalia ac cælestia erigãt. Seue. Vocat frẽs, q̃s corpis sui fecit eẽ germanos, q̃s patri suo adoptauit in filios, quos p̃sciuit sibi cohęredes, q̃bus specialia amicitiæ indicia demonstrauit. August. Non ait, patrẽ nr̃m, qa nõ eodẽ mõ, quia meum p̃ naturã, vestrũ p̃ grãm. Neq; ait deũ nostrũ, sed meũ, sub quo & ego hõ sum: & vestrũ, inter q̃s & ip̃m mediator sum. Orig. Sequamur huius mulieris affectũ, vt p̃ueniamus ad effectũ, ploret vnusq̃sq; ad Iesum, & quærat fideliter, apparebitq; ei q̃ nõ cælauit se peccatrici quærẽti. Læto hoc feliciq; cõspectu exhilarata, dum properat cõmissam sibi legationẽ à dño expedire, venit ad reliquas socias mulieres, lento adhuc gradu ipsam præstolantes indicans quod viderit dominum. Quæ quasi exanimatæ, quod tam fausto sua negligentia fuissent priuatæ spectaculo, p̃ dominum simul consolari meruerunt, Matth. 28.

Matt. 28 M

Et ecce Iesus occurrit illis, dicens: Auete. Ille autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus: Nolite timere. Ite, nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam. Ibi me videbunt.

Currũt ergo vt hoc gaudiũ cõicent discipulis, q̃bus occurrit Iesus, quo certiora nũcia re possent. Hieron. Primo mulieres merent audire, Auete, vt maledictũ Euæ mulieris, in mulieribus solueret. Quibus pauidis vt animũ redderet, ait: Nolite timere, quo & rectius pciperẽt quæ essent dicẽda. Paulatim erexit animos suos ad alacritatẽ, & spem pactæ resurrectiõis. Hinc determinat locũ apparitiõis & promissæ visiõis, vt ex loco probet veritas, & ex promisso accẽdat charitas. Angelus apl'os noũauit discipulos, subiectiõis, & humiliationis rõne, dño dans honorẽ, quanq̃ dñs frẽs ipsos vocet charitatis amore. Hebr. 2. Nõ cõfundit frẽs eos vocare. Beda: O quàm felices fęminæ quæ triũphũ resurrectiõis mũdo meruerũt nũciare, ac mortis quã Eua serpẽtino affectu cõtraxit imperiũ disruptũ prędicare. Quãto feliciores animæ virorũ ac mulierũ, q̃t̃q̃ in die iudicij, p̃cussus pauore ac digna vltiõe in die iudicij reprobis, ipsæ cælesti gra adiutæ, triũphare de morte, & gaudium beatæ resurrectiõis meruerint intrare? Raba. Per hoc q̃d sic occurrit eis, ostẽdit se oĩbus iter virtutũ inchoantibus, vt ad salutẽ p̃uenire queãt, adiuuãdo occurrere. Esa. 64. Occurristi lætãti & faciẽti iustitiã. Chrysost. Tenuerũt pedes eius, & cũ superabundãti ad eũ lætitia currẽtes, acceperũt q̃ tactũ cõiecturã & certitudinẽ resurrectiõis. Fortassis aliquis vestrũ vellet & sc̃dm illas effici mulieres, & pedes detinere Iesu. Potestis & nũc q̃cũq; vultis, nõ pedes & man'tm̃, sed & caput illud detinere sacrũ, terribilibus potiẽtes mysteriis pura conscia. Mar. 16. Surgẽs aũt Iesus mane prima sabbati apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat septẽ dæmonia. Illa vadẽs, nũciauit his q̃ fuerãt cũ eo, lugẽtibus, & flẽtibus, & illi audiẽtes, qa visus esset ab ea, & viueret, nõ crediderũt. Adeo exciderat q̃ toties se tertio die promiserat resurrectuꝝ, vt nec Mariæ crederẽt. Hieron. Humani gñis culpa abcidit vnde processit. August. Resurgentẽ dñm priores fœminæ apl'is nũciauerũt: qa viro mortẽ fœmina in paradiso nũciauit, ideo viris fœminæ in ecclesia vitã nũciauerũt. Resurrectionẽ Chri apl'i gẽtibus erãt p̃dicaturi, quã apl'is fœminæ nũciauerũt. Sed nulla inclytæ cælorũ fit mẽtio reginæ, quæ domi residẽs, fide certissima filium resurgentẽ expectabat, quare cũ reliq̃s ad vngẽdum nõ properauit. Cui & dñs añ oẽs apparuit, dicẽs, vt sentit Ambro. Salue sancta parẽs, cõfortamini, dimittite fletus, tp̃s est gaudij & lætitiæ, qm̃ regni ianua apta est, hoste gñis humani deuicto. Data est mihi oĩs ptãs in cælo & in terra. Cõfirmat hoc autoritas p̃cipiẽtis honorare parẽtes. Ipse aũt q̃ nõ venit soluere legẽ, sed adimplere, semp ipsam honorauit. Humiliter obediẽdo, Luc. 2. Descẽdit cũ eis Nazareth & erat

Matri suæ qui & quã do apparuerit Christus

& erat ſubditus illis. Gratanter defectũ ſubleuando in nuptijs, aquã in vinũ mutando, Ioha. 2. Fideliter cõmendãdo in morte ipſam diſcipulo, Ioh. 19. Nouerat in immenſum maternũ excedere affectũ. Vnde Tobias filius Ragueli ait: Ego noui, qa pater meus & mater mea modo dies cõputãt, & cruciat ſpũs eorũ in ipſis. Si ergo primo Magdalene p̃ apoſtolis, & Petro inter apl̃os apparuit p̃ cæteris amore ſimul & dolore flagrãtibus, quãto magis matri p̃ oĩbus diligẽti & dolẽti, Pſal. 93. Scdm multitudinẽ dolorũ meorũ in corde meo cõſolatiões tuæ lætificauerũt animã meã. Quod euãgeliſtæ nullã de hoc faciãt mentionẽ, mirũ non eſt, quũ nec vbi Petro, nec qñ vel vbi apparuerit Iacobo, ſcripſerint, quũ tamẽ Lucas clare dicat q̃ apparuerit Petro ſingulariter, Luc. 24. Et Apl̃us. 1. Corꝝ. 15. q̃ plus q̃ quingentis apparuerit fratribus, & Iacobo &c. Et quia eorꝝ propoſitum erat, reſurrectionis teſtes inducere, ſed matris teſtimonium inefficax eſt pro filio. Et tertio, quia hoc pro conſtanti reliquerunt omnibus credibile.

Quæ cum abiſſent, ecce quidam de cuſtodibus venerunt in ciuitatem, & nunciauerunt principibus ſacerdotum omnia quæ facta fuerant. Et congregati cum ſenioribus cõſilio accepto, pecuniã copioſam dederũt militibus, dicentes: Dicite quia diſcipuli eius nocte venerũt, & furati ſunt eum nobis dormiẽtibus. Et ſi hoc auditũ fuerit apud p̃ſidem, nos ſuadebimus ei, & ſecuros vos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt ſicut erant edocti, & diuulgatum eſt verbum iſtud apud ludæos, vſque in hodiernum diem. 2

Quo reſurrectionis fides etiã inimicorũ teſtimonio cõfirmaret, milites terræmotu & angelica apparitiõe ſtupefacti, veritatẽ reſurrectiõis nunciauerũt. Rabañ. Simplex animi æqtas, & indocta hoĩm ruſticitas, ſæpe veritatẽ rei prout eſt ſine fraude manifeſtat: at cõtra verſuta malignitas falſitatẽ verĩſimilibus verbis, pro vero cõmendare decertat. Vnde cõſiliũ à ſe inuicẽ acceperũt quo veritatẽ puerterẽt: quũ res eſſet manifeſtior, q̃ vt poſſit dubitari, mẽdaciũ redimũt pecunia, quẽadmodũ ante proditoris operã pecunia redemerãt, niſi q̃ maiore ſumma redimũt operã mẽtientiũ q̃ proditoris. Hieroñ. Cuſtodes miracula cõfitent, illi aũt q̃ poſt tale teſtimoniũ debuerãt cõuertti ad pœnĩam, & Ieſum quærere reſurgentẽ, pſeuerãt in malitia, & pecuniã quæ in vſus tẽpli data fuerat, vertũt in redemptionẽ mẽdacij, ſicut & ante triginta argẽteos ludæ dederãt proditori. Oẽs ergo q̃ ſtipe tẽpli in his quæ cõferunt in vſus eccleſiæ abutunt in aliis rebus quo ſuã expleãt voluptatẽ, ſiles ſunt ſacerdotibus mẽdaciũ & ſanguinẽ ſaluatoris redimẽtibus. Chryſoſto. Vere formã mẽdacij habebat q̃d dicebãt. Qualiter em̃ furarent hoĩes pauperes & idiotæ, & neq; apparere audẽtes? Si em̃ Chr̃o viuẽte fugerũt, qualiter mortuo eo nõ timuiſſent tot militũ multitudinẽ? Nunqd oſtiũ ſepulchri potuerũt euertere? Lapis imminebat magnus, multis indigẽs manibus. Nunqd nõ etiã erat ſigillũ ſupimpoſitũ? Quare non pſuaſibilia ſunt quæ de furto dicitis. Vnde p̃ quæ reſurrectionẽ conant obumbrare, eã inclareſcere faciũt. Dicẽtes em̃ q̃ diſcipuli furati ſint, fatent corpus nõ eſſe in ſepulchro. Furtũ aũt oñdit mendax cuſtodia militũ, & pauor diſcipulorũ. Remigius: O ſtulta inſania, dormiẽtes teſtes adhibes, ſi dormierũt, qũo furtũ viderunt? ſi nõ viderũt, qũo teſtes ſunt? ſi viderũt, cur fures nõ detinuerũt? Et quo proceſſit impietas? Si auditũ, inquiũt, fuerit à p̃ſide q̃ furtim ſublatũ ſit, ne timueritis, qa ſuadebimus verũ eſſe q̃d dicitis, ita q̃ nihil vobis imputabit. Hier. 9. Docuerũt linguã ſuã loqui mẽdaciũ, vt inique agerẽt, laborauerũt. Sic oẽs q̃ errãt, & in errorẽ mittũt, 2. Timot. 3. ſemp in peius proficiũt. Crucifigũt, imo redimũt pecunijs mendacia, quo ſuos ſemel inſipiẽter cõceptos tandẽ ptinaciter cõſtabiliãt errores, ad humana cõfugiũt ſuffragia, quo multitudine & autoritate pficiãt, q̃d rõne & veritate nõ p̃ñt. Chryſoſtomus: Non miteris ſi pecuniæ milites ſuperauerunt, quæ apud diſcipulũ tantã oſtẽderunt virtututẽ, vt facerent eũ magiſtri proditorẽ. Raba. O peſtis magna auaritia, ſemp bonis animis deteſtanda. Quid illæ ſum, quid incõcuſſum dimittis? Tu genus hominũ confudiſti, tu diſcipulũ Chriſti comitẽ ab apoſtolatu p̃cipitaſti, tu milites cuſtodiẽtes ſepulchrũ captiuaſti. Eccẽ. 10. Et pecunię obediunt oĩa. Inuenit cõmentũ tã friuolũ in populo fidẽ. Rabanus: Error empti mendacij, per quod reſurrectionis denegant veritatem, perſeuerat in ludæis ne in Chriſtum credant, & reatu eos conſtringit perpetuo.

Et ecce duo ex illis ibant ipſa die in caſtellũ quod erat in ſpatio ſtadiorũ ſexaginta ab Hieruſalẽ, noĩe Emaus: & ipſi loquebant̃ adinuicẽ de oĩbus quæ acciderãt. Et factũ eſt dum fabularent̃, & ſecũ quærerent, & ipſe Ieſus appro- Lucæ. 24 N

pinquans, ibat cum illis. Oculi autem eorũ tenebantur, ne eum agnoscerent, & ait illis: Qui sunt hi sermones, quos cõfertis ad inuicẽ, ambulantes, & estis tristes? Et respondens vnus ex eis, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & ignoras quæ facta sunt in illa his diebus?

Quàm fructuosum sit ac salutiferum, & cor & corpus cum dño & in dño habere occupatum propter ipsius assistentiam & præsentiam,*. Seruauere modũ magistri binos mittentis, Lu.10. Ob charitatis legem ac testimoniũ veritatis. Inter eundũ varios miscent sermones, ita vt fit, præsertim vbi quid mœroris est in animo. Erant enim morte dñi vehementer perturbati, iamq; propemodũ animũ desponderant, ac spem abiecerant. Tandẽ illis multa inter ipsos de Iesu cõmẽtãtibus, & ecce lupus (quod dici solet) in fabula. Iesus enim qui promiserat sese futurũ in medio, vbicunq; duos cõperisset de se colloquentes, Marc.18. Etiam iuxta corporis præsentiam tum exhibuit, quod iuxta spm̃ nunquàm facere desinit. Quemadmodum adesse gaudet de se confabulantibus dominus Iesus, ita satanas adesse gaudet his qui miscent confabulationes, bonorũ morum corruptrices. Imo spiritus mendax in ore est omniũ malorũ. 3. Reg. 21. Ad decipiendum. Hinc admonet Petrus, 1. Pet. 4. Si quis loquit̃ ẽ̃ sermones dei, Ephe. 4. Oĩs sermo malus de ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Felices cum quibus ambulat Iesus, quia nihil habent timere cum salutẽ secũ habeant. Lucę. 22. Quando misi vos sine sacculo & pera, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Marci. 16. Post hæc autem duobus ex his ambulãtibus ostensus est in alia effigie, euntibus in villam. Nam in potestate est corporis glorioſi, quomodo & quando vult apparere. Gregorius: Quia amabant & dubitabant, ideo dominus eis foris apparuit, & quis esset intus non ostendit. Sic Syri nec locum nec Heliseum cognouerunt, 4. Reg. 6. Sic nec fores Loth Sodomitæ, Gene. 19. Gregorius: Interrogat, vt instruẽdi occasionem accipiat. Sic Gene. 3. Adam, vbi es? O quàm exacte in iudicio exquiret, qui sint sermones nostri. Mat. 12. Dico vobis, quoniam omne verbũ ociosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Causam tristitiæ inquirit, quo liberius loquant̃, nam de morte domini tristes erant. 2. Corr. 7. Quæ secundum deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operat: seculi autem tristitia mortem operat̃. Prouerbiorũ. 25. Sicut tinea vestimento & vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi. Eccleſiast. 30. Tristitiam non des animæ tuæ, & non affligas temetipsum in consilio tuo. Iucunditas cordis hæc est vita hominis, & thesaurus sine defectione sanctitatis, & exultatio viri est longæuitas. Habet autem hoc propriũ humanus affectus, vt quod cuiq; valde cordi est, putet nemini ignotũ esse, & nemini non esse curæ. Res, inquit, omnibus est notissima, quicunq; versant̃ Hierosolymis. Beda: Peregrinum putabant, cuius vultũ non agnoscebant, sed reuera peregrinus erat eis, à quorũ naturæ fragilitate, pcepta iam resurrectionis gloria, longe distabat, & à quorũ fide, vtpote resurrectionis eius nescia, manebat extraneus. Fuit & in hoc mũdo peregrinus. Iohan. 1. In propria venit, & sui eũ non receperunt, docens nos in hac miseriarũ valle peregrinos esse. Hinc Dauid Psalm̃. 38. Aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei. 1. Para. 29. Peregrini sumus corã te & aduenæ, sicut omnes patres nostri. Dies nostri quasi vmbra sup terram, & nulla est mora. Heb. 13. Non habemus hic manentẽ ciuitatem, sed futuram inquirimus. Nam dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à dño. 2. Corin. 5. Est autem peregrino necessarium, primo oneris depositio retardantis: sic ipse mortalitatem deposuit. Ideo admonet Apostolus Heb. 12. Deponentes omne pondus, & circũstans nos peccatum, per patientiã curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in autorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem confusione contempta, atq; in dextera dei sedet, 1. Pet. 2. Obsecro vos tanquã aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animã. Gala. 5. Caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem. Romañ. 8. Si secundũ carnẽ vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Secundo: Itineris recti conseruatio. Prouerb. 12. In semita iustitiæ vita, iter autem deuium ducit ad mortem. Iohan. 14. Ego sum via, veritas, & vita. Hinc. 1. Iohan. 2. Qui dicit se in Chro manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. 1. Pet. 2. In hoc em̃ vocati estis, quia Chrus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplũ, vt sequamini vestigia eius. Ioh. 12. Qui sequit̃ me non ambulat in tenebris, sed habebit lumẽ vitæ. Tertio: Alieni negocij despectio, nõ em̃ attendit qd alij agunt. 1. Iohan. 2. Nolite diligere mundũ, neq; ea quæ in mundo sunt. si qs diligit mundũ, nõ est charitas patris in eo. Iaco. 1. Quicũq; em̃ voluerit amicus esse seculi huius, ini-

Peregrinus quomodo fuerit Christus.

Peregrinãti necessaria quæ

huius,inimicus dei constituit.Quarto,ad patriã festina profectio.Heb.4.Festinemus ingredi in illam requiem. Col.3,Si cõsurrexistis cum Christo,quę sursum sunt,quęrite,vbi Christus est in dextera dei sedens:quæ sursum sunt,sapite,non quæ sup terram.2. Cor.5. Scimus enim qm̃ si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluat, ꝙ ædificationem ex deo habemus.domũ non manufactam,æternã in cælis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quæ de cælo est superindui cupientes:si tamen vestiti, & non nudi inueniamur.Nam & q sumus ih hoc tabernaculo,ingemiscimus grauati,eo quod nolumus expoliari,sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est à vita.

Quibus ille dixit:Quæ?Et dixerunt:De Iesu Nazareno,qui fuit vir pro- 2
pheta potẽs in ope & sermone,coram deo & omni populo. Et quomodo eum tradiderũt summi sacerdotes & principes nostri in damnationẽ mortis,& crucifixerũt eũ.Nos aũt sperabamus,qa ipe eẽt redẽpturus Israel,& nũc sup hęc omnia tertia dies est hodie ꝙ hæc facta sunt.Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos,quæ ante lucẽ fuerunt ad monumẽtum:&non inuẽto corpore eius,venerunt,dicẽtes se etiam visionẽ angelorum vidisse,qui dicunt eũ viuere. Et abierũt quidam ex nostris ad monumẽtum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt,ipsum vero non inuenerunt.

Tum dñs quasi discere volens,quum docturus venisset,interrogat:illi simpliciter velut hospiti & reꝝ gestarꝝ ignaro,summã negocij exponũt,ingenue profitẽtes q̃ nihil adhuc sentirent de Iesu dignũ ipsius dignitate quanq̃ de resurrectiõe spem pene oẽm abiecissent. Beda: Prophetã fatent,filiũ dei tacent,vel nondũ perfecte credentes,vel soliciti ne inciderent in manus Iudæorꝝ psequentiũ,quia nesciebant quis esset,quod erat verꝝ celantes, & subiungunt:Potens in opere,non enim solũ foris verbo mouebat auditũ,sed intus p gratiam.Matth.7.Erat enim docens sicut potestatem habens.Iohan.7. Nunquã sic locutus est homo.Actu.1.Cœpit facere & docere.Scribæ vero dixerunt,& non faciebãt,Mat.23. Nec corã deo,sed solũ corã populo.Mat.23.Omnia opera sua faciunt,vt appareant hominibus.Magnũ est,corã deo esse bonũ per rectã intentionẽ.Psal.15.Prouidebã dñm in conspectu meo semper.Et corã populo p bonã conuersationẽ.Roma.12. Prouidentes bona non tantũ corã deo,sed etiã corã omnibus hominibus.Quanq̃ Iudas ipsum tradiderit cupiditate auaritiæ,& Pilatus puersitate iustitiæ,tñ principes dicunt hoc fecisse,quia omniũ causa erant.Iohan.19.Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi.Neq; quicquã affulget certioris spei,nisi quod mulieres quædã è sodalitio nostro,nos nouo & inaudito nuncio magis etiã attonitos reddiderunt.Glossa:De non inuento corpore plus mœstitiã addiderunt,q̃ de denunciata resurrectione gaudium,quo recrearent,attulerunt. Metuebãt enim,ne Iudæi ipsis imponerent corpus auferendo. Beda:Ecce seipsos arguunt, ꝙ in illo redemptionẽ sperauerunt,quẽ mortuum,sed non resurgere viderant. Errabant autẽ, temporalẽ,non spiritualẽ redemptionẽ intelligentes.Psal.129.Quia apud dñm misericordia,& copiosa apud eum redẽptio.Vnde & de promissione resurrectionis tacent,nescientes cui loquerent,quã tamen tacite innuunt,signanter tertiã diem exprimẽtes. Sed ne videant mulieꝝ verbis tanquã meticulosi territi,addunt testimonia virorꝝ. Ex nostris,inquiunt,quo se fatent discipulos Iesu.Toties ab eo audierũt tertia die se resurrecturꝝ Mat. 12.20.26.Iohan.2.Et se rediuiuum conspectui ipsorꝝ præbiturꝝ.Iohannis.16.Iterꝝ videbo vos,& gaudebit cor vestrum,& gaudium vestrum nemo tollet à vobis.Vnde spem conceperant,sed verbis mulierum & Petri ac Iohannis tota conciderat.

Emaitarũ, quãtula de Iesu fides.

Et ipse dixit ad eos:O stulti & tardi corde ad credẽdum in omnibus quę locuti sunt prophetæ. Nonne hæc oportuit pati Christũ,& ita intrare in gloriã suam?Et incipiẽs a Mose & oĩbus prophetis, interꝑtabat illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant.Et appropinquauerũt castello quo ibant,&ipe se finxit longius ire,& coegerunt eum,dicẽtes: Mane nobiscum,quoniam aduespe rascit,& inclinata est iam dies,& intrauit cum illis. Et factum est dum recumberet cum eis,accepit panem,& benedixit ac fregit,& porrigebat illis, & aperti sunt oculi eorum,& cognouerunt eum,& ipse euanuit ex oculis eorꝝ, & di-

xerunt ad inuicem: Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueret̃
3 in via, & aperiret nobis ſcripturas? Et ſurgentes, eadem hora regreſſi ſunt in Hieruſalem, & inuenerũt cogregatos vndecim, & eos qui cũ illis erãt, dicẽtes: Quia ſurrexit dominus vere, & apparuit Simoni. Et ipſi narrabant quę geſta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

Quum hac narratione diſcipuli ſimpliciter declaraſſent, q̃ vacillarẽt animo, q̃ exigua ſpe eſſent de promiſſis dñi, tum Ieſus nondũ patit agnoſci ſeſe, ſed veluti doctior quiſpiam Ieſu diſcipulus obiurgat illoꝝ tarditatem, & caſtigat incredulitatem. Quur iſta nunc noua vobis videnť poſteaq̃ geſta ſunt, quum hæc omnia tot retro ſeculis gerenda prædixerint prophetaꝝ oracula? 1. Pet. 1. De qua ſalute exquiſierunt, atq; ſcrutati ſunt prophetæ, q̃ de futura in vobis gratia prophetauerunt, ſcrutantes in quod vel quale tẽpus ſignificaret in eis ſpiritus Chriſti, prænuncians eas quæ in Chriſto ſunt paſſiones, & poſteriores glorias. Luc. 18. Ecce aſcendimus Hieroſolymã, & conſummabunť oĩa quę ſcripta ſunt p prophetas de filio hoĩs. Auguſtinus: Quod intelligimus, debemus rationi: quod credimus, auctoritati: ſed quod opinamur, errori. Nonne docent hoc, afflatu cæleſti proditæ ſcripturę, ſic fuiſſe viſum cõſilio diuino, vt Chr̃us hæc oĩa pateret̃, quæ paſſus eſt, & ſic noua ratione per mortẽ repararet vitã, p crucẽ aſſereret regnum, p ignominiã intraret in ſuã gloriam? Ecce Chr̃us non ſine paſſione intrauit in gloriã ſuã, qũo ergo nos in alienam? Beda: Hoc nobis in loco non vllã ſcripturã interpretandi, ſed gemina noſipſos humiliandi neceſſitas ĩcumbit, qui neq; in ſcripturis quantũ oportet edocti, neq; ad implenda quæ nouimus, quãtũ decet, ſumus intenti. Nã ſi Moſes & oẽs prophetæ Chr̃m locuti ſunt, & hunc p anguſtã portã paſſionis in ſuã gloriã intratuꝝ prædixerunt, qua ratione gloriant̃ ſe Chr̃ianos, qui iuxta virium ſuaꝝ modulum, neq; ſcripturas qualiter ad Chr̃m pueniant, inueſtigant, neq; ad gloriam quam cum Chr̃o habere cupiunt, p paſſiones tribulationum deſiderant attingere? Actu. 14. Quoniã per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Romañ. 8. Non ſunt condignæ paſſiones præſentis tp̃is, ad futuram gloriam quæ reuelabiť in nobis. Quum hac obiurgatiuncula dominus reddidiſſet eos attentiores, enarrauit illis ſcripturas omnes, quæ palam p̃dixerunt hoc futuꝝ in Chr̃o, quod iam euenerat. Actu. 10. Huic oñes prophetæ teſtimonium p̃hibent. Iohan. 5. Si crederetis Moſi, crederetis vtiq; & mihi, de me eñ ille ſcripſit. Actu. 3. Deus qui p̃nunciauit p os omniũ prophetarum pati Chr̃m ſuum, impleuit ſic. Felices qui talem habent interpretẽ. Pſal. 118. Declaratio ſermonũ tuoꝝ illuminat, & intellectũ dat paruulis. Sicut, inquit, vidiſtis illum morientem ac ſepultum, ita videbitis rediuiuum, videbitis aſcendentẽ in cælum, poſtremo genus hominum vniuerſum videbit illum in maieſtate patris, cinctum agminibus angeloꝝ, iudicantẽ viuos & mortuos. Hæc omnia p̃dicta ſunt à prophetis, deſignata figuris Moſaicæ legis, magna ex parte p̃ſtita. Nec oportet addubitare, quin omnia ſuis tẽporibus ſint exhibenda. Hic ſermo domini Ieſu non tantum feriens aures diſcipuloꝝ, verumetiam in animos penetrans, ſic illos occupauit, vt nec viæ ſentirent laborem, nec faciẽ loquentis agnoſcerent, nec veniret ipſis in mentem vt apud ſeſe cogitarent, quis eſſet iſte, cui ſic in promptu eſſent ſcripturæ ſacræ, doctrina tota ac vita Ieſu, quiq; eos tã efficaci ſermone ſuſpẽderet, & afficeret. Ieſus aũt, quo magis accẽderet illoꝝ deſiderium, p̃ ſe ferebat quaſi nollet in Emaunte commorari, eis talem ſe exhibens foris, qualis erat in ipſoꝝ mente. Diſcipuli vero, quoniam auelli non poterant à tam facundo comite, p̃cibus improbis compellunt. Gregorius: Quo exemplo colligimus, q̃ peregrini non ſolum inuitandi, ſed & cogẽdi ſunt ad hoſpitium. Sic Abraam tres angelos, Gene. 18. Eſa. 58. Frange eſurienti panẽ tuum, & egenos vagoſq; induc in domũ tuam. Dum recumberet humiliter, tenuit modum conſuetum quo eum agnoſcerẽt. Sciebãt eñ hunc morẽ ipſi peculiarẽ, vt ante cibũ ageret gr̃as patri, deinde ſuis manibus fractum, partiret̃ in diſcipulos: quare velut expergefacti, cœperunt cogitare de Ieſu. Dumq; ſubitus quidam ſtupor corripit illoꝝ animos, Ieſus euanuit. Corpus enim glorioſum vbicunq; vult, protinus erit, vt dicit Auguſt. Paulatim eñ & parce faciebat ſui corpis copiã à morte, vel q̃d imbecillitas humana nõ ferret rediuiui corpis maieſtatẽ, vel vt ſenſim aſſueſcerẽt carere corpis cõſpectu, quod mox eſſet abducẽdũ, quo iã amarẽt illũ iuxta ſpm̃. Tenebant̃ oculi, q̃a nõ credebãt: nũc abſentẽ videndũ oculis fidei. Gregorius: Audiẽdo verba dei, illuminati nõ ſunt, ſed fauẽdo: quia nõ auditores legis iuſti ſunt apud deũ, ſed factores legis iuſtificabunť. Roma. 2. Theo. Sed & aliud innuit, q̃ ſcilicet ſumẽtibus ſacrũ panẽ, aperiunť oculi, vt eũ agnoſcãt. Magnã eñ & ineffabilẽ vim habet dñi caro. Niſi dormitaſſemus, inquiũt, poteramus vel ex ipſius pariter

colloquio

colloquio, conijcere ipsum esse Iesum. Hiere. 23. Nunquid nõ verbâ mea sunt quasi ignis? dicit dñs, & quasi malleus cõterens petras? Grego. Ex audito quippe sermone inardescit animus, torporis frigus discedit: fit mens in supno desiderio anxia, à cõcupiscentijs terrenis aliena, audire ei libet p̃cepta cælestia, & quot mãdatis instruitur, quasi tot facibus inflammatur. Talis solet esse oratio domini Iesu ijs qui simpliciter audiunt. Obserua tria hominũ genera. Vnũ, quod à se Christũ abijcit. Iob. 21. Qui dicunt deo, recede à nobis, scientiam viarũ tuarũ nolumus. Psal. 35. Noluit intelligere vt bene ageret. Hi resistunt inspirationi diuinæ, & data opa alienantur à deo, quibus dicit Esa. 46. Redite præuaricatores ad cor. Ipsi aũt nolunt. Hiere. 8. Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti. attendi & auscultaui, nemo quod bonum est loquitur, nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo. Ideo Heb. 12. Contemplantes ne quis desit gratiæ dei. Alterum, eorũ qui veniunt ad Christum, sed non permanent. Luc. 8. Quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. 2. Iohan. 1. ca. Videte vosmetipsos, ne perdatis quæ operati estis, sed vt mercedem plenam accipiatis. Hiere. 17. Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te, in terra scribentur, quoniam dereliquerũt venam aquarũ viuentium dominũ. Tertium, ipsorũ qui secum Christum habent, quos inhabitat per fidem, Ephe. 3. Ioh. 15. Manete in me, & ego in vobis. 1. Ioh. 4. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Dum ergo sentis te propensum ad pristinos vitæ mores, atq; ea tibi arridet, quam paulo ante reliquisti vita, exclama: Mane nobiscum domine, mors imminet animæ, & nox infensa optimis moribus. Amat rogari dñs, vt id faciat quod facit, libenter vt det promerentibus & dignis. Vt ergo tanti gaudij reliquos quoq; discipulos redderent participes, mutuaq; collatione fides omniũ confirmaretur, regressi sunt, & inuenerunt cõgregatos discipulos. Qui non expectata narratione duorũ, vltro gaudio gestientes, indicabãt illis, q̃ post incertã spem quam mulieres primæ omniũ fecerãt de dñi resurrectione, compertũ esset eũ vere resurrexisse. Nam apparuerit Simoni Petro. Huius oratio quoniã inter apostolos primas tenebat, plus habebat fidei apud discipulos, q̃ sermo muliebris. Hunc enim primũ consolari dominus voluit & confirmare sua præsentia, quem sciebat præter commune diffidentiæ malum, etiam abiurati domini conscientia grauari. Hoc nuncio læti duo discipuli, & ipsi narrant quæ obtigerant in via & mensa.

Tria hoim genera.

Dum autem hæc loquunt̃, stetit Iesus in medio eorũ, & dixit: Pax vobis. Ego sum, nolite timere. Conturbati vero & cõterriti, existimabant se spiritũ videre. & dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cũ hæc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Luc. 24 O

Quantũ & in quibus diuinæ gratiæ illustratio operetur, & q̃ vatie & diligenter dominus resurrectionis suæ comprobarit mysterium, ostenditur. Dum em̃ huiusmodi sanctis colloquijs se vicissim consolantur & exhilarãt, quibusdã credentibus, quibusdam etiamnum dubitantibus, stetit Iesus in medio, tanquã mortis triumphator & salutis consummator, ac pacis reformator, vt omnes sua præsentia æque consolarentur. Act. 10. Nõ est acceptio personarũ apud deum. Chrysost. Non rex apud illũ nobilior, non pauper inferior, nõ diues potentior, non dñs potior, sed omnibus coæqualis deus & dominus, iudex iustus. Sap. 6. Pusillum & magnũ ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus. Sic lignũ vitæ in medio paradisi, Gene. 2. Fecit q̃d docuit. Matth. 10. In quamcunq; domũ intraueritis, primũ dicite: Pax huic domui. & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super eũ pax vestra: sin autem, ad vos reuertetur. Duplicem aũt dñs distinguit pacem. Ioh. 14. Pacem relinquo vobis, pacem meã do vobis: non quomodo mũdus dat, ego do vobis. Est ergo pax malorũ contemnenda, quia perniciosa. Greg. Sicut noxiũ esse solet si vnitas desit bonis, ita perniciosum si adsit malis. Prouer. 1. Fili, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis: si dixerint, veni nobiscũ, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra, deglutiamus eũ sicut infernus viuentẽ & integrũ quasi descendentẽ in lacũ, oẽm precios̃am substantiã reperiemus, implebimus domus nostras spolijs, sortẽ mitte nobiscum, marsupiũ sit vnũ omniũ nostrũ, fili mi, ne ambules cũ eis. Talis est pax dæmonum, qui in persequutionẽ hominũ consentiunt. Luc. 11. Si satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnũ eius? Ipse cũ nullo pacem facit, nisi dextris erutis oculis, quibus cælestia & diuina contemplantur. sic rex Naas 1. Reg. 11. Iabaonitis ait: In hoc feriam vobiscũ fœdus, vt eruam omniũ vestrũ oculos dextros. 2. Cor. 4. Quod si opertũ est euãgeliũ

Duplex pax.

nostrum,in ijs qui pereunt,est opertum,in quibus deus huius seculi excæcauit mentes infi
deliũ, vt nõ fulgeat illis illuminatio euangelij gloriæ Chri. Hanc saluator venit soluere.
Mat.10.Non veni pacẽ mittere,sed gladiũ.Tales em̃,qnantũcunq; pacifici videant,nunq̃
tamẽ verã habent pacẽ. Esaiæ.57.Non est pax impijs,dicit dñs. Marc.9.Vermis eor̃ nõ
moritur,& ignis nõ extinguit.Bonor̃ amplectenda,quia salutifera.Beda: Pacem offert,
quam quasi pignus eis speciale salutis ac vitæ cõmendauerat, & angeli ipso nato cecine-
runt,Luc.2. Gloria in altissimis deo,& in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Vnde à
propheta princeps pacis dicit,Esaiæ.9.Et Apostolus Ephe.2.Veniens euangelizauit pa-
cem vobis qui longe fuistis,& pacem ijs qui prope: quoniam per ipsum habemus acces-
sum ambo in vno spiritu ad patrem.Ad deum consistit in humili obedientia.Iob.9.Quis
Pax ad de restitit ei,& pacem habuit? Romañ.5.Iustificati ex fide,pacem habeamus ad deum.2.Co
um,in quo rinth.5.Pro Christo legatiõe fungimur,tanquàm deo exhortante p nos:obsecramus pro
consistat. Chro,recõciliamini deo.Ad seipsum,in simplici cõscientia.Prouerb.15.Secura mens qua-
si iuge cõuiuium.Romañ.8.Prudentia & spiritus,vita & pax.Ad proximũ,in amabili pa-
Ad seipm tientia,nisi enim iuxta Apostolũ, alter alterius onera portare studeat,Gala.6. nunq̃ con-
in quo stabit pax.Vnde post fructum spiritus pacem,sequit patientia.Gala.5.Fructus autem spi-
ritus,charitas,gaudium, pax, patientia. Romañ.12. Si fieri potest,quod ex vobis est,cum
omnibus hominibus pacẽ habentes.Matth.5.Beati pacifici, quoniam filij dei vocabunt.
Per hanc peruenit ad æternam pacem. Lucæ.2. Nunc dimittis seruum tuum dñe,secun-
dum verbum tuum in pace.Esa.32.Sedebit populus meus in pulchritudine pacis,in taber
naculis fiduciæ,in requiæ opulenta.Chrysostomus:Discipulis dicit,pax vobis,quia præ-
sium inexpugnabile cum Iudæis habebant:mulieribus, auete, gaudiũ annuncias, quia in
tristitia erãt.Ego sum,inquit,nolite inordinato timore cõcuti.Noram ædit vocẽ,quo co
gnoscant eundẽ ipsum,qui & ante dixit Iudæis Iohan.8.Anteq̃ Abraam fieret,ego sum.
Sic Exo.3.Ego sum qui sum.Et Mat.14.Habete fiduciam,ego sum,nolite timere.Creatu
ra em̃ nihil habet à se,nisi nõ esse:quia totum suum esse, & cõseruationẽ habet ab illo,qui
solus est suum esse.Sapiæ.11.Qño autẽ posset aliquid pmanere, nisi tu voluisses? aut quod
à te vocatum non esset,conseruaretur? Ad hanc vocem, quæ merito omnem propulsare
debebat formidinem,quorundam discipulor̃ imbecillitas, metu exanimata & expauefa-
cta,non credebat esse Iesum,sed spiritum.Beda:Licet Christum ante passionẽ veram sci
rent carnem habuisse,nõ tamen illam credebant resurrexisse,sed spiritũ in cruce emissum
putabãt se videre,maxime quia Iohan.20.dicit,q̃ clausis venerit ianuis. Iesus igit vt cer-
tam fidem faceret oñibus,se & viuum esse,& ver̃ gestare corpus,nec aliud corpus q̃ quod
ante gestauerat, obiurgans ait: Quid turbati estis,& dissidentiæ adhuc cogitationes vos
conturbant? Beda:Pernicioſæ erant discipulor̃ cogitatiões in eo quod de Christi resur-
rectione dubitabant,quia pdidisset Christus fructum suæ passionis,si nõ fuisset veritas re-
surrectionis. Obserua, q̃ phantasia vis est inferior animi,quæ quandoq; recta,quandoq;
est erronea.Intelligentia autẽ vis superior,quæ semper recta.Malæ ergo cogitatiões asce
dunt de corde.Mat.15.De corde exeunt cogitatiões malæ. Inducunt em̃ ad malam dele-
ctationẽ,delectatio ad peccatum.Iac.1.Vnusquisq; tentat à cõcupiscentia sua,abstractus
& illectus:deinde cõcupiscentia cum cõceperit,parit peccatũ: peccatũ vero cum cõsum
matum fuerit,generat mortẽ.Ideo Hier.4.Vsquequo morabunt in te cogitatiões noxię?
Laua à malitia cor tuum. Bonæ desursum veniunt à patre luminũ,à quo omne datum
optimũ,& omne donum pfectũ est descendens,Iaco.1.Nam.2.Cor̃.3. Non q̃ sufficien-
tes simus cogitare aliquid à nobis tanq̃ ex nobis,sed omnis nostra sufficientia ex deo est.
Phil.2.Deus est qui operat in nobis velle & pficere pro bona voluntate.Ostẽdit ergo hoc
ænigmate se deum,cui soli patent cordis secreta.1.Reg 16.Homo videt ea quæ patent,de
us autẽ intuetur cor.Satisfacite oñibus sensibus vestris.Quod ingressus sum ianuis clau-
sis,q̃ cum volo conspicior,quum volo sum inconspicuus, nõ est præstigiũ,sed dos corpo
ris iam immortalis facti.Talia erunt & vestra post resurrectionem. Aliquid palpabile est
ex naturæ necessitate,vt corpus mortale,propter grossitiem & impuritatẽ, aliquid ex vo-
luntatis libertate: sic corpus glorioſum, quod cum vult tangi,impellenti resistit, cum sit
corpus solidum:si non vult tangi,per effectum spiritualis potentiæ,hoc est,subtilitatis do
Vulnera ali tem,potest organum tactus penetrare,& ita latere.Beda:Non vultum, sed manus & pe-
qt cur Chri des ad videndum offert,vt idem quod in cruce pependerat, ad veritatem resurrectionis
stus retinu ostenderet corpus,& ad maiorem certitudinem etiam palpandum. Hinc & vulnera non
erit sanandi infirmitate,sed vt resurrectionis fidem astrueret,reseruauit,& in iudicio redem-
ptis misericordiæ & redemptionis signa ostenderet, ac malis iustæ damnationis causam
aperiret.Apocalypsis.1.Zachariæ.13. Videbunt in quem transfixerunt.

Adhuc au

Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi, & fauum mellis. Et cum manducaſſet coram eis, ſumens reliquias, dedit eis, & dixit ad eos: Hæc ſunt verba, quæ loquutus ſum ad vos, cum adhuc eſſem vobiſcum, quoniam neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moſi, & prophetis, & pſalmis de me. 4

Ebrietas quædam lætitiæ tenebat illoꝝ animos, vt nec oculis, nec auribus ſatis fideret. Iohan. 20. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo domino. Quæ multum læta ſunt, vix credi pñt, vt dicit Auguſtinus: Apparet enim ex verbis Thomæ, q̃ ob reuerentiam non cõtigerint corpus, quum ſine attactu vulneꝝ ſe creditu negaret. Iohan. 20. Et hoc pro nobis faciebat. nam dominus pgebat probare, & omnibus argumentis illoꝝ incredulitati mederi, ne quid in nobis reſideret diffidentiæ. Beda: Ad cõfirmandam reſurrectiõis fidẽ ſeipſum dominus viuum diſcipulis præbuit, verba exhortationis attulit: veſtigia paſſionis non ſolum intuenda, ſed & palpanda demõſtrauit: ſed ſed infirma adhuc eoꝝ præcordia nouitatẽ tantæ potentiæ capere nequeunt, magiſq̃ mirari præ gaudio quod videbant, quàm credere quod docebat, incipiunt. Sed ne quid ambignitatis in eoꝝ remaneret cordibus, ſumptis epulis comedit coram eis. Hæc duo à nobis optat offerri, piſcem aſſum p carnis mortificationẽ, fauum mellis p mentis deuotionẽ. Quo euidentius cognoſcerẽt, reliquias illis porrigit ad manducandum. Actu. 10. Hũc deus ſuſcitauit tertia die, & dedit eũ manifeſtum fieri nõ oñi populo, ſed teſtibus p̃ordinatis à deo, nobis qui manducauimus & bibimus cum illo, poſtq̃ reſurrexit à mortuis. Beda: Cauenda eſt hæreſis Cherinthianoꝝ, ne quis dñm poſt reſurrectionem credat eguiſſe ſuſtẽtaculo cibariorum, ſed corpus ipſius immortale factũ, nullam quidẽ neceſſitatẽ, attñ facultatẽ habuiſſe manducãdi: ideoq̃ vbi opportunitas probãdæ ſubſtãtiæ naturalis exigebat, cibis eſſe refectũ. Auguſtiñ. Sicut aliter abſorbet aquam terra ſitiens, aliter radius ſolis calens, illa indigẽtia, iſte potentia, ſic Chr̃us ante paſſionẽ indigẽtia manducauit, poſt vero poteſtate. Beda: Oñes ambages aufert. viſus eſt, tactus eſt, manducauit, & ne in aliquo ſenſus ludificaſſe humanos videretur, mittit manũ ad ſcripturas, vt ſi magicis artibus videat potuiſſe quod voluit, ſicut dicunt pagani, ſaltẽ videant eum prophetare nõ potuiſſe, antequã natus fuerit, Hæc ſunt quæ toties vobis inculcaui, quum adhuc mortalis agerem inter mortales, quoniam neceſſe, non neceſſitate coactionis, ſed immutabilis pr̃ordinationis. Lucæ. 22. Et filius quidem hominis ſecundum quod diffinitum eſt, vadit. Matth. 5. Iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant. Hinc Actu. 2. Deus autem qui prænunciauit per os omniũ prophetarum pati Chr̃m ſuum, impleuit ſic. Hoc ſe verum oſtendit deum & hominem, eiuſdem animæ & corporis ſicut ante paſſionem.

Cherinthiana hereſis

Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, & dixit eis: Quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat pati Chriſtum, & reſurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes. 5

Quoniam myſticæ literæ non intelliguntur, niſi deus aperiat nobis mentem, aperuit illis cordis oculos, vt quod ſcriptum eſſet, legerent, crederent, & intelligerent. Non enim intelligit, niſi qui credit. Eſa. 7. Niſi crediderit is, non intelligetis. Gloſſa: Poſt viſum, poſt tactum, poſt commendatam legem, aperuit illis ſenſum, remouendo ignorantiam, infundendo ſcripturarum intelligentiam. Ipſe enim habet clauẽ Dauid: claudit, & nemo aperit: aperit, & nemo claudit, Apocal. 3. 1. Iohan. 5 Scimus quoniam filius dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus deum verum, & ſimus in vero filio eius. Hinc Actu. 4. Videntes Petri conſtantiam & Iohannis, cõperto q̃ homines eſſent ſine literis, & idiotę admiranbant, & cognoſcebant quoniam cum Ieſu fuerant. Iob. 32. Inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam. Per ignominiam & mortem crucis iter erat ad gloriam, reſurgẽdum erat tertia die, vt ſciretis vos habere dñm & patronũ viuũ poſthac nõ moriturꝝ. Apoca. 1. Ego ſum primus, & nouiſſimus, & viuus, & fui mortuus, & ecce ſum viuens in ſecula ſeculorum. Hinc claret me eſſe Chriſtum promiſſum. Et prædicari pœnitentiam anteactæ vitæ. Act. 17. Et tpa quidem huius ignorantiæ deſpiciens deus, nunc annunciat hominibus. vt omnes vbiq̃ pœnitentiam agant, eo quod ſtatuit diem in quo iudicaturus eſt orbem in æquitate, in viro in quo ſtatuit, fidem præbens omnibus, ſuſcitans eum à mortuis.

Hinc Iohannes à pœnitentia exorſus eſt Matth.3. Imo Chriſtus Matth.4. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. In omnes gentes, non in vnam tantum. 1. Ioh.2 Ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris tantum, ſed etiam pro totius mundi. Actu.13. Notum ſit vobis fratres, quia p hunc vobis remiſſio peccatorum annunciatur ab omnibus, quibus non potuiſtis in lege Moſi iuſtificari. In hoc omnis qui credit, iuſtificatur. Actu.10. Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibẽt, remiſſionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Beda: Hic nimirum ordo erat neceſſarius, vt prius pro ſalute mundi ſanguis funderetur, poſtq; per eius reſurrectionem & aſcenſionem patefieret hominibus cæleſtis ianua regni, & ſic demum mitterentur qui cunctis p orbem nationibus verbum vitæ prædicarent, ac ſacramẽta fidei, quibus ſaluari, atque ad gaudia ſupernæ patriæ poſſunt attingere, miniſtrarent. Quo enim aptius exemplo poterant homines ad finem participandæ gloriæ immortalis erigi, quàm cum ipſum deum cognoſcerẽt humanitatis ac mortalitatis ſuæ factũ fuiſſe participem? Quo efficacius ordine ad toleranda pro ſua ſalute aduerſa quæq; prouocarent, quàm cum autorẽ ſuum didiciſſent pro eorum ſalute innumera ab impijs genera probrorum, & ipſam mortis ſubiiſſe ſentẽtiam? Qua ratione congruẽtius ſpem reſurrectiõis acciperẽt, quàm cum eius ſe ſacramẽtis ablutos & ſanctificatos, eius corpori adunatos eſſe meminiſſent, qui pro ipſis morte guſtata, citius exemplum reſurgendi à morte præberet? Sequitur in Luca.

Incipientibus ab Hieroſolyma. vos autem teſtes eſtis horum. Et ecce ego mittam promiſſum patris mei in vos.

Reclamabit mundus veſtro teſtimonio, quemadmodum mihi perpetuo reclamabat: ſed ego mittam vobis à patre ſpiritum, quem olim per prophetas miſſurum eſſe promiſit, is reddet vos fortes & inuictos aduerſus omnia mundi terriculamenta. Idem addet eloquentiam, cui nemo poterit contradicere. Lucæ.21. addet virtutem ad ædenda miracula, vt ſit efficax veſtrum de me teſtimonium.

Iohan.20 P Cum ergo ſero eſſet die illo vna ſabbatorum, & fores eſſent clauſæ, vbi erãt diſcipuli congregati propter metũ Iudæorum, venit Ieſus & ſtetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Et cũ hæc dixiſſet, oñdit eis manus & latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli, viſo dño. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut miſit me pr̃ & ego mitto vos. Hæc cũ dixiſſet, inſufflauit, & dicit eis: Accipite ſpm̃ ſanctum. quorum remiſeritis peccata, remittunt eis, & quorum retinueris, retenta ſunt.

Nunquàm deus infinita ſua bonitate, deſolatis animis deeſt, præcipue ſi ſua cauſa exaniment. 2. Cor. 1. Benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chri, pater miſericordiarum, & deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatiõe noſtra. Iſta pars eſt in præcedenti Lucæ euangelio poſita, ſed quum ſeparatim in eccleſia legant iſtæ partes, ideo ſegregatim ponuntur. Contigit enim ipſo reſurrectiõis die ſub veſperam, quum nondum robore ſpiritus accepto, ob metum obcluſiſſent fores, obliti verborum domini. Matth.10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Auguſtinus: Ille ſolus intrare potuit ianuis clauſis, quo naſcente, inuiolata permanſit virginitas matris. Stetit in medio, quia mediator dei & hominum, 1. Timo.2. Fecit enim vtraque vnum, Ephe.2. vt omnibus conſolationem infunderet & operationem. Luc.22. Ego autem in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat. Quo ergo pauorem metumq; illis oẽm adimeret, blande, voceq; nota ſalutauit eos. Gloſſa: Qui pacem dedit, vno verbo omnia bona dedit. Indigebant pace quo ad deum, à quo diffidendo receſſerant. Iob.22. Acquieſce ei, & habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos. Sic ad ſeipſos, quia conterriti, Lucæ.24. Et ad Iudæos, cum quibus inextricabile bellum ipſis imminebat. Matth.10. Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum, eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Philip.4. Et pax dei quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra & intelligentias veſtras in Chriſto Ieſu. Ne autem ſpectrum eſſe ſuſpicarent, aut aliud corpus, oſtendit manus. Chryſoſtomus: Hoc cõdeſcenſiõis fuit, vt diſceret quoniam ipſe idem erat qui fuerat crucifixus. Hac ſalutatione, hocq; ſpectaculo cõfirmata fides eſt, & ademptus mœror, & exhilarati diſcipulorum animi. Nam id eis pollicitus fuerat Ieſus. Iohan.16. Iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Gauiſi ſunt propter dominum, intime ipſi cõgaudendo, & propter ſeipſos, videntes ſe nõ fraudatos ſpe ſua Chr̃m ſequẽdo, oĩbus relictis. Matth.19. Ecce reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Augu. Iteratio, pacis cõfirmatio eſt, vñ bis optat pacẽ, propter

pacem pe

pacem pectoris,& pacem æternitatis.Roma.1.Gratia & pax à deo patre,& domino nostro Iesu Christo.2.Cor.13.Pacem habete,& deus pacis & dilectionis erit vobiscũ. Qui ergo pacem & vnitatẽ non seruant.Christiani non sunt.Iohan.13.In hoc cognoscent oẽs, qa discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem.Nec hæreditatem cum Christo habebunt,qui testamentum pacis non seruant. Exhilaratos,quo magis confirmaret, denuo pacis omine salutat eos,simulq; mandat cum autoritate summa prædicationẽ eorum quæ viderant & audierant.1.Iohan.1.Quod vidimus & audiuimus,annunciamus vobis,vt & vos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum patre & cum filio eius Iesu Christo.Ego,inquit,bona fide glorificaui nomen patris mei:vos simili fide consentientes inter vos,patris nomenq; meum prædicabits. Gregorius: Pater misit filium, quando hunc pro redemptione humani generis incarnari constituit, quem in mundum ad passionem venire voluit:sed tamen amauit filium,quem ad passionẽ misit. Electos vero discipulos suos dominus non ad mundi gaudia, sed sicut ipse missus est,ad passiones in mundum mittit. Quia ergo filius amatur à patre,& tamen ad passiones mittitur,ita & discipuli amantur à domino,qui tamen ad passionem mittuntur in mundo.Iohan.15.Si me persecuti sunt,& vos persequentur.si sermonem meum seruauerũt, & vestrũ seruabunt. Ad hanc functionem præparate animos vestros,quandoquidem ego perfunctus mea legatione,repeto patrem,inde vobis missurus largiorem spiritus sancti copiam.Interim & ipse vobis pro captu vestro spiritum sanctum impartio, simulq; cum dicto insufflauit in faciem illorum.Quo significat spiritum sanctum ab ipso ad nos procedere, & quod non sit patris solum,sed & suus spiritus. Impartitus spiritum, addidit autoritatem remittendi peccata cunctis hominibus,qui per euangelicam professionem ad baptismũ sibi iungerentur,perq; vitæ prioris pœnitudinem vere resipiscerent. Gregorius: Libet intueri, discipuli ad tanta onera humilitatis vocati,ad quantum culmen glorię sint producti.Ecce non solũ de semetipsis securi fiunt,sed etiam alienæ obligationis potestatem relaxandæ accipiunt,principatum superni iudicis sortiuntur,vt vice dei quibusdam peccata detineant,quibusdam relaxent.Quanuis solius dei sit peccata dimittere.Lucę.5.Quis potest peccata dimittere,nisi solus deus? Esa.43. Ego sum,ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me,& peccatorum tuorum non recordabor, sacerdotes tamen ministri ecclesiæ per spiritum in consecratione datũ autoritate commissa remittere dicuntur,quum sacramenta ministrant quæ deus instituit ad remissionem peccatorum, & retinere inquantum retinẽda iudicant illius peccata, qui se indispositum & indignum exhibet remissioni peccatorum. Hoc autem per se scire non potest,nisi peccator confitendo peccata sua enarrarit.1.Re.16 Homo videt ea quæ patent,deus autem intuetur cor. Ergo hæc dicens confessionem peccatorum instituit,& faciendam insinuat. Gregorius: Grandis honor ministroꝝ ecclesiæ, sed graue pondus ipsius est honoris. Durum quippe est, vt qui nescit tenere moderamina vitæ suæ,iudex fiat vitæ alienæ.Oportet enim vt iudicium ecclesiæ,diuino confirmetur iudicio,rectum seruando processum,debitum clauium vsum: quia data est potestas non in destructionẽ,sed in ædificationem,2.Cor.13. Alioqui dominus conqueritur per Ezechielem.13. Violabant me ad populum meum propter pugillum hordei & fragmen panis,vt interficerent animas quæ non moriuntur, & viuificarent animas quæ non viuunt, mentientes populo meo credenti mendacijs. Vide sacerdotum dignitatem quod diuina fit,nam quanuis indigni sint,quid hoc? diuinorum donorum ministri sunt, & gratia operatur per eos.Nonne per asinam corripuit insipientiam Balaam? Numeri.22. 2.Petri.2. Et Caiphas cum esset pontifex anni illius,prophetauit quod Iesus moriturus esset pro gẽte,Iohã.11.Non enim indignitas nostra gratiam dei prohibet,atque ita quia per sacerdotes gratia suppeditatur, honorandi sunt.

Confitendi in ecclesia origo & ratio.

Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alĩ discipuli: Vidimus dñm. Ille aũt dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitũ meum in locum clauoꝝ ,& mittam manũ meam in latus eius,non credam.

Vnus è duodecim erat electis, quia protunc non fuerunt nisi vndecim, Iuda laqueo mortuo,Matth.27. Thomas,Græce sonat Didymum,Latine geminum. Augustinus: Illi duo ex Emaus reuersi,inuenerunt vndecim simul, sed dum persisterent in sermone, Thomas exijt,indignans de facili credulitate cum non contrectassent corpus, & continuo venit Iesus.Ecce q̃ malũ deesse bonæ cõgregationi.Saul inter prophetas simul prophetauit, 1.Re.10.Sic discipuli erant omnes pariter in eodẽ loco dum spiritũ sanctum reciperent.

Thomas qđ, vel Græce vel Latine sonet.

Actu.2. Hic Thomas tanto dono priuatus fuit. Igit vbi veniſſet, diſcipuli geſtientes gaudio, renunciant illi quod vidiſſent dominum dolentes vices ipſius. Ille vero ſuſpicans illos ludicatos fuiſſe aliquo phantaſmate, negat ſe crediturum, niſi teſtibus oculis & manibus. Non enim confiderauit dei potentiam, nec recordatus fuit verboꝝ domini, quibus paſſionem & reſurrectionem ſuam prædixit Matth.20.&.26. Atque hæc Thomæ incredulitas diſpenſatione diuina profecit ad fidei noſtræ firmitatem. Chryſoſtomus: Sicut ſimpliciter & cito credere, leuitatis eſt Eccleſiaſt.19. Qui cito credit, leuis eſt cordis, ita ſupra modum inueſtigare, & multum circunſcrutari, groſſiſſimæ mentis.

2 Et poſt hæc dies octo iterum erant diſcipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas: & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Reſpondit Thomas & dixit: Dñs meus & deus meus. Dicit ei Ieſus: Quia vidiſti me Thoma, credidiſti: beati qui non viderunt, & crediderũt.

Non ſtatim apparuit Thomæ, vt edoceretur à condiſcipulis, & incredulitate fugata, deſiderio viſendi Ieſum inflammaretur, & ſic fimior in futuꝝ fieret. Chryſoſtomus: Confidera clementiã ſaluatoris, qũo pro vno diſcipulo oſtendit vulnera, & accedit vt tãgat, vt licet ſuperauerit paſſionẽ, non tñ cõpaſſionẽ amiſit. Nã eius incredulitatẽ ſciebat non ex malitia, quẽadmodũ phariſæoꝝ & ſcribaꝝ, ſed ex infirmitate humana prouenire: ideo eã ſanare dignatus eſt. Vnde nõ expectat à Thoma prius rogari, nec audire quid tale, quale alijs dixerat, ſed p̃occupat eũ, oſtendens p̃ hoc, q̃d & tũc cũ hæc loqueret ad cõdiſcipulos, ipſe aderat. Hinc eiſdẽ vſus eſt verbis, ac in replicatiõe eoꝝ q̃ dixerat Thomas, confundit eũ, quatenus & deum cui abſentia vt præſentia nota ſunt, & hominẽ palpando agnoſceret. q.d. Quando non tibi ſatis eſt Thoma, audiſſe à tam multis qui me viderunt & audierunt, niſi tuis ſenſibus omnibus certa fiat fides, infer digitum tuum, & poſthac noli alijs in rebus eſſe perinde incredulus, ſed fidem habe promiſſis meis quamlibet incredibilibus iuxta communem hominum ſenſum, poſteaquàm videris hoc eſſe certum, quod tibi videbatur incredibile. Thomas vbi vidiſſet & contrectaſſet, agnoſcens & faciem, & ſolitam domini vocem, iam plena concepta fide, exclamauit: & quemadmodum fuit ad credendum difficilior, ita nemo clarius deum & hominem profeſſus eſt. Tanta itaque euidentia veritatis victus, corde credidit ad iuſtitiam, & ore confeſſus eſt ad ſalutem, Romanorum.10.

Duplex Chriſti natura.

Duplicem in eo confeſſus eſt naturam: humanam qua redemit. Sic enim ipſum nominare ſolebant. Iohannis.13. Vos vocatis me, magiſter & domine, & bene dicitis: ſum etenim, & diuinã, qua creauit. Geneſis primo: In principio creauit deus cælum & terram. Hebræorum primo: Per quem fecit & ſecula. Auguſtinus: Hominem videbat, & confitebatur deum, quem nec videbat, nec tangebat. Iohannis primo: Deum nemo vidit vnquam. Chryſoſtomus: Quum aliquis iam iſto tempore dicit, vtinam fuiſſem temporibus illis, & Chriſtum vidiſſem, cogitet, quia beati qui non viderunt, & crediderunt. Ergo ſi volumus etiam diuini operis pronunciatione eſſe beati, credamus, tametſi non viderimus, viſuri quandoque glorioſius quàm Thomas & alij.1.Petri.1. In quem quoque nunc non videntes, creditis: credentes autem, exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei veſtrę, ſalutem animarum veſtrarum. Neceſſaria eſt fides, vt opera noſtra deo

Fidei neceſſitas quanta & charitatis.

ſint accepta. Hebræorum.11. Sine fide impoſſibile eſt placere deo. Adſit charitas, ſine qua nec fides accepta eſt.1.Corinthiorum.13. Si habuero omnem fidem, ita vt montes tranſferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Nam fides per dilectionem operans, eſt aliquid coram deo, Gala.5. Iaco.2. Fides ſine operibus mortua eſt.

3 Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorꝝ ſuorꝝ, quæ non ſcripta ſunt in libro hoc. Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis, quia Ieſus eſt filius dei, & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius.

Multis quidem alijs indicijs dominus Ieſus declarauit diuinam virtutem ſuam apud diſcipulis ſuos, quæ ab alijs referunt euangeliſtis: quædam viua voce narrata ſunt ab his qui viderunt & audierunt. Non enim curæ fuit omnia ſcribere, quod erat immenſum: ſed tamen aliqua prodere literis, viſum eſt operæpreciũ, vt ex his credatis fide formata q̃ Ieſus eſt Chriſtus in lege promiſſus, ille filius dei naturalis. Mat.16. Tu es Chriſtus filius dei viui

Vt vitam

Vt vitam, gratiæ & gloriæ. Psal. 83. Gratiam & gloriam dabit dominus. Iohan. 10. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant. Ego vitam æternam do eis. Interim iustus in fide sua viuit. In nomine eius, dicit Actu. 4. Non enim est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Matt. 1. Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

Postea manifestauit se Iesus ad mare Tiberiadis iterum. Manifestauit autem sic: Erant simul Simon Petrus & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat a Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Dicit ei Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt in nauim, & illa nocte nihil prendiderunt. Iohan. 20 Q

Nunquam deus plene sibi fidentibus deest, quin & in spũalibus & corporalibus oportunum præstet consilium & auxilium. Dominus Iesus quo magis ac magis confirmaret fidem suoꝝ discipulorꝝ, frequenter illis apparuit, colloquens nonnunquam & vna cibũ capiens, ne qua suspicio posset animis illorꝝ infidere, quod præstigium aut spectrum fuisset, quod viderant: nec tamen interim ppetuo versat cum illis, quemadmodum ante mortem solebat, vt confirmata illorꝝ fide, corporis conspectum in totum ab eis subduceret, iamq; spiritualiter apud suos versaretur. Vnde post apparitiones in & prope Hierusalem factas, iterum se discipulis manifestauit ad mare Tiberiadis, alio nomine stagnum Genezareth, & mare Galilææ dictum. Animati discipuli ex apparitionibus præcedentibus, in publicum prodire ausi sunt, & ob victus necessitatem cogebantur, prouisore corporaliter ablato. Luc. 22. Quando misi vos sine sacculo & pera, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Reuersus est Petrus cum cæteris ad officium licitum & necessitatis, non autem Matthæus ad telonei lucrum & vanitatis, quod raro sine peccato fit. Illa nocte nihil cœperunt, quo locus daret miraculo, simul velut ænigmate significaret, inanem esse operam euangelistæ, nisi Christus hominis conatum bene fortunet. Sic & peccator in peccatis nocte de donis gratiæ nihil capere potest, sed gratiæ luce præsente, in qua non infructuose laborat. Permittit & deus suos electos in seculi huius nocte tribulationibus fatigari, quo tandem quietem sortiri, plenius in domino iucundentur. Psalm. 89. Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti annis quibus vidimus mala. Officia ab apostolis repetita quæ

Mane autem iam facto, stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non. Dicit eis: Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam non valebant trahere illud præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus, Petro: Dñs est. Simon Petrus cum audisset quia dominus est, tunica succinxit se, erat enim nudus, & misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerũt. Non enim longe erant a terra, sed quasi cubitis ducentis, trahentes rete piscium. 2

Luce gratiæ splendẽte, iam Iesus non in mari ambulat, sed stat in littore, à mundi iam semotus miserijs, tamen ipsis in mari laborantibus astans & dans consilium. Chrysostomus: Non statim ostendit se ipsis cognoscibilem, propter miraculum & fidei firmitatem. Hinc & dulciter interrogat. Illi quum nec voce quidem agnoscerent dominum, sed suspicarentur alium quempiam esse, qui venisset ad lacum mercaturus pisces, dixerunt se nihil habere. Et vere nihil homo habet quod deo præstet. 1. Paralypo. 29. Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Iaco. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à patre luminum. Tum Iesus vt paulatim indicaret quis esset, lacite, inquit, rete in dexteram, prædicens effectum contingentem futurum, nemini nisi soli deo cognitum. Esaiæ quadragesimoprimo: Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia dij estis vos. Paruerunt iubenti. nam tædium fruſtra sumpti laboris, & auiditas capiendi spem addebant, nec paruam piscium cœperunt multitudinem. Vnde ex nouitate rei factus attentior discipulus ille quem diligebat Iesus, (hoc indicio Iohannes sæpe seipsum demonstrat) agnouit Iesum. Moxq; Petrũ, qui totus erat in attrahendo reti occupatus, submonet quòd dominus esset is. Sic enim soliti fuerunt ipsum nominare. Iohannis decimotertio: Vos vocatis me, magister & domine, & bene dicitis. Sed Lucæ. 6. Quid autem vocatis me, domine domine, & non facitis quæ dico?

Petrus sui

Petrus ꝙ Chri amo reflagrarit

Petrus sui nõ dissimilis, vt intellexit esse dominum, oblitus & retis & piscium, arripuit interulam: nam antea nudus erat, & impatiens moræ, coniecit se in lacum. Miro enim amoris ardore flagrabat ad Christum, maxime post tantam expertus benignitatem, vt abneganti & deieranti, singulariter apparuerit, & haud dubie speciali & gratiarũ & verborum dono cumulauerit. Romanorũ. 5. Vbi abundauit delictum, sup̃abundauit & gratia.

Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas & piscem suppositum, & panem. Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquagintatribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete. Dicit eis Iesus: Venite, & prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum, tu quis es, scientes quia dominus est. Et venit Iesus, & accepit panem, & dabat eis, & piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis, cum surrexisset a mortuis.

Rete nõ sciss sum, quid

Petri fidem non defecturam.

Piscationis istius & alterius apud Lucam differentia

Auxit miraculum hoc quoq; quõd cum esset tanta multitudo piscium, eorumq; ingentium, rete tamen non fuisset scissum onere. Erat enim hæc imago multitudinis hominum, quæ post apostolica prædicatione ex omnibus totius orbis linguis ac regionibus adiungenda erat ecclesiæ. Quemadmodum autem ista piscatio electorũ signat salutem, quia in dextera, nec rete per hæreses ruptum. Nam per Petri fidem quæ nunquàm deficiet. Luc. 22. In littus gloriæ cælestis trahunt. Vnde & magni. Romañ. 8. Quos prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & magnificauit. Ponit & certus numerus. 2. Timo. 2. Nouit dominus qui sunt eius. Hinc ad dominũ qui non iam in naue, neq; in mari, sed in littore stabat, adducunt. Sic quæ apud Lucam. 5. Ipso in naue & mari cum discipulis existente, præsentem signat ecclesiam, vbi neq; dextera neq; sinistra nominat, & vbi per hæreses rete rectæ fidei scinditur. 1. Corꝝ. 11. Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. Boni tamen pisces non elabũtur, & mali cum bonis permixti, in finem vsq; permanent, & tunc separabunt. Matth. 13. Simile est regnum cælorũ sagenæ missæ in mari, & ex omni genere piscium congreganti: quam, cum impleta esset, educentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Interim tamen vtrorumq; contingit immutatio, quare curandum vt boni fiant semper meliores, & mali boni, & non tanquam iumenta putrescant in stercore suo. Ioheli. Ideo bonum est sal, Mar. 9. Quo verius se probaret hominem, inuitauit suos ad prandium paratum: & suo more distribuit illis panem manibus suis fractum, similiter & piscẽ. Pascit nos diuinitatis & humanitatis suæ contemplatione in cælestibus, hic panæ vitæ & intellectus, Ecclesiast. 15. Matth. 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Sic & corporis & sanguinis sui sacramento. Iohannis. 6. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus Ipse enim piscis assus in cruce. Psal. 21. Aruit tanquàm testa virtus mea. Psalm. 22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit. Hoc etiam facto docuit, quos pastores ecclesiæ delegerat, vt gregem euangelicum sacra doctrina, sed ab ipso tradita, pascerent. Hoc tertio discipulis apparuit, quia primo ipso sero paschæ, Lucæ. 24. Iohannis. 20. Secundo, in octaua paschæ, Thoma præsente. Iohan. 20. Et hic septem. Nam ante apparuerat Mariæ Magdalenæ, Iohan. 20. & Petro, Lucæ. 24. ac tertio duobus euntibus in Emaus, Lucæ. 24. & Marc. 16. Præ omnibus vero matri, quanquàm euangelistæ non scribant, sicut nec quando Iacobo. vel quingentis fratribus, quod tamen Apostolus. 1. Corꝝ. 15. dicit.

Iohan. 21 R

Cum ergo prandisset, dixit Simoni Petro Iesus: Simon Iohannis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiã dñe, tu scis quia amo te. Dicit ei, pasce agnos meos.

Ostendit dominus quales fideles suos esse velit, secundum duplicem statum in ecclesia, nimirum charitate & innocentia præditos. Vnde pacto prandio, velut explicans qđ facto significauerat, Petro pascendas oues committit: sed ter stipulatus amorem sui, vt inculcaret animis suorũ, neminem esse pastorem idoneum gregis euangelici, nisi qui talem amorem gereret erga suæ custodiæ creditos, qualem Chrus præstiterat erga suos, pro q̃bus impendit vitam suam. Quanq̃ deus sua sapientia attingens à fine vsq; ad finem fortiter, disponat omnia suauiter, Sap. 8. &. 12. Tu aũt dominator virtutis cum tranquillitate iudicas &

dicas,& cum magna reuerentia disponis nos.omnia tamen disposuit in mensura & numero & pondere,Sap.11.Vnde sicut synagogã per vicarios suos gubernauit, sic & ecclesiam gubernat,disponit,& conseruat.Deut.32.Dominus solus dux eius fuit. Hoc quomõ indicat? Psal.76.Deduxisti sicut oues populũ tuũ,in manu Mosi &Aaron.Heb.3.Et Moses quidẽ fidelis erat in tota domo eius,tanq̃ famulus in testimonium eorũ quæ dicenda erant.Post hunc Iosue vocatus à deo per Mosen,Deut.31.Sic dominus ascensurus ad patrem,Petro regendã ecclesiam commisit,quam tamen ipse nõ reliquit.Matth.28. Ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi,quanq̃ alio & alio modo & tunc & nunc.Hinc nomen ipsi imposuit Ioh.1.Tu es Simon filius Iona,tu vocaberis Cephas.Quod Syris saxum,Græcis solidũ signat.Ephe.4.Et dedit quosdã quidẽ apostolos,quosdam aũt prophetas,alios vero euangelistas, alios aũt pastores & doctores, ad consummationem sanctorũ,in opus ministerij,in ædificationẽ corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij dei,in virum perfectũ,in mẽsuram ætatis plenitudinis Christi.Ecce quod donorũ distributio & pastorũ directio non deficiet,donec Christo in iudicio occurramus.Tria ergo ponit,bonum pastorem cõcernentia.Primũ,dilectio dei.Non eñ de scientia,quam accepturus erat per spiritus sancti donum,Ioh.16.Cum venerit spũs ille veritatis,docebit vos omnem veritatẽ.sed dilectione interrogabat,quæ mensura est meritorũ & præmiorũ.1.Cor.13.Si linguis hominũ loquar & angelorũ,charitatem autem non habeam,factus sum velut æs sonans aut cymbalum tinniens.Secundum,humiliatio sui,ne se virtutũ prærogatiua extollat.Beda:Notandum q̃ circunspecte domino scisitanti,iam factus solito circunspectior,de cæteris quidem quantũ amarent dominũ,non respondet,q; aliorũ animos exploratos nõ haberet: de sua vnius cõscientia respondet,cuius dominũ etiam testem audet facere.Lapsus, cautiorem reddidit eum.Nam temerarius de se præsumptor,& aliorũ iudex,Matth.26. Et si omnes scandalizati fuerint in te,ego nunq̃ scandalizabor.miserabiliter cecidit,hic totũ iudicium domino relinquit.Tu qui nosti secreta mentium humanarũ,scis quia amo te: quantum alij te ament,ignoro.O felix conscientia,quæ conditori suo, cuius nuda oculis & aperta sunt oĩa(Heb.4.)dicere nõ metuit:Domine,tu scis quia amo te.Sic dominus nimium de se præsumentes,nõnunquã in manifestum permittit ruere scandalum,quo ad sui cognitionem reducantur,& postea cautiores reddantur.Beda:Huius cautela responsionis,nostræ est instructio loquutionis,cognitionisq;, vt discamus huius exemplo minus de nostræ cõscientiæ præsumere,minus temere de fraternæ cõscientiæ occultis iudicare,in dubijs maxime rebus,& quæ qua intentione vel necessitate gerantur, inspicere nequimus.1.Cor.4.Nolite ante tempus iudicare,donec veniat dominus,qui & illuminabit abscondita tenebrarũ,& manifestabit consilia cordium,& tunc laus erit vnicuiq; à domino.Quàm casta & sancta anima,quæ & suam cogitationẽ domino patere nõ dubitat & se nil aliud q̃ ea quæ dominus approbat,cogitare nõ ignorat.Prouer.15.In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos.Tertium,procuratio subditi. Pasce agnos meos,qui mihi charissimi sunt:& talẽ te præbe erga eos,qualem ego me p̃bui erga vos. 2

Cephas quid sonet.

Tria pastoris beneficia quæ.

Dicit ei iterũ:Simon Iohannis,diligis me? Ait illi:Etiã domine,tu scis quia amo te. Dicit ei:Pasce agnos meos. Dicit ei tertio:Simon Iohannis,amas me? Contristatus est Petrus quia dixit ei tertio,amas me, & dicit ei:Domine, tu omnia nosti,tu scis quia amo te. Dicit ei:Pasce oues meas.

Iterum interrogat,vt tenacius memoriæ inhæreat.August. Si diligis me,nõ te,pasce agnos meos vt meos,nõ vt tuos:gloriam meam in eis quære,nõ tuam:lucrum meum,nõ tuum.1.Cor.13.Charitas non quærit quæ sua sunt.O preciosum depositum.1. Cor.6.Nõ estis vestri,empti eñ estis precio magno.1.Pet.1.Nõ enim corruptibilibus auro vel argẽto redempti estis de vana vestra cõuersatione paternæ traditionis,sed precioso sanguine quasi agni immaculati Iesu Christi.Pasce ergo,in has declara quanti me facis.boni pastoris ex me exemplum sume.meæ sunt quas meo sanguine redemi,nunc rediturus ad patrem,tibi pascendas committo.Sed heu.Phil.2.Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi.Hinc 1.Pet.5.Formam quam ipse à vero pastore accepit, alijs præscripsit, dicens:Pascite qui in vobis est gregem dei,prouidentes nõ coacte,sed spontanee secundum deum:neq; turpis lucri gratia,sed voluntarie:neq; vt dominantes in cleris,sed forma facti gregis ex animo:& cũ apparuerit princeps pastorũ, percipietis immarcescibilẽ gloriæ coronam.Beda:Quod hic dicit,pasce,hoc est vtiq;,quod ei ante passionem apertius dixerat Luc.22.Et tu aliquando conuersus,confirma fratres tuos.Pascere ergo oues

Pascere oues Christi,quid.

Christi,est credentes in Christum,ne à fide deficiant,confirmare, & vt in fide magis magisq; proficiant,operam dare.Eadem autem passio gregis dominici,multimoda est solicitudine gerenda.Nam & terrena subsidia necesse est,vt subditis,ne desint,rector diligēter prouideat.1.Iohan.3.Qui habuerit substantiam huius mundi,& viderit fratrem suum necesse habere,& clauserit viscera sua ab eo,quomodo est charitas dei in eo. Filioli,non diligamus verbo neq; lingua,sed opere &veritate.Et exēpla virtutis simul cum verbo prædicationis eisdem solicitus impendat.Tit.2.In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum,in doctrina,in integritate,in grauitate.Iohan.10.Cum proprias oues emiserit,ante eas vadit,& oues illum sequuntur,quia sciunt vocem eius.Et si quos aut spiritualibus aut etiam communibus eorum commodis aduersantes deprehenderit,horum violentiæ quantum valet,obsistat.2.Cor.12.Ego libentissimè impendam,& superimpendar egoipse pro animabus vestris.Ipsos quoq; cum errauerint,subiectos corripiat in misericordia & increpet,neq; oleo noxiæ consensionis eorum corda demulceat,nec eos quibus præest quasi proprios,sed vt domini sui gregem tractet.Vnde & solius Aaron virga præcæteris floruit,fronduit,& fructum fecit,Nume.17.Sic pastor virga esse debet per rectitudinē,frondere p præscientiæ claritatem,fructificare per conuersationis exemplaritatem. 2.Cor.2.Christi bonus odor sumus deo in omni loco.Hæc dominus tanta diligentia voluit esse inculcata discipulorum suorum animis, quòd non ignoraret exorituros, qui non amore Iesu,sed sui commodi gratia curam populi Christiani susciperent, vel arriperent potius,qui pro pastoribus agerent tyrannos ac prædones.Quare non dominum eum facit,non principem,non regem,sed pastorem esse iubet.Nam reges gentium dominātur earum:& qui potestatē exercent in eos,benefici vocantur.Pastorem,inquit,ages,non dominum:& pasces vt serues,non mactabis aut deglubes,vt perdas.Vnde semel est,rege:& bis,pasce. Sunt enim in ecclesia & agni, & oues,& hœdi: sed in fine hœdi separabuntur, Matth.25.Agni autem tenelli lacte nutriendi.1.Cor.3. Tanquam paruulis in Christo,lac vobis potum dedi,non escam.1.Petr.2.Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum,& simulationes,& detractiones,sicut modo geniti infantes,rationabiles, sine dolo,lac concupiscite,vt in eo crescatis in salutem.Hinc dominus tertio stipulatus,an ipsum diligeret,contristato scrupulum quendam ac mœrorem iniecit Petro. Quanquàm enim sibi conscius esset quòd vehementer amaret dominum,tamen post tam magnifica promissa ter abnegatus dominus faciebat,vt ipse quoq; sibi diffideret. Respondit igitur syncere quidem,sed timide ac modeste, iam tota fiducia translata in eum, cui soli oportet fidere.Chrysostomus:Tanquam trina negatione deleta,committit ei præsistētiam fratrum, sed negationem non exprobrat,sed ait,diligis me? præsiste fratribus, & feruentem amorem,quem per omnia demonstrasti,hinc ostende:& animam quam dixisti donaturum te pro me,da pro ouibus meis.

3 Amen amen dico tibi,cum esses iunior,cingebas te,& ambulabas quo volebas:cum autē senueris,extendes manus tuas,& alius te cinget,& ducet quo tu non vis:Hoc aūt dixit,significans qua morte clarificaturus esset deum.

Præstabis fortior quod nunc profiteris.1.Corin.13.Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus,sapiebam vt paruulus,cogitabam vt paruulus:cum autē factus sum vir,euacuaui,quæ erant paruuli.Non differt,moribus vel ætate esse puerum.Sapienitæ.4. Senectus enim venerabilis est,non diuturna,neq; annorum numero computata.Cani enim sunt sensus hominis,& ætas senectutis vita immaculata.Vbi senueris,iam iuxta coporis vires imbecillior,durius tractaberis,nimirum animo iam fortiori.Augustinus:Petrus nolens venit ad mortem,volens autem mortem vicit,& reliquit humanæ infirmitatis affectum naturalem,qua nemo vult mori,vsq; adeo,quòd nec senectus hunc affectū Petro auferre potuerit,qui & in domino demonstratus fuit. Matth.26. Pater,si fieri potest,transeat à me calix iste.Sed Romañ.8.Ipse spiritus adiuuat infirmitatem nostram.Petrus autem admodum senex,ductus est ad crucem: quam vt libenter pertulit ob immensam charitatem erga dominum,tamen horrebat imbecillitas humanæ naturæ.Beda:Clarificauit deum morte sua,quando hoc iudicio cunctis,quantum deus esset amandus,colendusq;,monstrauit, dum ipse data optione mallet crucis subire tormētum,quàm à cælestis verbi prædicatione cessare.Clarificauit & vita,quia per omnia quæ gessit,non propriam,sed conditoris sui voluntatem laudemq; quærebat.Nec solum ipse,sed & cæteri apostoli,imò & omnis electorum turba,vel viuendo,vel moriendo,deum,quiq; suo tempore,clarificabant.Quorum vestigia nos sequi oportet, vt vitæ nostræ ordinem ad exempla bonorum dirigendo,in proposita vitæ rectitudine ad mortem vsq; perfistamus,vt socij etiam remunerationis me-

Velle mori, & non mori.

nis mereamur effici. Hoc autem ita perficiemus, si redemptorem nostrum debito affectu complectamur, & erga proximorum salutem fraterna solicitudine vigilemus. Sicut autem deus per bona opera nostra magnificatur. Philippenses. 1. Magnificabitur Christus in corpore meo, siue per mortem, siue per vitam. Iohannis. 5. In hoc clarificatus est pater meus, vt fructum plurimũ afferatis, & efficiamini mei discipuli. Ita per mala nostra opera blasphematur, Romañ. 2. Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis deum inhonoras. Nomen enim dei per vos blasphematʒ inter gentes. Sed. 1. Regũ. 2. Quicunqʒ enim honorificauerit me, glotificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Ideo admonet Apostolus. 1. Corꝫ. 6. Empti estis precio magno, glorifiaate & portate deum in corpore vestro.

Et cum hæc dixisset, dicit ei: Sequere me. Conuersus Petrus, vidit illum discipulum quem diligebat Iesus, sequentem, qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit: Domine, quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dicit Iesu: Domine, hic autem quid? Iohan. 21 S

Summam Christianæ vitæ perfectionem ostendit, vt omnibus post habitis Christum sequamur. Iohan. 14. Ego sum via, veritas, & vita. Viam enim & verbo docuit, & exemplo monstrauit. 1. Iohannis. 2. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Ecclesiastici. 23. Gloria magna est sequi dominum. Longitudo dierũ assumetur ab eo. Cœpit ergo Iesus ambulare, & ait Petro: Sequere me, rursus ad suæ charitatis ac mortis imitationem inuitans. q. d. Tu qui olim dissuadebas mihi pro salute hominum pati, Matthæi. 16. Absit à te domine, non erit tibi hoc, iam pro me non timeas mori. Haud dubium quin summo gaudio verba hæc animum affecerint, quum audiret dominum securè secuturum. Dixerat ante, sed humanæ infirmitatis inexperpertus, vires ex animo metiens, Iohan. 13. Domine, quo vadis? Respondit Iesus: Quo ego vado, non potes me modo sequi, sequeris autem postea. Dicit ei Petrus: Quare non possum te sequi modo? Animam meam pro te ponam. Non autem sequela hæc accipienda est solum de passione, sed & de pastoralis officij commissione. Chrysostomus: Quia ego prius pro tua redemptione crucis supplicium subire non timui, ideo tu pro mei nominis honore & confessione illud formidare non debes, sed loco mei gregem procurare, cui te vicarium & imitatorem & successorem meum relinquo. Petrus ob nimium erga dominum amorem non capiens verbi mysterium, Christum euntem prosecutus est pedibus: secutus est autẽ & Iohannes, sciens se diligi à Christo. Commendatur Iohannes hic: Primo à discipulatus honore, quia vnus ex duodecim electis, Marci. 6. Maximum est Christi verum esse discipulum. Iohan. 12. Vbi ego sum, illic & minister meus erit. Sed Iohan. 13. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Iohannis. 8. Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Secundo, à singulari dilectione. Non ad sui iactantiam toties cõmemorat se specialiter dilectum à Iesu, sed vt tanto beneficio gratus existat, & quia suauissimum sibi fuit recolere, quàm affectuose & familiariter se Iesus habuit ad ipsum. Quia ergo Petrus diligebat Iesum, Iohannem quoqʒ à Christo dilectum, multum amabat. Sed quem non diligebat? Omnes se diligere probat, quibus ante passionem ait Iohannis. 15. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego præcepta patris mei seruaui, & maneo in eius dilectione. Diligebat ergo eum Iesus, non exclusis cæteris, sed præ cæteris, quem specialis prærogatiua castitatis ampliori dilectione fecerat dignum: quia virgo ab eo electus, virgo in æuum permansit. Vnde tribus specialia quædam dilectionis ostẽdit signa, Petro, Iacobo, & Iohanni, tam ad læta quàm aduersa secreta eos admittens, vt in suscitatione puellæ, Marc. 5. in transfiguratione, Matth. 17. in passionis agone, Mat. 26. Singularia tñ Iohanni exhibuit, vñ & famosum fuit inter discipulos ipsum dilectũ Iesu nominari. Sunt enim quinqʒ veræ amicitiæ indicia. Primum, mutua coniunctio. Hinc in cœna super pectus Iesu recubuit, Iohan. 15. Non paruum in isto præclarissimo conuiuio vltimi vale, proximum esse Christo, quod cum selectis totius mundi (nam duodecim discubuerunt cum illo, Luc. 22.) fecit, vbi & sacrosanctum corporis & sanguinis sui sacramentum instituit. De cuius præclaritate dominus ait Lu. 22. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, antequàm patiar. Ad eius prꝫparationem Petrum & Iohannem, vt speciales misit. Secundum, secretorum reuelatio. Iohan. 15. Iam non dicam vos seruos, sed amicos: quia omnia quæ audiui à patre, nota feci vobis. Omnibus turbatis soli Iohãni indicauit

Quotuplici ter hic Iohannes cõmendetur.

Quibus tribus specialia dilectionis signa Iesus ostenderit.

Amicitiæ veræ indicia quot

dicauit proditorem. Iohannis.13. Ille est cui intinctum panem porrexero. Ipse enim super pectus illud recubuit, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi, Colosseñ.2. Vnde & sapientię & intellectus huberius suxit, quare altissime super omnes de diuinitatis & trinitatis scripsit mysterio, cui & status ecclesiæ in finem vsque reuelatus fuit, Apoca 1. Tertium, voluntatũ consensio. Iohan.15. Vos amici mei estis, si feceritis, quæ præcipio vobis. Ipse autẽ ad domini vocantis vocem, & patrẽ & nauim reliquit. Matthęi quarto. Sic & modo hic nihil de statu suo solicitus, totum domino cõmisit. Quartum, thesauri commissio. Vnde dominus preciosissimũ & singularem thesaurum de quo totius mundi sumpsit precium, matrem scilicet, in suo recessu tanquã fidelissimo amico cõmisit, Iohannis.19. O singulare depositum, vt virgo virgini seruiret, & Christo post mortẽ resurrectionẽq; cælos ascendente, non deesset genitrici eius filius, cuius casta vita castis tueretur obsequijs. Quintum, aduersorum toleratio. Ecclesiastici. 6. Si possides amicum, in tentatione posside eum. Prouerbiorũ.17. Omni tẽpore diligit qui amicus est, & frater in angustia comprobatur. Sic ipse astitit morienti, Iohannis.19. Exilium in Pathmos insulã, pro fide suscepit, Apocalyp.1. Venenũ bibit, dolium feruentis olei superauit. Non parum est dilectũ esse Iesu, quia Ecclesiastes nono: Nescit homo vtrũ amore, an odio dignus sit, sed omnia in futurũ seruantur incerta. Sed Prouerbiorũ.8. Ego diligentes me diligo. Iohannis.14. Qui diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligã eum, & manifestabo ei me ipsum. Sed vnde scimus, an diligamus vere? Iohannis.14. Qui habet mandata mea, & seruat ea, is est qui diligit me. Hunc ergo quum vnice diligeret Petrus, & domino cæteris charioreẽ semper fuisse sciret, ac tum non iussus sequeretur Petro proximus, rogat dominũ quid de illo futurũ esset. Iam enim de sua morte cognouerat, & scire cupit an hunc mortis suæ comitem esset habiturus.

22 Dicit ei Iesus: Si eũ volo manere donec veniam, quid ad te? Tu me sequere. Exijt ergo sermo inter fratres, quod discipulus ille non moriẽ. Et non dixit ei Iesus, quia non moritur, sed si eũ volo manere donec veniam, quid ad te?

Non negat dominus Iohannẽ per passionem sequi, cum Matthæi.20. dicat: Calicem quidẽ meum bibetis. Et Actuũ.5. Iohannes inter eos fuit, quibus cæsis Iudæi denunciauerunt, ne in noie Iesu loquerent, sed superuacuã Petri curam corrigit. Vult eñ deus vnũquenq; sorte sua cõtentũ esse, nec curiose indagare quid deus velit de proximo. Dei enim voluntas regula est iustitiæ. Hinc Matthæi.11. Confiteor tibi pater domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, quoniam sic placitũ fuit ante te. Ideo quanquã deus mandauerit vnicuique de proximo suo, Ecclesiastici.17. Et singuli debeamus quærere non quæ nostra, sed quæ aliorũ.1. Corin.10. non vult nos diuinorũ operũ rationẽ indagare. Ecclesiastici.3. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi deus, cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Non ergo fas est, vllum solicitũ esse & cupidũ scire quid deus facere velit de nobis, vel de alijs, siue hoc, siue illud: sed quisque dicere debet. Fiat voluntas tua. Si hunc, inquit, velim manere, tu quod ad te pertinet, cura, videlicet vt me sequaris, oues meas pascendo, & animã pro eis ponendo. Credebant ex hoc discipuli, quod non esset morituras violenta morte, sed permansurus in vita, donec rediret dominus iudicaturus viuos & mortuos, qnod omnes tum breui futurum opinabantur, tametsi Iesus non dixerat eũ nõ moriturũ, sed Petri curiositatẽ retundens, negauit ad illũ pertinere, si vellet eum permanere vsq; ad aduentũ suum. Ideo Iohannes discipulorũ opinioneñ corrigit, tanquã non intelligentiũ domini verbũ, vt dicit Chrysosto. Non enim magnũ erat (vt ait Augustinus:) domino, dare dilecto non mori, cum melius sit, dissolui & esse cum Christo, Philippeñ.1. Non ergo putandum, quod non sit mortuus carne, quia nec dominus illud futurũ de illo prædixit, sed potius ita intelligendum, quod cæteris discipulis per passionem consummatis, ipse in pace ecclesiæ, suæ vocationis aduentum expectarit. Hebræorũ.9. Statutum est hominibus semel mori.

23 Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc, & scimus quia verum est testimonium eius.

Consuetudo est, cum valde certa dicimus, nostrum testimoniũ non negare. Sic Apostoli Actu.3. Quem deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus. Actu.4. Virtute multa reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi domini nostri. Scripsit hæc, quo certius ac latius ad omniũ notitiam diffundantur: nec scripsit ab alijs audita, sed quibus

quibus ipse interfuit. Iohannis.19. Et qui vidit, testimoniũ perhibuit. 1. Iohannis.1. Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, & vita manifestata est, & vidimus, & testamur, & annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud patrem & apparuit nobis. Hinc dominus, Iohan.3. Quod vidimus, testamur.

Sunt autem & alia multa, quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros.

Tantum autem literis proditum est, quantum ad salutem consequendam satis est. Supereſt igitur, vt his credentes, & Iesu vestigijs inhærentes, contendamus ad immortalis vitæ præmium, precantes ne quando obliuiscamur dictorꝝ, factorumq; Christi, sed reuoluamus scripta hæc, & scrutemur in ea thesaurum positum in miraculis ac verbis Iesu, vt sic valeamus purificari, & vita, & sermone consequamur in die reuelationis ineffabilia opera & mysteria, quæ nunc, quandiu in mundo sumus, capere non possumus: & perficiamur in Christo, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, Apo.1.

Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi constituerat illis Iesus. Et videntes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerũt. Matt.28 T

Ostendit salutis humanæ profectum & modum. Quum enim nedum inter gentiles essent, qui impossibilem dicebant resurrectionem, sed etiam inter Iudæos, vtpote Sadducæi, Actu.23. Ideo dominus plurimis argumentis id in se factum probauit, per dies quadraginta apparens discipulis & loquens de regno dei, Actu.1. Hinc vndecim discipuli (Nã Iudas laqueo interierat, Matth.27.) profecti in Galilæam conscenderunt montem, quẽ illis designarat Iesus, vt omnes resurrectionis gloriam cernerent, cuius specimen tres ibi viderant, Matth.17. Quia enim in Galilæa fuit conceptus, nutritus, & conuersatus, plurimaq; operatus miracula, haud paucos illic habuit discipulos: ideo vt simul omnes in fide confirmaret, & vacillantes erigeret, in montem Thabor conscendere iussit, sicut prædixerat, Matth.26. Postquam resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Apostolus.1. Corinthiorꝝ.15. commemorat ipsum apparuisse, plusquam quingentis fratribus, sed nec locum, nec tẽpus specificat, quare probabiliter credi potest, quod ista fit manifestatio, satis enim superq; vndecim in Hierusalem instructi & confirmati fuere. Nec deest mysterio quod in Galilæa, quo significaret se transmigraturum ad gentes. Actuũ.13. necnon instrueret nos, primũ de vitijs ad virtutes transmigrare, si de præsenti miseria ad supernã gloriam transire cupimus. 1. Petri.3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu. Romanorꝝ.6. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus pctõ. Psal.23. Quis ascendet in montẽ domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde. Deum testati sunt latriæ cultum exhibendo. Matth.4. Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Sed quidam dubitauerunt, donec plurimis ac certissimis argumentis, & illis fides facta est.

In Galilæam cur Iesus potissimum migrarit, & Apostolos vocarit.

Et accedens Iesus, loquutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. 2

Dulciter allocutus eos, non habetis, inquit, autorem cui debeatis diffidere, non habetis dominum pœnitendum: vt pro omnium salute sum mortuus, ita nulla est natio gentium quæ mei iuris non sit. Glossa: Vt qui regnabat in cælis, modo per fidẽ regnet in terris, vt impleatur illud Matth.6. Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra. Obserua q; ista potestas Christo homini data est ab instanti conceptionis autoritatiue, & exinde cœpit ei dari quantũ ad executionẽ & manifestationẽ paulatim secundũ moderatam dispositionis diuini præordinationẽ. Vnde supernaturaliter de vtero virginis egressus, multis miraculis fulsit, antequã pateretur. Luc.6. Quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Iohan.3. Pater diligit filiũ, & omnia dedit in manus eius. Sed quia primus aduentus occultus fuit & in infirmitate, Esa.45. Et vidimus eũ, & non erat aspectus, & quasi absconditus vultus eius & despectus, vnde nec reputauimus eum. Ideo dicitur post resurrectionem data, quantum ad executionem & manifestationem: quia ex tunc cœpit in vniuerso mundo, imo in inferno & in cælo. In finali vero iudicio dabitur huius potestatis plenissima cõsummatio, quũ inimici eius ponentur scabellum pedum eius, 1. Corinth.15. Hebræorꝝ.2. Vnde & factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis. Hebræorꝝ.5. Matth.10. Eum timete, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.

Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spūs sancti, docentes eos seruare omnia quecūq; mandaui vobis. Et ecce ego vobiscū sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.

Ordo optimus: Primo docēdi, vt conuertantur, si crediderint, si pœnituerint vitæ prioris, si parati sint amplecti doctrinam euangelicam: tum tingendi aqua, vt hoc sacro symbolo confidant sese liberatos, ab omnium peccatorum suorum sordibus gratuito beneficio mortis Christi, iamq; cooptatos in numerū filiorum dei. Dixerat ante Matth. 10. In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oues quę perierunt domus Israel. Quo ostenderet se missum Iudæis. Matth. 15. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Nunc vero: Ite, docete omēs gentes. Psalmo. 18. In omnem terram exiuit sonus eorū. Iohannis. 15. Ego elegi vos, & posui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Inuenimus baptismū legalem, in emundationem carnis. Hebræorū. 9. Hinc pharisæi mira hypocrisi calicum, manuum, vrceorū baptismata obseruabant, spurcitias animi negligentes, Marc. 7. Matth. 15. Secundo, mentalem. Luc. 3. Ego baptizo vos aqua, veniet autem fortior me post me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius: ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni. Hieronymus: Purgatione sanctificationis, vel spiritu qui sanctificat, & accendit amorem dei. Hic sufficit, casu quo alius haberi non potest. Augustinus: Potest quis saluari non percepto baptismi sacramento, sed non contēpto. Glossa super illud Psal. 57. Etenim in corde iniquitates operamini in terra. Quod non potes facere, & vis facere, deus factum reputat. Tertio, pœnalem. Lucæ. 12. Baptismo habeo baptizari, & quomō coartor donec perficiatur? Glossa: Habeo tinctione proprij sanguinis perfundi. Marc. 10. Calicē quidē, quē ego bibo, bibetis: & baptismo quo baptizor, baptizabimini. Hoc innocentes occisi propter Christum, baptizati sunt, & multi martyrum. Augustinus: Baptismi vicem supplet aliquando passio, aliquando fides, & in deum conuersio, si forte ad celebrandum mysterium baptismi, in angustijs temporū succurri non possit. Quarto, sacramentalem. Iohan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Vbi quatuor confideranda: Primū, materia, aqua elemētaris. Secundū, forma, vt hic: In nomine, quo designat essentię vnitatem, patris, & filij, & spiritus sancti, quo indicat distinctionem & trinitatem in personis. In primitiua ecclesia baptizabant in nomine Christi Iesu. Actu. 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorū vestrorū, & accipietis donū spiritus sancti, qa virtualiter includebatur pater vngens, filius vnctus, spiritus sanctus vnctio. Postea tñ nomine Iesu diuulgato & honorificato, redijt ecclesia ad formam institutam à Christo. Exigitur ergo verbū & elementum. Ephesiorū. 5. Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, vt sit sancta & immaculata. Tertium, minister, quilibet in necessitatis articulo, ideo per nullum ministrum vitiatur, quia ministerium tantum exhibent. 1. Corū. 3. Quid igitur est Apollo? quid vero Paulus? Minister eius cui credidistis. Quartū, effectus, peccatorū remissio & gratiæ collatio. Augustinus: A paruulo recenter nato, vsq; ad decrepitum senem, sicut nullus prohibitus est à baptismo, ita nullus qui in baptismo non moriatur peccato. Romanorū. 6. An ignoratis fratres, quia quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus resurrexit per gloriā patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Sic paruuli ab originali purgātur peccato, & dantur gratiæ & virtutes in habitu, siue in munere, siue in vsu. Secundo facit filios dei. Omnes eī sumus in ortu filij iræ, Ephe. 2. Sed per baptismū efficimur filij dei, quia membra Christi. Gal. 3. Quicunq; in Coro baptizati estis, Christū induistis. Romanorū. 8. Si autem filij, & hæredes. hæredes quidem dei, cohæredes autē Christi. In cuius signum cæli aperti sunt Christo baptizato, Matth. 3. Marci. 1. Non enim ipsi tunc primum patuere cælestia, quæ nunquam reliquit. Iohannis. 3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo, sed nobis patere demonstrauit. Sicut enim filij Israel per mare rubrum transeuntes, in deserto manna cęlesti cibati, & aqua de petra potati, in terram venerunt promissionis, sic nos per baptismū mundati, corpore Christi vegetati, & aqua sapientiæ salutaris potati, in hæreditatem cælestem introducimur. 1. Corū. 10. Nolo enim vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Mose baptizati sunt in nube & in mari, & oēs eandem escam spiritualem manducauerunt, & oēs eundem potū spūalem biberunt.

Baptismus quotuplex

Quatuor in baptismo consideranda.

bibetunt. Biberunt autem de spũali consequente eos petra, petra autem erat Chr̃us. Iohan.6. Moses dedit vobis panem de cælo, sed pater meus dat vobis panem de cælo verũ. Panis enim verus est qui de cælo descendit, & dat vitam mundo. Ego sum panis viuus qui de cælo descendi, si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in ærernum. Tertio, dat spm̃ sanctum inhabitatorem. In cuius signum, Iohannes vidit spm̃ sanctum descendentem, sicut columbam in ipsum, Iohannis.1. Tit.3. Secundum misericordiam suam saluos nos fecit, p lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Chr̃m saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Ephesiorũ.1. In quo credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Cæterũ ne quis satis esse putet ad salutem, semel esse tinctum, ac professum euangelicam fidem, rursus docendi sunt, quibus modis tueri possint innocentiam, quibus rationibus progredi queant ad pfectionem euangelicæ pietatis. Ephesiorũ.2. Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu, in operibus bonis, quæ præparauit deus vt in illis ambulemus. Iacobi.2. Fides sine operibus mortua est in semetipsa. Lucæ.6. Quid autem vocatis me, domine domine, & non facitis quæ dico? Omnia dicit seruare. Iohannis.14. Qui habet mandata mea, & seruat ea, is est qui diligit me. Ecclesiastes nono: Qui in vno peccauerit, multa bona perdet. Sed ne causari possint supra vires esse quod iniungitur, promittit assistentiam, non solum Apostolis, qui in finem vsque seculi mansuri non erant, sed omnibus qui per verbum illorũ crediturí erant. Iohannis.17. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorũ in me. Quanquam secundum humanitatis passibilitatem apud nos non maneat quia per immortalitatis stolam & resurrectionem iuit ad patrem in ascensione, manet tamen p gratiã corda inhabitando fidelium. Ephesiorũ.3 Det vobis secundum diuitias gloriæ suæ virtutẽ corroborari per spiritum eius in interiori homine, Christum habitare per fidem in cordibus vestris. Iohannis.14. Si quis diligit me, sermoneum meum seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Secundo, per sacramentalem præsentiam. Tertio, per continuam prouidentiam, atque multiplicem efficientiam suæ potestatis, & pietatis in nos. Leo: Qui ascendit in cælos, non deserit adoptatos, & ipse deorsum confortat ad patientiam, quos sursum inuitat ad gloriam. Non est ergo aliqua natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut deus noster adest nobis, Deuteroñ.4. Matth.18. Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Qui ergo nunc manet cum electis, ipsos dirigẽdo & confortando, post cum ipsis manebit æternaliter remunerando. Apo.21. Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse deus cum eis eorum deus erit. Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt. commemorat autem secundum Chrysostomum, consummationem seculi, vt magis eos attrahat, & ne præsentia tantum attendant, sed futura & æternaliter mansura. q.d. Posteaquã corpore desiero esse vobiscum, tum efficacius adero spiritu meo, adero autem vsque in finem mundi. Porro, quando sit futurus mundi finis, nec refert, nec expedit vos scire. Interim agite quod vobis mandatũ est, semp in illũ diẽ parati, qui qñcunq; venerit, tum vos quoq; deposita mortalitate toti mecum eritis, cõsortes regni paterni, cuius nullus erit finis. Iohan.14. Vado parare vobis locũ. Et si abiero & pparauero vobis locum, iterũ venio & accipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis.

Quot fariam Christus maneat nobiscum.

¶ De ascensione domini, Mar.16. Luc.24.

## ARTICVLVS XXXVIII.

NOuissime autem recumbentibus illis vndecim apparuit, & exprobrauit incredulitatẽ illorum, & duritiam cordis: quia his qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt, & dixit eis: Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent: & si mortiferũ quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt. Marc.16. V

Quàm necessaria, efficax, & salutifera vera sit fides, ostendit, sine qua impossibile est placere deo, Hebræor. 11. Postremo igitur abiturus in cælũ, apparuit vndecim. Nec enim omnibus passim exhiberi debebat mortis ac resurrectionis spectaculum. Verum ad fidẽ euangelicam sufficiebat, rem semel per idoneos testes esse comprobatam. Actu. 10. Hunc deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis à deo, nobis qui manducauimus & bibimus cum illo, postquam resurrexit à mortuis. Ad veritatem ergo resurrectionis comprobandam, comedit cum eis, Actuũ. 1. Gregorius: Comedit, vt per effectum comestionis veritas patesceret carnis. Exprobrauit tarditatem intellectus, quia dicitur Esaiæ. 7. Nisi crediderit is, non intelligetis, & duritiam affectus. Ecclesiastici tertio: Cor durum male habebit in nouissimo, Hebræor. tertio: Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi à deo viuo, sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur, quis ex vobis fallacia peccati. Hieronymus: Increpat incredulitatem, vt succedat credulitas: exprobrat duritiam cordis lapidei, vt succedat cor carneum charitate plenum. Ezechielis. 36. Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabis cor carneum, & spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini. Hinc est quod martyr. caterue mortem huius seculi libenter affectant, quia nouerunt pro isto temporali interitu perpetuo se esse victuros. Causam increpationis subinfert, quia testibus omni fide dignissimis non crediderunt. Marci. 16. Surgens Iesus mane prima sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat septem dæmonia, illa vadens nunciauit (ex mandato domini, Iohannis. 20.) his qui cum eo fuerant, lugentibus & flentibus. Et illi audientes quia viueret, & visus esset ab ea, non crediderunt. Post hæc duobus ex his ambulantibus in villã, ostensus est in alia effigie: & illi euntes nũciauerunt cæteris, nec illis crediderunt. Beda: Quadragesimo die quando iam erat recessurus ab eis in cælum, hoc eis maxime illo die exprobrare voluit, quod nisi ipsum viderent, credere noluerunt, cum post ascensionem eius, prædicantibus illis euangeliũ, gentes quæ non viderunt, credituræ essent, & vt verba quæ recedens diceret, in cordibus audientium arctius impressa remanerent. Posteaquam tandem nobis hæc omnia multis argumentis, ac certis, inquit, probata comperta q; sunt, ite in mundum vniuersum. Omnibus mortuus sum, omnibus resurrexi, prædicate euangeliũ. Romanor. 10. Fides ex auditu, auditus autẽ per verbũ Christi. Romanor. 1. Non enim erubesco euangeliũ. Virtus enim dei est in salutẽ omni credenti, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo. Hinc Matt. 13. Omnis scriba doctus in regno cælor. similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Ecce quid prædicandum. Sed narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua, Psalm. 118. 2. Tim. 4. Prædica verbũ, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus: & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Omni, inquit, creaturæ. Homo enim virtualiter, non formaliter omnis creatura est, habens quid commune cum omni creatura: quia omnes differentiæ rerum, seu coniuncta genera entium, in ipso concurrunt. Romanor. 10. Non est distinctio Iudæi & Græci, nam idem dominus omniũ, diues in omnes qui inuocant illum. Roma. 11. Nolo vos ignorare fratres mysteriũ hoc, vt non sitis vobis ipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contingit in Israel, donec plenitudo gentiũ intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Gregorius: Vt prius à Iudæa repulsa prædicatio, tunc nobis in adiutorium fieret credulitatis, quum hanc illa ad damnationis suæ testimonium superba repulisset. Actuũ. 13. Vobis oportebat primũ loqui verbum dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Sic enim nobis præcepit deus. Esaię. 49. Posui te in lucem gentium, vt sis in salutem vsque ad extremũ terræ. Audientes autem gentes, gauisæ sunt, & glorificabant verbum domini, & crediderunt quotquot erant præordinati in vitam æternam. Quicunq; crediderit euangelio, per quod omnibus in me fidentibus, per mortem meam offertur gratuita remissio peccatorum omnium, & huius gratiæ signum acceperit tinctus aqua, saluus erit. Romanorum. 10. Non omnes credunt euangelio. Beda: Per alios paruuli credunt, sicut ex alijs ea quæ in baptismo eis remittuntur, peccata contraxerunt. Sicut enim paruulis sufficiebat fides parentum in circuncisione, sicut & in baptismo, quum tamen nihil ad perfectum adduxerit lex. Hebræorum. 7. Legimus Hieremiam sanctificatum in vtero, Hierem. 1. Iohannem spiritu sancto repletum, Lucæ. 1. Quis dubitare possit in baptismo habitum fidei infundi, qui donum est spiritus sancti? 1. Corinth. 12. Alij fides in eodem spiritu, Mar. 10. dicitur, quod

dominus

dominus complexans paruulos oblatos,& imponens manus super eos, benedicebat eos. Vere dicere potest dominus illud Matthæi.20. An non licet mihi quod volo, facere? An oculus tuus nequam est,quia ego bonus sum? Saluus erit in præsenti per gratiam. Romanor. octauo: Spe salui facti sumus. In futuro per gloriam. Præcedit ergo prædicatio,prædicationem subsequitur fides,fidem regeneratio,quæ est quædam dei (vt ita dicam) filiatio,quam qui custodit,proculdubio saluabitur. Custodit autem qui credit: credit vero,qui dei fidem vita moribus; comprobat. Galatas .5. In Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet,neque præputium,sed fides quæ per charitatem operatur. Iacobi secundo: Fides sine operibus mortua est in semetipsa. Salus ergo filiorum dei,gaudium designat æternum: condemnatio infidelium,perenne supplicium. Iohannis.3. Qui credit in filium,habet vitam æternam: qui autem incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira dei manet super eum. O verbum obstupescendum. Ira dei manet super eum. Hebræorum.10. Horrendum est incidere in manus dei viuentis. Ne vero prædicatio fide careat, addetur & miraculorum vis, si modo adsit euangelica fiducia, & res ipsa miraculum poscat, vt probentur quæ humanam excedunt rationem. In nomine meo. Lucæ.10. Domine, in nomine tuo etiam dæmonia subijciuntur nobis. Actuũ. 19. Virtutes non modicas faciebat deus per manum Pauli, ita vt etiam super languidos deferrentur à corpore eius sudaria & semicinctia, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur. Linguis. Actuũ.2. Cœperunt loqui varijs linguis,prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Sic & Actuũ.10. Serpentes. Actuũ.28. Paulus viperam excussit de manu in ignem, nihil læsus ab ea. Lucæ.10. Ecce dedi vobis virtutem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Super ægros. Actuũ tertio: Petrus claudum ex vtero matris manu alleuans,sanauit. Imo vestimenti sui vmbra infirmi sanabantur, Actuũ quinto: Huiusmodi vero signa quoniam ad confirmationem erant doctrinæ fidei, ideo hoc donum miraculorum nonnunquàm & malis concedebatur, quia non faciebat sanctum, vt claret in Iuda. Hinc Matthæi.7. Multi dicent mihi in die illa,domine domine,nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tũc confitebor illis,quia nunquàm noui vos discedite à me omnes operarij iniquitatis. Gregorius: Nolite fratres amare signa, quæ possunt cum reprobis haberi communia, sed charitatis, & pietatis miracula amare, quæ tanto securiora sunt,quanto & occulta: & de quibus apud dominum eo maior fiet retributio,quo apud homines minor est gloria. Dæmonia eijcient quo ad se,per veram contritionem peccata eijciendo: quo ad alios,bonis exhortationibus malitiam auferendo de aliorum cordibus. Linguis nouis peccata confitentur, Psalm.31. Dixi,confitebor aduersum me iniustitiam meam domino,& tu remisisti impietatem peccati mei. Sic & veteribus reiectis, bona ac salutifera verba loquendo. Ephesior. quarto: Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus.1. Corinthior. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Psalm.33. Benedicam dominũ in omni tẽpore,semper laus eius in ore meo. Serpentes tollent,prauis doctrinis & exemplis viriliter resistendo. Ecclesiastici.21. Quasi à facie colubri fuge peccatum.2. Iohannis.1. Si quis venerit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum,nec Aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi,Aue, communicat operibus eius malignis. Et si quippiam mortiferum biberint,non nocebit. Romanor. octauo: Diligentibus deum,omnia cooperantur in bonum. Super ægros manus imponent. Galatas sexto: Alter alterius onera portate,& sic adimplebitis legem Christi. Tam spiritualia. Romanorum.15. Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere,& non nobis placere. Vnusquisque proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem. Quàm temporalia.1. Iohannis.3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere,& clauserit viscera sua ab eo,quomodo charitas dei manet in eo? Sed quoniam hæc supra humanam erant virtutem,assistentiam promisit eis spiritus dei. Luc.24. Vos autem testes estis horum,& ego mittam promissum patris mei in vos. Vos autrm sedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto. Actu.1. Et conuescens, præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris,quam audistis, inquit,per os meum. Iohannis. 16. Ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. si enim non abiero,paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittã eum ad vos. Cum autẽ venerit spiritus ille veritatis, docebit vos omnem veritatem.

Miraculorum dona qualia

Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet a dextris dei. 1

Luc.24.

Luc.24. Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis, benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum. Itaque post eaq; variis argumentis confirmasset veritatem resurrectionis suæ, abduxit suos in Bethaniam, iamq; abiturus in cælum, sublatis manibus benedixit illis, & in hoc patriarchæ ac Mosi referens exemplum. Genesis.49. Benedixit singulis benedictionibus propriis, Iacob filiis scilicet. Deuteron.33. Hæc est benedictio, qua benedixit homo dei filiis Israel ante mortem suam. Nec parui momenti tales patrum erant benedictiones, vt claret Gene.27. Benedixi ei, & erit benedictus, ait Isaac de Iacob. Circa domini ascensionem obseruandum primo, quomodo ascendit quia potenter propria virtute. Iohannis.3. Nemo ascendit, in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. Enoch translatus est. Genesis.5. Ecclesiastici.44. Enoch placuit deo, & translatus est in paradisum, vt det gentibus sapientiam. Helias igneo curru subuectus est. 4. Regum.2. Lazarus ab angelis in sinum Abraæ deportatus, Lucæ.16. Nullus propria virtute ascendit in cælum. Leo: Hodierna festiuitas, dei nobis & hominis sub vna eademq; persona sacramenta manifestat: in eo qui eleuat, diuinam potentiam: in eo qui eleuatur, humanam declarat substantiam. Suis vero fidelibus pollicitus est, dicens Iohan.14. Iterum veniam, & accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis. Patenter. Actuũ.1. Videntibus illis eleuatis est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Glossa: Ideo patenter videntibus illis ascendere voluit, quia ascensionis testes esse debuerunt, & vt ipsum sequi affectibus studerent. Canticor.1. Trahe me post te. Col.3, Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Gaudenter. Psalm.47. Ascendit deus in iubilo, & dominus in voce tubæ. Ipso nato angelus ait Luc.2. Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus. Si Abraam exultauit vt videret diem domini, Iohan.8. Quantum hodie cum omnibus lætatus est sanctis? Ephesior.4. Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. Gaudent & angeli, quibus gaudium super vno peccatore pœnitentiam agenti, Lucæ.15. oue errante iam reportata & inuenta, Matth.18. Gaudio repleti discipuli, & oculis illum quo ad licuit prosequentes. Actu.1. Cumq; intuerentur in cælum, euntem illum, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eundẽ eum in cælum. Luc.24. Et ipsi adorantes, regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno: & erant semper in templo, laudantes, & benedicentes deum. Iam enim certa fides excusserat omnẽ mœrorem, & certa spes promissorum addebat alacritatem. Interea frequentes erant in templo, iam tunc euangelicas victimas immolantes, laudibus ferentes diuinam bonitatem erga genus humanum, & gratias agentes ei, qui tanta beneficia decreuisset per filium suum gratis largiri mortalibus. Secundo, quo. Ephesior.4. Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cælos, vt adimpleret omnia. Hebræor.1. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansq; omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum, filius meus es tu, ego hodie genui te? Ad quem dixit aliquando angelorum, sede à dextris meis, quoadusq; ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorũ, Psalm.109? Nonne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? Augustinus: Si omnes sancti sunt in dextera, quia nulla ibi est sinistra, vbi nulla est miseria. Psalm.15. Delectationes in dexteta tua vsq; in finem. Christus tamen secundum quod homo, dicitur in dextera dei sedens, propter gloriæ singularis portionem. Ephesior.1. Suscitans illum à mortuis, & constituens illum ad dexteram suam in cælestibus, super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam id futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus eius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet. Tertio, quare. Ad captiuorum liberationem. Psal.67. Ascendisti in altum, cœpisti captiuitatem. Spiritus sancti missionem. Iohan.16. Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Ephe.4. Dedit dona hominibus. Non animalibus. 1.Cor.2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Sapiæ.1. In maleuolam animam nõ introibit sapientia. Nostram interpellationem. Hebræor.9. Introiuit in ipsum cælum, vt appareat vultui dei pro nobis. Romañ.8. Christus Iesus qui mortuus est, imo qui & resurrexit, qui est ad dexteram dei, qui & interpellat pro nobis. Hinc.1. Iohan.2. Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Chm iustum: & ipse est propiciatio pro peccatis

Obseruanda circa domini ascensionẽ, quæ.

Quo Christus ascenderit.

Cur ascenderit.

peccatis nostris, & non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. Nostram glorificationem. 1. Pet. 3. Quod & vos nunc similis formæ saluos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ intetrogatio in deum, per resurrectionem Iesu Christi à mortuis, qui est in dextera dei, deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur, profectus in cælum, subiectis sibi angelis & potestatibus & virtutibus.

Illi autem profecti, prædicauerunt vbique, domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. 1

Accepta spiritus sancti gratia, prædicauerunt vbique secundum præceptum domini. Act. 1. Et conuescens præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris: quam audistis, inquit, per os meum, quia Iohannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Igitur qui conuenerant, interrogabant eum, dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Dixit autem eis: Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Successit res, licet aduersante mundo, videlicet domino Iesu per spiritum suum vim suam exerente per apostolos, & quod illi verbis promittebant, miraculis vbique paratis confirmante. Cum enim talia fiunt in testimonium veritatis doctrinæ, & deus, testis non possit falsitatis esse, comprobata est veritas euangelicæ doctrinæ coram regibus & principibus mundi. Hebr. 2. Propterea abundãtius oportet nos seruare ea quæ audiuimus, ne forte pefluamus. Si em̃ qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, & si om̃is præuaricatio, & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? Quæ cum accepisset initium enarrandi per dominum, ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, contestante deo signis, & portentis, & varijs virtutibus, & spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem.

FINIS PARTIS SECVNDAE.

¶ Coloniæ, ex ædibus Quentelianis, Anno à natali Christiano, M. D. XXXIX. mense Augusto.